V

W,K >

V f.

V \ A

•x*

M

v* * .

#•Vu J^r h
i

• iri

v-jl • >

•f.

X't i'

r*

HK^V *

vi

f...
*V f j

f%i

i

\ \ %vK
V:- ^•.A.-ii; , V K

A

X' '"* f• '-i

? -..i • *
*, is^ ^v (AI •. >
k

. tr -L \ st.;' , ". • ."V"

V. •

V* Hfc '

~«twp* ri« /v*! . ••-IMI •TiW ' - A"

t4J

# BREVIARIUM

JUXTA RITUM

# SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM.

# BREVIARIUM

JUXTA RITUM

# S. ORDINIS PRÆDICATORUM

APOSTOLICA AUCTORITATE APPROBATUM

REVERENDISSIMI PATRIS

FRATRIS HYACINTHI MARIÆ CORMIER

EJUSDEM ORDINIS MAGISTRI GENERALIS

JUSSU RECOGNITUM ET EDITUM

ANNO DOMINI M.DCCCC.IX.

## PARS PRIOR

ROMÆ

IN HOSPITIO REVERENDISSIMI MAGISTRI ORDINIS.

Typis Societatis S. Joannis Evangelistæ,
DESCLEE et Sociorum, S. Sedis Apostolicæ Editorum, Romæ, Tor

*

# IN DEI FILIO SIBI DILECTIS

UNIVERSIS ET SINGULIS PRÆDICATORUM ORDINIS

PATRIBUS, FRATRIBUS AG SORORIBUS

## FR. HYACINTHUS MARIA CORMIER

S. THEOLOGIÆ PROFESSOR TOTIUSQUE EJUSDEM ORDINIS

HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS

Salutem, et suave sonantis Ecclesiæ
vocibus vehementer affici.

PRODIT tandem in lucem novam Ordinis nostri Bre viarium, diligenti cura recognitum, ad codicis principis, probatarum editionum, pontificiorumque de cretorum sinceram fidem exactum et nitidis characte ribus a meritissima Societate S. Joannis Evangelistæ nuncupata Tornaci excusum. Hanc editionem rati sumus eo vobis fore acceptiorem, quod multa in promptu et per modum continui præbeat, quæ prius in ejusdem molis aut formæ voluminibus dispersa, non sine legentium tædio immo et devotionis amittendæ periculo, passim quærebantur.

Faciliorem inde sacrum Officium integro studio per solvendi rationem nacti, Altissimum labiis exsulta tionis magnificate, illam Deo sacram et dilectam civitatem, quæ sursum est, æmulantes in terris, quæ plena modulis in laude et canoro jubilo, Trinum Deum Unicumque cum fervore prædicat.

Valete, Nostrique ac Sociorum Nostrorum in vestris orationibus memores estote.

Datum Romæ apud Cellam sancti Sebastiani Mar tyris, in Vigilia Pentecostes, iv. Kalendas Junii, Anno Domini M.DCCCC.IX., Assumptionis Nostræ sexto.

Fr. HYACINTHUS MARIA
CORMIER
MAGISTER ORDINIS.

Reg. pag. 2S2.
Fr. CESLATJS Ma HANSEN
Mag. Provincialis Scotiæ et Socius.

IMPRIMATUR :
Fr. ALBERTUS LEPIDI, Orci. Præd.
S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR :
JOSEPHUS CEPPETELLI
Patr. Constant. Vices-gerens.

# BULLA CLEMENTIS PAPÆ XII.

## CLEMENS PAPA XII

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM

EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Ripoll Magister Generalis totius Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod alias emanarunt a felicis recordationis Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro ad instantiam tunc in humanis agentis Antonini Cloche ejusdem Ordinis, dum viveret, Magistri itidem Generalis, litteræ in simili forma Brevis, tenoris qui sequitur, videlicet : Innocentius PP. XI. Ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut dilectus filius Antoninus Cloche, Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, Nobis nuper exponi fecit, ipse Missale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Processionale, Psalterium, Officium beatæ Mariæ Virginis, Kalendarium perpetuum, et reliquos Libros chorales, quibus personæ utriusque sexus dicti Ordinis utuntur, in alma Urbe nostra, prævia debita approbatione, propediem typis mandare intendat; vereatur autem, ne alii eosdem libros postea, nec ea, qua decet, sedulitate et castigatione edi curent, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opporturne providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur specialem ipsi Antonino Magistro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exsistit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati : Universis, et singulis utriusque sexus Christifidelibus, præsertim vero Typographus, librorum Impressoribus, Bibliopolis ubilibet exsistentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, in nostra vero temporali ditione commorantibus etiam quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis typorum, et librorum omnium eidem Cameræ applicandorum, absque aliqua declaratione incurrendis et exigendis pœnis, interdicimus et inhibemus, ne Missale, Breviarium, Diurnum, Martyrologium, Rubricarium, Processionale, Psalterium, Officium beatæ Mariæ Virginis, Kalendarium perpetuum, aliosque Libros chorales præfatos, vel eorum aliquos, aliquamve partem posthac in perpetuum, absque expressa, et in scriptis accepta dicti Antonini moderni, et pro tempore exsistentis Magistri Generalis dicti Ordinis facultate, cujus exemplum in principio, vel fine cujusque Librorum hujusmodi impressum una cum præsentibus nostris Litteris semper addendum erit, imprimere, aut ab aliis impressa vendere, seu venalia habere, vel proponere quovis modo audeant, vel præsumant: Mandantes universis, et singulis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, et alus locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in spiritualibus generalibus, seu Officialibus, ac in Statu nostro Ecclesiastico Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Potestatibus, et aliis Officialibus, cæterisque, ad quos quomodolibet spectat, et spectare poterit, ut quando, et quoties pro parte dicti Magistri Generalis, seu nomine dicti Ordinis requisiti fuerint, prædicta contra inobedientes quoscumque, etiam per censuras ecclesiasticas, et alia opportuna juris et facti remedia auctoritate Apostolica exsequantur, et observari faciant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti



Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumpta, seu exempla etiam in ipsis Libris impressa, manu alicujus Notarii publici subscripta, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munita, eamdem prorsus fidem ubique locorum in judicio, et extra faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die XIV. Augusti MDCLXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno duodecimo. J. F. Albanus. Loco ^ Anuli Piscatoris. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ipseThomas Magister Generalis Litteras Innocenti! Prædecessoris hujusmodi, ne ulla ratione, seu arte infringi, eludi, aut labentis temporis decursu labefactari valeant, sed ut eo validius subsistant, ac exactius serventur, quo multiplici firmitatis vinculo sæpius fuerint ab hac sancta Sede constabilitæ, Apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, quatenus in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Thomæ Magistri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exsistit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præsinsertas Innocenti! Prædecessoris Litteras, et in eis contenta quæcumque, auctoritatsjVpostolica harum serie approbamus, et confirmamus, ac, quatenus opus sit, innovamus, illisque perpetuæ ac inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus. Præterea omnibus, et singulis dicti Ordinis utriusque sexus personis, nunc, et pro tempore exsistentibus, sub privationis vocis activæ, et passivæ, ne aliis quibuscumque Missali, Breviario, Diurno, Martyrologio, Rubricare, Processionali, Psalterio, Officio beatæ Mariæ Virginis, Kalendario perpetuo, ceterisque Libris choralibus, vel eorum aliquo, aliquave parte, quam iis, quæ in alma Urbe præfata, vel de expressa, et in scriptis accepta ejusdem Thomæ moderni, seu pro tempore exsistentis Magistri Generalis Ordinis prædicti facultate, et licentia, cujus exemplum in principio, vel fine cujusque Librorum hujusmodi per extensum impressum, una cum praesertis, aut præsentibus Litteris semper additum sit, typis mandata, seu impressa fuerint, deinceps perpetuis futuris temporibus uti; Superioribus vero dicti Ordinis cujusvis gradus, dignitatis, ac præeminentiæ exsistant, sub suspensionis ab Officio, quod obtinent, ac perpetuæ ad idem, vel quodcumque aliud simile, vel dissimile in futurum obtinendum inhabilitatis, pœnis eo ipso, absque alia declaratione per transgressores respective incurrendis, ne dictorum Librorum, vel alicujus, seu partis eorum aliter, quam ut supra dictum est, impressorum usum præfatis personis sibi subditis permittere audeant similiter, vel præsumant, eadem autoritate, tenore præsentium præcipimus, et mandamus. Decernentes, ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas et efficaces exsistere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et

per omnia inviolabiliter et exacte observari; si eque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus et singulis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum volumus pariter, ut præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam in ipsis Libris impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die XIX. Septembris MDCCXXXVI. Pontificatus nostri Anno septimo.

PRO D. CARDINALI OLIVERIO. P. L. JACQUET.



# DE ANNO ET EJUS PARTIBUS.

ANNUS menses habet duodecim; hebdomadas duas, et quinquaginta, et diem unum : dies vero trecentos sexaginta quinque, et fere sex horas; tanto enim temporis intervallo Sol Zodiacum perlustrat. Quater autem sex horæ, singulis quaternis annis diem constituunt : hinc annus ille intercalaris, Bissextus, vel Bissextilis dicitur.

## DE ANNI CORRECTIONE,

### EJUSQUE NECESSITATE, AC KALENDARIO GREGORIANO.

QUOD dictum est, annum continere trecentos, et sexaginta quinque dies, et fere sex horas, intelligendum est, sex horas non esse integras, cum ad earum complementum aliqua minuta deficiant. Ex quorum minutorum neglectu progressum est, ac si annus ultra dies 365 contineret integras sex horas : et factum est, ut minuta, quæ ultra debitam quantitatem annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem, qui causam dederunt, ut Æquinoctium vernum sedem suam mutaverit.

Cui malo occurrens Gregorius XIII. non solum Æquinoctium vernum restituit in pristinam sedem (a qua jam a Concilio Nicæno decem circiter diebus in anno correctionis 1582 præcedendo recesserat, quod a Concilio ad xij. kalend. Aprilis fuerat constitutum) et xiv. Lunam Paschalem suo in loco reposuit; sed viam quoque tradidit, et rationem, qua cavetur ut in posterum et Æquinoctium vernum, et xiv. Luna Paschalis a propriis sedibus numquam removerentur.

Ut enim Æquinoctium vernum ad xij. kal. Aprilis restitueretur, statuit, ut dicti decem dies in mense Octobris ipsius anni 1582 eximerentur, et post quartam diem Octobr. S. Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decima quinta Oct. Et ita error, qui in præteritum tot annorum circulis irrepserat, in momento temporis fuit correctus.

Ut autem in posterum idem error vitaretur, ne a xij. kal. Aprilis Æquinoctium vernum recederet, statuit idem Gregorius, Bissextum quarto quoque anno (uti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis qui quamvis Bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600 anno correctionis proximum, post eum tamen, qui deinceps consequentur centesimi, non omnes Bissextiles essent, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi sine Bissexto transigerentur, quartus vero quisque centesimus esset Bissextilis : ita ut annus 1700, 1800, et 1900 Bissextiles non sint, sed communes; anno vero 2000 more consueto dies Bissextus intercaletur, Februario dies 29 continente : idemque ordo intercalandique Bissextum diem in quadringentis quibusque annis perpetuo conservaretur.

## QUATUOR TEMPORA.

QUATUOR tempora celebrantur quarta, et sexta Feria, ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam Pentecostes, et post Festum Exaltationis sanctæ Crucis.

## NUPTIÆ

### QUANDO CELEBRARI NON POSSINT, JUXTA DECRETUM CONCILII TRIDENTINI.

A DOMINICA prima Adventus, usque in diem Epiphaniæ, et a Feria iv. Cinerum, usque in Octav. Paschatis inclusive, sancta Synodus solemnitates Nuptiarum prohibet. In aliis vero temporibus. Nuptias solemniter celebrari permittit.

## DE CYCLO

### DECENNOVENNTALI AUREI NUMERI.

CYCLUS decennovennalis Aurei numeri est revolutio annorum 19 annorum a I usque ad 19, qua re volutione peracta, iterum ad unita- i tem reditur. .Verbi gratia, anno 1850 numerus Cycli decennovenna lis, qui dicitur Aureus, est 8; anno sequenti 1851 erit 9 et ita deinceps in sequentibus annis, uno semper amplius, usque ad 19, qui Aureus numerus cadet in annum 1861, post quem iterum ad unitatem redeun dum est, ita ut anno 1862 Aureus num, sit rursus I, et anno 1863, 2, etc.

Igitur ut Aureus numerus quoli bet anno proposito inveniatur, com posita est sequens tabella Aureo rum numerorum, cujus usus^ inci pit ab anno correctionis 1582 inclu sive, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cujuslibet anni post annum 1582 reperietur hoc modo :

6. 7. 8. 9. IO. li. 12. 13. 14.
15. 16. 17. 18. 19. I. 2. 3. 4. 5.

Anno 1582 tribuatur primus nu merus tabellæ, qui est 6, secundus autem, qui est 7, sequenti anno 1583, et ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cujus Aureum nu merum quæris, perveniatur : re deundo ad principium tabellæ, quo tiescumque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæ situm.

## MODUS
## BREVIS COGNOSCENDI

### AUREUM NUMERUM CUJUSQUE ANNI.

Numero anni de quo quæris, adde unicam unitatem I. Exempli gra tia, anno 1833 adde I; summam in de conflatam divide per 19; quod superest, erit Aureus numerus ipsius anni : si nihil superest, erit Aureus numerus 19.

## DE EPACTIS, ET NOVILUNIIS.

EPACTA nil aliud est, quam nu merus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365 an num communem Lunarem dierum 354 superat : ita ut Epacta primi anni sit li, cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat : atque adeo sequenti anno Novilunia contingant li diebus prius, quam anno primo. Ex quo fit Epactam secundi anni esse 22, cum eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet li diebus, qui additi ad li dies primi anni, efficiunt 22, ac proinde finito hoc anno, Novilunia contingere 22 diebus prius, quam primo anno : Epactam autem tertii anni esse 3, quia si rursus li dies ad 22 adji ciantur, efficietur num. 33 a quo si rejiciantur 30 dies, qui unam Luna tionem Embolismalem constituunt, relinquentur 3, atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum li die rum, abjectis tamen 30, quando rejici possunt. Solum, quando per ventum erit ad ultimam Epactam Aureo num. 19 respondentem, quæ est 29, adduntur 12 ut abjectis 30 ex composito num. 41 habeatur rursus Epacta li ut in principio, quod ideo fit, ut ultima Lunatio Embolismica, currente Aureo num. 19 sit tantum 29 dierum. Si enim 30 dies contineret, ut aliæ sex Lu nationes Embolismicæ, non redi rent Novilunia post 19 annos Sola res, ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque uno die tardius quam ante 19 annos. De qua re plura invenies in libro novæ ratio his restituendi Kalendarii Romani. Sunt autem novemdecim Epactæ, quot et Aurei numeri, responde bantque ipsis Aureis numeris ante Kalendarii correctionem eo modo, quo in hac tabella dispositæ sunt,



Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Kalendarii correctionem.

Aurei num. I. 2. £. f 5. 6. 7. 8. 9. IO. li. 12. 13. 14. 15. 16 : 17! M! 19~~
Epactæ. xj. XXI). ii). XIV. xxv. vj. xvij. xxviij. IX xx ' X1J iv. xv. xxvj. vij. xviij. xxix.

Quia vero cyclus decennovenna lis Aurei numeri imperfectus est, cum Novilunia post 19 annos Sola res non præcise ad eadem loca red eant, ut dictum est, imperfectus etiam erit hic cyclus 19 Epactarum. Quamobrem ita emendatus est, ut in posterum loco Aurei numeri, et dictarum 19 Epactarum, utamur 30 numeris Epactalibus a I usque ad 30 ordine progredientibus, quam vis ultima Epacta, sive quæ ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc \ Propterea quod nulla Epacta esse possit 30. Variis autem temporibus ex his 30 Epactis respondent decem et no vem Aureis num. variæ decem et no vem Epactæ, prout Solaris anni ac Lunaris æquatio exposcit : quæ quidem decem, et novem Epactæ progrediuntur, ut olim, per eum dem numerum li, adduntur que semper 12 illi Epactæ, quæ respon det Aureo num. 19. ut habeatur se quens Epacta respondens Aureo num. I ob rationem paulo ante di ctam. Id quod sequens tabella per spicuum faciet, quæ continet Aureos num. et Epactas inter se respon dentes ab anno correctionis 1582 post detractionem x dierum, usque ad annum 1700 exclusive. Quamvis autem vulgares Epactæ mutentur in Martio, re ipsa tamen in principio anni mutandæ sunt, una cum Aureo numero, in cujus locum hæ nostræ Epactæ succedunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) usque ad annum 1700 exclusive.

Aurei num. 6. 7. 8. 9. IO. li. 12. 13. 14.
Epactæ. XXV). VI). xviij. xxix. x. XX j. I) XII). xxiv.
15. 16. 17. 18. 19. I. o. oo. 4. o.
V. XV). XXV1J. VII). XIX. ). Ad• XI). XXII). IV. XV.

Itaque si Epacta quocumque anno proposito invenienda sit, quæren dus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in infe riori ordine tabellæ reperietur Epa cta anni propositi, vel certe hoc signum.* Ubi ergo illa Epacta vel signum * in Kalendario inventum fuerit, eo die Novilunium fiet. In venietur autem Aureus numerus, vel antecedente canone, vel ex ta bella Epactarum proposito tempori congruente, tribuendo primum Au reum numerum tabellæ illi anno, a quo usus tabellæ incipit, et secun dum Aureum numerum sequenti anno, etc. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si I. Epacta tabellæ tribuatur illi anno, a quo ejus usus incipit, et secun da Epacta sequenti anno.

Exemplum. Anno correctionis 1582 Aureus numerus erat 6, nem pe primus primæ tabellæ, cujus usus incœpit ab idibus Octobris dicti anni 1582 detractis prius x diebus. Fuit ergo tunc Epacta xxvj quæ sub Aureo numero 6 collo catur, acciditque Novilunium die 27 Octobris, et 26 Novembris, et 25 Decembris. Item anno 1583 jam correcto, Aureus numerus erat 7 cui in eadem tabella supposita est Epacta vij, quæ toto eo anno in Ka lendario Novilunia indicat, ut in Januario die 24, in Februario die 22, in Martio die 24. etc...

Tabella litterarum Dominicalium ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. (detractis prius decem diebus) usque ad annum 1700 exclusive.

| eb | A | fed | C | Agf | e | ebA | gf |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | g | | b | | d | d\| | |
| ede | b | gfe | d | bAg | f | | |
| | A | | C | | e | | |

Usus hujus tabellæ hic est. Anno correctionis 1582 post Idus Octobris (detractis prius decem diebus) tribuatur littera e. primæ cellulæ; et sequenti anno 1583 littera b, secundæ, et anno 1584 dentur litteræ A, g, tertiæ cellulæ, et sic deinceps aliis annis suo ordine aliæ litteræ aliis cellulis tribuantur, donec ad annum propositum perventum sit, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Nam cellula, in quam annus propositus cadit, dummodo minor sit quam annus 1700, dabit litteram Dominicalem propositi anni. Quæ si unica occurrerit, annus erit communis; si vero duplex, Bissextilis : et tunc superior littera Dominicam diem ostendet in Kalendario a principio anni, usque ad festum sancti Matthiæ Apostoli, inferior autem ab hoc festo usque ad finem anni. Exempli gratia : Si sit invenienda littera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582 quem tribue primæ litteræ e. usque annum 1587, tribuendo singulis cellulis singulos annos (computando geminas litteras quascumque, superiorem, et inferiorem pro una cellula) cadetque annus 1587 in litteram d, quæ sextum locum in tabella occupat Fuit ergo toto eo anno littera Dominicalis d, annusque communis erat, cum littera simplex occurrat. Rursus si sit investiganda littera Dominicalis anno 1616, numera ab anno 1582 ut dictum est, usque ad annum 1616 redeundo ad principium tabellæ, postquam eam percurreris, perveniesque ad duas hasce litteras e, b, septimo loco positas. Fuit ergo annus ille Bissextilis, cum duplex littera occurrat, superiorque littera e, Dominicam diem indicavit a principio anni illius usque ad festum sancti Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni.

Tabellæ suprapositæ tam Epactarum cum Aureis numeris, quam Litterarum Dominicalium hic conservantur, ut facile per eas ascendi possit ad annum correctionis Gregorianæ Kalendarii. Quia tamen annus 1700 (qui non fuit Bissextus, proptereaque unam tantum Litt. Dominicalem habuit, nempe e) impedivit, ne ultra deservire possent, idcirco novæ aliæ usui futuri temporis accommodatæ illis subjiciuntur.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1700. inclusive usque ad annum 1900. exclusive.

| Aurei num. | IO. | li. | 12. | 13. | 14. | lo. | 16. | 17. | 18. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ. | ix. | xx. | j. | xij. | xxiij. | iv. | xv. | xxv). | vi). |
| 19. | I. | o | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8. | 9. |
| xviij. | *. | xj. | xxij. | iij. | xiv. | xxv. | vj. | xvij. | xxviij. |

Ab anno 1900. inclusive usque ad annum 2199. pariter inclusive, regit sequens tabella.

| Aurei num. | I. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6, | 7. | 8. | 9. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Epactæ. | xxix. | x. | xxj. | ij. | xiij. | xxiv. | v. | xvj. | xxvij. |
| IO. | li. | 12. | 13. | 14. | 15. | 16. | 17. | 18. | 19. |
| viij. | xix. | ' | xj. | xxij. | iij. | xiv. | 25. | vj. | x vi). |



Ad tollendam dubitationem de usu hujus novæ tabulæ Epactarum ostendemus rem exemplis. Anno 1700 tribuatur Epacta ix, quæ sub Aureo numero IO collocatur, fietque Novilunium 22 Januarii, 20 Februarii, et 22 Martii. Item anno 1701 tribuatur Epacta xx sub Aureo numero li collocata, quæ toto eo anno in Kalendario Novilunia monstrabit : ut in Januario die li, in Februario die 9, in Martio die li. Et sic deinceps per ordinem annis progredientibus, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Rursus anno 1710 Epacta non signatur numero, sed hoc signo *, quod collocatur sub Aureo numero I, et in Kalendario toto eo anno Novilunia indicabit, nimirum in Januario die I et 31, in Martio (nam in Februario nullum tunc Novilunium, cum in eo signum hoc * non reperiatur) die I et 31, in Aprili die 29, etc.

Postremo, anno 1916 Aureus numerus est 17, sub quo in ordine Epactarum tertiæ tabellæ, quæ proposito anno congruit, reperitur Epacta 25 non antiquo numero, ut aliæ Epactæ, sed vulgari numero scripta. Ubicumque ergo anno 1916 in Kalendario Epacta 25 vulgari numero scripta reperitur, ibi Novilunium fit, ut in Januario die 6, in Februario die 4, in Martio die 6, in Aprili die 4, etc. Quotiescumque enim Epacta 25 respondet Aureis numeris majoribus quam li, quales sunt posteriores octo a 12 usque ad 19, sumenda est in Kalendario Epacta 25 vulgari numero scripta; quando vero eadem Epacta respondet minoribus numeris quam 12, quales sunt priores undecim ab I ad li inclusive, accipienda est in Kalendario Epacta xxv antiquo numero scripta: atque hoc solum contingit in Epacta 25, in aliis nunquam; quod ideo fit, ut anni lunares solaribus annis perfectius respondeant. Ob quam etiam causam in sex locis Kalendarii duæ Epactæ, scilicet xxv et xxiv sunt adscriptæ.

Tabella Litterarum Dominicalium ab anno 1701. inclusive usque ad annum 1800. exclusive.

| bAg | f | deb | A | fed | C | Agf |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | e | | g | | b | |
| e | IebA | g | ede | b | gfe | d |
| d | | f | | A | | C |

Tabella Litterarum Dominicalium, ab anno 1801, ;nam præcedenti, quia communis, servivit tant. Litt. e] usque ad annum 1900 exclusive.

| deb | A | fed | C | Agf | e | ebA |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | g | | b | | d | |
| fIede [?] | b | gfe | d | bAg | f | |
| | A | | e | | e | |

Ab anno vero 1901 i nam anterior 1900 quia non fuit Bissextilis, habuit Litt. g unicam usque ad annum 2100 exclusive regit tabella sequens :

Usus hujus tabellæ talis est. Anno 1700 tribuatur unica littera e, quia annus ille 1700 non est Bissextilis, sed communis, et littera d Alit Dominicalis præcedenti anno 1699. Anno sequenti 1701 tribuatur littera b primæ cellulæ, etc. Item anno 1704 tribuantur geminæ litteræ f e, quartæ cellulæ, et sic deinceps aliis annis per ordinem aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propositum pervenias, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris: nam cellula, in quam annus propositus cadet, dummodo minor sit quam annus 1800, dabit litteram Dominicalem propositi anni : quæ si unica occurrerit, annus erit communis; si vero duplex. Bissextilis : et tunc superior littera Dominicalem diem indicabit in Kalendario a principio anni usque ad festum S. Mathiæ Apostoli, inferior autem ab hoc festo usque ad finem anni.

## DE INDICTIONE.

INDICTIO est revolutio 15 annorum a 1 usque ad 15, qua revolutione peracta, iterum reditur ad unitatem, initiumque sumit quilibet annus hujus cycli a Januario in Bullis Pontificiis. Et quoniam Indictionum frequens usus est in Diplomatibus, et scripturis publicis, facile annum Indictionis currentem quolibet anno proposito inveniemus ex sequenti tabella, cujus usus perpetuus est: initium tamen sumit ab anno correctionis 1582.

Brevius invenietur Indictio cuiuslibet anni a Nativitate Domini usque in perpetuum, addendo anno proposito numerum ternarium, et dividendo Summam per 15. Nam si nihil superest, Indictio erit decima quinta; sin autem aliquid residuum fuerit, hoc ipsum erit numerus Indictionis anni dati.

Tabella Indictionis ab anno correctionis

IO. li. 12. 13. 14. 15. I. 9 3.4.|5.6.7.8.9.

Nam si anno 1582 tribuas primum numerum, qui est IO, et sequenti anni 1583 secundum numerum, qui est li et sic deinceps usque ad annum propositum, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam decurreris, cadet annus propositus in Indictionem, quæ quæritur.

## DE FESTIS MOBILIBUS.

QUONIAM ex decreto sacri Concilii Niceni Pascha, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit xiv Lunæ primi mensis, (is vero apud Hebræos vocatur primus mensis, cujus xiv Luna vel cadit in diem verni Æquinoctii, quod die 21 mensis Martii contingit, vel propius ipsum sequitur) efficitur, ut si Epacta cujusvis anni inveniatur, et ab ea in Kalendario notata inter diem octavum Martii inclusive et quintum Aprilis inclusive (hujus enim Epactæ xiv Luna cadit vel in diem Æquinoctii verni, id est, in diem 21 Martii, vel eum propius sequitur) numerentur inclusive deorsum versus dies quatuordecim, tunc proximus dies Dominicus diem hunc xiv sequens (ne cum Judæis conveniamus, si forte dies xiv Lunæ caderet in diem Dominicum) sit dies Paschæ.

Exemplum. Anno 1851 Epacta est xxviij et Littera Dominicalis e; et quoniam Epacta xxviij invenitur inter diem 8 Martii, et 5 Aprilis inclusive, posita e regione diei 2 Aprilis, a quo inclusive deorsum versus numerati 14 dies xiv Lunam indicabunt die 15 Aprilis; sumemus Litt. Dominicae e, quæ sequitur Lunam xiv, eam nempe, quæ est e regione diei 20 Aprilis; sicque illo anno Pascha celebremus die 20 Aprilis.

Item anno sequenti 1852 Epacta erit ix et Littera Dominicalis d, e,



quia annus erit Bissextilis; et quoniam Epacta ix reperietur inter diem 8 Martii, et 5 Aprilis inclusive, locata e regione diei 22 Martii, a quo inclusive deorsum versus numerati 14 dies indicabunt Lunam xiv, die 4 Aprilis, sumemus Litt. Dominical. e, non eam, quæ est e regione die 4 Aprilis, sed proxime inferiorem, nimirum quæ est ex adverso die li. ejusd. mensis collocata, in quo die celebrabitur Pascha.

Cæterum ut facilius omnia Festa mobilia inveniantur, compositæ sunt duæ sequentes tabulæ Paschales, una antiqua, et nova altera. Ex antiqua ita Festa mobilia reperientur. In latere sinistro tabulæ accipiatur Epacta currens, et in linea litterarum Dominicalium, sumatur littera Dominicalis currens, infra tamen Epactam currentem, ita ut si littera Dominicalis currens reperiatur e regione Epactæ currentis, assumenda sit eadem littera Dominicalis proxime inferior. Et e regione hujus litteræ Dominicalis omnia Festa mobilia continentur.

Exemplum. Anno 1853 Epacta erit xx, et Littera Dominicalis b, et licet hæc littera non reperiatur e regione Epactæ xx, tamen sumenda est ad inquirenda anni istius Festa mobilia in regione inferiori : ibi enim hæc littera b designabit regionem sibi correspondentem directe, quæ continet dies Festorum mobilium anni 1853, et ostendet Septuagesimam incidere in diem 23 Januarii, Cineres in 9 Februarii. Pascha in27 Martii, Ascensionem in 5Maji, Pentecosten in 15 Maji, Corpus Christi in 26 ejusdem. Dominicas post Pentecosten esse 27, seu 25 post Octavam Trinitatis, prout secundum nostrum Ritum in Breviario nostro numeramus, et Dominicam primam Adventus die 27 Novembris. Sicque in cæteris.

Notandum autem est, quod quemadmodum in anno communi, cadente littera Dominicali e regione Epactæ in Tabula antiqua, sumitur eadem littera proxima infra Epactam, ut diximus : ita quoque in anno Bissextili, si alterutra duarum litterarum Dominicalium tunc currentium e regione Epactæ reperiatur, assumendæ sunt aliæ duæ similes litteræ proxime inferiores, ut Festa mobilia inveniantur.

Ex tabula vero Paschali nova ita eadem Festa mobilia reperientur. In cellula litteræ Dominicalis currentis quæratur Epacta currens. Et e directo omnia Festa mobilia deprehendentur. Ut hoc eodem anno 1853 in cellula Litteræ b, quæ est anni hujus Littera Dominicalis, reperietur ejusdem anni Epacta xx et recta ad dexteram, hac eadem linea procedendo, habentur eadem festa, ut ex antiqua tabula ostensa sunt.

Sed sive antiqua, sive nova tabula Paschali utamur, invenienda sunt omnia Festa mobilia in annis Bissextilibus per litteram Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Matthiæ Apostoli, ne scilicet ambigamus, utra duarum litterarum pro hoc, aut illo Festo indagando accipienda sit : ita tamen, ut Septuagesimæ, et diei Cinerum inventæ in Januario, aut Februario addatur unus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior littera Dominicalis, quæ in Kalendario posteriorem semper sequitur : post festum autem S. Matthiæ in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita ut dies 24 Februarii dicatur dies 25, et dies 25 dicatur 26 etc. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc et littera posterior currit, et dies mensis propriis numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Immo nisi per posteriorem litteram investigarentur, non inveniretur recte Septuagesima in anno Bissextili, currente Epacta xxiv vel xxv, et littera Dominicali d, e, ut in secundo, ac tertio exemplo perspicuum fiet pro annis 4088 et 3784. Exempli gratia : anno 2096. Bissextili, Epacta erit v. et litteræ Dominicales A, g. Si igitur per posteriorem litteram, quæ est g, Festa mobilia investigentur, reperietur Septuagesima die li Februarii, et dies Cinerum 28 Februarii. Si

autem addatur unus, cadet Septua gesima in diem 12 Februarii, quæ est Dominica, et dies Cinerum in diem 29 Februarii, quæ est Feria quarta. Pascha autem et reliqua Festa in eos dies cadent, qui in tabula expressi sunt. Item anno 4088 Bissextili Epacta erit xxiv et litteræ Dominicales d, e. Si igitur per litteram e, quæ posterior est, inquirantur Festa mobilia, invenie tur Septuagesima die 21 Februarii, et si addatur unus dies, cadet in diem 22 Februarii, quæ est Domi nica. Dies autem Cinerum cadet in diem IO Martii, quare nihil additur, etc. Rursus anno 3784 Bissextili Epacta erit xxv et litteræ Domini cales d, e, ergo iterum per poste riorem e, reperietur Septuagesima die 21 Februarii, hoc est, addita una, die 22. Quod si per priorem litteram d, in utroque horum duo rum annorum agendum esset, nihil efficeretur, cum infra Epactas xxiv et xxv littera d, indicet Septuage simam die 15 Februarii, quod fal sum esset, cum eo anno posterior littera e Pascha offerat die 25 Aprilis, ac proinde Septuagesima die 22 Februarii celebranda sit, ut liquido constat, si a die Paschæ, Dominicæ retro numerentur usque ad Septuagesimam.

In priori porro tabula Paschali antiqua reformata, Epactis ad sini stram præposuimus Aureos nume ros eodem ordine, quo ante emen dationem Kalendarii collocari so lebant, ut ex iis Festa mobilia, invenirentur. Hoc autem idcirco a nobis factum est ut Pascha, cæ teraque Festa mobilia, a Conci lio Nicæno usque ad annum 1582 quilibet indagare possit. Eodem autem prorsus artificio ex Aureis numeris ita distributis Festa mo bilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit enim explorandum, exempli causa, quando festa hæc celebrata fuerint anno 1450. Quoniam eo anno Aureus numerus fuit 7 et lit tera Dominicalis d, si Aureus nu merus 7 in sinistro latere accipia tur, et prima littera d, infra eum occurrens, reperietur e regione hu jus litteræ d, Septuagesima die I Februarii, dies Cinerum 18 Februa rii, Pascha die 5 Aprilis, etc.

Adventus Domini celebratur sem per die Dominico, qui propinquior est festo S. Andreæ Apostoli, nempe a die 27 Novembris inclusive, usque ad diem 3 Decembris inclusive, ita ut littera Dominicalis currens, quæ reperitur in Kalendario a die 27 Novembris, usque ad diem 3 De cembris, indicet Dominicam Ad ventus. Ut, verbi gratia, si littera Dominicalis est g, Dominica Ad ventus cadet in diem 2 Decembris, quia ibi est littera g in Kalendario, etc.

Ad finem tandem tabularum Pa schalium apposita est tabula tem poraria multorum annorum, e re gione quorum omnia Festa mobilia inveniuntur : quæ quidem tabula ex tabulis Paschalibus excerpta est, ex quibus infinitæ aliæ erui possunt pro quibuscumque annis.



# TABULA PASCHALIS ANTIQUA REFORMATA

| | Cycl. Epact. | | Jan. | Febr. | Mart. | April. | Maii. | Maii. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 16 | xxiij | | | | | | | | | |
| 5 | xxij | d | 18 | 4 | 22 | 30 | 10 | 21 | 26 | 29 Nov. |
| | XX) | e | 19 | 5 | 23 | I Maii. | 11 | 22 | 26 | 30 |
| 13 | XX xix | f | 20 | 6 | 24 | 2 | 12 | 23 | 26 | 1 Dec. |
| oM | | g | 21 | 7 | 25 | 3 | 13 | 24 | 26 | 2 |
| | xviij | A | 22 | 8 | 26 | 4 | 14 | 25 | 26 | 3 |
| IO | xvij | b | 23 | 9 | 27 | 5 | 15 | 26 | 25 | 27 Nov. |
| | xvj | c | 24 | 10 | 28 | 6 | 16 | 27 | 25 | 28 |
| 18 | XV | d | 25 | 11 | 29 | 7 | 17 | 28 | 25 | 29 |
| 7 | xiv | e | 26 | 12 | 30 | 8 | 18 | 29 | 25 | 30 |
| | ••• | | | | | | | | | |
| | Xllj | f | 27 | 13 | 31 | 9 | 19 | 30 | 25 | 1 Dec. |
| 15 | xij• | | 28 | 14 | I Apr. | 10 | 20 | 31 | 25 | 2 |
| 4 | X) | i | 29 | 15 | o^ | 11 | 21 | I Jun. | 25 | 3 |
| | x | b | 30 | 16 | 3 | 12 | 22 | 2 | 24 | 27 Nov. |
| 12 | ix | c | 31 | 17 | 4 | 13 | 23 | 3 | 24 | 28 |
| | ••• | | | | | | | | | |
| I | Vllj | d | I Febr. | 18 | P* | 14 | 24 | 4 | 24 | 29 |
| | vi) | e | 2 | 19 | o | 15 | 25 | 5 | 24 | 30 |
| 9 | v? | f | 3 | 20 | 6 | 16 | 26 | 6 | 24 | 1 Dec. |
| | V | g | 4 | 21 | 7 | 17 | 27 | 7 | 24 | 2 |
| 17 | iv | A | o | 22 | 8 | 18 | 28 | 8 | 24 | 3 |
| | | | | | 9 | | | | | |
| | ••• | | | | | | | | | |
| 6 | | b | 6 | 23 | 10 | 19 | 29 | 9 | 23 | 27 Nov. |
| | ri | c | 7 | 24 | 11 | 20 | 30 | 10 | 23 | 28 |
| 14 | J | d | 8 | 25 | 12 | 21 | 31 | 11 | 23 | 29 |
| 3 | | e | 9 | 26 | 13 | O») | I Jun. | 12 | 23 | 30 |
| | xxix | f | 10 | 27 | 14 | 23 | o^ | 13 | 23 | 1 Dec. |
| li | xxviij | | 11 | 28 | 15 | 24 | 3 | 14 | 23 | 2 |
| | xxvij | S | 12 | I Mart. | 16 | 25 | 4 | 15 | 23 | 3 |
| 19 | 25 xxvj | b | 13 | o | 17 | 26 | o | 16 | 22 | 27 Nov. |
| 8 | xxv xxiv | c | 14 | tU | 18 | 27 | 6 | 17 | 09 | 28 |
| | | d | 15 | 3 | 19 | 28 | 7 | 18 | 22 | 29 |
| | | | | 4 | | | | | | |
| | | e | 16 | 5 | 20 | 29 | 8 | 19 | 99 | 30 |
| | | f | 17 | 6 | 21 | 30 | 9 | 20 | 99 | I Dec. |
| | | g | 18 | 7 | 22 | 31 | 10 | 21 | 22 | o^ |
| | | A | 19 | 8 | 23 | I Junii, | 11 | 22 | 22 | 3 |
| | | b | 20 | 9 | 24 | o | 12 | 23 | 21 | 27 Nov. |
| | | C | 21 | IO | 25 | 3 | 13 | 24 | 21 | 28 |

## TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA.

| Litt. Domin. | Cyclus Epactarum. | Septuages. | Dies Cinerum. |
|---|---|---|---|
| D | 23. | 18 Januarii | 4 Februarii |
| | 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. | 25 Januarii | li Februarii |
| | 15. 14. 13. 12. li. IO. 9. | I Februarii | 18 Februarii |
| | 8.7.6.5.4.3.2. | 8 Februarii | 25 Februarii |
| | I. *. 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24. | 15 Februarii | 4 Martii |
| E | 23 22 | 19 Januarii | 5 Februarii |
| | 2L 20. 19. 18. 17. 16. 15. | 26 Januarii | 12 Februarii |
| | 14. 13. 12. li. IO. 9. 8. | 2 Februarii | 19 Februarii |
| | 7.6.5.4.3.2.I. | 9 Februarii | 26 Februarii |
| | 29. 28. 27. 26. 23. 25. 24. | 16 Februarii | 5 Martii |
| F | 23. 22 21. | 20 Januarii | 6 Februarii |
| | io! 19." 18.' 17. 16. 15. 14. | 27 Januarii | 13 Februarii |
| | 13. 12. li. IO. 9. 8. 7. | 3 Februarii | 20 Februarii |
| | 6.5.4.3.2.].*. | IO Februarii | 27 Februarii |
| | 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24. | 17 Februarii | 6 Martii |
| G | 23. 22. 21. 20. | 21 Januarii | 7 Februarii |
| | 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. | 28 Januarii | 14 Februarii |
| | 12. li. IO. 9. 8. 7. 6. | 4 Februarii | 21 Februarii |
| | 5.4.3.2.I.*.29. | li Februarii | 28 Februarii |
| | 28. 27. 26. 25. 25. 24. | 18 Februarii | 7 Martii |
| A | 23. 22. 21. 20. 19. | 22 Januarii | 8 Februarii |
| | 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. | 29 Januarii | 15 Februarii |
| | li.IO.9.8.7.6.5. | 5 Februarii | 22 Februarii |
| | 4.3. 2. I. *.29.28. | 12 Februarii | I Martii |
| | 27. 26. 25. 25. 24. | 19 Februarii | 8 Martii |
| B | 23. 22. 21. 20. 19. 18. | 23 Januarii | 9 Februarii |
| | 17. 16. lo. 14. 13. 12. li. | 30 Januarii | 16 Februarii |
| | IO.9.8.7.6.5.4. | 6 Februarii | 23 Februarii |
| | 3. 2. I. * 29.28.27. | 13 Februarii | 2 Martii |
| | 26. 25. 25. 24. | 20 Februarii | 9 Martii |
| C | 23. 22. 2]. 20. 19. 18. 17. | 24 Januarii | IO Februarii |
| | 16. 15. 14. 13. 12. li. IO. | 31 Januarii | 17 Februarii |
| | 9.8.7.6.5.4.3. | 7 Februarii | 24 Februarii |
| | 2. I. * 29.28.27.26.25. | 14 Februarii | 3 Martii |
| | 25. 24. | 21 Februarii | IO Martii |



## TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA.

| Pascha. | Ascensio. | Pentecoste | Corpus Christi. | CAC oo QO | Dominica j. Adventus. |
|---|---|---|---|---|---|
| 22 Martii | 30 Aprilis | IO Maii | 21 Maii | 26 | 29 Novembris |
| 29 Martii | 7 Maii | 17 Maii | 28 Maii | 25 | 29 |
| 5 Aprilis | 14 Maii | 24 Maii | 4 Junii | 24 | 29 |
| 12 Aprilis | 21 Maii | 31 Maii | li Junii | 23 | 29 |
| 19 Aprilis | 28 Maii | 7 Junii | 18 Junii | 22 | 29 |
| 23 Martii | I Maii | li Maii | 22 Maii | 26 | 30 Novembris |
| 30 Martii | 8 Maii | 18 Maii | 29 Maii | 25 | 30 |
| 6 Aprilis | 15 Maii | 25 Maii | 5 Junii | 24 | 30 |
| 13 Aprilis | 22 Maii | I Junii | 12 Junii | 23 | 30 |
| 20 Aprilis | 29 Maii | 8 Junii | 19 Junii | 22 | 30 |
| 24 Martii | 2 Maii | 12 Maii | 23 Maii | 26 | I Decembris |
| 31 Martii | 9 Maii | 19 Maii | 30 Maii | 25 | I |
| 7 Aprilis | 16 Maii | 26 Maii | 6 Junii | 24 | I |
| 14 Aprilis | 23 Maii | 2 Junii | 13 Junii | 23 | 1 |
| 21 Aprilis | 30 Maii | 9 Junii | 20 Junii | 22 | I |
| 25 Martii | 3 Maii | 13 Maii | 24 Maii | 26 | 2 Decembris |
| I Aprilis | IO Maii | 20 Maii | 31 Maii | 25 | 2 |
| 8 Aprilis | 17 Maii | 27 Maii | 7 Junii | 24 | 2 |
| 15 Aprilis | 24 Maii | 3 Junii | 14 Junii | 23 | 2 |
| 22 Aprilis | 31 Maii | IO Junii | 21 Junii | 22 | 2 |
| 26 Martii | 4 Maii | 14 Maii | 25 Maii | 26 | 3 Decembris |
| 2 Aprilis | li Maii | 21 Maii | I Junii | 25 | 3 |
| 9 Aprilis | 18 Maii | 28 Maii | 8 Junii | 24 | 3 |
| 16 Aprilis | 25 Maii | 4 Junii | lo Junii | 23 | 3 |
| 23 Aprilis | I Junii | li Junii | 22 Junii | 9') | 3 |
| 27 Martii | 5 Maii | 15 Maii | 26 Maii | 25 | 27 Novembris |
| 3 Aprilis | 12 Maii | 22 Maii | 2 Junii | 24 | 27 |
| IO Aprilis | 19 Maii | 29 Maii | 9 Junii | 23 | 27 |
| , 17 Aprilis | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | 99 | 27 |
| 24 Aprilis | 2 Junii | 12 Junii | 23 Junii | nil ari 21 | 27 |
| 28 Martii | 6 Maii | 16 Maii | 27 Maii | 25 | 28 Novembris |
| 4 Aprilis | 13 Maii | 23 Maii | 3 Junii | 24 | 28 |
| li Aprilis | 20 Maii | 30 Maii | IO Junii | 23 | 28 |
| 18 Aprilis | 27 Maii | 6 Junii | 17 Junii | 22 | 28 |
| 25 Aprilis | 3 Junii | 13 Junii | 24 Junii | 21 | 28 |

## TABELLA TEMPORARIA FESTORUM MOBILIUM.

| IA IQ IL < | oa uC (D tsB Xo | sio s 3B 55 | Cl M | Septuages. | Dies Cinerum. | Pascha. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1908 | ed | 9 | xxvij | 16 Februarii | 4 Martii | 19 Aprilis |
| 1909 | C | 10 | viij | 7 Februarii | 24 Februarii | li Aprilis |
| 1910 | b | 11 | xix | 23 Januarii | 9 Februarii | 27 Martii |
| 1911 | A | 12 | | 12 Februarii | I Martii | 16 Aprilis |
| 1912 | gf | 13 | xj | 4 Februarii | 21 Februarii | 7 Aprilis |
| 1913 | e | 14 | xxij | 19 Januarii | 5 Februarii | 23 Martii |
| 1914 | d | 15 | "i | 8 Februarii | 25 Februarii | 12 Aprilis |
| 1915 | C | 16 | xiv | 31 Januarii | 17 Februarii | 4 Aprilis |
| 1916 | bA | 17 | 25 | 20 Februarii | 8 Martii | 23 Aprilis |
| 1917 | | 18 | vi | 4 Februarii | 21 Februarii | 8 Aprilis |
| 1918 | 8f | 19 | XVlj | 27 Januarii | 13 Februarii | 31 Martii |
| 1919 | e | I | xxix | 16 Februarii | 5 Martii | 20 Aprilis |
| 1920 | de | o^ | x | I Februarii | 18 Februarii | 4 Aprilis |
| 1921 | b | 3 | xxj | 23 Januarii | 9 Februarii | 27 Martii |
| 1922 | A | 4 | 1] | 12 Februarii | I Martii | 16 Aprilis |
| 1923 | 8 | o | xiij | 28 Januarii | 14 Februarii | I Aprilis |
| 1924 | fe | 6 | xxiv | 17 Februarii | 5 Martii | 20 Aprilis |
| 1925 | d | 7 | v | 8 Februarii | 25 Februarii | 12 Aprilis |
| 1926 | C | 8 | XV) | 31 Januarii | 17 Februarii | 4 Aprilis |
| 1927 | b | 9 | xxvij | 13 Februarii | 2 Martii | 17 Aprilis |
| 1928 | Ag | 10 | VHJ | 5 Februarii | 22 Februarii | 8 Aprilis |
| 1929 | f | 11 | xix | 27 Januarii | 13 Februarii | 31 Martii |
| 1930 | e | 12 | | 16 Februarii | 5 Martii | 20 Aprilis |
| 1931 | d | 13 | xj | I Februarii | 18 Februarii | 5 Aprilis |
| 1932 | eb | 14 | xxij | 24 Januarii | IO Februarii | 27 Martii |
| 1933 | A | lo | "i | 12 Februarii | I Martii | 16 Aprilis |
| 1934 | 8 | 16 | xiv | 28 Januarii | 14 Februarii | I Aprilis |
| 1935 | f | 17 | 25 | 17 Februarii | . 6 Martii | 21 Aprilis |
| 1936 | ed | 18 | vj | 9 Februarii | 26 Februarii | 12 Aprilis |
| 1937 | C | 19 | xvij | 24 Januarii | IO Februarii | 28 Martii |
| 1938 | b | 1 | xxix | 13 Februarii | 2 Martii | 17 Aprilis |
| 1939 | A | 2 | x | o Februarii | 22 Februarii | 9 Aprilis |
| 1940 | gf | 3 | xxj | 21 Januarii | 7 Februarii | 24 Martii |
| 1941 | e | 4 | ij | 9 Februarii | 26 Februarii | 13 Aprilis |
| 1942 | d | o | X11J | I Februarii | 18 Februarii | o Aprilis |
| 1943 | C | 6 | xxiv | 21 Februarii | IO Martii | 25 Aprilis |



## TABELLA TEMPORARIA FESTORUM MOBILIUM.

| Q O C C< | Ascensio. | Pentec. | Corpus Christi. | O | C Eoo QO | Dom. I. Adventus. | iit: .II—I |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1908 | 28 Maii | 7 Junii | 18 Junii | 6 | 22 | 29Nov. | H |
| 1909 | 20 Maii | 30 Maii | IO Junii | 7 | 23 | 28Nov. | h |
| 1910 | 5 Maii | 15 Maii | 26 Maii | 8 | 25 | 27Nov. | u |
| 1911 | 25 Maii | 4 Junii | 15 Junii | 9 | 23 | 3Dec. | P |
| 1912 | 16 Maii | 26 Maii | 6 Junii | IO | 24 | IDec. | I |
| 1913 | I Maii | li Maii | 22 Maii | li | 26 | 30 Nov. | C |
| 1914 | 21 Maii | 31 Maii | li Junii | 12 | 23 | 29 Nov. | C |
| 1915 | 13 Maii | 23 Maii | 3 Junii | 13 | 24 | 28 Nov. | P |
| 1916 | I Junii | li Junii | 22 Junii | 14 | 22 | 3Dec. | F |
| 1917 | 17 Maii | 27 Maii | 7 Junii | 15 | 24 | 2Dec. | Cl |
| 1918 | 9 Maii | 19 Maii | 30 Maii | I | 25 | IDec. | S |
| 1919 | 29 Maii | 8 Junii | 19 Junii | 2 | 99 | 30Nov. | N |
| 1920 | 13 Maii | 23 Maii | 3 Junii | 3 | 24 | 28Nov. | k |
| 1921 | 5 Maii | 15 Maii | 26 Maii | 4 | 25 | 27Nov. | B |
| 1922 | 25 Maii | 4 Junii | 15 Junii | O | 23 | 3Dec. | b |
| 1923 | IO Maii | 20 Maii | 31 Maii | 6 | 25 | 2Dec. | n |
| 1924 | 29 Maii | 8 Junii | 19 Junii | 7 | 99 | 30Nov. | E |
| 1925 | 21 Maii | 31 Maii | li Junii | 8 | 23 | 29Nov. | e |
| 1926 | 13 Maii | 23 Maii | 3 Junii | 9 | 24 | 28Nov. | r |
| 1927 | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | IO | 99 | 27 Nov. | H |
| 1928 | 17 Maii | 27 Maii | 7 Junii | li | 24 | 2Dec. | h |
| 1929 | 9 Maii | 19 Maii | 30 Maii | 12 | 25 | IDec. | u |
| 1930 | 29 Maii | 8 Junii | 19 Junii | 13 | 22 | 30 Nov. | P |
| 1931 | 14 Maii | 24 Maii | 4 Junii | 14 | 24 | 29 Nov. | I |
| 1932 | 5 Maii | 15 Maii | 26 Maii | 15 | 25 | 27 Nov. | C |
| 1933 | 25 Maii | 4 Junii | 15 Junii | I | 23 | 3Dec. | C |
| 1934 | IO Maii | 20 Maii | 31 Maii | 2 | 25 | 2Dec. | P |
| 1935 | 30 Maii | 9 Junii | 20 Junii | 3 | | 1 Dec. | F |
| 1936 | 21 Maii | 31 Maii | li Junii | 4 | 23 | 29Nov. | f |
| 1937 | 6 Maii | 16 Maii | 27 Maii | o | 25 | 28 Nov. | s |
| 1938 | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | 6 | 22 | 27Nov. | N |
| 1939 | 18 Maii | 28 Maii | 8 Junii | 7 | 24 | 3Dec. | k |
| 1940 | 2 Maii | 12 Maii | 23 Maii | 8 | 26 | IDec. | |
| 1941 | 22 Maii | I Junii | 12 Junii | 9 | 23 | 30 Nov. | D |
| 1942 | 14 Maii | 24 Maii | 4 Junii | IO | 24 | 29 Nov. | n |
| 1943 | 3 Junii | 13 Junii | 24 Junii | li | 21 | 28 Nov. | h |

# FESTA MOBILIA

## QUÆ ABSUNT A CALENDARIO.

| | Y AKTE | PAGINA |
|---|---|---|
| Feria iij. post Dom. Septuag. Oratio D. N. J. C. in Monte Oliveti. | I | 581 |
| Feria iij. post Dom. Sexag. Commemoratio Passionis D.N.J.C. | I | 592 |
| Feria v. post Dom. Sexag. Translatio S. Catharinæ Senensis V. O. P | I | 606 |
| Feria vj. post Dom. j. Quadrag. SS. Lanceæ et Clavorum D.N.J.C | I | 614 |
| Feria vj. post Dom. ij. Quadrag. SS. Sindonis D. N. J. C. | I | 625 |
| Feria vj. post Dom. iij. Quadrag. SS. Quinque Vulnerum D.N.J.C | I | 637 |
| Feria vj. post Dom. iv. Quadrag. Pretiosissimi Sanguinis D.N.J.C | I | 648 |
| Feria vj. post Dom. in Passione. Compassio B. Mariæ. . | I | 662 |
| Pascha Resurrectionis | I | 480 |
| Dominica ij. post Octavam Paschæ. Patrocinium S. Joseph Confessoris Sponsi B. Mariæ Virginis . | I | 677 |
| Si tamen post Trinitatem transferatur. | II | 367 |
| Ascensio Domini | I | 537 |
| Pentecoste. | I | 561 |
| Festum SS. Trinitatis | II | 161 |
| Festum SS. Corporis Christi | II | 175 |
| Feria vj. post festum Corporis Christi. Festum SS. Cordis Jesu | II | 374 |
| Dominica j. post Oct. Trinitatis. Purissimi Cordis B. Mariæ V | II | 388 |
| Dedicatio Ecclesiæ . | | li* |

A.y A^K f
* y* v.



# CALENDARIUM.

## JANUARIUS. .

| Cyclus Epact. | Litt. Doni. | | Dies mensis, | |
|---|---|---|---|---|
| * | A | Calendis | I | Circumcisio Domini. Totum Duplex. |
| xxix | b | iv. non. | o | Octava S. Stephani Protomart. Tres Lectiones. |
| xxviij | | iij. non. | 3 | Octava S. Joannis Apostoli et Evangelistæ. Tres Lectiones. |
| xxvij | | Prid. non | 4 | Octava SS. Innocentium Martyrum. Tres Lectiones. |
| xxvj | | Nonis, | o | Vigilia. |
| 25. xxv | | viij. id. | 6 | Epiphania Domini. Totum Duplex. Dominica infra Octavam Epiphaniæ. Inventio Domini nostri Jesu Christi in medio Doctorum. Totum Duplex. |
| xxiv | 8 | vij. id. | 7 | |
| xxiij | A | vj. id. | 8 | |
| xxij | | v. id. | 9 | |
| xxj | | iv. id. | 10 | B. Gundisalvi Confess. O. P. Totum Duplex |
| xx | | ii]. id. | 11 | |
| xix | e | Pridie id. | 12 | |
| xviij | f | Idibus | 13 | Octava Epiphaniæ. Simplex. |
| xvij | g | xix. eai. FEBRUAR. | 14 | S. Hilarii Episc., Conf. et Eccl. Doct. Duplex. |
| xvj | | xviij. eai. | 15 | SS. Nominis Jesu. Totum Duplex. S. Mauri Abbatis. Memoria. |
| xv | | xvij. eai. | 16 | B. Stephanæ de Quinzanis V. O. P. Duplex. S. Marcelli Papæ et Mart. Memoria. |
| xiv | e | xvj. eai. | 17 | S. Antonii Abbatis. Totum Duplex. |
| xiij | d | xv. eai. | 18 | Cathedra Romana S. Petri. Duplex. S. Priscæ Virg. et Mart. Alemoria, Ante non erit Septuagesima. |
| XI] | | xiv. eai. | 19!i | B. Andreæ a Piscaria Conf. O. P. Duplex. S. Felicis Presb. et Mart. Memoria. |
| xj | | xiij. eai. | 20' | SS. Fabiani Papæ et Sebastiani MM. Totum Duplex. |
| x | 8 | xij. eai. | 21 | S. Agnetis Virg. et Mart. Totum Duplex. |
| ix «. | A | xj. eai. | 22 | S. Vincentii Mart. Totum Duplex. |
| | b | x. eai. | 23 | S. Raymundi Conf. O. P. Totum Duplex. S. Emerentianæ Virg. et Mart. Memoria. |
| vnj | | ix. eai. | 24 | B. Marcolini Conf. O. P. Duplex. S. Timothei Ep. et Mart. Memoria. |
| vij | d | viij. eai. | 25 | Conversio S. Pauli Apost. Totum Duplex. |
| vj | e | vij. eai. | 26 | B. Margaritæ de Hungaria Virg. O. P. Duplex. S. Polycarpi Ep. et Mart. Memoria. |
| v | | vj. eai. | 27 | S. Joannis Chrysostomi Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex. S. Juliani Ep. et Conf. Memoria. |
| ivj | 8 | v. eai. | 28 | Translatio S. Thomæ Aquinatis Conf. et Eccl. Doct. O. P. Totum Duplex. S. Agnetis secundo. Memoria. |

Cyclus Litt. Dies
Epact. Doni.. mensis.

A iv. cal. 29 S. Francisci Salesii Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
Octava S. Vincentii Mart. Memoria.
S. Pauli primi Eremitæ. Memoria.
b iij. cal. 30 S. Martinæ Virg. et Mart. Simplex.
Octava S. Raymundi Conf. O. P. Simplex.
C Pridie cal. 31 Si Petri Nolasco Conf. Duplex.

## FEBRUARIUS.

xxix d Calendis I S. Ignatii Ep. et Mart Duplex.
xxviij e iv. non. 2 Purificatio B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
xxvij f iij. non. 3 S. Blasii Ep. et Mart. Simplex.
25.xxvj g Pridie non 4 S. Andreæ Corsini Ep. et Conf. Duplex.
Anniversarium Patrum et Matrum. Novem Lectiones.
Ante non erit Cinis,
xxv.xxiv A Nonis 5 S. Agathæ Virg. et Mart. Duplex.
xxiij b viij. id 6 S. Dorotheæ Virg. et Mart. Duplex.
SS. Vedasti et Amandi Confessorum. Memoria.
xxij c vij. id. 7 S. Romualdi Abbatis. Duplex.
xxj d vj. id. 8. S. Joannis de Matha Conf. Duplex.
xx e v. id. 9 B. Bernardi Scammacca Conf. O. P. Duplex.
S. Apolloniæ Virg. et Mart. Memoria.
xix f iv. id. 10 S. Scholasticæ Virg. Duplex.
xviij g iij. id. 11 Desponsatio B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
S. Joseph Conf. et Sponsi B. Mariæ Virg. Memoria.
xvij A Pridie id 12 B. Reginali Conf. O. P. Duplex.
xvj b Idibus 13 S. Catharinæ de Ricciis V. O. P. Totum Duplex.
xv c xvj. cal. MARTII. 14 B. Nicolai Palea Conf. O. P. Duplex.
xiv d xv. cal. 15 B. Jordani Saxonis Conf. O. P. Duplex.
xiij e xiv. cal. 16 B. Gregorii Papæ X. Conf. Duplex.
xij f xiij. cal. 17 Septem Confessorum Ordinis Servorum B. Mariæ Fundatorum. Duplex.
g xij. cal. 18 B. Laurentii a Ripafracta Conf. O. P. Duplex.
x A xj. cal. 19 B. Alvari Cordubensis Conf. O. P. Duplex.
ix b x. cal. 20 Octava S. Catharinæ de Ricciis Virg. O. P. Simplex.
viij c ix. cal. 21 B. Aimonis Taparelli Conf. O. P. Duplex.
S. Valentini Mart. Memoria.
Post non erit Septuagesima.
vij d viij. cal. 22 Cathedra Antiochena S. Petri. Duplex
vj e vij. cal. 23 S. Petri Damiani Ep. Conf. et Eccl. Doct Duplex. Vigilia.
v f vj. cal. 24 S. Mathiæ Apostoli. Totum Duplex.
LOCUS BISSEXTI.
iv g v. cal. 25 B. Constantii a Fabriano Conf. O. P. Duplex.
A iv. cal. 26
iij b iij. cal. 27
ij c Pridie cal 28 B. Villanæ de Bottis Vid. O. P. Duplex.

In Anno bissextili Februarius est dierum viginti novem et Festum S. Mathiæ celebratur die 25. Februarii et bis dicitur Sexto calendas Martii., idest die 24. et die 25.; et Littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Januario mutatur in præcedentem : ut si in Januario Littera Dominicalis fuit A, mutetur in præcedentem, quæ est g. etc. Festum vero B. Constantii celebratur die 26., et Festum B. Villanæ die 29.

## MARTIUS.

Cyclus Litt. Dies
Epact. Dom mensis.

K d Calendis 1 B. Christophori a Milano Conf. O. P. Duplex.
S. Albini Ep. et Conf. Memoria.
xxix e vj. non. 2 B. Henrici Susonis Conf. O. P. Duplex.
xxviij f v. non. 3
xxvij g iv. non. 4 S. Casimiri Conf. Duplex.
xxvj A iij. non. 5
25. xxv. b Prid. non. 6 B. Jordani a Pisis Conf. O. P. Duplex.
xxiv C Nonis 7 S. Thomæ Aquinatis Conf. et Eccl. Doct. O. P. Totum Duplex.
xxiij d viij. id. 8 S. Joannis de Deo Conf. Duplex.
xxij e vij. id. 9 S. Franciscæ Romanæ Vid. Duplex.
xxj f vj. id. 10 B. Petri de Jeremia Conf. O. P. Duplex.
Post non erit Cinis.
xx g v. id. 11
xix A iv. id. 12 S. Gregorii Magni Papæ, Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex.
xviij b iij. id. 13
xvij C Pridie id. 14 Octava S. Thomæ Aquinatis O. P. Solemnis.
xvj d Idibus 15
xv e xvij. cal. APRILIS. 16
xiv f xvj. cal. 17 S. Patritii Ep. Conf. Duplex.
xiij g xv. cal. 18 B. Sibyllinæ de Biscossis Virg. O. P. Duplex
xij A xiv. cal. 19 S. Joseph Conf. Sponsi B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
xj b xiij. cal. 20
x C xij. cal. 21 S. Benedicti Abbatis. Duplex.
ix d xj. cal. 22 B. Ambrosii Sansedonii Conf. O. P. Duplex.
Ante non erit Pascha.
viij e x. cal. 23
vij f ix. cal. 24 S. Gabrielis Archangeli. Totum Duplex.
vj g viij. cal. 25 Annuntiatio B. M. Virg. Totum Duplex.
v A vij. cal. 26 Octava S. Joseph. Solemnis.
iv b vj. cal. 27
iij c v. cal. 28
ij d iv. cal. 29
i e iij. cal. 30
* f Pridie cal 31

## APRILIS.

xxix g Calendis I Octava Annuntiationis B. Mariæ Virg. Solemnis.
xxviij A iv. non. 2 S. Francisci de Paula Conf. Duplex.
xxvij b iij. non. 3 Impressio sacrorum Stigmatum S. Catharinæ Senen. Virg. O. P. Duplex.

Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis.

25.xxvj Ie Prid. non. 4 S. Ambrosii Ep. Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex.
xxv.xxn Nonis 5 S. Vincentii Ferrerii Conf. O. P. Totum Du I plex.
xxiij e vnj. id. 6
xxij f vij. id. 7
xxj g vj. id, 8
xx A v. id. 9 B. Antonii Pavonii Alart. O. P. Duplex.
xix b iv. id. 10, B. Antonii Neyrot Mart. O. P. Duplex.
xviij e ii), id. 11 S. Leonis Magni Papæ, Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex.
xvii d Pridie id 12 Octavas. Vincentii Conf. O. P. Simplex.
xvj e Idibus 13 B. Margaritæ de Castello Virg. O. P. Duplex.
xv f xviij. eai. 31 AII. 14 E. Petri Gonzalez Conf. O. P. Duplex.
xiv g xvij. eai. 15 S. Hermenegildi Mart. Duplex.
xiij A xvj. eai. 16 SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi MM. Tres Lectiones.
xij b xv. eai. 17 B. Claræ Gambacurtæ Vid. O. P. Duplex.
xj e xiv. eai. 18
x d xiij. eai. 19
ix e xij. eai. 20 S. Agnetis de Monte Pontiano Virg. O. P. Totum Duplex.
viij f xj. eai. 21 B. Bartholomæi Mart. O. P. Duplex.
vij 8 x. eai. 22
vj A ix. eai. 23 S. Georgii Mart. Simplex.
v b viij. eai. 24 SS. Coronæ spineæ Domini. Totum Duplex. S. Adalberti Ep. et Mart. Memoria.
iv e vij. eai. 25 S. Marci Evangelistæ. Totum Duplex, Ultimum Pascha.
iij d vj. eai. 26 BE. Dominici et Gregorii Confessorum O. P. Duplex.
ij e v. eai. 27 Octava S. Agnetis. Virg. O. P. Simplex.
j f iv. eai. 28 S. Pauli a Cruce Conf. Duplex. S. Vitalis Mart. Memoria.
8 iij. eai. 29 S. Petri Martyris O. P. Totum Duplex.
xxix A Pridie eai 30 S. Catharinæ Senensis Virg. O. P. Totum Duplex.
Ante non erit Ascensus.

## MAIUS.

xxviij b Calendis 1 SS. Philippi et Jacobi Apostolorum. Totum Duplex.
xxvij e vj. non. 2 S. Athanasii Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
xxvj d v. non. 3 Inventio sanctæ Crucis. Totum Duplex. SS. Alexandri, Eventii et Theoduli MM. Memoria.
25. xxv e iv. non. 4 S. Monicæ Vid. Duplex.
xxiv f iij. non. 5 S. Pii Quinti Papæ et Conf. O. P. Totum Duplex.
xxiij g Prid. non. 6 S. Joannis ante Portam Latinam. Duplex. Octava S. Petri Mart. O. P. Simplex.
xxij A Nonis 7 Octava S. Catharinæ Senensis O. P. Solemnis.
xxj b viij. id. 8 Apparitio S. Michaelis Archangeli. Totum Duplex.



Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis.

xx c vij. ID. 9 S. Gregorii Nazianzeni Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
xix d VJ. ID. 10 S. Antonini Ep. Conf. O. P. Totum Duplex. SS. Gordiani et Epimachi MM. Memoria. Ante non venit Ignis.
xviij e V. ID. 11 S. Stanislai Ep. Mart. Duplex.
xvij F IV. ID. 12 B. Joannæ de Lusitania Virg. O. P. Duplex. Octava S. Pii Quinti O. P. Simplex. SS. Nerei, Achillei et Pancratii MM. Memoria.
xvj g III. ID. 13 B. Alberti a Bergomo Conf. O. P. Duplex.
xv A Prid. id. 14 B. Ægidii Conf. O. P. Duplex.
xiv b Idibus 15 Conversio S. Augustini Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
xiij C xvij. eai. JUNII. 16 S. Joannis Nepomuceni Mart. Duplex.
xij D xvj. eai. 17 B. Andreæ Abellonii Conf. O. P. Duplex. Octava S. Antonini O. P. Simplex.
xj e xv. eai. 18 S. Venantii Mart. Simplex.
x F xiv. eai. 19 S. Petri Cælestini Papæ et Conf. Duplex. S. Pudentianæ Virg. Memoria.
ix g xiij. eai. 20 B. Columbæ Virg. O. P. Duplex.
viij A xij. eai. 21 S. Bernardini Senensis Conf. Simplex. Ante non erit Corpus.
vij b xj. eai. 22 S. Servati Ep. et Conf. Totum Duplex.
vj e x. eai. 23 B. Ludovici Mariæ Grignon de Montfort Conf. O. P. Duplex.
v D ix. eai. 24 B. Mariæ Virg. titulo Auxilium Christianorum. Totum Duplex.
iv e viij. eai. 25 Translatio S. P. N. Dominici Conf. Totum Duplex. S. Mariæ de Pazzis Virg. Memoria. S. Urbani Papæ Mart. Memoria.
iij F vij. eai. 26 S. Philippi Nerii Conf. Totum Duplex.
ij g vj. eai. 27 BE. Petri Sanz Ep. et Sociorum MM. O. P. Duplex.
j A v. eai. 28 B. Mariæ Bartholomææ Virg. O. P. Duplex.
b iv. eai. 29 BE. Guillelmi O. P. et Sociorum MM. Duplex.
xxix C iij. eai. 30
xxviij D Pridie eai 31 B. Jacobi Salomonii Conf. O. P. Duplex. S. Petronillæ Virg. Memoria.

## JUNIUS.

xxvij Calendis 1 BE. Alphonsi Navarrete O. P. et Sociorum MM. Duplex.
25. xxvj IV. non. 2 BE. Sadoc et Sociorum MM. O. P. Duplex. SS. Marcellini Presbyteri et Petri Exorcistæ MM. Memoria. Post non erit Ascensus.
xxv.xxiv g iij. non. 3
xxiij Prid. non 4 Translatio S. Petri Mart. O. P. Totum Duplex.
xxij b Nonis 5 S. Francisci Caracciolo Conf. Duplex.
xxj e viij. id. 6 S. Norberti Ep. et Conf. Duplex.

Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis.

xx d vi), id. 71
xix e vj. id. 8 S. Angelæ Mericiæ Virg. Duplex.
S. Medardi Ep. et Conf. Memoria.
xviij f v. id. 9 BB. Dianæ, Cæciliæ et Amatæ Virginum O.P. Duplex.
SS. Primi et Feliciam MM. Memoria.
xvij g iv. id. 10 B. Joannis Dominici Ep.et Conf.O.P.Duplex.
xvj A ii). id. 11 S. Barnabæ Apostoli. Totum Duplex.
xv b Pridie id. B. Stephani Bandelli Conf. O. P. Duplex.
SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii MM. Memoria.
xiv C Idibus S. Antonii de Padua Conf. Duplex.
Post non venit Ignis.
xiij d xviij. eai. JULII. 14 S. Basilii Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
xij e xvij. eai. SS. Viti, Modesti et Crescentiæ M M. Tres Lectiones.
xj f xvj. eai. 16 S. Martialis Ep. et Conf. Tres Lectiones.
SS. Quirici et Julittæ MM. Memoria.
x g xv. eai. 17
ix A xiv. eai. 18 B. Osanna; Mantuanæ Virg. O. P. Duplex.
viij b xiij. eai. 19 SS. Gervasii et Protasii MM. Simplex.
vi) C xij. eai. 20 SS. Marci et Marcelliani MM. Tres Lectiones.
vj d xj. eai. 21
v e x. eai. 22 B. Innocentii Quinti Papæ et Conf. O. P. Duplex.
iv f ix. eai. 23 Decem millium Martyrum. Duplex.
Vigilia.
g viij. eai. 24 Nativitas S. Joannis Baptistæ. Totum Duplex.
Post non erit Corpus.
ij A vi), eai. 25
i b vj. eai. 26 SS. Joannis et Pauli MM. Simplex.
C v. eai. 27
xxix d iv. eai. S. Leonis Secundi Papæ et Conf. Memoria.
Vigilia.
xxviij e ii), eai. 29 SS. Petri et Pauli Apostolorum. Totum Duplex.
xxvij j f Pridie eai. Commemoratio S. Pauli Apostoli. Duplex.

## JULIUS.

xxvj g Calendis I: Octavas. Joannis Baptistæ. Simplex.
xxv A vj. non. 9 Visitatio B. Mariæ V. Totum Duplex.
xxiv b v. non. B. Marci Mutinensis Conf. O. P. Duplex.
SS. Processi et Martiniani MM. Memoria.
xxiij C iv. non. 4
xxij d iij. non. 5 S. Antonii Mariæ Zaccaria Conf. Duplex.
xxj e Prid. non. 6 Octava SS. Petri et Pauli Apostolorum. Solemnis.
XXf Nonis 7 B. Benedicti Undecimi Papæ et Conf. O. P. Duplex.
xix g vnj. id. 8



Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis.

xviij vij. id. 9 SS. Joannis O. P. et Sociorum MM. Totum Duplex.
Octava Visitationis B. Mariæ Virg. Simplex.
xvi j b v), id. IO Septem Fratrum MM. Memoria.
xvj e v. id. li1BB. Ignatii Delgado, Dominici Henares O. P. et Sociorum MM. Duplex.
S. Procopii Abbatis. Memoria.
xv IV. id. 12'S. Joannis Gualberti Abbatis.Duplex.
Anniversarium sepultorum in Cœmeteriis nostris. Novem Lectiones.
xiv e nj. id. 13 ,B. Jacobi a Voragine Ep. et Conf. O. P. Duplex.
xiij f Pridie id. 14 S. Bonaventuræ Ep. Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex.
xi) g Idibus 151S. Henrici Imperatoris Conf. Duplex.
xj A xvi), eai. AUGUSTI. 16 Commemoratio B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo. Totum Duplex.
Octava SS. Joannis et Sociorum M M. Simplex.
x b xv). eai. 17IS. Alexii Conf. Tres Lectiones.
ix e xv. eai. 18 B. Ceslai Conf. O. P. Duplex.
viij d xiv. eai. 19 S. Vincentii a Paulo Conf. Duplex.
vij e xiij. eai. 20 S. Margaritæ Virg. et Mart. Simplex.
v) f xij. eai. 21 S. Hieronymi Æmiliani Conf. Duplex.
S. Praxedis Virg. Memoria.
v g x), eai. 22 S. Mariæ Magdalenæ. Totum Duplex.
iv A x. eai. 23 B. Joannæ Urbevetanæ Virg. O. P. Duplex.
S. Liboni Ep. et Conf. Memoria.
S. Apollinaris Ep. et Mart. Memoria.
"I ix. eai. 24 S. Camilli de Lellis Conf. Duplex.
S. Christinæ Virg. et Mart. Memoria.
Vigilia.
ii viij. eai. 25 S. Jacobi Apostoli. Totum Duplex.
SS. Christophori et Cucuphatis MM. Memoria.
vi), eai. 26 S. Annæ Matris B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
e vj. eai. 27 B. Augustini de Bugella Conf. O. P. Duplex.
xxix f v. eai. 28 B. Antonii ab Ecclesia Conf. O. P. Duplex.
SS. Nazarii, Celsi et PantaleonisMM. Memoria.
xxviij g iv. eai. 29 S. Marthæ Virg.Duplex.
Octava S. Mariæ Magdalenæ. Simplex.
SS. Felicis, Simplicii, Faustini et Beatricis MM. Memoria.
xxvi) A ii). eai. 30 B. Mannis Conf. O. P. Duplex.
SS. Abdon et Sennen MM. Memoria.
25. xxvj b Pridie eai. 31 S. Ignatii Conf. Duplex.
S. Germani Ep. et Conf. Memoria.

## AUGUSTUS.

Cyclus Liti. Epact. Doni. | Dies mensis.

sv.xxiv C Calendis IIS. Petri Apostoli ad Vincula. Duplex.
SS. Machabæorum MM. Memoria.
xxiij d iv. non. 2 B. Joannæ de Aza Matris S. P. N. Dominici. Duplex.
S. Stephani Papæ et Mart. Memoria.
xxij e iij. non. Inventio Corporis S. Stephani Protomartyris Simplex.
XX] f iPrid. non. 4S . P. N. Dominici Conf. Totum Duplex.
XX g Nonis 5 S. Mariæ ad Nives. Duplex.
xix A vnj. id. 6 Transfiguratio Domini. Totum Duplex.
SS. Xysti Papæ, Felicis et Agapiti MM. Memoria.
xviij b vij. id. 7 S. Cajetani Conf. Duplex.
S. Donati Ep. et Mart. Memoria.
xvij C vj. id. 8 B. Augustini Lucerini Ep. et Conf. O. P. Duplex.
SS. Ceriaci, Largi et Smaragdi MM. Memoria.
xvj d v.id. 9 B. Joannis de Salerno Conf. O. P. Duplex.
Vigilia.
XV e iv. id. 10 S. Laurentii Mart. Totum Duplex.
xiv f ii), id. 11 Octava S. P. N. Dominici. Solemnis.
S. Tirbutii Mart. Memoria.
xiij g Pridie id. 12 S. Claræ Virg. Duplex.
XI) A Idibus 13 SS. Hippolyti et Sociorum MM. Duplex.
XJ b xix. eai. SEPTEMB. 14 S. Emygdii Ep. et Mart. Duplex.
S. Eusebii Presbyteri et Conf. Memoria.
Vigilia.
x C xviij. eai. lo Assumptio B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
ix d x vi), eai. 16 S. Hyacinthi Conf. O. P. Totum Duplex.
Dominica infra Octavam Assumptionis.
S. Joachim Conf. Patris B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
viij e xv). eai. 17 B. Æmiliæ Bicchieri Virg. O. P. Duplex.
Octava S. Laurentii. Simplex.
VI) f xv. eai. 18 S. Rochi Conf. Duplex.
S. Agapiti Mart. Memoria.
vj g xiv. eai. 19 S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep. Conf. et Eccl. Doct. Duplex.
v A xiij. eai. 20 S. Bernardi Abbatis et Eccl. Doct. Duplex.
iv b xij. eai. 21 Freni iot de Chantal Via. Duplex.
"j C xj. eai. 22 Octava Assumptionis B. Mariæ Virg. Solemnis.
SS. Timothei et Symphoriani MM. Memoria.
IJ d x. eai. 23 B. Jacobi a Mevania Conf. O. P. Duplex.
VigTlia yadnthi Simplex.
e ix. eai. 24 S. Bartholomæi Apostoli. Totum Duplex.
f viij. eai. 25 S. Ludovici Galliæ Regis Conf. Duplex.



Cyclus Litt. Epact. Dom. | Dies mensis.

xxix vij. eai. 26 S. Philippi Benitii Conf. Duplex.
xxviij gA vj. eai. 27 S. Josephi Calasanctii Conf. Duplex.
S. Rufi Ep. et Mart. Memoria.
xxvij b v. eai. 28 S. Augustini Ep. Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex.
XXV) C iv. eai. 29 Decollatio S. Joannis Baptistæ. Duplex.
S. Sabinæ Mart. Memoria.
25. xxv d iij. eai. 30 S. Rosæ a Lima Virg. O. P. Totum Duplex.
SS. Felicis et Adaucti MM. Memoria.
xxiv e Pridie eai. 31 S. Raymundi Nonnati Conf. Duplex.

Ubi festum S. Bartholomæi die 23. Augusti celebratur, sic disponenda sunt quæ supra pro diebus 23., 24., 25. et 26. notata fuerant.

ii d x. eai. B. Jacobi a Mevania Conf. O. P. Duplex.
Octava S. Hyacinthi. Simplex.
j e ix. eai. 24 S. Philippi Benitii Conf. Duplex.
Vigilia.
f viij. eai. 25 S. Bartholomæi Apostoli Totum Duplex.
xxix g vij. eai. 26 S. Ludovici Galliæ Regis Conf. Duplex.

## SEPTEMBER.

xxiij f Calendis I S. Philumenæ Virg. et Mart. Duplex.
S. Ægidii Abbatis. Memoria.
xxij g iv. non. S. Stephani Hungariæ Regis Conf. Duplex.
XX) A iij. non. B. Gualæ Ep. et Conf. O. P. Duplex.
XX b Prid. non Octavas. Augustini. Solemnis,
xix C Nonis B. Catharinæ a Raconixio Virg. O. P. Duplex.
Anniversarium Familiarium et Benefactorum defunctorum Ord. N. Novem Lect.
xviij d vnj. id. 6 B. Bertrandi a Garriga Conf. O. P. Duplex.
Octava S. Rosæ a Lima O. P. Simplex.
xvij e vi), id. 7 S. Rosæ a Viterbio Virg. Duplex.
S. Marcelli Mart. Memoria.
xvj f vj. id. 8 Nativitas B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
Dominica infra Octavam Nativitatis B. Mariæ.SS. Nominis ejusdem. Totum Duplex.
XV g v.id. 9 S. Gorgonii Mart. Memoria.
xiv A iv. id. 10 S. Nicolai a Tolentino Conf. Duplex.
xiij b iij. id. 11 SS. Proti et Hyacinthi MM. Memoria.
XIJ C Pridie id. 12
X) d Idibus 13
x e xviij. eai. OCTOBRIS 14 Exaltatio sanctæ Crucis. Totum Duplex.
ix f xvij. eai. 15 Commemoratio S. P. N. Domini Conf. in Suriano. Totum Duplex.
Octava Nativitatis B.Mariæ Virg. Simplex.
S. Nicomedis Mart. Memoria.
viij g xvj. eai. 16 B. Imeldæ Virg. O. P. Duplex.
S. Euphemiæ Virg. et Mart. Memoria.
VI) A xv. eai. Impressio Stigmatum S. Francisci. Duplex.
S. Lamberti Ep. et Mart. Memoria.
vj b xiv. eai. 18 SS.Cornelii Papæ et Cypriani Ep.MM. Duplex.
v C xiij. eai. 19 SS. Januarii Ep. et Sociorum MM. Duplex.
iv d xij. eai. B. Francisci de Possadas Conf. O. P. Duplex.
Vigilia.

| Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| li) | e | xj. eai. | 21 | S. Matthæi Apostoli et Evangelistæ. Totum Duplex. |
| 1] | f | x. eai. | 22 | SS. Mauriti et Sociorum MM. Simplex. |
| i | g | ix. eai. | 23 | S. Theclæ Virg. feminarum Protomartyris. Duplex. |
| -x | A | viij. eai. | 24 | E. Mariæ Virg. de Mercede. Totum Duplex. |
| xxix | b | vi), eai. | 25 | S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf. Duplex. |
| xxviij | C | vj. eai. | 26 | E. Dalmatii Monerii ConL O. P. Duplex. |
| xxvij | d | v. eai. | 27 | SS. Cosmæ et Damiani MM. Simplex. |
| 25. xxvj | e | iv. eai. | 28 | S. Josephi a Cupertino Conf. Duplex. S. Venceslai Mart. Memoria, |
| xxv.xxiv | f | iij. eai. | 29 | S. Michaelis Archangeli. Totum Duplex. |
| xxiij | g | Pridie eai. | 30 | S. Hieronymi Presbyteri, Conf. et Eccl. Doct. Totum Duplex. |

## OCTOBER.

Dominica in calendis vel prima post calendas Octobris. Festivitas SS. Rosarii E. Mariæ Virg. Totum Duplex cum Octava Solemni.

| Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxij | A | Calendis | 1 | SS. Eustachii et Sociorum M M. Duplex. S. Remigii Ep. et Conf. Memoria. |
| xxj | b | vj. non. | 2 | SS. Angelorum Custodum. Totum Duplex. |
| xx | C | v. non. | 3 | E. Joannis Massias Conf. O. P. Duplex. |
| xix | d | iv. non. | 4 | S. P. N. Franci sci Conf. Totum Duplex. |
| xviij | e | iij. non. | 5 | E. Raymundi a Capua Conf. O. P. Duplex. SS. Placidi et Sociorum MM. Memoria. |
| xvij | f | Prid. non. | 6 | S. Brunonis Conf. Duplex. Octava S. Michaelis. Simplex. |
| xvj | g | Nonis | 7 | E. Matthæi Carrerii Conf. O. P. Duplex. |
| xv | A | viij. id. | 8 | S. Birgittæ Viduæ. Simplex. |
| xiv | b | vij. id. | 9 | SS. Dionysii Ep. et Sociorum M M. Totum Duplex. |
| xiij | C | vj. id. | 10 | S. Ludovici Bertrandi Conf. O. P. Totum Duplex. |
| xij | d | v. id. | 11 | Octava S. P. N. Francisci. Solemnis. S. Leodegarii Ep. et Mart. Memoria. |
| xj | e | iv. id. | 12 | E. Jacobi ab Ulma Conf. O. P. Duplex. |
| x | f | iij. id. | 13 | S. Eduardi Regis et Conf. Duplex. |
| ix | g | Pridie id. | 14 | E. Magdalenæ de Panateriis Virg. O. P. Duplex. S. Callisti Papæ et Mart. Memoria. |
| viij | A | Idibus | 15 | S. Teresiæ Virg. Totum Duplex. |
| vij | b | xvij. eai. NOVEMBR. | 16 | |
| vi | C | xvj. eai. | 17 | Octava S. Ludovici Bertrandi. Simplex. |
| v | d | xv. eai. | 18 | S. Lucæ Evangelistæ. Totum Duplex. |
| iv | e | xiv. eai. | 19 | S. Petri ab Alcantara Conf. Simplex. |
| iij | f | xiij. eai. | 20 | S. Marci Papæ et Conf. Tres Lectiones. SS. Sergii, Bacchi, Marcelli et Apulei MM. Memoria. |
| ij | g | xij. eai. | 21 | SS. Ursulæ et Sociarum VV. et MM. Totum Duplex. |
| j | A | xj. eai. | 22 | E. Petri a Tiferno Conf. O. P. Duplex. S. Hilarionis Abbatis. Memoria. |

| Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| * | b | x. eai. | 23 | E. Bartholomæi de Bregantia Ep. et Conf. O. P. Duplex. |
| xxix | C | ix. eai. | 24 | S. Raphaelis Archangeli. Totum Duplex. |
| xxviij | d | viij. eai. | 25 | SS. Crispini et Crispiniani MM. Tres Lectiones. |
| xxvii | e | vij. eai. | 26 | E. Damiani a Finario Conf. O. P. Duplex. Vigilia. |
| xxvj | f | vj. eai. | 27 | |
| 25. xxv | g | v. eai. | 28 | SS. Simonis et Judæ Apostolorum. Totum Duplex. |
| xxiv | A | iv. eai. | 29 | E. Benvenutæ Bojani Virg. O. P. Duplex. |
| xxiij | b | iij. eai. | 30 | Commemoratio Sanctorum, quorum Reliquiæ in Ecclesiis nostris asservatur. Totum Duplex. |
| xxij | e | Pridie eai. | 31 | S. Quintini Mart. Memoria. Vigilia. |

## NOVEMBER.

| Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis. | |
|---|---|---|---|---|
| xxj | d | Calendis | 1 | Festivitas Omnium Sanctorum. Totum Duplex. |
| xx | e | iv. non. | 2 | Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum. Novem Lectiones. |
| xix | f | iij. non. | 3 | E. Simonis Ballacchii Conf. O. P. Duplex. |
| xviij | g | Prid. non. | 4 | S. Caroli Ep. et Conf. Duplex. |
| xvij | A | Nonis | 5 | E. Martini de Porres Conf. O. P. Duplex. |
| xvj | b | viij. id. | 6 | BE. Hieronymi, Valentini, Francisci, Hyacinthi et Sociorum MM. O. P. Duplex |
| xv | C | vij. id. | 7 | E. Petri de Ruffia Mart. O. P. Duplex. Dominica in die octava Novembris, vel prima post diem octavam Novembris. Patrocinium E. Mariæ Virg. Totum Duplex. |
| xiv | d | vj. id. | 8 | Octava Omnium Sanctorum. Solemnis. |
| xiij | e | v. id. | 9 | Festivitas Omnium Sanctorum Ordinis Prædicatorum. Totum Duplex. S. Theodori Mart. Memoria. |
| xij | f | iv. id. | 10 | SS. Quatuor Coronatorum MM. Tres Lectiones. Anniversarium Omnium Fratrum et Sororum defunctorum Ordinis nostri. Novem Lectiones. |
| xj | g | iij. id. | 11 | S. Martini Ep. et Conf. Totum Duplex. S. Mennæ Mart. Memoria. |
| x | A | Pridie id. | 12 | Dedicatio Basilicæ SS. Salvatoris. Duplex. |
| ix | b | Idibus | 13 | S. Didaci Conf. Simplex. S. Britii Ep. et Conf. Memoria. |
| viij | e | xviij. eai. DECEMBR. | 14 | E. Joannis Licii Conf. O. P. Duplex. |
| vij | d | xvij. eai. | 15 | E. Alberti Magni Ep. et Conf. O. P. Totum Duplex. |
| vj | e | xvj. eai. | 16 | E. Luciæ a Narnia Virg. O. P. Duplex. |
| v | f | xv. eai. | 17 | S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et Conf. Duplex. |
| iv | g | xiv. eai. | 18 | Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli Apostolorum. Duplex. Octava S. Martini. Simplex. |

Cyclus Epact. | Litt. Dom. | | Dies mensis.

ii)·· ij A xiij. eai. ;19 S. Elisabeth Viduæ. Duplex,
j b xij. eai. '20 S. Felicis de Valois Conf. Duplex.
7r e xj. eai. 21 Præsentatio E. Mariæ Virg. Totum Duplex.
d x. eai. 22, S. Cæciliæ Virg. et Mart. Duplex.
xxix e ix. eai. 23 S. Clementis Papæ et Mart. Duplex.
xxviij f viij. eai. 24IS. Joannis a Cruce Conf. Duplex.
S. Chrysogoni Mart. Memoria.
xxvij g vi), eai. 25 S. Catharinæ Virg. et Mart. Totum Duplex.
25. xxv j A vj. eai. 26 S. Andreæ Avellini Conf. Duplex.
xxv.xxiv b v. eai. 27 E. Margaritæ de Sabaudia Vid. O.P.Duplex.
SS. Vitalis et Agricolæ MM. Memoria.
xxiij Ci iv. eai. 28
xxij d ii), eai. 29jB. Jacobi de Benefactis Ep. et Conf. O. P. Duplex.
S. Saturnini Ep. et Mart. Memoria.
Vigilia.
XX) e Pridie eai. 30 S. Andreæ Apostoli. Totum Duplex.

Adventus Domini celebratur Dominica proximiori festo S. Andreæ Apostoli, sive ante, sive post. Et si festum illud venerit in Dominica, ipsa die celebrabitur de Dominica Adventus; prima autem Feria non impedita, de S. Andrea. Adventus autem non erit ante diem 27. Novembris, neque post 3. Decembris.

## DECEMBER.

XX f Calendis I
xix g iv. non. 2 B. Joannis a Vercellis Conf. O. P. Duplex.
Octava S. Catharinæ Virg. et Mart. Simplex.
S. Bibianæ Virg. et Mart. Memoria.
xviij A iij. non. 3 S. Francisci Xaverii Conf. Duplex.
xvij b Prid. non. 4 S. Barbaræ Virg. et Mart. Duplex.
xvj C Nonis 5
xv d viij. id. 6 S. Nicolai Ep. et Conf. Totum Duplex.
xiv e vij. id. 7 Ordinatio S. Ambrosii Ep. Conf. et Eccl. Doct Duplex,
Octava S. Andreæ Apostoli. Memoria.
Vigilia.
xiij f vj.id. 8 Conceptio immaculata B. Mariæ Virg. Totum Duplex.
xij g v. id. 9
xj A iv. id. 10 Translatio almæ Domus Lauretanæ. Totum Duplex.
x b iij. id. 11
ix C Pridie id. 12 S. Damasi Papæ et Conf. Memoria.
viij d Idibus 13
vij e xix. eai. JANUARII. 14 S. Luciæ Virg. et Mari. Totum Duplex,
vj f xviij. eai. 15 Octava Conceptionis immaculatæ B. Mariæ Virg. Solemnis.
v g' xvij. eai. 16 B. Sebastiani Maggii Conf. O. P. Duplex.
iv A xvj. eai. 17
iij b xv. eai. 18 Exspectatio partus B. Mariæ Virg. Totum Duplex.



Cyclus Epact. | Litt. Dom | | Dies mensis

ij C xiv. eai. 19
j d xiij. eai. 20 S. Dominici Sylensis Abbatis. Duplex.
Vigilia.
* e xij. eai. 21 S. Thomæ Apostoli. Totum Duplex.
xxix f xj. eai. 22, B. Mariæ Mancini Viduæ O. P. Duplex.
xxviij g x. eai. 23
xxvij A ix. eai. 24 Vigilia.
xxvj b viij. eai. 25: Nativitas D. N. Jesu Christi. Totum Duplex.
25. xxv. c vij. eai. 26 S. Stephani Protomartyris. Totum Duplex.
xxiv d vj. eai. 27 S. Joannis Apostoli et Evangelistæ. Totum Duplex.
xxiij e v. eai. 28 SS. Innocentium MM. Simplex.
xxij f iv. eai. 29 S. Thomæ Ep. et Mart. Simplex.
xxj g iij. eai. 30
xx A Pridie eai. 31 S. Silvestri Papæ et Conf. Simplex.

# ANNIVERSARIA DEFUNCTORUM

## IN TOTO ORDINE CELEBRANDA.

# ET OBITUS MAGISTRORUM ORDINIS.

Quando in Choro vel in Capitulo, præsente Conventu, finita fuerint quæ de Calendario et de Martyrologio pronuntianda sunt, dicatur v. Pretiosa, etc., ut in Breviario pag. 25. notatum est.

T Si vero recitandus fuerit Obitus, vel Anniversarium, tunc ante quam dicatur Commemoratio Fratrum, dicendum est: Obitus venerabilis Fratris N. Magistri Ordinis., vel Anniversarium... ut infra notatur. Et illico subjungat Lector Item Commemoratio Fratrum, Sororum, Familiarium, Benefactorum defunctorum Ordinis nostri.

T Si eodem die incidant Obitus et Anniversarium, semper addatur : Item Commemoratio...

JANUARIO.

Die 8. Obitus venerabilis Fratris Josephi Mariæ Larroca Hispani, Septuagesimiquarti Magistri Ordinis. Item Commemoratio...

Et sic semper in aliis.

Die 18. Ob. V. F. Barnabæ Vercellensis, Quintidecimi Magistri Ordinis.

FEBRUARIO.

Die 4. Anniversarium Patrum et Matrum. Novem Lectiones. Item Ob. V. F. Vincentii Ajello Lucaniensis in regno Neapolitano, Septuagesimisecundi Magistri Ordinis. Item Commemoratio...

Die 19. Ob.V.F. Munionis Hispani, Septimi Magistri Ordinis.P. I[1])

Die 21. Ob. V. F. Augustini Pipia, Sexagesimi primi Magistri Ordinis : qui fuit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. P.

Die 23. Ob. V. F. Joannis de Molendino, Vigesimi Magistri Ordinis : qui fuit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Die 26. Ob. V. F. Antonini docile Galli, Sexagesimi Magistri Ordinis.

MARTIO.

Die I. Ob. V. F. Petri de Palma Decimioctavi Magistri Ordinis.

Die 3. Ob. V, F. Stephani Usus maris Quadragesimisexti Magistri Ordinis.

Die 9. Ob. V. F. Francisci Ferdinandi Jabalot Parmensis, Sexagesimioctavi Magistri Ordinis.

Die 16 Ob. V. F. Leonardi Statii Florentia Vigesimiquinti Magistri Ordinis.

APRILI.

Die 8. Ob. V. F. Guarini de Giaco Galli, Deciminoni Magistri Ordinis.

Die 12. Ob. V. F. Aimerici Placentini, Duodecimi Magistri Ordinis.

Die 21. Ob. V. F. Garsiæ de Loaisa Hispani, Trigesiminoni Magistri Ordinis : qui fuit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. P.

MAIO.

Die (I Ob. V. F. Joannis Baptistæ de Marinis Romani,Quinquagesimiseptimi Magistri Ordinis.

Die 16. Ob. V. F. Petri Rochim, Vigesimiseptimi Magistri Ordinis.

Y igwoJLiijag' iiiu 1C a- iMh Viuino.

O) Littera P Obitui apposita indicat Magistrum Ordinis qui Pontificali dignitate fuerit insignitus.



Die 25 Ob. V. F. Nicolai Rodulfii Florenum, Quinquagesimiquinti Magistri Ordinis.

JUNIO.

Die 7. Ob. V. F. Simonis Lingoniensis Vigesimiprimi Magistri Ordinis. P.

Die li. Ob. V. F. Antonini Bremond Massiliensis, Sexagesimi tertii Magistri Ordinis.

Die 13. Ob. V. F. Joannis Thomæ de Roccaberti Hispani, Quinquagesimioctavi Magistri Ordinis. P.

Die 16. Ob. V. F. Sixti Fabri Lucensis, Quinquagesimi Magistri Ordinis.

Die 20. Ob. VV. FF. Eliæ Petragoricensis Tolosani, Vigesimisecundi Magistri Ordinis : et Balthasaris de Quinones Toletani, Sexagesimiquinti Magistri Ordinis.

Die 25. Ob. V. F. Leonardi Mansueti Perusini, Trigesimiprlmi Magistri Ordinis.

JULIO.

Die 6. Ob. V. F. Joannis de Fenario, Quadragesimisecundi Magistri Ordinis.

Die 9. Ob. V. F. Thomæ Hyacinthi Cipolletti Asculani, Septuagesimi Magistri Ordinis.

Die 12. Anniversarium omnium sepultorum in Cœmeteriis nostris. — Novem Lectiones.

Die 14. Ob. V. F. Humberti de Romanis, Quinti Magistri Ordinis.

Die 20. Ob. V. F. Francisci Romæi, Quadragesimiquinti Magistri Ordinis.

Die 27. Ob. V. F. Gerardi de Adaumario, Decimiseptimi Magistri Ordinis : qui fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Die 29. Ob. V. F. Barnabæ Saxoni de Neapoli, Trigesimiquarti Magistri Ordinis.

AUGUSTO

Die I. Ob. V. F. Joachim Tubiam Veneti. Trigesimiquinti Magistri Ordinis.

Die 3. Ob. V. F. Hippolyti Mariæ Beccariæ de Monte Regali, Quinquagesimiprimi Magistri Ordinis.

Die 4. Ob. V. F. Bartholomæi de Comitiis Bononiensis, Trigesimi tertii Magistri Ordinis.

Die 7. Ob. V. F. Thomæ Firmani, Vigesimiquarti Magistri Ordinis.

Die 8. Ob. V. F. Hugonis Vaussemani Galli, Sextidecimi Magistri Ordinis.

Die 9. Ob. VV. FF. Hervæi Natalis Britonis, Quartidecimi Magistri Ordinis : et Joannis Clare Galli Trigesimiseptimi Magistri Ordinis.

Die 27. Ob. V. R Vincentii Bandelli Lombardi, Trigesimisexti Magistri Ordinis.

Die 28. Ob. V. F. Alberti Cavari Genueris, Decimi Magistri Ordinis.

Die 29. Ob. V. F. Angeli Dominici Ancarani Faventia, Septuagesimiprimi Magistri Ordinis.

Die 30. Ob. V. F. Augustini Gaianum, Quinquagesimitertii Magistri Ordinis : qui fuit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. P.

SEPTEMBRI.

Die I. Ob. V. F. Berengarii de Landora, Tertiidecimi Magistri Ordinis. P.

Die 5.Anniversarium familiarium et benefactorum Ordinis nostri. Novem Lectiones.

Die 9. Ob. V. F. Thomæ de Vio Cajetani, Trigesimioctavi Magistri Ordinis : qui fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. P.

Die 12. Ob. V. F. Hieronymi Xavierre Cæsaraugustani, Quinquagesimisecundi Magistri Ordinis : qui fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Die lo. Ob. V, F. Salvi Cassatæ Siculi, Trigesimisecundi Magistri Ordinis.

Die 17. Ob. VV. FF. Bernardi de Juzico Burdegalensis, Undecimi Magistri Ordinis : et Pauli Constabilis Ferrariensis, Quadragesiminoni Magistri Ordinis.

Die 21. Ob. V. F. Martialis Auribelli Avenionensis, Vigesiminoni Magistri Ordinis.

Die 22. Ob. V. F. Thomæ Ripoll Tarraconensis, Sexagesimisecundi Magistri Ordinis.

Die 24. Ob. VV. FF. Francisci Silvestri Ferrariensis, Quadragesimi Magistri Ordinis : et Seraphini Sicci Papiensis, Quinquagesimi quarti Magistri Ordinis.

Die 27. Ob. V. F. Mauritii Benedicti Olivieri Salusiensis, Sexagesimam Magistri Ordinis.

OCTOBRI

Die 9. Ob. V. F. Pauli Butigellæ, Quadragesimiprimi Magistri Ordinis.

Die 15. Ob. V. F. Bartholomæi Texerii, Vigesimisexti Magistri Ordinis.

Die 28. Ob. V. F. Vincentii Justinam Chiensis, Quadragesimiseptimi Magistri Ordinis : qui fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

NOVEMBRI

Die 4. Ob. V. F. Joannis Teutonici, Quarti Magistri Ordinis. P.

Die 7. Ob. V. F. Antonii de Monroy Mexicani, Quinquagesimi noni Magistri Ordinis. P.

Die IO. Anniversarium omnium Fratrum et Sororum Ordinis nostri, Novem Lectiones.

Die 16. Ob. V. F. Alberti de las Casas Hispani, Quadragesimiquarti Magistri Ordinis.

Die 18. Ob. V. F. Guidonis Flammocheti, Vigesimioctavi Magistri Ordinis.

Die 21. Ob. VV. FF. Stephani Bisuntini, Octavi Magistri Ordinis: et Seraphini Caballi Brixiensis, Quadragesimioctavi Magistri Ordinis.

DECEMBRI.

Die I. Ob. V. F. Thomæ Turri Cremonensis, Quinquagesim isexti Magistri Ordinis.

Die 3. Ob. V. F. Joachim Briz Hispani, Sexagesimiseptimi Magistri Ordinis. P.

Die li. Ob. V. F. Alexandri Vincentii Jandel Nanceiensis in Gallia, Septuagesimitertii Magistri Ordinis.

Die 15. Ob. V. F. Conradi Astensis, Trigesimi Magistri Ordinis.

Die 16. Ob. V. F. Joannis Thomæ de Boxadors, Sexagesimiquarti Magistri Ordinis : Qui fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis.

Die 20. Ob. V. F. Augustini Recuperati, Quadragesimitertii Magistri Ordinis.

Die 23. Ob. V. F. Pii Josephi Gaddi Foroliviensis, Sexagesimi sexti Magistri Ordinis.



# INDEX RUBRICARUM.


§ I. De modo dicendi Officium de Tempore.
§ II.de Tempore Paschali.
§ III. De Die Dominica celebranda.
§ IV.De Dominica prima mensis.
S V.De Oratione dominicali.
§ VI.De Homilia dominicali, quando legenda, vel transferenda, vel omnino dimittenda.
§ VII. De divisione Historiæ dominicalis per Ferias.
§ Vili. Quæ sit Dominica prima Adventus.
§ IX.De festorum celebratione.
S X.De Officio, et Lectionibus recitandis in festivitatibus Sanctorum.
§ XI. De diversitate festivitatum.
§ XII. De festo habente solam Memoriam.
§ XIII. De festo trium Lectionum.
§ XIV. De festo Simplici.
§ XV. De festo Duplici.
§ XVI. De festo Toto Duplici.
§ XVII. De festis votivis, vel quæ celebrantur per hebdomadam.
§ XVIII. De divisione Octavarum.
§ XIX. De Octavis cum sola Memoria.
§ XX. De Octavis trium Lectionum.
§ XXI. De Octavis Simplicibus.
§ XXII. De Octavis Solemnibus.
§ XXIII. De Octavis Solemnissimis.
§ XXIV. De translatione festivitatum.
§ XXV. De concomitantia festivitatum.
§ XXVI. De festivitatibus extraordinariis.
§ XXVII. De festo sancti Patroni.
§ XXVIII. De festo Dedicationis Ecclesiæ.
§ XXIX. De festo sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ.
§ XXX. De festo Sancti, cujus corpus, vel insignis reliquia condita sunt in nostris Ecclesiis.
§ XXXI. De aliis festis locorum, et Sanctorum, quæ auctoritate Apostolica de novo celebranda approbantur.
§ XXXII. De Memoriis faciendis.
§ XXXIII. De ordine Memoriarum.
§ XXXIV. De Orationibus in festis et Vigiliis Sanctorum.
§ XXXV. De Homiliam Vigiliis Sanctorum.
§ XXXVI. De Matutinis in sero post Completorium dicendis.
§ XXXVII. De Officio quotidiano B.M.V.
§ XXXVIII. De Litaniis Sanctorum, et de prostrationibus super formas.
§ XXXIX. De Precibus.

# RUBRICÆ GENERALES

## TAM DE TEMPORE QUAM DE SANCTIS JUXTA RITUM BREVIARII

# FF. SAC. ORD. PRÆDICATORUM.

### SI
### De modo dicendi Officium de Tempore.

PER totum annum Officium tam diei, quam noctis est de Tempore celebrandum, exceptis festis, et Octavis Sanctorum, quæ in Calendario notantur : et certis Feriis, quibus de SS. Sacramento, de B. Virgine, de Sanctis Ordinis, aut aliis agendum præscribitur, vel per mittitur.

2. Modus autem, et ordo dicendi hujusmodi Officium de Tempore, per totum annum servetur, prout in Dominica prima post Octavam Epiphaniæ, et per ejus Hebdomadam disponitur. Quæ igitur suis propriis locis non sunt adnotata, in præfata Dominica, et infra ejus Hebdomadam requirantur.

3. Quando vero de Tempore est celebrandum, in omnibus Dominicis, extra tempus Paschale, dicendæ sunt novem Lectiones in Matutinis. In profestis autem, seu ferialibus diebus per totum annum (præterquam in triduo ante Pascha, et in die Animarum) tres tantum dicantur.

### SII.
### De tempore Paschali.

TEMPUS Paschale vocatur a Missa Sabbati Sancti in Vigilia, Paschæ, usque ad primas Vesperas Trinitatis exclusive. Et tunc sive fiat de Tempore, sive de Sanctis, dicendi sunt tantum tres Psalmi, singuli cum GLORIA PATRI, et tres Lectiones ad Matutinum : in fine Invitatorii, et omnium Antiphonarum, Versiculorum, et Responsoriorum, additur ALLELUIA, et in Responsoriis Horarum duplex ALLELUIA apponitur. Reliqua suis locis notata sunt.

### § HI.
### De die Dominica celebranda.

DIES Dominica festis Duplicibus æquipolleat, et ita per totum annum cum solemnitate festi Duplicis ab omnibus celebretur : ita tamen, ut dicta solemnitas a Matutinis tantummodo incipiat. Officium autem de Dominica, propter nullum festum Duplici minus, et propter quascumque Octavas non Solemnes in ea occurrentes, non dimittatur. Exceptis Octavis S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, SS. Innocentium, et Epiphaniæ. Exceptis etiam aliis diebus octavis Simplicibus, et festis Simplicibus, cum occurrerint in Dominica infra Octavas Solemnes, juxta inferius dicenda § XXI. num. 7. et § XXII. num. 8.

2. Hujusmodi autem dies Octavæ, et festa Simplicia, quæ in Dominica celebrantur, debent similiter cum solemnitate Dominicæ celebrari, nempe cum solemnitate festi Duplicis a Matutinis; et in concomitantia cum festo contingente in Feria secunda, debet observari quemadmodum si de Dominica Officium fieret.

3. Quæcumque festa, etiam Duplicia, et majora, tam in Dominicis diebus Adventus, quam in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis occurrerint, impedita censeantur, et in sequentem diem (non vero in Sabbato præcedenti, ut antiquitus fiebat) sunt ; aut in alterum proximiorem subsequentem non occupatum, si in primo aut altero evenerit festum Simplex, et supra.

4. Excipitur festum Purificationis B. M. V. quod semper suo die celebrabitur. Cum autem festum Purificationis in Dominicam Septuagesimæ inciderit, tunc Homilia dominicalis Septuagesimæ omittitur illo anno propter festa occurrentia.

5. Excipitur quoque festum sancti Patroni principalis loci de præcepto, Dedicationis Ecclesiæ et sancti Tituli principalisEcclesiæ nostræ necnon Conceptionis immaculatæ B. M. V. die 8. Decembris, S. Thomæ Aquinatis die 7. Martii, S. Patriarchæ Joseph, universalis Ecclesiæ Patroni, die 19. Martii, et Annuntiationis B. M. V. die 25 Martii : quæ celebranda sunt, etiam quacumque die Dominica; nisi evenerint prima Dominica Adventus, aut prima Quadragesimæ, vel Dominica in Passione, vel a Dominica in Ramis Palmarum, usque ad Dominicam in Albis inclusive.

6. De Dominica infra Octavas Solemnes vide § XXII. n. 5. et n. 6.

7. Quomodo autem celebrandum sit Officium, si Dominica Septuagesimæ venerit in prima, vel altera Dominica post Octavam Epiphaniæ; vide in Breviario in Rubrica de Dominica prima post Oct. Epiph. Similiter si Dominicæ post Octavam Trinitatis fuerint plures, vel pauciores quam viginti duæ; vide in Breviario in Rubrica post Dominicam xx. et xxj. post Oct. Trinitatis.

### SIV.
### De Dominica prima mensis.

DOMINICA illa, quæ incidit in Calendas mensis, vel quæ propinquior est ipsis Calendis, seu præcedat, seu subsequatur, ipsa erit Dominica prima mensis. Unde si Calendæ fuerint in secunda, vel tertia, vel quarta Feria, tunc præcedens Dominica erit prima mensis, et inchoabitur Historia.Si in quinta, vel sexta Feria, vel Sabbato Calendæ fuerint, tunc sequens Dominica erit prima mensis, in qua et dominicalis Historia inchoabitur.



### av
### ite Oratione dominicali.

ORATIO Dominicæ dicenda est in Sabbato præcedenti ad Vesperas : excepto Sabbato Dominicæ infra Octavas Nativitatis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, in quibus ad Vesperas Sabbati neque Memoria Dominicæ fit. Dicenda etiam est ad Laudes, ad Tertiam, Sextam, Nonam, et Vesperas ipsius Dominicæ. In Prima autem et Completorio semper dicuntur Orationes propriæ, nisi aliter notetur.

2. Dicenda item est eadem dominicalis Oratio ad singulas prædictas Horas in singulis ejusdem Hebdomadæ Feriis usque ad Sabbati sequentis Vesperas exclusive, cum de Tempore agitur : nisi recitanda fuerit Oratio alterius Dominicæ propter Homiliam transferendam, ac interponendam, ut contingit quando Dominicæ aliquæ post Octav. Epiphaniæ fuerint omissæ, incidente Dominica Septuagesimæ in primam, vel alteram Domin. post Octav. Epiphaniæ, et non possunt resumi post Octavas Trinitatis; vel quando Dominicæ post Octav. Trinit. sunt pauciores quam viginti duæ : in his enim casibus Oratio illius Dominicæ, cujus et Homilia lecta fuerit, dicetur tantum in Laudibus, et Vesperis; ad reliquas vero Horas diei, dicetur Oratio Dominicæ immediate præcedentis.

3. Dicenda etiam non est Oratio Dominicæ in Feriis ejusdem Hebdomadæ, sed Orationes propriæ Feriarum, si Feriæ eas habuerint : ut contingit in Quadragesima, ubi a quarta Feria Cinerum, usque ad Dominicam in Albis exclusive: similiter in Vigilia Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, et Pentecostes, et per Hebdomadam Paschæ et Pentecostes, singulis diebus propria est Oratio assignata, quæ in Laudibus, et Horis diei, ac etiam Vesperis recitari debet. In jejuniis autem Quatuor Temporum Adventus, et Septembris, et in duobus primis diebus Rogationum.

Orationes propriæ tantum dicuntur in Laudibus: ad ceteras vero Horas Oratio dominicalis. Orationes autem Feriarum semper inchoandæ sunt in Laudibus.

§ VI.

## De Homilia dominicali, quando legenda, vel transferenda, vel omnino dimittenda.

IN omni Dominica, si de ea fiat Officium, tres ultimæ Lectiones de expositione Evangelii Dominicæ legantur : præterquam in Vigilia Nativitatis Domini, quando in Dominica evellerit : tunc enim Homilia dominicalis omittitur illo anno. Quando vero propter aliquod impedimentum dominicalis Homilia non legitur in Dominica, semper infra Hebdomadam suam in aliqua Feria vacante est legenda.

2. Feria vacans pro legenda Homilia dominicali, illa censeri debet, quæ non impeditur a festo Simplici, et supra, prout fusius declaratur infra § XXIV. num. 16. Porro Feriæ pro recitanda Homilia dominicali ita coordinari debent, ut primo in Feria 6. qua impedita, Feria 2 postea 4. 3. 5. ultimo Sabbato dicatur. Prædictusque Feriarum ordo servandus erit, nisi Feria 6. celebretur festum Sancti trium Lectionum, et 2. sive 4. sit vacans : tunc enim non debet legi Homilia Feria 6 sed in Feria vacanti : ut infra dicetur § XIII. num. 9.

3. Si vero in Hebdomada non sit Feria vacans, vel quia in ea legenda sit alia Homilia, vel quia aliqua Octava, sive Simplex, sive Solemnis, celebratur, debet Homilia dominicalis legi, etiamsi sit dies Octava : et in hoc casu non servabitur ordo Feriarum, sed in prima die illius Octavæ legetur Homilia et Missa Dominicæ. Excipitur tamen dies octava Solemnis SS. Petri et Pauli, ut dicetur § XXII. n. 8.

4. Eo die, quo Homilia dominicalis legitur semper totum Officium fiat de Feria currente : nisi quando legitur infra aliquas Octavas; quia tunc Homilia tantum, et Missa erunt de Dominica, reliquum vero Officii cum tertia Lectione erit de Octava.

5. Quando festum S. Silvestri in Dominica evenerit, et quando festum aliquod Duplex, vel Totum Duplex in Dominica ante Ascensionem occurrerit, Homilia dominicalis dimittitur illo anno. Quando etiam Circumcisio Domini, vel Octava dies S. Stephani, vel S. Joannis, vel SS. Innocentium, vel Vigilia Epiphaniæ, vel dies Octava Epiphaniæ in Dominica occurrerit, illa Dominica caret proprio Officio et Homilia; nec Memoria de illa fit.

6. Cum festum Purificationis in diem Dominicam Septuagesimæ inciderit, Homilia dominicalis omittitur, ut dictum est supra, § III. n. 4.

7. Si duæ Homiliæ in unam eamdemque Feriam recitandæ inciderint, una videlicet dominicalis, et alia alicujus Feriæ, v. g. Quatuor Temporum, vel alicujus Sancti Vigiliæ, quæ propriam habeat Homiliam : tunc præferenda est omnino Homilia Feriæ currentis, vel Vigiliæ : dominicalis autem Homilia vel ulterius transferenda, vel totaliter omittenda est. Potest tamen hæc recitari in Vigilia Sancti non habente Homiliam propriam.

8. Homilia Dominicæ Quadragesimæ nunquam legetur infra Hebdomadam, propter proprias Homilias Feriarum : sed si contingat de aliquo Festo celebrari in aliqua ex Dominicis Quadragesimæ (juxta dicta § III. n. 5.) tunc Homilia dominicalis omittitur illo anno.

§ VII.

## De divisione Historiæ dominicalis per Ferias.

PER Adventum (præterquam in jejuniis Quatuor Temporum) et a Septuagesima usque ad Cenam Domini, Responsoria dominicalis Historiæ repetuntur per Hebdomadam, quando de Feria agitur, hoc ordine : In secunda et quinta Feria, tria prima : in tertia et sexta Feria, tria media : in quarta Feria et Sabbato, tria ultima. Quando autem festum aliquod infra Hebdomadam celebratur, nihilominus præfatus ordo in reliquis Feriis observetur.

2. Si Dominicæ, in quibus dicenda fuerit Historia, impeditæ sint festis Duplicibus, et supra, Historia semel dividetur per Ferias ordine prædicto : qui si servari non possit propter occurrentiam festorum, in Feria primo loco vacante, quæcumque illa sit, tria prima; in secundo loco vacante, tria media; et in alia tertio loco vacante, tria ultima Responsoria dicantur.

3. Hic ordo etiam servandus est tempore Paschali, cum hoc tamen addito, quod si a prima Hebdomada post Octavam Paschæ usque ad tertiam Dominicam exclusive, propter concursum festorum, duæ tantum sint Feriæ vacantes in prima, vel secunda Hebdomada, et in sequenti solum secunda Dominica sit vacans, tunc, ut tota Historia recitetur, debent legi tria prima Responsoria in prima Feria vacante; et tria ultima in tali Dominica. Similiter, si in prima, vel secunda Hebdomada sit solum una Feria vacans, et Dominica secunda non impedita, ac sit in Hebdomada sequenti solum una Feria vacans; legantur tunc in prima Feria tria prima Responsoria, in Dominica tria media, et in sequenti Feria vacanti tria ultima. Quod proportionabiliter observandum est pro Historia : Si OBLITUS, recitanda a Dominica tertia post Octavam Paschæ usque ad Vigiliam Ascensionis inclusive.

4. In aliis temporibus observandæ sunt Rubricæ positæ in Dominica et Hebdomada prima post Octavam Epiphaniæ, et aliæ peculiares propriis locis adscriptæ. Unde etiam peti poterunt, quæ hic desiderari videntur.

§ VIII.

## Quæ sit Dominica prima Adventus.

DOMINICA prima Adventus est illa, in qua festum S. Andreæ occurrit; vel ei proximior est, sive præcedat, sive sequatur.

§ IX.

## De festorum celebratione.

FESTA quælibet per anni circulum occurrentia, ea solemnitate, iisque diebus, quibus notata sunt in Calendario, et non aliter celebrari debent : nisi ab aliis festis supervenientibus majoris solemnitatis fuerint impedita, quia tunc propter ea, in alium diem illa transferenda sunt.

2. Fratres vero hospites, dum sunt præsentes in aliquo Conventu Ordinis, facere debent Officium, sicut fit in Conventu illo, tam de festis, quam de Octavis, quamvis per Ordinem generaliter de iis non fiat. Postquam vero recesserint de illo Conventu, ad Officium consuetum redeant.

§ X.

## De Officio, et Lectionibus recitandis in festivitatibus Sanctorum.

ANTIPHONÆ, Hymni, Versiculi, Responsoria, tam in Matutinis, quam in aliis Horis dicenda, ex propriis festivitatum locis, ut in hoc Breviario notantur, vel si ibi non habentur, ex Communi Sanctorum assumi debent, tam extra tempus Paschale, quam intra.

2. Festa quælibet Simplicia, et supra, tria semper Nocturna habebunt in Matutinis, et in quolibet Nocturno Psalmos tres, et totidem Antiphonas, Versiculum, et tres Lectiones cum tribus Responsoriis : præterquam tempore Paschali, quo unicum semper est Nocturnum, cum Psalmis tribus, et tribus Lectionibus, ac Responsoriis tribus. In ceteris vero Sanctorum festis inferioris solemnitatis, unicum dicitur Nocturnum cum tribus tantum Lectionibus, ac totidem Responsoriis, et Psalmis novem, et Antiphona una, et uno Versiculo : præterquam tempore Paschali, quo tres tantum Psalmi dicuntur.

3. In omnibus festis Sanctorum, ad Laudes dicuntur sequentes Psalmi. DOMINUS REGNAVIT. JUBILATE

DEO; DEUS, REUS MEUS; Canticum BENEDICITE, LAUDATE DOMINUM DE CÆLIS, ut notantur in Psalterio, pag. 17.

4. Ad Primam, et tres sequentes Horas, dicentur Antiphonæ Lau dum, excepta quarta. Diebus autem Sabbati, quando fit de B. Virgine; et in Feriis secundis, vel sextis, quando fit de S. Vincentio; et in tertiis Feriis, quando fit de B. Do minico; et in quartis, cum fit de Sancto Ordinis; et in quintis, cum fit de venerabili Sacramento no tantur Antiphonæ post Commune Sanctorum.

5. In festis novem Lectionum, et in diebus Octavis eorum (præter quam in festo Omnium Sanctorum, et eorum Octava die, et in Comme moratione Omnium Defunctorum) tres Lectiones primi Nocturni erunt ex sacra Scriptura, quæ vel in pro priis locis reperiuntur, vel in cur renti Feria. Si vero Feria currens omnes tres Lectiones in tali festo dicendas non habuerit, pro tertia Lectione assumetur prima ex illis, quæ in Communi illius Sancti, de quo fit Officium, ex sacra Scriptura pro primo Nocturno notantur Si autem Feria currens nullas Lectio nes de Scriptura habuerit, ut con tingit tempore Quadragesimæ et Quatuor Temporibus Adventus et Septembris, in quibus Lectiones sunt de Homilia; tunc pro primo Nocturno festi assumentur tres Lectiones ex Communi, pro primo Nocturno notatæ.

6. In festis vero novem Lectio num, sive infra Octavas, aut in die Octava eorum, quæ in Dominicis celebrari possunt, si proprias Le ctiones de sacra Scriptura non ha buerint, tres primæ erunt Apostoli Pauli, signatæ in Dominicis post Octavam Epiphaniæ pro primo No cturno, et post Octavam Trinitatis pro secundo. Idem fiet, si contingat festum Patroni loci celebrari (ut dictum est supra, § III. num. o.) in aliqua Domnica Adventus, vel in beptuagesima vel in aliis sequenti bus In Quadragesima vero legen



I 7. Lectiones secundi et tertii No cturni, vel ex propriis, vel ex Com muni assumantur, prout in unoquo que festo notatum fuerit.

8. In festis, in quibus leguntur tantum tres Lectiones; prima et se cunda, aut saltem prima, erunt de I sacra Scriptura, similiter vel pro priæ, vel Feriæ currentis, vel ex Communi; eo modo, quo dictum est num. 5. Sicut etiam desumentur ex Communi, si festa non habent pro prias, et celebrentur in Dominicis temporis Paschalis, Feria secunda Rogationum, et Vigilia Ascensionis, quarum Lectiones sunt de Homilia. Infra Octavas vero omnes, et in die Octava, (si contigerit tempore Pa schali) semper duæ primæ Lectio nes erunt de Scriptura, aut ex Ho milia, si fuerit tunc dicenda.

§XL.

## De diversitate festivitatum

FESTA celebranda, alia habent solam Memoriam; alia dicuntur trium Lectionum; alia Simplicia; alia Duplicia; alia Tota Duplicia; alia tandem dicuntur Votiva, seu quæ celebrantur per Hebdomadam in toto Ordine.

2. Ut quædam uniformitas statua tur inter Ritum Breviarii Romani et Ordinis Prædicatorum, S. R. C. sub die 7. Septembris 1850. decla ravit, quod festum apud nos Sim plex æquivalet festo Semiduplici; festum Duplex, festo Duplici mi nori ; festum Totum Duplex ordi narium, festo Duplici majori; festum I Totum Duplex cum quacumque Octava, excepta Solemnissima, festo Duplici secundæ classis; ac I tandem festum Totum Duplex cum Octava Solemnissima, festo Duplici primæ classis. Verum ad Duplex secundæ classis reducuntur festum Circumcisionis D. N. J. C. et omnia festa B. M. Virginis (præter Purifi cationem de qua infra) etiamsi sine Octava celebrentur : excipiuntur tamen festa E. Mariæ tit. Auxilium Christianorum, Nominis Mariæ, purissimi Cordis R M. V., B. M. Virginis de Monte Carmelo, et de quæ tamquam Duplicia majora haberi debent.



Item Duplicibus secundæ classis æquiparantur festa duodecim Apo stolorum, SS. Innocentium Marty rum, Patrocinii S. Joseph, S. Annæ et S. Joachim Parentum B. M. V., atque Exaltationis S. Crucis, nec non Feria secunda et tertia post Pascha Resurrectionis et Penteco sten. Pariter ad Duplicia primæ classis referuntur festa Epiphaniæ, Ascensionis Domini, SS. Trinitatis, SS. Cordis Jesu; Conceptionis im maculatæ, Purificationis, Annun tiationis, Assumptionis et Rosarii B. V. Mariæ, Nativitatis S Joannis Baptistæ, S Joseph Sponsi B. M. V. SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Dominici P. N., S. Francisci Assis., S. Thomæ Aquinatis, Om nium Sanctorum, Patroni principa lis de præcepto, Tituli principalis et Dedicationis Ecclesiæ nostræ.

§ XII.

## De festo habente solam Memoriam.

FESTUM tunc dicitur solam Me moriam habere, cum per Anti phonam, Versiculum, et Orationem celebratur, vel in Laudibus tantum ut aliqua; vel in primis Vesperis, et in Laudibus, ut alia plura, præser tim ea, quæ sub ritu trium Lectio num celebrari solebant, de quibus in perpetuum impeditum est Offi cium. Omnia tamen hujusmodi festa in peculiaribus suis locis notantur in corpore Breviarii.

2. Omittuntur hæc festa habentia solam Memoriam, si evenerint in illis diebus, in quibus celebrari non possunt festa trium Lectionum, neque de his potest Memoria fieri.

3. Si festum aliquod habeat Me moriam Sancti annexam, illudque transferri contingat, transferatur simul et Memoria.

§ XIII.

## De festo trium Lectionum.

PASTUM trium Lectionum ita ce lebratur. In primis Vesperis (si eas impeditas non habuerit) dican tur Psalmi de Feria cum suis Anti phonis. Officium autem festi a Ca pitulo incipiet, et terminabitur in Nona sequentis diei. In Completo rio, et in Prima dicantur Preces feriales.

2. In Matutinis habebit Invitato rium, Hymnum, et novem Psalmos (extra tempus Paschale). Antipho nam unam super eos, Versiculum, et tres Lectiones, quarum secunda et tertia, vel saltem tertia, erunt de Historia Sanctorum : et tria Re sponsoria secundum ordinem Fe riarum de suo Communi; exceptis festis sanctarum Virginum non Martyrum, in quibus semper dicun tur tria ultima Responsoria.

3. Tempore Paschali tres tantum Psalmi dicantur : Responsoria, An tiphonæ, et Versiculi cum ALLE LUIA. Ad BENEDICAMUS DOMINO. tam in Vesperis, quam in Laudibus, addatur unum tantum ALLI LUIA.

i. Canticum TE DEUM. semper omittatur, In Laudibus prima tan tum Antiphona Laudum super Psalmos dicatur; Capitulum autem, Hymnus, Versiculus, et post Can ticum BENEDICTUS, Antiphona, et Oratio, sicut in aliis festis Sancto rum. Officium quotidianum beatæ Virginis semper dicatur.

5. Quando festum trium Lectio num celebrandum fuerit Feria se cunda (et in Dominica fuit de ea Officium recitatum) aut post festum Simplex, aut diem Octavam Simpli cem; in primis Vesperis habebit tantum Memoriam. Si vero post festum Duplex, et supra, aut post diem Octavam Solemnissimam, aut Solemnem; nulla de illo fiet Memo ria in primis Vesperis.

6. De festo trium Lectionum fiet Memoria in Vesperis, et in Laudi bus, quando in Feria quarta Cine rum, et deinceps usque ad Cenam Domini exclusive, aut in Vigilia Pentecostes evenerit. Si vero inci derit in Dominicam, aut in Feriam, in qua est legenda Historia, aut Homilia dominicalis, aut in Rogationum, fiet tunc Memoria illius, quando transferri non potest. Idem observabitur infra Octavas Simplices, et in jejuniis Quatuor . Temporum Septembris. Idem et in ! Feriis tertiis, cum de B. Dominico;

DEO; DEUS, REUS MEUS; Canticum BENEDICITE, LAUDATE DOMINUM DE CÆLIS, ut notantur in Psalterio, pag. 17.

4. Ad Primam, et tres sequentes Horas, dicentur Antiphonæ Lau dum, excepta quarta. Diebus autem Sabbati, quando fit de B. Virgine; et in Feriis secundis, vel sextis, quando fit de S. Vincentio; et in tertiis Feriis, quando fit de B. Do minico; et in quartis, cum fit de Sancto Ordinis; et in quintis, cum fit de venerabili Sacramento : no tantur Antiphonæ post Commune Sanctorum.

5. In festis novem Lectionum, et in diebus Octavis eorum (præter quam in festo Omnium Sanctorum, et eorum Octava die, et in Comme moratione Omnium Defunctorum) tres Lectiones primi Nocturni erunt ex sacra Scriptura, quæ vel in pro priis locis reperiuntur, vel in cur renti Feria. Si vero Feria currens omnes tres Lectiones in tali festo dicendas non habuerit, pro tertia Lectione assumetur prima ex illis, quæ in Communi illius Sancti, de quo fit Officium, ex sacra Scriptura pro primo Nocturno notantur Si autem Feria currens nullas Lectio nes de Scriptura habuerit, ut con tingit tempore Quadragesimæ, et Quatuor Temporibus Adventus et Septembris, in quibus Lectiones sunt de Homilia; tunc pro primo Nocturno festi assumentur tres Lectiones ex Communi, pro primo Nocturno notatæ.

6. In festis vero novem Lectio num, sive infra Octavas, aut in die Octava eorum, quæ in Dominicis celebrari possunt, si proprias Le ctiones de sacra Scriptura non ha buerint, tres primæ erunt Apostoli Pauli, signatæ in Dominicis post Octavam Epiphaniæ pro primo No cturno, et post Octavam Trinitatis pro secundo. Idem fiet, si contingat festum Patroni loci celebrari (ut dictum est supra, § III. num. o.) in aliqua Dominica Adventus, vel in r,^ vel in aliis sequenti Quadragesima vero legen ^^ cturn^Domlnicæ

7. Lectiones secundi et tertii No cturni, vel ex propriis, vel ex Com muni assumantur, prout in unoquo que festo notatum fuerit.

8. In festis, in quibus leguntur tantum tres Lectiones; prima et se cunda, aut saltem prima, erunt de sacra Scriptura, similiter vel pro priæ, vel Feriæ currentis, vel ex Communi; eo modo, quo dictum est num. 5. Sicut etiam desumentur ex Communi, si festa non habent pro prias, et celebrentur in Dominicis temporis Paschalis, Feria secunda Rogationum, et Vigilia Ascensionis, quarum Lectiones sunt de Homilia. Infra Octavas vero omnes, et in die Octava, (si contigerit tempore Pa schali) semper duæ primæ Lectio nes erunt de Scriptura, aut ex Ho milia, si fuerit tunc dicenda.

§ XI.

## De diversitate festivitatum

FESTA celebranda, alia habent solam Memoriam; alia dicuntur trium Lectionum; alia Simplicia; alia Duplicia; alia Tota Duplicia; alia tandem dicuntur Votiva, seu quæ celebrantur per Hebdomadam in toto Ordine.

2. Ut quædam uniformitas statua tur inter Ritum Breviarii Romani et Ordinis Prædicatorum, S. R. C. sub die 7. Septembris 1850. decla ravit, quod festum apud nos Sim plex æquivalet festo Semiduplici; festum Duplex, festo Duplici mi nori; festum Totum Duplex ordi narium, festo Duplici majori; festum Totum Duplex cum quacumque Octava, excepta Solemnissima, festo Duplici secundæ classis; ac tandem festum Totum Duplex cum Octava Solemnissima, festo Duplici primæ classis. Verum ad Duplex secundæ classis reducuntur festum Circumcisionis D. N. J. C. et omnia festa E. M. Virginis (præter Purifi cationem de qua infra) etiamsi sine Octava celebrentur : excipiuntur tamen festa B. Mariæ tit. Auxilium Christianorum, Nominis Mariæ, purissimi Cordis R M. V., B. M. Virginis de Monte Carmelo, et de Mercede, quæ tamquam Duplicia majora haberi debent.



Item Duplicibus secundæ classis æquiparantur festa duodecim Apo stolorum, SS. Innocentium Marty rum, Patrocinii S. Joseph, S. Annæ et S. Joachim Parentum B. M. V., atque Exaltationis S. Crucis, nec non Feria secunda et tertia post Pascha Resurrectionis et Penteco sten. Pariter ad Duplicia primæ classis referuntur festa Epiphaniæ, Ascensionis Domini, SS. Trinitatis, SS. Cordis Jesu; Conceptionis im maculatæ, Purificationis, Annun tiationis, Assumptionis et Rosarii E. V. Mariæ, Nativitatis S Joannis Baptistæ, S Joseph Sponsi B. M. V. SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Dominici P. N., S. Francisci Assis., S. Thomæ Aquinatis, Om nium Sanctorum, Patroni principa lis de præcepto, Tituli principalis et Dedicationis Ecclesiæ nostræ.

§ XII.

## De festo habente solam Memoriam.

FESTUM tunc dicitur solam Me moriam habere, cum per Anti phonam, Versiculum, et Orationem celebratur, vel in Laudibus tantum ut aliqua; vel in primis Vesperis, et in Laudibus, ut alia plura, præser tim ea, quæ sub ritu trium Lectio num celebrari solebant, de quibus in perpetuum impeditum est Offi cium. Omnia tamen hujusmodi festa in peculiaribus suis locis notantur in corpore Breviarii.

2. Omittuntur hæc festa habentia solam Memoriam, si evenerint in illis diebus, in quibus celebrari non possunt festa trium Lectionum, neque de his potest Memoria fieri.

3. Si festum aliquod habeat Me moriam Sancti annexam, illudque transferri contingat, transferatur simul et Memoria.

§ XIII.

## De festo trium Lectionum.

THESIUM trium Lectionum ita ce ± lebratur. In primis Vesperis (si eas impeditas non habuerit) dican tur Psalmi de Feria cum suis Anti phonis. Officium autem festi a Ca j pitulo incipiet, et terminabitur in Nona sequentis diei. In Completo rio, et in Prima dicantur Preces feriales.

2. In Matutinis habebit Invitato rium, Hymnum, et novem Psalmos (extra tempus Paschale). Antipho nam unam super eos, Versiculum, et tres Lectiones, quarum secunda et tertia, vel saltem tertia, erunt de Historia Sanctorum : et tria Re sponsoria secundum ordinem Fe riarum de suo Communi; exceptis festis sanctarum Virginum non Martyrum, in quibus semper dicun tur tria ultima Responsoria.

3. Tempore Paschali tres tantum Psalmi dicantur : Responsoria, An tiphonæ, et Versiculi cum ALLE LUIA. Ad BENEDICAMUS DOMINO. tam in Vesperis, quam in Laudibus, addatur unum tantum ALLELUIA.

4. Canticum TE DEUM. semper omittatur. In Laudibus prima tan tum Anti phona Laudum super Psalmos dicatur; Capitulum autem, Hymnus, Versiculus, et post Can ticum BENEDICTUS, Antiphona, et Oratio, sicut in aliis festis Sancto rum. Officium quotidianum beatæ Virginis semper dicatur.

5. Quando festum trium Lectio num celebrandum fuerit Feria se cunda (et in Dominica fuit de ea Officium recitatum) aut post festum Simplex, aut diem Octavam Simpli cem; in primis Vesperis habebit tantum Memoriam. Si vero post festum Duplex, et supra, aut post diem Octavam Solemnissimam, aut Solemnem; nulla de illo fiet Memo ria in primis Vesperis.

6. De festo trium Lectionum fiet Memoria in Vesperis, et in Laudi bus, quando in Feria quarta Cine rum, et deinceps usque ad Cenam Domini exclusive, aut in Vigilia Pentecostes evenerit. Si vero inci derit in Dominicam, aut in Feriam, in qua est legenda Historia, aut Homilia dominicalis, aut in diebus Rogationum, fiet tunc Memoria illius, quando transferri non potest. Idem observabitur infra Octavas Simplices, et in jejuniis Quatuor Temporum Septembris. Idem et in Feriis tertiis, cum de B. Dominico;

et in quintis, cum de SS. Sacramento; et Sabbatis, cum de B. Virgine agendum est. In Feriis autem quartis, vel aliis, in quibus potest agi de Sancto Ordinis, quid faciendum sit de festo trium Lectionum in illis Feriis incidente, dicetur infra § XVII. num. 4. 5. et 7.

7. Omittitur festum trium Lectionum, et ejus Memoria, quando transferri non potest, si evenerit in Cena Domini, et deinceps usque ad Dominicam in Albis inclusive, aut in diebus Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, et Corporis Christi, usque ad eorum Octavas inclusive.

8. Si contingat festum Duplex, et supra, propter eorum multitudinem tunc temporis occurrentem, transferri, aut ex approbata consuetudine Provinciarum, aut locorum celebrari in die festi trium Lectionum, quod transferri non potest; fiat de festo trium Lectionum Memoria in primis Vesperis, et Laudibus. Idem intelligitur de hujusmodi festo incidente in Octavas Solemnes : exceptis Octavis Solemnibus Ascensionis et Trinitatis, in quibus Memoria de festo trium Lectionum omittitur, ut num. præcedenti dictum est. Immo si contingat aliquo anno ita impediri festa trium Lectionum, ut propter supervenientes majores festivitates, nec propriis diebus celebrari, nec ulterius transferri possint; fiat de ipsis Memoria in primis Vesperis, et Laudibus festi, etiam Totius Duplicis, quod celebrabitur illa die, quæ festo trium Lectionum debebatur, nisi festivitates supervenientes sint ex supra exceptis, in quibus nec Memoria fit de festo trium Lectionum.

9. Si in Feria sexta, quæ pro dicenda Homilia dominicali primo loco assignatur supra § VI. num 2 evenerit festum trium Lectionum] impedita intelligatur pro dicenda Homilia, et fiat de festo : si tamen Feria secunda, vel quarta, postea assignata, huiusmodi impedimentum non habuerit. Quod ad Feriam tertiam, vel quintam, vel Sabbatum nequit extendi; quia in istis Feriis nunquam potest de festis trium Lectionum fieri Officium; sed hæc cedunt Officiis votivis destinatis pro dictis Feriis : possunt tamen celebrari in Feria secunda, vel quarta ut infra § XVII. fusius declarabitur.

IO. Festum trium Lectionum transferri potest per quidecim dies, a die ipsius exclusive. Et hujusmodi festa transferantur secundum ordinem, quo venerunt.

§ XIV.

## De festo Simplici.

OFFICIUM festi Simplicis, nisi a majori festo præcedenti impediatur, a Capitulo in primis Vesperis inchoetur : Psalmi autem cum suis Antiphonis erunt de Feria currente; vel si infra aliquas Octavas celebretur, Psalmi et Antiphona erunt de Octava.

2. In Matutinis, Invitatorium, Hymnus, tria Nocturna (extra tempus Paschale), et in quolibet eorum tres Psalmi cum tribus Antiphonis, Versiculo, tribus Lectionibus, et totidem Responsoriis dicantur, quæ omnia, vel ex propriis locis, vel ex Communi desumenda sunt. Canticum TE DEUM. semper dicatur, nisi a Septuagesima usque ad Dominicam in Ramis Palmarum; et tunc loco ejus, nonum Responsorium repetatur usque ad Versum exclusive.

3. Tempore Paschali dicuntur tantum tres Psalmi, et una Antiphona super eos; Versiculus, tres Lectiones, et tria Responsoria : cetera vero, ut in Communi illius temporis notatum fuerit. Antiphonae, Responsoria, et Versiculi cum ALLELUIA, dicantur. Ad BENEDICAMUS DOMINO, addatur duplex ALLELUIA.

4. In Laudibus dicuntur quinque Antiphonæ, singulæ ad singulos Psalmos. In Prima et in Completorio utriusque diei, dicuntur Preces. In secundis Vesperis sola prima Antiphona Laudum dicitur super Psalmos, qui semper de Communi petantur; præterquam in festis San etenim infra Octavas Nativitatis Domini, ubi quinque Psalmi et Antiphonæ eruntde Nativitate. Semper



dicatur Officium quotidianum beatæ Virginis, nisi celebretur infra Octavas Solemnes, et supra.

5. Festa Simplicia occurrentia in Dominica in Ramis Palmarum, et deinceps usque ad Feriam quartam immediate sequentem, si non possint transferri, ut regulariter contingit, illo anno solam habebunt Memoriam in utrisque Vesperis, et in Laudibus: Feria vero quartano lum in primis Vesperis, etLaudibus.

6. Festum Simplex transferri potest per quindecim dies, a die ipsius exclusive, etiam infra Octavam Solemnem, excepta Dominica, ut dicetur § XXII. num. 9.

§ XV.

## De festo Duplici.

FESTUM Duplex in primis Vesperis, nisi a majori festo præcedenti impediatur, habebit Antiphonam propriam, vel ex Communi desumptam, super quinque Psalmos. (qui erunt de Feria currente, vel de festo præcedenti, vel de Octava, si infra eam celebretur) et post Capitulum, Responsorium cum Versu, et GLORIA PATRI etiamsi veniat post Dominicam in Passione Dimittuntur Preces in Completorio et in Prima; et. Officium quotidianum beatæ Virginis. Canticum TE DEUM semper dicitur. In reliquis servetur ordo festi Simplicis.

2. Si in Dominica occurrerit, dicitur semper in Prima Simbolum S. Athanasn QUICUMQUE VULT SALVUS ESSE.

§ XVI.

## De festo toto Duplici.

IN festo toto Duplici, sive de Tempore (etiam in Circumcisione Domini) sive de Sanctis, ad primas Vesperas dicuntur hi Psalmi: LAUDATE PUERI; LAUDATE DOMINUM OMNES; LAUDA ANIMA MEA; LAUDATE DOMINUM QUONIAM; LAUDA JERUSALEM; ut notatur in Psalterio pag. 145. præterquam in festis Commemorationis Dominicæ Passionis, Quinque VulnerumD. N. J.C. et Compassionis beatæ Mariæ Virginis, et præterquam in Sabbato sancto, et in Vigilia Pentecostes, Una sola Antiphona dicitur super Psalmos : excipitur Vigilia Nativitatis Domini, in qua erunt quinque Antiphonæ. Post Capitulum dicatur Responsorium, etc. ut dictum est in festo Duplici Tit. præcedenti, num. I. Item Antiphona integra dicitur ante et post Cantica MAGNIFICAT et BENEDICTUS.

2. Si in die Dominica de eo fiat Officium, in Prima dimittitur Symbolum S. Athanasii : excepto festo SS. Trinitatis, in quo dicitur. Responsoria Horarum, etiam extra tempus Paschale, dicuntur cum duplici ALLELUIA, præterquam a Septuagesima usque ad Pascha. In secundis Vesperis sola prima Antiphona Laudum super Psalmos dicatur except0 fest0 Nativitatis Domini, et sequentibus, juxta quod ibi notatur,

§ XVII.

## De festis Votivis, vel quæ celebrantur per Hebdomadam.

OMNIBUS Sabbatis totius anni, præterquam in Quadragesima, et jejuniis Quatuor Temporum, et infra Octavas, et in Octavis, tam de Tempore quam de Sanctis, de quibus fit totum Officium; et in festis simplicibus, et supra; et in Vigiliis quæ habent Missas proprias; et quando Historia, vel Homilia dominicalis legi non possit alio die, nisi in Sabbato, fiat officium de B. Virgine Maria. Et tunc tam in choro, quam extra, tenentur fratres dicere ante Matutinum quindecim Psalmos graduales modo et ordine suo loco notatis.

2. In omnibus tertiis Feriis per totum annum, præterquam in Fena tertia proxime Vigeam Natu italis Domini antecedente, et deinceps usque ad diem Octavam Epiphaniæ inclusive; et nvQuadragesima usque ad Octavam Paschæ inclusae; in tertia Rogationum et deinceps usque ad Octavam Corporis Christi inclusive; et infra Octavasomnes, et in Octavis, de qu'bus fit totiun Officium; et in omnibus festis Sim

plicitum, et supra; et in Vigiliis, quæ habent proprium Officium, vel Missam; et quando Homilia vel Historia dominicalis juxta Rubricas illo die est recitanda : fiat Officium de B. P. N. Dominico.

3. In omnibus quintis Feriis per totum annum, exceptis temporibus, quæ supra num. præcedenti pro Officio de Beato Dominico in Feria tertia excepta sunt, fiat Officium de Corpore Christi.

4. In omnibus Conventibus, ubi viget studium artium, simul et theologiæ, (dummodo tali die ex consuetudine vel privilegio non celebretur Officium de alio Sancto Ordinis nostri) singulis quartis Feriis fiat Officium de S. Thoma Aquinate : exceptis temporibus supra expressis, in quibus non fit Sabbato Officium de beata Maria, et in Feria tertia de beato Dominico. Excipitur etiam casus, quando in eadem Feria quarta occurrit festum Sancti trium Lectionum, quod infra quindecim dies non posset transferri : quia in eo casu fiet de festo trium Lectionum cum Memoria sancti Thomæ. Festa vero trium Lectionum, quæ suo die celebrari non possunt, non sunt transferenda in Feriam quartam; ita ut propter hoc impediatur fieri in illa Officium de S. Thoma.

5. Ex consuetudine antiqua et approbata aliquarum Provinciarum, vel Conventuum, in illis fit Feria quarta, vel in alia Feria, Officium de aliquo Sancto Ordinis nostri : quæ consuetudo servanda est; exceptis temporibus supra expressis numero præcedenti pro Officio de S Thoma in Feria quarta. Dum autem Feria quarta in hujusmodi Conventibus celebrari contingent de alio Sancto Ordinis, fiat Memoria de S. Thoma, si in illis vigeat studium artium, simul et theologiæ.

6. Quando propter impedimentum aliquod ex assignatis, prædicta Officia beatæ Mariæ in Sabbato, beati Dominici in Feria tertia, Corporis Christi in Feria quinta, et B. Thomæ, vel alterius Sancti Ordinis in Feria quarta intermittuntur, facienda est Mem^ de ipsis, ut dicetur infra, § XXXII, num. 7.

7. Ex speciali concessione Clementis Papæ X. sub die 19. Septembris 1674. recitari potest in toto Ordine Officium de S. Vincentio Ferrerio sub ritu trium Lectionum semel in mense, hoc est, prima Feria secunda, non impedita tamen alio simili festo trium Lectionum ejusdem Ordinis; et impeditis omnibus prædictis secundis Feriis illius mensis, tunc recitari poterit prima Feria sexta ejusdem mensis, pariter non impedita, ut supra. Hujusmodi autem Feriæ secundæ vel sextæ non dicuntur impeditæ, quia in ipsas sit transferendum aliquod festum trium Lectionum, quod suo proprio die celebrari non potuit : sicut supra num. 4. pro Officio de S. Thoma in Feria quarta dictum est. Quod si in nulla Feria secunda vel sexta mensis possit de S. Vincentio Officium fieri; nec de ipso Memoria aliqua est facienda in tali mense.

8. Officia hujusmodi votiva terminantur in Nona. In Matutinis dicitur Canticum TE DEUM. extra Septuagesimam; infra tamen eam loco Cantici præfati repetitur ultimum Responsorium usque ad Versum exclusive : et similiter tempore Paschali in Vesperis et Laudibus dicitur BENEDICAMUS DOMINO, cum duplici ALLELUIA.

§ XVIII.

## De divisione Octavarum.

OCTAVÆ festorum aliæ sunt Solemnissimæ; aliæ Solemnes; aliæ Simplices; aliæ trium Lectionum; aliæ cum sola Memoria.

2. Octavæ Solemnissimæ sunt quatuor, videlicet : Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, et Corporis Christi.

3. Octavæ Solemnes sunt: Ascensionis, Trinitatis; immaculatæ Conceptionis, Annuntiationis, Assumptionis, et SS. Rosarii beatæ Virginis; S. Joseph Sponsi B. M. V., SS. Apostolorum Petri et Pauli, beati Dominici Patris nostri, Omnium Sanctorum, sancti Augustini, S. Thomæ Aquinatis, S. Francisci de Assisio et S. Catharinæ Senensis.

4. Octavæ Simplices sunt : Epiphaniæ, Dedicationis Ecclesiæ, Nativitatis et Visitationis Beatæ Mariæ; necnon SS. Joannis Baptistæ, Laurentii Martyris, Martini Confessoris, Michaelis Archangeli, S. Mariæ Magdalenæ, et S. Catharinæ Virginis et Martyris. Similiter, ex variis concessionibus Apostolicis, omnium et singulorum Sanctorum Ordinis nostri, qui solemni canonizationis ritu fastis Ecclesiæ adscripti sunt, videlicet : Petri Martyris, Joannis et soc. MM. Gorcom., Pii Papæ et Confessoris, Antonini, Vincentii, Hyacinthi, Raymundi, Ludovici Confessorum, Catharinæ de Ricciis, Agnetis a Monte Pontiano. et Rosæ Limanæ Virginum.

5. Octavæ trium Lectionum sunt: Sanctorum Stephani Protomartyris, Joannis Evangelistæ, et Innocentium.

6. Octavæ de sola Memoria sunt: Sanctorum A ndreæ Apostoli, et Vincentii Martyris.

7. Abstinendum tamen omnino est a celebratione Octavarum, tam Dedicationis Ecclesiæ Matricis, quam et Patroni loci, aut Titillans Ecclesiæ : nisi super hoc speciale decretum Sedis Apostolicæ vel sacræ Rituum Congregationis habeatur, et per Capitulum Generale sic constitutum fuerit.

§XIX.

## De Octavis cum sola Memoria.

OCTAVÆ de sola Memoria dicuntur quia in eis non fit aliud Officium quam sola Memoria in Vesperis et Laudibus. Hujusmodi autem Octavæ terminantur per Memoriam in Laudibus diei Octavæ.

2. Dimittitur hæc Memoria, si in diebus infra Octavam occurrant festa Duplicia, et supra, aut Octavæ Solemnes, et supra. Ipsius autem diei Octavæ semper fiat Memoria, etiam in festo Duplici, et supra, præterquam in utrisque Vesperis et Laudibus Pentecostes, et Corporis Christi, usque ad eorum Octavas; et in utrisque Vesperis, et Laudibus festorum, in quibus nec Octavarum Simplicium fit Memoria, ut sunt festa Ascensionis, et Assumptionis B. Virginis, prout dicitur infra § XXI. num. 6.

§XX.

## De Octavis trium Lectionum.

OCTAVÆ trium Lectionum vocantur, quoniam in die Octava celebrantur tamquam festum trium Lectionum : infra Octavas vero solam habent Memoriam in Vesperis et in Laudibus. Earum Officium in die Octava durat per totum diem. Si fuerit Dominica, in Matutinis habent novem Lectiones : si vero alio die venerint, dicentur Preces in Prima et Completorio. Semper tamen Responsoria Horarum cum ALLELUIA, et Canticum TE DEUM. dicantur. Reliqua omnia in propriis locis notantur.

§ XXI.

## De Octavis Simplicibus.

OCTAVÆ Simplices sunt, quando de eis quotidie infra Octavam, et in die Octava fit totum Officium (nisi a majori solemnitate præoccupentur) hoc modo :

2. In diebus infra Octavam : Ad Matutinum, Invitatorium, ut suis locis est notatum; Hymnus, et Psalmi sicut in festo; una tantum Antiphona super Psalmos, incipiendo a prima Nocturnorum festi, et sic deinceps quot fuerint necessariæ pro sequentibus diebus. Tres tantum Lectiones, quarum duæ priores erunt de Scriptura, vel de Homilia Feriæ currentis, (ut in Quadragesima, diebus Rogationum, et Quatuor Temporum Adventus etSeptembris) et tertia erit de gestis et vita Sancti aut de aliquo Sermone Sanctorum. Versiculus ante Lectiones, et tria Responsoria de festo secundum ordinem, quo Historia dominicalis dividitur per Ferias, ut dictum est § VII. num. I. Canticum TE DEUM. quotidie dicatur, præterquam infra Septuagesimam, et tunc loco ejus repetitur ultimum Responsorium usque ad Versum exclusive.

3. In Laudibus, prima tantum Antiphona super Psalmos; Capitulum, Hymnus, et Versiculus, sicut in festo. Ad Benedictus. Antiphona quæ ibi notatur. Ad Primam et Completorium dicuntur Preces; Responsoria Horarum absque ALLELUIA, præterquam tempore Paschali. et cum celebratur de die Octava Simplici infra Octavas Solemnes. In Vesperis Antiphona ad Magnificat. quæ suo loco signatur, Reliqua omnia sicut in principali festo.

4. In primis Vesperis Octavæ diei Officium fiet, sicut in aliis ejusdem Octavæ diebus, excepta Antiphona ad Magnificat, quæ sumetur ex primis Vesperis festi, nisi sit alia specialiter posita : et similiter fiat pro secundis Vesperis. In Matutinis leguntur novem Lectiones : et reliqua omnia, sicut in festo, servato modo festi Simplicis, nisi aliter notetur.

o. Tempore Paschali, infra omnes Octavas, et in Octava die dicuntur tantum tres Psalmi in Matutinis, cum tribus Lectionibus ac Responsoriis : addito ALLELUIA in fine Antiphonarum, Versiculorum, et Responsoriorum, sicut in aliis festis Paschalibus.

6. In festis Duplicibus, et supra, quæ eveniunt infra has Octavas, et in die Octava,de Octavis tantum fit Memoria in Vesperis et Laudibus. Excipitur dies Octava Epiphaniæ,in qua nullum festum debet celebrari. Memoria autem etiam omittitur in festis Pentecostes, et Corporis Christi, usque ad eorum Octavas, et in utrisque Vesperis et Laudibus festorum Ascensionis, et Assumptionis B. Mariæ : in quibus de Octavis Simplicibus nulla fit Memoria : infra Octavam tamen Corporis Christi fit Memoria Octavæ S. Joannis Baptistæ, ut infra dicetur § XXIII num. I.

7.Similiter hujusmodi Octavarum Simplicium fiet Memoria, si evenerint infra Octavas Solemnes. Si tamen infra has dies Octava Simplex evenerit, fiat Officium de die Octava Simplici; etiamsi fuerit dies Dominica infra illas Octavas. Excipitur si evenerit infra Octavam Ascensionis; nam tunc non fit Officium de die Octava Simplici alicujus Sancti, sed de ea fiat sola Memoria.

8. In Sabbatis infra has Octavas, aut in die Octava, Officium Dominicæ incipiet a Capitulo; Psalmi autem et Antiphona erunt de Octava, et fiet Memoria ipsius post MAGNIFICAT. Die vero Dominica fiet tantum Memoria de Octava in Laudibus et Vesperis. Excipitur dies Octava Simplex incidens in Dominicam infra Octavas Solemnes, in qua de Octava Simplici fiet similiter Officium, ut numero præcedenti dictum est. Si tamen dies Octava Simplex Dominicæ successerit, in secundis Vesperis Dominicæ fiet solum Memoria Octavæ Simplicis.

9. Homilia dominicalis, quando Dominica est impedita, legetur infra has Octavas; non attento jam ordine Feriarum, ut dictum est supra § VI. n. 3. et tunc duæ Lectiones erunt de Homilia, et tertia de Octava. Neque transferetur extra has Octavas, nisi in eadem Hebdomada contingat fieri de Feria : nam tunc non legetur Homilia infra Octavas, sed ea die, qua fit de Feria, dummodo in hac die non sit legenda alia Homilia. Immo et in ipsa die Octava, tam intra, quam extra tempus Paschale, legatur Homilia dominicalis, dum non superest alia Feria vacans, in qua legi possit. Et similiter infra has Octavas, et in ipsa die Octava, si venerit in Quadragesima, diebus Rogationum, et Quatuor Temporum Adventus et Septembris, dicetur Homilia Feriæ currentis.

10. Officium quotidianum B. Virginis tam infra Octavas, quam in die Octava dicitur: exceptis Octavis ejusdem B. Virginis, quando de ea agitur Officium; itemque cum celebratur de die Octava Simplici infra Octavas Solemnes. In Octavis tamen B Virginis dicetur ad Vesperas Officium quotidianum illius, si in Vesperisincipiata Capitulo Officium v. g. Dominicæ, ut dicitur supra num. 8. vel festi, aut diei Octavæ Simplicis.

## § XXII.
## De Octavis Solemnibus.

OFFICIUM, tam infra Octavas Solemnes, quam in ipsa die Octava, per omnia fiat sicut de Octavis Simplicibus supra notatum est; exceptis aliquibus et additis aliis, paulo post dicendis.

2. In his Octavis non dicitur Officium quotidianum B. Virginis nec in Prima et Completorio dicuntur Preces. Canticum TE DEUM. semper dicitur, etiam infra Septuagesimam. Responsoria Horarum dicuntur quotidie (extra Septuagesimam tamen) cum ALLELUIA; quod etiam servetur in festis Duplicibus, et in Octavis aut festis Simplicibus, infra Octavas Solemnes occurrentibus : quia omnia festa ita induunt conditiones harum Octavarum, ut cum eadem solemnitate debeant celebrari. Festa Simplicia, et Duplicia, quæ eveniunt in die Octava Solemni, transferantur; Tota Duplicia vero celebrentur; excepta die octava Ascensionis, in qua nullum festum debet celebrari, nisi festa excepta infra § XXIV. num. 8.

3. In his Octavis Solemnibus fiat Memoria de festis trium Lectionum, (si transferri non possint) et de festo habente solam Memoriam, exceptis Octavis Ascensionis et Trinitatis, in quibus de supradictis Memoria non fit, ut supra de singulis dictum est § XII. num. 2. § XIII. num. 8. Similiter fiat Memoria de Octavis Simplicibus; itemque de die Octava de sola Memoria, ut etiam de singulis dictum est § XIX. num. 2 § XXI. num. I. ubi etiam dicitur, quid agendum sit de die Octava Simplici infra Octavas Solemnes incidente.

4. Infra Octavam S. Thomæ Aquinatisperpetuo servetur sequens Rubrica. Quotiescumque de Octava agitur in Matutinis, duæ primæ Lectiones erunt de Homilia Feriæ, et tertia erit de Octava; Missa vero Conventualis dicetur de Feria. In Dominica infra Octavam, solum fiet Memoria S. Thomæ, ita ut Officium Dominicæ incipiat in Sabbato præcedenti a Capitulo, et tunc dicitur Officium quotidianum B. M. Virginis ad Vesperas et Completorium, et dicentur Preces. Si Feria quarta Cinerum evenerit infra Octavam, de ea (Feria nimirum) fiet Officium usque ad Nonam, cum Memoria S. Thomæ, et Officio quotidiano B. M. Virginis, et terminatur in Nona. Quando in Feria secunda celebratur dies Octava, in primis Vesperis Psalmi et Antiphonæ erunt de Dominica, et Officium incipiet a Capitulo : si autem occurrat in Sabbato, secundæ Vesperæ erunt de Octava cum Memoria Dominicæ, et non dicetur Officium quotidianum B. M. Virginis. Quotidie infra Octavam in Completorio dicatur Responsorium IN PACE, quando regulariter dicitur.

5. Quæcumque Octava Solemnis occurrens in Adventu, et a Septuagesima usque ad Pascha, (quo tempore Dominicis diebus debet fieri Officium de Dominica) in Missa, et in illa parte Officii quæ est de Dominica, incipiendo a Vesperis Sabbati præcedentis, si sint a Capitulo, consideretur tamquam Octava Simplex. Ita tamen, quod ad Matutinum Dominicæ Palmarum omnino cesset qualiscumque Octava. In reliquo Octavæ Solemnes, etiam immaculatæ Conceptionis B. M. V. prædicto tempore celebrentur juxta modum præscriptum n. 4. pro Octava S. Thomæ. S. R. C. 7. Septenas

G. Dominica infra has Octavas solum habebit Memoriam. Lectiones primi Nocturni erunt de Apostolo, signatæ pro Dominica occurrente (prout supra § X. num. 6. dictum est); secundi, de Octava; tertii vero, de Homilia dominicali, hi vero fuerit dies octava in Dominica, primæ Lectiones erunt de Apostolo Dominicæ occurrentis, reliquæ vero sex erunt de Octava : nisi in tertio Nocturno legenda fuerit Homilia dominicalis, prout infra n. 7. dice

tU 7 Homilia Dominicæ præcedentis quando est impedita, debet le«i infra has Octavas eo modo, quo dictum est de Octavis Simplicibus

§ XXI, num. 9. excepta die Octava SS. Apostolorum Petri et Pauli, ut dicetur n. sequenti. Immo, et Homiliæ Vigiliarum, Rogationum, vel Quatuor Temporum infra has Octavas legi debent, mori tamen in ipsa die Octava.

8. Si festum habens Octavam incidat in Dominicam aut Dominica infra Octavas impedita sit aliquo festo : Homilia dominicalis legatur in die Octava Solemni, quando non superest Feria aliqua vacans, in qua legi possit. Prout communiter solet fieri in die Octava Ascensionis, ubi Homilia dominicalis, si propter festa impedientia infra istam Octavam lecta non fuerit, neque Feria sexta sequenti poterit legi, legitur ipsa die Octava Ascensionis, assumpto pro tertia Lectione Sermone S. Augustini, HODIE, FRATRES., posito in die Octava. Excipitur tamen dies Octava SS. Apostolorum Petri et Pauli, si in Dominica evenerit, et Homilia dominicalis legi non poterit infra Hebdomadam; quia tunc Homilia Dominicæ omittitur ob Homiliam propriam SS. Apostolorum. Excipiuntur pariter dies octava SS. Rosarii, et dies octava Omnium Sanctorum, in quibus nulla Homilia legi solet.

9. De festo Simplici fit Officium infra has Octavas, etiamsi inciderit in Dominicam infra eas. Immo transferri potest festum Simplex in aliquam diem infra illas excepta Dominica.

10. Quando infra Octavas Solemnes celebratur de festo Duplici (et idem de Octava, aut festo Simplici) in primis Vesperis incipiat Officium a Capitulo : Psalmi autem, et Antiphonæ erunt de Octava, si illa die Officium fieret de Octava. Idem observetur, si infra Octavas Solemnes celebretur de festo Duplici post Octavam, vel festum Simplex; cum namque hæc, ut sæpe dictum est induant solemnitatem Octavæ infra quam celebrantur, Officium' festi Duplicis in primis Vesperis incipiet a Capitulo; Psalmi autem et Antiplumæ erunt de Octava, vel festo Simplici. Si vero festum Duplex vel Octava aut festum Simplex occurrerint ante diem Octavam, Officium diei Octavæ Solemnis incipiet a Capitulo: si autem post diem Octavam, in primis Vesperis solam habebunt Memoriam.

## § XXIII.
## De Octavis Solemnissimis.

INFRA Octavas Solemnissimas, vel in ipsis Octavis, omnia fiant, sicut de Octavis Solemnibus dictum est §. præcedenti : excepto, quod non fit de aliquo Sancto Officium, neque Memoria (etiamsi sit Sanctus Ordinis) nisi infra Octavam Nativitatis Domini, et nisi quando infra Octavam, vel etiam in ipsa die Octava Corporis Christi occurrerit festum S. Joannis Baptistæ, vel SS. Apostolorum Petri et Pauli; quia tunc de ipsis Sanctis fit Officium, ac etiam Memoria de ipsorum Octavis. Similiter Feria sexta ejusdem Octavæ Corporis Christi fit semper Memoria de Octava sanctissimæ Trinitatis in Laudibus, et Vesperis : Sabbato vero, in Laudibus tantum. Excipiuntur etiam festa, quæ transferri non possunt, eo modo quo dicetur § seq. num. 17.

2. De concurrentia festi Duplicis, vel Totius Duplicis immediate post Octavam diem harum Octavarum, dicetur infra § XXV. n. 9. Similiter de quibus festivitatibus extraordinariis in aliquibus ex his Octavis potest fieri Officium, dicetur infra § XXIV. n. 5. et suis specialibus Titulis.

## § XXIV.
## De translatione festivitatum.

DE festis Duplicibus et supra occurrentibus in Dominicis diebus Adventus, et in Dominicis Septuagesima usque ad Dominicam in Albis, dictum est § III. n. 3. 4. et 5.

2. Festum Orationis D. N. J. C. in monte Oliveti, et ea, quæ sequuntur de Passione in Feria tertia Sexagesimæ, et Feriis sextis Quadragesimæ, non possunt transferri ad aliam diem, nisi occurrente Offi-



cio potioris ritus; et tunc transferenda sunt eo ordine, quo venerunt, dummodo infra Quadragesimam hæc translatio fiat; nam illa festa non sunt celebranda extra Quadragesimam, nec sunt omittenda. Similiter festum Compassionis B. Mariæ celebrandum est Feria sexta post Dominicam Passionis; nec propter aliud festum est transferendum, nisi festum S. Joseph, vel Annuntiationis, aut alicujus Sancti nostri Ordinis occurrerit in illa Feria; et tunc festum Compassionis transferatur in Sabbatum subsequens. Si tamen in dicto Sabbato aliquod festum occurrerit, illud transferatur post Octavam Paschæ, ut de mandato Summi Pontificis in Urbe fuit factum; ideoque festum Compassionis non est celebrandum extra Quadragesimam, nec est omittendum. Similiter omnia festa Duplicia, et supra, occurrentia a Dominica in Ramis Palmarum usque ad Octavam Paschæ inclusive, et in die Pentecostes usque ad festum Trinitatis inclusive, transferenda sunt post prædictas Octavas, in Ferias non impeditas festo Simplici, et supra.

3. Transferenda etiam sunt festa Simplicia occurrentia in Dominica in Ramis Palmarum, et deinceps usque ad Octavam Paschæ, vel in aliis supradictis diebus. Si tamen infra quindecim dies non possunt transferri, fiat de illis Memoria a Dominica in Ramis usque ad Laudes Feriæ quartæ sequentis, ut dictum est § XIV. num. 5. Aliis vero diebus nec Memoria fiat.

4. Eadem regula debet servari, quantum ad translationem, in omnibus festis tam Simplicibus, quam Duplicibus, et supra, quæ evenerint in festo Corporis Christi usque ad Feriam sextam post Octavam Corporis Christi inclusive, qua Feria celebratur festum SS. Cordis Jesu.

5. Excipiuntur festa sanctorum Joannis Baptistæ, et Apostolorum Petri et Pauli, S. Patroni principalis loci de præcepto, Dedicationis Ecclesiæ, et S. Tituli principalis Ecclesiæ nostræ : quæ transferenda non sunt post Octavam Corporis Christi, sed infra Octavam, vel in die octava suis propriis diebus celebranda; et in reliquis aliis diebus infra Octavam, et in Octava Corporis Christi fiet quotidie Memoria de Octava S. Joannis, aut Apostolorum, ut dictum est § XXIII. n. I. Quod si festa sancti Joannis Baptistæ, S. Patroni principalis loci de præcepto, Dedicationis Ecclesiæ, et S. Tituli principalis Ecclesiæ nostræ in diem Corporis Christi inciderint in proximum sequentem diem transferantur : et in secundis Vesp. Corporis Christi fiet de eis tantum Memoria. Si vero Nativitas S. Joannis Baptistæ, et festum Apostolorum Petri et Pauli in Feriam sextam post Octavam Corporis Christi inciderint, festum SS. Cordis Jesu in proximum sequentem diem, velut in sedem propriam, transferatur; idem fiat, si in eadem Feria sexta occurrerit festum S. Patroni principalis loci, vel Tituli principalis et Dedicationis Ecclesiæ, dummodo hæc sint de præcepto. S. R. C. 28. Jun. 1889.

6. Quando festum Simplex, aut majus in Feriam quartam Cinerum inciderit, non celebrabitur in præcedenti Feria tertia (ut antiqua Rubrica disponebat sed transferendum erit in diem primam non impeditam post diem Cinerum.

7. Si aliquod festum Duplex, aut majus occurrerit in Vigilia Pentecostes, non celebretur in præcedenti Feria sexta (ut pariter antiqua Rubrica decernebat) sed post festum Trinitatis transferatur, aut post Octavam Corporis Christi. Si vero fuerit Simplex, et transferri non possit, fiat de eo Memoria in Vesperis præcedentibus, et in Laudibus Vigiliæ.

8. Omnia festa Duplicia, et supra, occurrentia in die Ascensionis, vel in ejus die octava, sunt etiam transferenda in proximam Feriam non impeditam festo Simplici, et supra. Excipiuntur festa Sancti Patroni principalis loci de præcepto, Dedicationis Ecclesiæ nostræ : de quibus debet fieri Officium in die octava Ascensionis (si in ea evenerint) cum

ejusdem Memoria. Quare si festum Ascensionis incidat in ultimam diem Aprilis, aut primam Maii, festa S. Catharinæ Senensis, aut Apostolorum Philippi et Jacobi, post festum SS. Trinitatis sunt transferenda, et habebunt Officium novem Lectionum, prout suo loco notatum est. Si festum Coronæ Domini, ex novo decreto S. R. Cong. diei 24. Aprilis assignatum, impeditum fuerit, nec transferri queat intra tempus Paschale, die 4. Maii celebrabitur. Festum vero S. Monicæ illo anno transferatur in aliquam Feriam vacantem, servato tamen ordine cum aliis festis Sanctorum, quæ transferenda occurrant, juxta Rubricam infra positam num. 13.

9. Si Nativitas S. Joannis Baptistæ, vel festum Apostolorum Petri et Pauli, vel Visitatio B. M. V. Dominica prima post Oct. Trinitatis evenerit, festum purissimi Cordis Mariæ suo ordine transferatur. Si festum Exaltationis sanctæ Crucis incidat in Dominicam infra Octavam Nativitatis B. Virginis : celebretur festum Exaltationis, et festum Nominis B. Mariæ transferatur. Si tamen dies octava Nativitatis B. Mariæ in Dominica evenerit, in ea festum Nominis ejusdem celebretur: festum vero Commemorationis sancti P. N. Dominici in proximam Feriam non impeditam transferatur. Similiter si festum Omnium Sanctorum Ordinis nostri evenerit Dominica secunda Novembris, in qua occurrit festum Patrocinii B. Mariæ, de hoc fiet Officium, et illud transferatur. Similiter etiam si festum S. Hyacinthi Conf. evenerit in Dominica infra Octavam Assumpt. B. M. V. celebretur festum S. Hyacinthi, et festum S. Joachim transferatur. Si tamen dies octava Assumptionis B. Mariæ Virg. in Dominica evenerit, in ea festum S. Joachim celebretur, juxta Rubr. § XXII. num. 2.

10. Cum transfertur festum habens Octavam, etiam Octava transferatur. Similiter si transfertur festum habens Memoriam Sancti annexam, transferatur simul et Memoria, ut dictum est supra, § XII. num. 3.

11. Si festum Simplex concurrat simul cum die octava Simplici. Officium fiat de Octava, si festum Simplex ulterius transferri potest. Quod si festum Simplex non sit transferibile, propter festa impedientia omnes quindecim dies suæ translationi determinatos; tunc fiet de eo Officium, cum Memoria Octavæ Simplicis simul concurrentis.

12. Festa Simplicia occurrentia in quibuscumque Dominicis diebus per totum annum, transferri debent eo modo quo dicitur n. 14. Excipiuntur festa sanctorum Innocentium, S. Thomæ Episcopi et Martyris, et sancti Silvestri Papæ, de quibus semper suis diebus agetur : quæ pure Simplicia reputanda non sunt; quia Octavarum illarum, infra quas occurrunt, in omnibus induunt qualitatem. Excipiuntur etiam, propter eamdem rationem, festa Simplicia incidentia in Dominicam infra Octavas Solemnes, de quibus etiam fiet Officium, ut dictum est supra § III. num. I. et § XXII. num. 8.

13. Festa Duplicia, et supra, transferenda sunt eo ordine, quo venerunt. Excipiuntur festum SS. Cordis Jesu, festum Annuntiationis, festum principale S. Joseph, die 19. Martii, et festum S. Francisci Assisii : quæ transferenda sunt in diem fixam, tamquam in sedem propriam. De festo SS. Cordis Jesu dictum est supra, n. 5. Festum Annuntiationis B. M. V. si venerit in Dominica Passionis, transferendum erit ad Feriam secundam immediate sequentem, translato quocumque festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus. Si vero occurrerit in Hebdomada Majori, vel Paschali, transferendum erit ^pari cum privilegio) in Feriam secundam post Dominicam in Albis. S. R. C. 18. Sept. 1882. et quidem una cum præcepto audiendi Missam, et vacandi ab operibus, si occurrerit Feria sexta in Parasceve, vel Sabbato Sancto. Festum vero S. Joseph, si occurrerit in Dominica Passionis,



transferatur in Feriam secundam immediate sequentem; et quoties inciderit in Majorem Hebdomadam, reponatur in Feria quarta post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria : servato Rubricarum præscripto quoad translationem festorum iisdem diebus occurrentium. S. R. C. 15. Aug. 1892. Si festum S. Francisci Assisii inciderit Dominica prima Octobris, transferatur ad diem quintam tanquam ad sedem propriam et festum B. Raymundi a Capua transferatur secundum ordinem Rubricarum. S. R. C. 16. Febr. 1907.

Excipiuntur etiam festa duodecim Apostolorum, ac festa Sanctorum Ordinis nostri (non autem festa Translationis, vel Commemorationis eorum, aut Beatorum Ordinis nostri), quæ præponuntur in celebratione omnibus aliis festivitatibus æqualis ritus : sed festa Apostolorum præponuntur festis Sanctorum Ordinis nostri. Similiter festum Totum Duplex habens Octavam debet transferri prius quam alia festa Tota Duplicia, quæ non habent Octavas: præter festa Apostolorum, quæ, licet Octavas non habeant, omnibus aliis præponuntur, etiam Sanctis Ordinis nostri, ut dictum est.

14. Festa Simplicia transferenda sunt etiam eo ordine, quo venerunt: sed post Duplicia, et supra. Si tamen festum Simplex non sit ulterius transferibile, (non enim potest transferri ultra quindecim dies), tunc transferatur prius quam festum Duplex, et supra.

15. Festa Duplicia, et supra, non habent tempus determinatum suæ translationis : quia nullo modo est omittendum hujusmodi Officium nisi in casu, de quo dicitur infra, n. 17. Festum vero Simplex, sicut et trium Lectionum transferri possunt per quindecim dies exclusive a die ipsorum, in aliquam Feriam vacantem : quod si infra hos dies non sit aliqua Feria vacans, omittitur illo anno eorum Officium, et solum fit Memoria de illis; nisi in diebus, in quibus etiam Memoria omittitur, exceptis supra in suis peculiaribus Titulis.

16. Vocatur Feria vacans non impedita, in quam transferri possunt festa illa in qua non fit Officium de die Octava Simplici, aut de festo Simplici, et supra; vel quæ non est destinata pro legenda Homilia, vel recitanda Historia dominicali. In casu namque illo, quo transfertur festum Duplex, aut majus (exceptis, quæ præponenda sunt in celebratione aliis festivitatibus, de quibus dictum est supra, num. 13.) immo etiam et festum Simplex, in Feriam destinatam pro legenda Historia, vel Homilia dominicali; prorogabitur ulterius translatio hujusmodi festorum : Homilia vero, vel Historia dominicalis, illa ipsa die recitabitur. Quod de festo Simplici intelligendum est, si hujusmodi festum ulterius transferri potest, infra tempus supra assignatum suæ translationis : si tamen non sit ulterius transferibile, fiat Officium de festo Simplici; et Homilia, vel Historia Dominicæ, vel ulterius transferatur, vel plane omittatur : sicut similiter Homiliæ Rogationum, Quatuor Temporum, et Vigiliæ alicujus Sancti omittuntur, si in eam transferantur festa, etiam Simplicia, dummodo hæc ulterius transferri non possint, ut de Homilia Vigiliæ dicetur infra, § XXXV. num. 2. A proprio autem die festum Simplex nullatenus transferri potest solum ob Homiliam, vel Historiam dominicalem recitandam.

17. Verum ex nova S. R. Congregationis dispositione, festa Duplicia, et supra, si ad eorum translationem infra annum non sufficiant Feriæ vacantes, transferri debent primo in dies Octavas Simplices, deinde in festa Simplicia : et si adhuc non sufficiant Feriæ vacantes, festa Tota Duplicia transferri debent in dies octavas Solemnes; non vero festa Duplicia : ita ut si pro istis non sit locus pro translatione, de iisdem fiat Memoria proprio die in utrisque Vesperis, et Laudibus : quæ tamen Memoria omittitur a Vesperis Feriæ quartæ Hebdomadæ Majoris ad Feriam tertiam post Pascha, et a primis Vesperis Pentecostes usque ad Feriam tertiam post eamdem in

clusi ve. Hæc autem omnia intelli genda sunt de festis Duplicibus, quæ sunt in nostro Calendario, non vero de festis extraordinariis, quæ adnotantur § XXXI. n. 3. quæ in hoc casu omitti debent, ne omittan tur Officia cujuscumque ritus, quæ describuntur in nostro Calendario. Festa tamen S. Patroni principalis de præcepto, S. Patroni minus prin cipalis etiam de præcepto, si alias celebretur ab omnibus, Dedicationis Ecclesiæ nostræ, sancti Tituli prin cipalis Ecclesiæ nostræ, Sancti cu jus Corpus vel insignis Reliquia asservatur in Ecclesiis nostris, et Dedicationis Ecclesiæ Matricis, seu Cathedralis, semper celebrari de bent.

18. De duabus Homiliis eadem die occurrentibus, dictum est § VI. num. 7.

## §XXV. De concomitantia festivitatum.

CONCOMITARI dicuntur festivita tes, cum una post aliam imme diate celebratur, et præcedens fe stum in secundis Vesperis cum sequenti festo in primis Vesperis concurrit.

2. Si festum minoris solemnitatis, ante vel post festum majoris solem nitatis occurrerit; festum majus duas integras Vesperas habebit, et de minori tantum fiet Memoria.

3. Si festum Totum Duplex post aliud ejusdem qualitatis celebrari contigerit; immo si tria, vel plura festa Tota Duplicia in celebratione sibi succedant: primum duas inte gras Vesperas habebit, secundum vero solam Memoriam in primis Vesperis : et sic de reliquis, quot quot successive celebranda vene rint; ita tamen, quod quodlibet festum Totum Duplex debet ad minus unas integras Vesperas ha bere.

4. Excipiuntur festa Epiphaniæ, Ascensionis, Trinitatis, Corporis Christi; immaculatæ Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, As sumptionis, et Rosarii beatæ Mariæ; tum et S. Thomæ Aquin., S. Joseph Sponsi B. M. V., beati Dominici P. N., et Omnium Sanctorum; item Patroni principalis loci de præcepto, Dedi cationis Ecclesiæ, et Sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ : quæ omnia festa semper habebunt duas integras Vesperas, sive ante, sive post quæcumque festa ordinaria, etiam Ordinis nostri, celebrentur, et etiamsi secundo aut tertio loco eveniant. Quare quando festum Rosarii beatæ Mariæ celebratur im mediate post festum S. Hieronymi, habebit festum S. Hieronymi pri mas Vesperas, cum Memoria S. Mi chaea, et festum Rosarii, licet tertio loco celebretur, habebit duas integras Vesperas. Et idem fiat in casibus similibus, ut quodlibet To tum Duplex habeat ad minus semel integras Vesperas, et festum ex supra exceptis habeat duas integras. Verum, in concomitantia cum festo SS. Cordis Jesu, festa S. Joannis Baptistæ, atque Apostolorum Petri et Pauli, necnon festa de præcepto Sancti Patroni principalis loci, Ti tularis, et Dedicationis Ecclesiæ, Vesperas integras habebunt cum sola Memoria SS. Cordis Jesu, etiam in secundis hujus Vesperis, quamvis insum non habuerit primas S. R. C. 5. Sept. 1891.

5. Similiter festa duodecim Apo stolorum, Sanctorum Ordinis nostri (non autem Translat. et Commem. eorum, aut Beatorum Ordinis no stri) sive evenerint ante, sive post quodlibet aliud festum Totum Du plex ordinarium, quod invenitur in Calendario, habebunt duas integras Vesperas, et prioris festi in secun dis ejus Vesperis, aut subsequentis in primis, solum fiet Memoria. Inde festa SS Fabiani et Sebastiani Mar tyrum, S. Agnetis Virginis et Mar tyris, et sancti Vincentii Levitæ et Martyris in celebratione immediate sibi succedentia, unumquodque illo rum primas Vesperas integras ha bebit propter festum S. Raymundi eis succedens, quod duas integras habebit.

6. Excipiuntur festa Sanctorum Ordinis nostri, si evenerint ante vel post quodlibet festum Apostolo rum quæ vel primis, vel secundis Vesperis carebunt, ut festum Apo stolorum duas integras habeat : sic contingit in festis S. Petri Martyris et S. Catharinæ Senensis, et Apo stolorum Philippi et Jacobi, sibi immediate succedentibus. Idem di cendum, si festa Apostolorum, vel Sanctorum Ordinis nostri evenerint ante, vel post aliquod festum ex supra exceptis num. 4. ut cum fe stum S. Catharinæ Senensis cele brabitur immediate post festum sanctissimæ Trinitatis; vel cum festum Apostolorum Philippi et Jacobi, aut festum sancti Antonini inciderint ante vel post festum As censionis; in quibus, et in aliis simi libus casibus festa Apostolorum, vel Sanctorum Ordinis primis, vel secundis Vesperis carebunt.



7. Si festum Sancti Ordinis nostri post aliud ejusdem Ordinis occur rerit, servetur regula generalis de duobus festis Totis Duplicibus inter se concurrentibus.Excipiuntur festa Translationis, vel Commemoratio nis eorumdem, quæ in concomi tantia aliorum festorum Sanctorum Ordinis, vel primis, vel secundis Vesperis carebunt.

8. Omnia festa beatæ Mariæ, quæ sub ritu Totius Duplicis celebra buntur, habebunt semper duas inte gras Vesperas, in concurrentia cu iuscumque festi Sanctorum, etiam Ordinis nostri. Excipitur festum Visitationis B. M. V. quod in con comitantia cum festo SS. Cordis Jesu, primis Vesperis carebit. Pari ter excipitur festum Nominis beatæ Mariæ, quando occurrerit celebran dum ante, vel post festum Exalta tionis sanctæ Crucis : quia tunc festum Nominis B. Mariæ primis, vel secundis Vesperis carebit. Exci piuntur etiam festa purissimi Cordis B. M. Virginis, beatæ Mariæ de Monte Carmelo, et beatæ Mariæ de Mercede, si concurrerint cum festis Apostolorum, aut Sanctorum Ordi nis nostri. Aliæ autem exceptiones notabuntur in Titulis de festivitati bus extraordinariis.

9. Si festum Duplex, aut Totum Duplex immediate succedat post Octavam diem Octavarum Solem nissimarum, in primis Vesperis solam Memoriam habebit sine ulla alia solemnitate in choro. Exceptis festis Annuntiationis beatæ Virgi nis; Apostolorum Philippi et Jaco bi, et Apostolorum Petri et Pauli; Sanctorum Ordinis nostri (non autem Beatorum Ordinis nostri) et sancti Joannis Baptistæ; item S. Patroni principalis loci de præcepto, Dedicationis Ecclesiæ, et Sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ : quæ festa habebunt primas Vesperas integras cum Memoria Octavæ. Inde etiam quando post Octavam diem Octavarum Solemnissimarum imme diate celebratur de festo Toto Du plici non excepto, et post illud de beat fieri de festo ex supra exceptis, tunc primum succedens Octavæ habebit primas Vesperas integras cum Memoria Octavæ, ut festum postea subsequens habeat primas Vesperas integras, uti illas haberet, si immediate post Octavam celebra retur. Excipitur festum SS. Cordis Jesu, in cujus concomitantia cum die Octava Corporis Christi, Vespe ræ fiant de eadem Octava, sine ulla SS. Cordis Memoria, attenta indole peculiari utriusque festi. S. C. R. 28. Jun. 1889.

IO. Si festum Duplex post aliud Duplex evenerit, et primum non habuit primas Vesperas impeditas, in secundis Psalmi et Antiphona erunt primi festi, et incipiet Offi cium secundi Duplicis a Capitulo cum Memoria primi : si tamen se cundum similiter secundas suas Vesperas impeditas non habeat. Idem fiet, cum primum habuit pri mas Vesperas impeditas, et sequens habiturum est secundas a majori solemnitate etiam impeditas. Quod si primum festum Duplex habuit impeditas primas Vesperas, et se quens non habet impeditas secun das; primo Duplici debentur secun dæ Vesperæ cum Memoria secundi, cujus postea suo die secundæ Ve speræ integræ erunt. Et similiter, si primum Duplex non habuit pri mas Vesperas impeditas, et sequens secundas impeditas habuerit : pri mum Duplex solum habebit Memo riam in secundis Vesperis, quæ erunt integræ sequentis Duplicis;

licet Psalmi erunt de primo Duplici, juxta Rubricam § XV. num. I. In concurrentia tamen trium vel plurium festorum Duplicium immediate sibi succedentium, servetur quantum fieri potest, ut primum Duplex utrasque Vesperas integras habeat; de reliquis vero disponatur secundum modum superius præscriptum in hoc num. : ita ut si primum Duplex habuerit primas Vesperas ab Antiphona, vel a Capitulo, habebit secundas Vesperas integras cum Memoria sequentis; et pariter alia sequentia habebunt integras secundas Vesperas. Si vero ultimum Duplex habebit secundas Vesperas impeditas, primæ ejus Vesperæ erunt a Capitulo.

11. Si festum Duplex inter duo festa Tota Duplicia venerit, in utrisque Vesperis solam Memoriam habebit. Idem sentiendum de festo Simplici incidente inter duo festa Duplicia (extra tamen Octavas Solemnes, juxta infra dicenda n. 13.) et Tota Duplicia.

12. Si festum Duplex, vel majus in quocumque Sabbato celebretur, integras Vesperas habebit in ipso Sabbato cum Memoria Dominicæ, etiamsi Dominica non sit habitura secundas Vesperas. Si vero festum Dominicæ successerit, Officium Duplicis incipiet a Capitulo : et cum illud Duplex non haberet primas Vesperas integras, si occurrat aliud Duplex subsequens non habens secundas Vesperas impeditas, tunc præcedens habebit secundas Vesperas integras cum Memoria sequentis : si tamen hoc habuerit secundas Vesperas impeditas, ejus Officium in primis Vesperis incipiet a Capitulo. Quomodo autem festa Duplicia celebranda sint in Octavis Solemnibus, dictum est supra § XXII. n. IO.

13. Si festum Duplex post festum Simplex, vel infra Octavam, aut post Octavam diem Octavarum Simplicium evenerit : in primis Vesperis Psalmi erunt de festo vel Octava Simplici; Antiphona, Capitulum, et quæ sequuntur, erunt de festo Duplici Si vero successerit festo, vel diei Octavæ Simplici, de quibus celebratum fuerit in Dominica, vel infra Octavas Solemnes, tunc Officium Duplicis subsequentis incipiet a Capitulo : Psalmi vero et Antiphona erunt festi vel Octavæ Simplicis, ut dictum est supra § III. n. 2. et § XXII. n. IO.

14. Si festum Simplex post aliud Simplex occurrerit, idem ordo per omnia servetur, qui pro Duplicibus est notatus supra, n. IO. Idemque cum proportione servetur, si festum Simplex antecedat, vel sequatur diem Octavæ Simplicis, in Vesperis, in quibus se contingunt festum et dies Octava Simplex.

lo. Cum festum Simplex celebratur in Sabbato, in secundis Vesperis incipiet Officium Dominicæ a Capitulo; Psalmi vero et Antiphona erunt festi Simplicis. Quod si habuerit primas Vesperas Feria sexta impeditas, in Sabbato habebit secundas integras, cum Memoria Dominicæ. Si tamen Responsorium Historiæ fuerit dicendum, tunc Psalmi et Antiphona erunt festi Simplicis; Capitulum vero, et reliqua erunt de Dominica. Si tandem Officio Dominicæ successerit festum Simplex, in primis Vesperis solam Memoriam habebit.

## § XXVI.
## De festivitatibus extraordinariis.

FESTIVITATES extraordinariæ vocantur, quæ non inveniuntur notatæ in nostro Calendario, sed in aliquibus regnis, provinciis, civitatibus, seu oppidis, ex sanctæ Sedis privilegio, et approbata consuetudine solemniter celebrantur. Hujusmodi sunt festum Sancti Patroni principalis; festum Dedicationis Ecclesiæ; festum Sancti Tituli principalis Ecclesiæ; et festum Sancti, cujus Corpus, vel insignes Reliquiæ asservatur in Ecclesiis nostris; necnon aliæ festivitates, quæ solemniter solent celebrari.

## § XXVII.
## De festo Sancti Patroni.

FESTUM Sancti Patroni principalis de præcepto, celebretur sub ritu Totius Duplicis, sed sine Octava. Et celebrandum est suo die, nisi occurrerit Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima, seu quinta Quadragesimæ, Dominica in Ramis Palmarum, et usque ad Dominicam in Albis inclusive : in Vigilia Nativitatis Domini, in Circumcisione, in die octava Epiphaniæ, in Ascensione, a Vigilia Pentecostes usque ad festum sanctissimæ Trinitatis inclusive, et in die Corporis Christi : in festo Assumptionis beatæ Mariæ, et in festo Omnium Sanctorum. Tunc enim transferatur festum Sancti Patroni principalis de præcepto juxta consuetudinem Ecclesiæ Matricis, cui in hujus festivitatis celebratione debent Ecclesiæ nostræ conformari.

2. Si festum Sancti Patroni principalis de præcepto occurrerit Dominica prima Octobris, fiat Officium de Sancto Patrono, et festum Rosarii beatæ Virginis cum sua Octava transferatur in proxime vacantem Feriam, sed quoad Officium tantum; non vero quoad solemnitatem Processionis, quæ tali die a confratribus sanctissimi Rosarii publice fieri consuevit. Si vero prænominatum festum Patroni in die S. P. N. Dominici occurrerit, transferatur festum Patroni.

3. Si festum Patroni principalis de præcepto celebretur ante vel post festa Apostolorum, Sanctorum Ordinis nostri, vel Dedicationis Ecclesiæ, habebit duas Vesperas integras, et festa prædicta semel integras. Si vero eadem die evenerit, transferenda sunt festa Dedicationis Ecclesiæ, Apostolorum, et Sanctorum Ordinis nostri. Si autem concurrat cum festivitatibus beatæ Virginis, aut aliis majoribus (ut sunt designatæ supra § XXV. n. 4. pro duabus integris Vesperis habendis) servandus est mos Matricis Ecclesiæ, tam in translatione, quam in concomitantia.

4. Quæ Rubricæ pariter observandæ sunt in festo Patroni regni, aut provinciæ, vel civitatis : dummodo Patroni principales sint, et de præcepto, necnon juxta sedis Apostolicæ decreta nominati et instituti. De occursu vero, seu concursu Patroni principalis regni cum Patrono principali provinciæ, vel civitatis, nihil statui potest; observetur tamen consuetudo Ecclesiæ Matricis.

5. Juxta S. R. Congregationis declarationem sub die 17. Sept. 1853. Regulares non tenentur ad celebranda festa Patronorum minus principalium. Verum festum Patroni minus principalis de præcepto, si alias celebretur ab omnibus, qui ad Horas canonicas tenentur, in illo loco, cujus est Patronus, debet etiam a nobis celebrari, ex generali concessione Apostolica, de qua infra, § XXXI. sub eo tamen ritu, qui dicto § designatur. De Sancto vero Patrono minus principali, non de præcepto, non tenemur celebrare festum, ex antedicta declaratione S. Congregationis; possumus tamen juxta præfatam Apostolicam concessionem.

6. De concursu vero cum aliis festivitatibus observetur mos Ecclesiæ Matricis : nisi forte ob peculiarem festivitatem illius Ecclesiæ propriam, debeat festum Patroni non principalis transferri : nam tunc debet fieri Officium de Sancto Patrono, proprio die. Si in die Sanctorum Ordinis nostri occurrerit festum Sancti Patroni minus principalis, si sit de præcepto, transferatur festum sancti Ordinis nostri; secus vero, si de præcepto non fuerit.

## § XXVIII.
## De festo Dedicationis Ecclesiæ.

UBI Ecclesiæ nostræ sunt consecratæ, singulis annis in Anniversario fiat Officium sicut in Toto Duplici, et Octava celebretur ad instar Octavarum Simplicium; præterquam in Adventu, et deinceps usque ad Octavas Epiphaniæ; et in Septuagesima, et deinceps usque ad Octavas Paschæ, et in diebus Rogationum, et deinceps usque ad Octavam Corporis Christi. Quando autem Octavæ non fiunt, non fiat Memoria de Dedicatione.

2. Quod si hoc festum Dedicationis infra Octavas alicujus Sancti evenerit, durante Octava de Sancto,

I fiat Memoria de Octava Dedicationis; et Octava de Sancto celebrata, fiat Officium de Octava Dedicationis, nisi adsit impedimentum.

3. Festum vero Dedicationis Ecclesiæ Matricis, seu Cathedralis alicujus civitatis, ubi moramur, debet a nobis celebrari, si ab omnibus tam sæcularibus, quam Regularibus illius civitatis celebratur, sub ritu etiam Totius Duplicis, sed sine Octava : non tamen de Dedicatione alterius Ecclesiæ.

4. Festum Dedicationis Ecclesiæ nequit celebrari in illis diebus, qui - i bus non potest fieri Officium de Sancto Patrono principali de præcepto, ut dictum est supra § XXVII. n. 1. et 2. Neque in ipsa die Patroni principalis de præcepto : unde si eodem die occurrerit, debet festum Dedicationis transferri : et si præcedat, | sive sequatur, habebit festum Patroni duas integras Vesperas, ut dictum est supra, § præcedenti, numero 3. Secus vero si festum Dedicationis occurrerit in die Sancti Patroni minus principalis, etiam de præcepto, sive in festo S. Tituli principalis, sive in festo Sancti cujus Corpus vel insignis Reliquia asservatur in Ecclesiis nostris, sive in festis Apostolorum, vel Sanctorum Ordinis nostri : nam tunc debet; Officium fieri de Dedicatione, et prænominata festa transferri; et in concomitantia cum illis, festum Dedicationis habebit duas integras Vesperas : sicut etiam si concomitetur festa beatæ Virginis : exceptis designatis supra § XXV. n. 4. quæ duas integras Vesperas debent habere. Quæ omnia intelligenda sunt de festo Dedicationis Ecclesiæ nostræ; festum enim Dedicationis Ecclesiæ Matricis celebrari debet secundum Rubricas, sicut alia festa non solemnia, nec de præcepto in civitate, de quibus infra § XXXI.

§ XXIX.

## De festo Sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ.

"PESTUM Sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ celebretur sub ritu Totius Duplicis, sed sine Octava. Festum Sancti Tituli minus principalis celebretur sub ritu designato, vel consueto.

2. Festum Sancti Tituli principalis nostræ Ecclesiæ debet transferri si occurrerit in diebus Sancti Patroni principalis de præcepto, vel Dedicationis nostræ Ecclesiæ, quia hæc sunt festa majoris solemnitatis : proindeque transferendum est festum Sancti Tituli principalis, si occurrat in illis diebus, quibus nequit fieri Officium de Sancto Patrono principali, vel de Dedicatione, de > quo § XXVII. num. I et 2, § præcedenti, num. 4.

3. Festum Sancti Tituli principalis Ecclesiæ nostræ præcedit in solemnitate festum Sancti, cujus Corpus conditum est in Ecclesiis nostris : et ideo hoc secundum, si eodem die evenerit, transferendum est; et si in duobus diebus immediate, semper festum Tituli principalis habebit duas integras Vesperas. Idque idem servetur de festo Sancti Tituli principalis respectu festorum beatæ Virginis, Apostolorum, et Sanctorum Ordinis nostri, sicut § præcedenti, num. 4. de festo Dedicationis dictum est.

4. In concursu cum S. Patrono minus principali, etiamsi sit de præcepto, debet præferri festum Sancti Tituli principalis Ecclesiæ; non vero festum Sancti Tituli minus principalis, sed^ debet celebrari festum Patroni minus principalis de præcepto. Si vero festum Patroni non sit de præcepto, et occurrerit in die Sancti Tituli minus principalis, fiat I translatio juxta qualitatem solemnitatis festorum. Sed si ejusdem solemnitatis sint, præferatur festum Sancti Tituli minus principalis, nisi propter maximam populi devotionem aliter fieri oporteat.

§XXX. .

## De festo Sancti cujus Corpus, vel insignis Reliquia condita sunt in Ecclesiis nostris.

"PESTUM Sancti, cujus Corpus * conditum est in Ecclesiis nostris, celebretur sub ritu Toto Duplici, et computandum est inter festa i solemnia patriæ : ac de ejus translatione, et concomitantia cum aliis festivitatibus judicandum est secundum morem patriæ et devotionem populi. Si nulla fuerit consuetudo, debent huic festo in omnibus præferri festum Sancti Patroni principalis de præcepto, festum Dedicationis Ecclesiæ, et festum S. Tituli principalis Ecclesiæ nostræ : et similiter eidem festo præferenda sunt festa beatæ Virginis, Apostolorum, et Sanctorum Ordinis nostri.

2. Non potest autem Officium de hujusmodi Sancto celebrari, eo quod in loco sit ejus Corpus, aut aliqua Reliquia; sed tantum in Ecclesiis nostris, ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia. Ita habetur ex decreto sacræ Congregationis Rituum, quæ aliter fieri vetuit, et pro- j hibuit : et insuper declaravit, insignes Reliquias esse : Caput, Brachium, Crus, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, et non parva, et legitime ab Ordinariis approbata.

3. Advertendum tamen, quod dictum est de Sanctis, quorum Corpora, vel insignes Reliquiæ asservatur in Ecclesiis nostris, intelligendum est dumtaxat de Sanctis in Martyrologio Romano descriptis, et dummodo constet de identitate Corporis, vel de illis, quorum festivitates celebratæ sunt cum licentia sacræ Congregationis Rituum, vel Summi Pontificis. De ceteris autem Sanctis, de quibus non habetur hujusmodi licentia, nullo modo fiat Officium, Magistro Ordinis, vel sacra Congregatione inconsultis.

4. Quod si sanctus ille, cujus Corpus, seu insignis Reliquia in nostris asservatur Ecclesiis, habuerit socium, aut socios, quorum Corpora, seu insignes Reliquiæ non asservatur in nostris Ecclesiis, debet festum Sancti, cujus Corpus, seu Reliquiam insignem habemus, proprio die celebrari : et socii in primam Feriam non impeditam transferri, et sub ritu in Calendario designato celebrari. Quod etiam est observandum, si Sanctus Patronus de præcepto, vel Titularis Ecclesiæ habuerint socios, qui nec Patroni, nec Titulares sint.

5. Quando autem fit festum de | Sancto principali, et non de sociis, separentur in Matutino Lectiones, si commode fieri potest: et dicantur in festo Sancti principalis, quæ ejus vitam et acta referunt; relictis pro sociis aliis Lectionibus, quarum numerus debet ex Communi compleri. Si vero historia vitæ separabilis non sit, legantur omnes Lectiones in festo principali, et pro sociis sumantur ex Communi. Idemque de Oratione, si Sanctorum nomina possunt separari.

6. Festum Sancti, cujus insignem habemus Reliquam, celebretur tan i tum sub ritu Duplici : nisi aliunde majorem habeat solemnitatem.

§ XXXI.

## De aliis festis locorum, et Sanctorum, quæ auctoritate Apostolica de novo celebranda approbantur.

DE Sanctis Episcopis locorum. Martyribus, civibus, et aliis festis, de quibus in Calendario, seu Rubricis nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur, sed omnino consulatur sacrorum Rituum Congregatio, prout ipsa per suum speciale decretum statuit, et mandavit.

2. Cum Ordinis nostri Ritus in divino Officio recitando sit specialis, et a Sede Apostolica specialiter approbatus, et confirmatus; non licet alicui pro suo libito disponere recitationem Officiorum, vel recitari facere Officia Sanctorum, quæ a Sede Apostolica recitanda, sive ad libi I tum, sive de præcepto conceduntur omnibus tam sæcularibus, quam regularibus Urbis et Orbis, qui ad Horas canonicas tenentur; donec specialiter et expresse Ordini nostro fuerint concessa ab eadem Sede Apostolica, et jussu Magistri Ordinis nostro Breviario inserta, et ea die, ac eo ritu, quibus in illo dicta festa designantur. Idem quoque est

dicendum, si de novo auctoritate Apostolica elevatur ritus alicujus festi pro Breviario Romano, vel de novo conceditur celebratio illius sub ritu majori eo, sub quo jam a nobis celebratur : quod scilicet illa elevatio ritus, vel nova concessio Officii sub ritu majori, licet sit universalis, et Urbis et Orbis, debet specialiter et expresse Ordini nostro concedi, et nostro Breviario, ut supra, inseri, ut illa possimus uti. Quæ omnia ab initio Ordinis usque ad hæc nostra tempora servata fuerunt.

3. Ex concessione speciali sanctæ mem. sanctissimi Domini nostri Benedicti XIII Ordinis nostri, ad instantiam Magistri Ordinis, possumus celebrare Officia et Missas illorum Sanctorum, de quibus in aliquo regno, provincia, vel civitate, ex concessione Apostolica speciali, vel ex approbata consuetudine, universim ab omnibus tam sæcularibus, quam regularibus, Officium cum Missa celebratur, sub ritu tamen, et forma juxta Rubricas Breviarii Ordinis. Pro usu igitur hujusmodi gratiæ, maxime debent Superiores, et directores divini Officii pro illo regno, provincia, vel civitate prius attendere, de quibus festis, ut supra, universim fiat Officium, ut de illis a nostris fieri possit.

4. Circa tamen occurrentiam hujusmodi festorum, est etiam regula sequens ; si aliquod festum ex dictis occurrerit in die Sancti nostri Ordinis, vel alterius Sancti nostri Calendarii, transferendum est, et fieri debet Officium de Sancto Ordinis, vel de Sancto nostri Calendarii; nisi illud festum sit Patroni principalis loci de præcepto, vel Patroni minus principalis, etiam de præcepto, vel aliud festum solemne, et de præcepto in patria, quæ semper præferenda sunt festis Sanctorum Ordinis et Sanctorum nostri Calendarii, etiamsi hæc sint ejusdem vel majoris solemnitatis; et debet fieri Officium de Sancto patriæ, et nostra festa transferenda sunt.

5. Quando prædicta Officia, vel inter se, vel cum Sanctis Ordinis vel alus nostri Calendarii eadem die in aliquibus locis ita fixe occurrunt, ut translatio alicujus, seu aliquorum sit perpetua; tunc prima dies proxima non impedita, censeatur assignata in perpetuum pro die propria festi translati respective, ita ut de illo fiet, etiamsi evenerit in Dominicam, nisi fuerit talis Dominica, vel talis dies juxta Rubricas impedita, ut in illam nullum festum transferri possit, prout dictum est § XXVII. num. I.

## § XXXII.

## De Memoriis faciendis.

PER totum annum; cum de Dominica non agitur, Sabbato præcedenti in Vesperis, et ipsa die in Laudibus, et in secundis Vesperis, fiat illius Memoria : exceptis Dominicis occurrentibus in Vigilia Nativitatis Domini usque ad Epiphaniam : de quibus suis locis notatum est. Item Dominicis infra Octavas Ascensionis, et Corporis Christi, de quibus nulla est facienda Memoria Sabbato præcedenti. Similiter de Dominica fiat Memoria in Laudibus, et Vesperis aliquo die infra Hebdomadam, si non possit fieri de Feria pro Dominicis, quæ supersunt post Octavam Epiphaniæ, et non possunt resumi post Octavam Trinitatis : et etiam de Dominica xxj. post Octavam Trinitatis, prout in propriis locis dicitur.

2. De Feria fiat quotidie Memoria in Adventu, et Quadragesima, et tribus diebus Rogationum, cum aliquod festum in iisdem contigerit celebrari : aliis vero temporibus nulla est facienda Memoria de Feria.

3. De festo Duplici, et supra, semper fiat Memoria in Vesperis, quando eas impeditas habuerit. Idem fiat de festo Simplici, præterquam in Vigilia Pentecostes, in qua in secundis Vesperis omittitur Memoria festi Simplicis, ut dictum est § XXIV. num. 7. et in Feria quarta majoris Hebdomadæ, ut dictum est § XIV. num. 5. Etiam est facienda Memoria de Octava Simplici : præterquam in diebus notatis § XXI. num. 6. et 7. Similiter est facienda Memoria de Octava Solemni, et Solemnissima, si de ipsis non fiat Cfficium, sicut in suis specialibus Titulis supra notatum est.

4. De festo trium Lectionum fiat Memoria; similiter fiat de Octava trium Lect.; etiam de festo et Octava habentibus solam Memoriam, sicut de singulis in suis specialibus locis dictum est.

5. Memoria quæcumque tam in Vesperis, quam in Laudibus, fiat per Antiphonam, Versiculum, et Orationem.

6. Sanctorum Memoria fiat per Antiphonas proprias, aut ex Communi Sanctorum desumptas, quæ notantur in Vesperis, vel Laudibus. Si contigerit eodem die plures seorsim Memorias fieri, vel Martyrum vel Confessorum, vel Virginum etc, et Officium illius diei ex Communi desumatur, tunc in primis Vesperis, prima Memoria fiat per Antiphonam notatam ad Magnificat pro secundis Vesperis. Secunda Memoria, per primam Antiphonam Laudum. Tertia, per quartam Antiphonam Laudum. In secundis Vesperis, prima Memoria fiat per Antiphonam positam ad Magnificat pro primis Vesperis. Secunda, per Antiphonam, quæ dicitur super Psalmos in primis Vesperis. Tertia, per quartam Antiphonam Laudum. In Laudibus, Memoria prima fiat per secundam Antiphonam Laudum. Secunda, per tertiam Antiphonam Laudum. Tertia, per quintam Antiphonam Laudum. Versiculus autem pro prima Memoria in Vesperis, erit positus in primo Nocturno : pro secunda, positus in secundo, etc. In Laudibus vero pro prima Memoria Versiculus erit positus in tertio Nocturno : pro secunda, positus in secundo, etc. Si illud contigerit tempore Paschali, fiat eodem modo, sumendo Antiphonas de Communi illius temporis : sed prima Memoria in Vesperis, et Laudibus fiat respective per Antiphonas ad Magnificat et Benedictus de Communi extra tempus Paschale cum ALLELUIA.

7. In omnibus Sabbatis per totum annum in Vesperis, et Laudibus fiat Memoria de beata Virgine, quoties cumque de ipsa non agitur. Eodem modo fiat Memoria de beato Dominico Patre nostro in tertiis Feriis; et in quintis, de sanctissimo Sacramento; et in quartis, ubi viget studium, de D. Thoma; aut de alio Sancto Ordinis, juxta consuetudinem approbatam. Fiat etiam in eadem Feria Memoria de sancto Thoma in conventibus, in quibus celebratur Officium de alio Sancto Ordinis nostri: si tamen in illis vigeat studium artium simul et theologiæ. Intermittitur autem Memoria hujusmodi in dictis Feriis de beata Virgine, de beato Dominico, de Sancto Ordinis, et de sanctissimo Sacramento, in festis Duplicibus, et supra, et infra Octavas Solemnissimas. et Solemnes, ac in diebus Octavis earum, et a secunda die Januarii usque ad diem Octavam Epiphaniæ inclusive, et in die Animarum.

8. Fiat Memoria de beata Virgine in Laudibus, et Vesperis diei Octavæ sancti Stephani, et deinceps usque ad secundas Vesperas diei Octavæ Epiphaniæ exclusive : præterquam in Laudibus Vigiliæ Epiphaniæ, et in Vesperis utrisque, et Laudibus festorum Epiphaniæ, Inventionis D. N. J. C. in medio Doctor. et beati Gundisalvi. Ejusdem beatæ Virginis Memoria fiat in die sancto Paschæ, et duobus sequentibus in Vesperis, ut ibidem notatum est; item in omnibus Dominicis per totum annum, quando de Dominica agitur, fit Memoria de beata Virgine in Laudibus per Antiphonam SUB TUUM PRÆSIDIUM. V. POST PARTUM, et Orationem PROTEGE DOMINE. In Vesperis per Antiphonam REGALI EX PROGENIE, ℣. ORA PRO NOBIS, et Orationem PROTEGE. Exceptis Dominicis infra Octavas Simplices beatæ Virginis.

9. De Cruce est facienda Memoria quotidie per Hebdomadam Paschæ ad Vesperas, et in Dominica in Albis, et deinceps quotidie usque ad Vigiliam Ascensionis exclusive, tam in Laudibus quam in Vesperis, exceptis festis Duplicibus, et supra.

10. In Officio quotidiano beatæ Virginis, semper fiat Memoria in Laudibus et Vesperis de B. Domi

nico Patre nostro, et de omnibus Sanctis nostri Ordinis : etiam Feria tertia, quando de beato Dominico Patre nostro fit Officium, aut Memoria.

li. In omnibus tertiis Feriis, quando fit Officium de sancto Patre nostro Dominico, fiat Memoria in Vesperis et Laudibus de sancto Patre nostro Francisco.

§ XXXIII.

## De ordine Memoriarum.

MEMORIA festi Simplicis, et supra, præcedit Memoriam Octavæ non solemnis; Memoria tamen diei Octavæ Simplicis præcedit Memoriam festi Simplicis; Memoria festi Duplicis, et supra, et Octavæ Solemnis, et supra, præcedit Memoriam Dominicæ, et festi Simplicis : excipiuntur festa Simplicia, quæ celebrantur infra Octavas Nativitatis Domini; et similiter festum Simplex, aut Octava Simplex, quando celebrantur infra Octavas Solemnes : tunc enim si habeant primas aut secundas Vesperas impeditas a festo Duplici, et supra, Memoriæ illorum præcedunt Memoriam Octavæ, infra quam celebrantur.

2. Memoria de Octava Simplici, et Memoria de Adventu, et Quadragesima, ac de Dominica post Octavas Epiphaniæ, vel Trinitatis, quando fit in aliqua Feria infra Hebdomadam, præcedunt Memorias de beata Virgine in Sabbato; de B. Dominico Patre nostro, Feria tertia de sanctissimo Sacramento, Feria quinta; de D. Thoma, aut S. Ordinis, Feria quarta. Istæ autem supra dictæ Memoriæ de beata Virgine, etc. præcedunt Memoriam festi trium Lectionum, et festi habentis solam Memoriam : hoc vero præcedit Memoriam de S. Patre Francisco Feria tertia faciendam, et Memoriam Octavarum habentium solam Memoriam infra ipsas Octavas; sed in die Octava festum habens solam Memoriam præceditur ab Octava. Festum habens Memoriam solam in Vesperis et Laudibus, præcedere debet festum de sola Memoria in Laudibus : et hujusmodi Memoria in proprio die debet præcedere Memoriam festi hujusmodi translati cum alio festo, cum quo est annexum. Semper tamen in Vesperis prima Memoria fiat de eo, de quo fiet Officium die sequenti, si alias de eo est facienda sola Memoria; ut contingit, quando Feria tertia fit de festo, vel Octava Simplici, et Feria quarta fiat Officium de festo trium Lectionum; tunc enim in Vesperis Feriæ tertiæ Memoria de festo triuni Lectionum præcedet Memoriam de S. Thoma, vel de Sancto Ordinis.

3. Memoria de Cruce, Paschali tempore, fiat post omnes prænotatas Memorias. Memoria vero de beata Virgine, quæ fit Dominicis diebus, fit quovis tempore post omnes Memorias : sicut et Memoria de beata Virgine, quæ fit ab Octava sancti Stephani, et deinceps usque ad diem Octavam Epiphaniæ, debet fieri post omnes Memorias.

§ XXXIV.

## De Orationibus in festis et Vigiliis Sanctorum.

ORATIO, quæ in festis Sanctorum dicitur ad primas Vesperas, dicenda est ad omnes Horas diei (exceptis Prima et Completorio, ut supra dictum est) usque ad secundas Vesperas inclusive. Excipiuntur festa Sanctorum, quæ in Vigiliis habent proprias Orationes, quæ dicendæ sunt ad primas Vesperas. Omittatur Oratio Vigiliæ, si festum transferatur ad secundam Feriam.

§ XXXV.

## De Homilia in Vigiliis Sanctorum.

HOMILIA dicenda est in Vigiliis Apostolorum Petri et Pauli; Apostolorum Simonis et Judæ; et Omnium Sanctorum. In his Vigiliis Officium fiat de Feria, cum Homilia propria : exceptis Vigiliis occurrentibus infra Octavas Simplices, aut Solemnes; in quibus Officium erit de Octava, duæ Lectiones de Homilia, et tertia de Octava. In ceteris autem Vigiliis B. Mariæ V. aut Sanctorum, Homilia Vigiliæ prorsus omittitur ob festa occurrentia.



2. Dimittitur Homilia, cum Vigilia in Dominica evenerit. Item quando transfertur in Vigiliam aliquod festum Simplex (quod ulterius transferri non potest) aut majus. Item quando Vigilia Apostolorum Petri et Pauli, in die Corporis Christi aut infra Octavam, vel in die octava ejusdem occurrerit.

§ XXXVI.

## De Matutinis in sero post Completorium dicendis.

MATUTINÆ in sero post Completorium dicantur usque in Pascha. A festo autem sanctissimæ Trinitatis, in festis Duplicibus, et supra, et Dominicis diebus, similiter dicantur, usque ad diem ultimam Augusti, Item infra Octavas Corporis Christi, et Visitationis beatæ Virginis, propter Indulgentias. Ubi autem consuetum est semper media nocte, aut post mediam noctem, omnibus his prædictis diebus, aut saltem aliquibus, Matutinas dici, servetur consuetudo. Si tamen Matutinæ in sero, vel ante mediam noctem dicantur, PRETIOSA, non est dicenda tunc immediate post illas, sed reservetur, ut dicatur immediate post Primam nisi post mediam noctem finiantur, ut in nocte Natalis Domini.

§ XXXVII.

## De Officio quotidiano beatæ Mariæ Virginis.

OFFICIUM quotidianum B. Virginis dicendum est pro tempore ante Horas canonicas, excepto Completorio, quod post Completorium de Tempore, vel de Sancto, dicendum est ante Antiphonam SALVE REGINA, et ideo Completorium beatæ Virginis non terminatur, sicut aliæ Horæ, per f. AVE MARIA, sed illo omisso, immediate post BENEDICAMUS DOMINO, sequitur Antiphona SALVE.

2. Intermittitur prædictum Officium in Vigilia Nativitatis Domini in Matutinis, et deinceps usque in crastinum post Octavam Epiphaniæ inclusive; et in quarta Feria ante Cenam Domini in Vesperis, et deinceps usque in secundam Feriam post Octavam Paschæ exclusive. Intermittitur etiam in festis Duplicibus, et Totis Duplicibus in primis Vesperis, et deinceps usque ad Completorium diei festi inclusive. In omnibus Dominicis diebus per totum annum in Matutinis, et usque ad Completorium inclusive. Et similiter infra omnes Octavas Solemnissimas, et Solemnes, et in diebus Octavis, etiamsi in die aliqua infra ipsas Octavas Officium de ipsis Octavis non fiat : sed fiat Officium de festo, vel Octava Simplici, ut dictum est supra § XIV. num. 4. et § XXI. num. IO. Omittitur autem quandocumque de ipsa beata Virgine Officium celebratur, sive in Octavis ipsius, sive extra Octavas; in Octavis tamen dicitur in Vesperis, in casibus expressis supra § XXI. n. IO.

3. In Vigilia Pentecostes dicatur Officium quotidianum beatæ Virginis in Matutinis, et usque ad Vesperas exclusive.

§ XXXVIII.

## De Litaniis Sanctorum et de prostrationibus super formas.

POST Completorium, quantumvis ea die solemne festum fuerit, si nihilominus die sequenti fiat Officium de Feria, tam extra tempus Paschale, quam intra, semper leguntur sero præcedenti, in choro Litaniæ Sanctorum cum Psalmo DEUS IN ADJUTORIUM. Precibus, Versiculis, et Orationibus, ut designantur in Breviario, post Completorium, pag. 156. Exceptis Vigilia Nativitatis Domini, Feria quinta in Cena Domini, et Feria sexta in Parasceve; in quibus Litaniæ, etc. omnino dimittuntur. Sabbato autem Sancto, tribus diebus Rogationum, et Vigilia Pentecostes, Litaniæ dicuntur ante Missam Feriæ : sed in tribus diebus Rogationum (si fit de Feria) et in Vigilia Pentecostes, dicentur in sero præcedenti

post Completorium, Psalmus DEUS IN ADJUTORIUM, Preces, et Orationes Litaniarum.

2. Dum Litaniæ post Completorium recitantur in choro, fratres debent esse genuflexi, aut (si fuerint lactæ prostrationes in Vesperis) prostrati, a principio usque ad ultimam Orationem inclusive. Qui autem tunc non fuerint in choro, ad eas recitandas minime teneantur,

3. Si ex aliqua causa aut necessitate Litaniæ recitantur, addenda est Oratio, et Versiculus pro illa necessitate.

4. Post Litanias (si alias hæ sunt dicendæ) vel immediate post Completorium (si Litaniæ non sunt dicendæ) fratres prostrati dicant : CONFITEOR, cum Psalmo MISERERE. ut notatur in Breviario in Dominica prima post Octavam Epiphaniæ vel Trinitatis, si illa die de Feria fiat Officium : exceptis Vigilia Pentecostes, et tribus diebus ante Pascha. Dum autem dicitur Psalmus prædictus, recipiant fratres disciplinam ab Hebdomadario, qui postea etiam eam recipiat ab eo, qui præest choro. In tribus vero diebus Rogationum id non omittatur; sed post Preces et Orationes (similiter si Officium fuerit de Feria) in sero præcedenti prædicta dicuntur, et disciplina detur.

5. Quod si post Completorium, ubi est talis consuetudo, disciplina dari non possit, propter sæculares, detur in sacristia, vel capitulo : aut tunc, si fuerit grave impedimentum, relinquatur post Matutinas. Fratres vero, qui disciplinis non intersunt tenentur recitare Psalmum MISERERE cum Oratione.

6. Prostrationes super formas faciendæ tantum sunt quando Officium fit de Feria extra tempus Paschale ad omnes Horas respective (prout in Constitutionibus nostris De inclinationibus. cap. 2. dist. L videre est), Quæ quidem intermittuntur in Nona in omni Sabbato, quando fit de Jeria, et in omni Vigilia cuiuslibet testi novem Lectionum, nisi in Quadragesima : nam in ea etiam in Nona prædictis diebus sunt faciendæ. In termittuntur etiam in Vesperis festi trium Lectionum usque ad Nonam sequentis diei inclusive; et in Vesperis Sabbati, et Vigiliæ festi novem Lectionum usque ad Completorium Dominicæ, vel festi inclusive : et ubi particulariter est notatum, quod intermittantur.

7. Fiant etiam prostrationes in Officio Defunctorum, si in Hora canonica immediate præcedenti factæ sunt in choro.

§ XXXIX.

## De Precibus.

PRECES dicuntur in Vesperis, Completorio, Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, et Nona, cum de Feria agitur.

2. Tempore autem Paschali non dicuntur Preces, nisi in Prima, et in Completorio.

3. Intermittuntur etiam Preces in Nona, quandocumque in eadem intermittuntur prostrationes super formas : ut (quando fit de Feria) in omni Sabbato, et in Vigilia cuiuslibet festi novem Lectionum, nisi in Quadragesima, prout § præcedenti num. 6. dictum est : quare in Quadragesima, etiam in Nona prædictis diebus Preces sunt recitandæ.

4. Preces dicuntur quotidie in Prima, et Completorio, nisi in Dominica die, festis Duplicibus, et supra, et in omnibus diebus Octavarum Solemnium, et supra, et infra has Octavas, etiamsi in eis fiat Officium de festo, aut Octava Simplici; et ubi specialiter est notatum, ut non dicantur.

5. Advertendum est autem, eum, qui Sabbato Sancto extra Missam recitat Vesperas, debere in principio dicere PATER NOSTER, non autem in fine earumdem Vesperarum.

6. Dicendum tamen est PATER NOSTER, in Officio Defunctorum post REQUIESCANT IN PACE, cum non sequitur alia Hora.



# MODUS TERMINANDI ORATIONES,

## QUARUM NON PLENE FUERIT NOTATA CONCLUSIO.

In Officio de Tempore et in Officio de Sanctis, sic concludendæ sunt Orationes, nisi aliter notetur.

Ubi in fine alicujus Orationis, legeris particulam Per., si Oratio prima fuerit, vel ultima, vel sola, eam ita conclude: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum, fi)- Amen. T Si vero particulam Per. post Orationem intermediam legeris, Oratio hac breviore clausula terminanda est : Per Christum Dominum nostrum, ty Amen.

Ubi legeris. Per eumdem., si Oratio prima fuerit, vel ultima, vel sola, eam ita conclude : Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen. T Si vero verba Per eumdem post Orationem intermediam legeris, Oratio hac breviore clausula terminanda est : Per eumdem Christum Dominum nostrum, ii. Amen.

Ubi legeris Qui tecum vivit., si Oratio prima fuerit, vel ultima, vel sola, eam ita conclude : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus; per omnia sæcula sæculorum. Amen. T Si vero verba Qui tecum vivit, post Orationem intermediam legeris, Oratio hac breviore clausula terminanda est : Qui tecum vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum fi). Amen.

Ubi legeris Qui vivis., si Oratio prima fuerit, vel ultima, vel sola, eam ita conclude : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus : per omnia sæcula sæculorum. K)- Amen. T Si vero verba Qui vivis, post Orationem intermediam legeris, Oratio hac breviore clausula terminanda est : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ubi post particulam Per., aut post verba Per eumdem., verba Qui tecum vivit., aut post verba Qui vivis.,legeris in unitate ejusdem. si Oratio prima fuerit, vel ultima, vel sola, inter verbum conclusionis unitate et nomen Spiritus sancti, insere pronomen ejusdem. T Si vero Oratio intermedia fuerit, eam ut supra, pro casuum varietate, breviore formula conclude, Spiritus sancti mentione prorsus omissa in conclusione.

Præter Orationes intermedias, de quibus modo dictum est, breviore etiam clausula, juxta easdem regulas terminantur aliæ quædam Orationes, signanter illæ quæ post Antiphonam Salve Regina, et post Antiphonam de S. P. N. Dominico aut de alio Sancto Ordinis sive loci in fine Completorii dicuntur. Similiter Orationes in Pretiosa., in Psalmis Gradualibus, et fere quæcumque dicuntur extra et præter Officium diei. Item Oratio prima et Orationes intermedias in Vesperis et Laudibus Officii quotidiani de beata Virgine Maria (in quo tamen Oratio ultima Vesperarum et Laudum et Orationes ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam et Completorium longiore clausula terminantur.

Quando vero plures Orationes continuantur absque interpositis Antiphonis aut Versiculis, vel non præmisso Oremus, tunc Oratio prima et Orationes intermediæ nulla terminantur clausula, sed sola ultima Oratio longiore vel breviore clausula terminatur, secundum quod loco suo notatum fuerit, ut fitin Officio Defunctorum, in Litaniis Sanctorum, in Orationibus pro Domino Papa et Benefactoribus, in Orationibus post Antiphonas Salve Regina, et Pie Pater Dominice., terminatis Horis diei (excepto Completorio) recitari solitis, et in quibusdam aliis.

OratioRespice, quæsumus. in Vesperis Feriæ quartæ post Dominicam in Ramis palmarum longiore clau: sula terminatur; sed triduo sequenti absque ulla clausula absolvitur.

Exceptiones hic non positas suis locis notatas invenies.

# INDEX ALPHABETICUS

## FESTORUM ET MEMORIARUM
## DE TEMPORE ET DE SANCTIS.



| | PARTE | PAGINA |
|---|---|---|
| Abdon et Sennen MM. 30 Jul. | II | 632 |
| Adaperti E. M. 24 Apr. . i | I | 1102 |
| Ægidii C. O. P. 14 Maii. Tempore Paschali | I | 1159 |
| Post Trinitatem. | II | 465 |
| Ægidii Abbatis. I Sept | II | 745 |
| Æmiliæ Bicchieri V. O. P. 17 Aug. . | II | 706 |
| Agapiti M. 18 Aug | II | 710 |
| Agatha; V. M. 5 Febr. | I | |
| Agnetis V. M. 21 Jan | I | 834 |
| Agnetis V. M. secundo. 28 Jan. | I | 863 |
| Agnetis de Monte Pontiano V. O. P. 20 Apr. Temp. Pasc | I | 1092 |
| Post Trin. | II | 398 |
| Aimonis Taparelli C. O. P. 21 Febr. | I | 929 |
| Alberti a Bergomo C. O. P. 13 Maii. Temp. Pasch. . | I | 1159 |
| Post Trin. | II | 464 |
| Alberti Magni E. C. O. P. 15 Nov | II | 980 |
| Albini E. C. I Mart | I | 946 |
| Alexandri, Eventii et Theoduli M. 3 Maii. Temp. Pasc | I | 1133 |
| Post Trin. | II | 441 |
| Alexii C. 17 Julii | II | 604 |
| Alphonsi Mariæ de Ligorio E. C. Eccl. Doct. 19 Aug. | II | 710 |
| Alphonsi Navarrete O. P. et Soc. MM. I Jun. Temp. Pasch | I | 1193 |
| Post Trin. | II | 505 |
| Alvari C. O. P. 19 Febr | I | 926 |
| Ambrosii E. C. Eccl. Doct. 4 April. . | I | 1052 |
| Ambrosii Sansedonii C. O. P. 22 Mart. | I | 991 |
| Andreæ Apostoli. 30 Nov. | I | 686 |
| | II | 1021 |
| Andreæ Abellonii C. O. P. 17 Maii. Temp. Pasch | I | 1167 |
| Post Trin | II | 474 |
| Andreæ Avellini C. 26 Nov. | II | 1014 |
| Andreæ Corsini E. C. 4 Febr. . | I | 884 |
| Andreæ a Piscaria C. O. P. 19 Jan. . | I | 831 |
| Angelæ Mericiæ V. 8 Jun. Temp. Pasch. | I | 1203 |
| Post Trin. | II | 518 |
| Angelorum Custodum. 2 Oct. . | II | 841 |
| Annæ Matris B. Mariæ V. 26 Julii. | II | 625 |
| Annuntiatio B. Mariæ V. In Quadragesima | I | 1013 |
| Temp. Pasch. | I | 1033 |
| Antonii Abbatis. 17 Jan. . | I | 824 |
| Antonii ab Ecclesia C. O. P. 28 Jul. | II | 628 |
| Antonii Mariæ Zaccaria C. 5 Jul | II | 577 |
| Antonii Neyrot M. O. P. IO April. | I | 1080 |
| Antonii a Padua C. 13 Junii | II | 527 |
| Antonii Pavonii M. O. P. 9 April | I | 1078 |
| Antonini E. C. O. P. IO Maii. Temp. paSch | I | 1152 |
| Post Trin.. | II | 454 |





PARTE PAGINA


Apollinaris E. M. 23 Jul
Apolloniæ V. M. 9 Febr
Apparitio B. Mariæ V. Immaculatæ, li Febr. .
Apparitio S. Michaelis Archangeli. 8 Maii. Temp. Pasch
Post Trin.
Ascensio Domini
Assumptio B. Mariæ V. 15 Aug
Athanasii E. C. Eccl. Doct. 2 Maii. Temp. Pasch. .
Post Trin.
Augustini E. C. Eccl. Doct. 28 Aug
Augustini a Bugella C. O. P. 27 Jul
Augustini Lucerini E. C. O. P. 8 Aug.
Barbaræ V. M. 4 Dec
Barnabæ Apostoli, li Junii. Temp. Pasch.
Post Trin. .
Bartholomæi Apostoli. 24 (Romæ 25) Aug.
Bartholomæi de Bregantia E. C. O. P. 23 Oct.
Bartholomæi de Cerveriis M. O. P. 21 Apr. Temp. Pasch
Post Trin.
Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii MM. 12 Jun. .
Basilii E. C. Eccl. Doct. 14 Jun.
Benedicti Abbatis. 21 Mart.
Benedicti Undecimi PP. C. O. P. 7 Julii .
Benvenutæ V. O. P. 29 Oct.
Bernardi Abbatis Eccl. Doct. 20 Aug.
Bernardi Scammacca C. O. P. 9 Febr.
Bernardini Senensis C. 21 Maii. Temp. Pascli.
Post Trin.
Bertrandi de Garriga C. O. P. 6 Sept.
Bibianæ V. M. 2 Dec.
Birgittæ Viduæ. 8 Oct.
Blasii E. M. 3 Febr
Bona venturæ E. C. Eccl. Doct. 14 Jul
Britii E. C. 13 Nov. .
Brunonis C. 6 Oct
Cæciliæ V. M. 22 Nov.
Cajetani C. 7 Aug.
Callisti PP. M. 14 Oct.
Camilli de Lellis C. 24 Jul.
Caroli E. C. 4 Nov. .
Casimiri C. 4 Mart. .
Catharinæ V. M. 25 Nov
Catharinæ a Raconixio V. O. P. 5 Sept.
Catharinæ de Ricciis V. O. P. 13 Febr.
Catharinæ Senensis V. O. P. 30 April. Temp. Pasch.
Post Trin. .
Cathedra S. Petri Antiochena. 22 Febr. Extra Temp. P.
Temp. Pasch.
Cathedra S. Petri Romana. 18 Jan. .
Ceslai C. O. P. 18 Jul
Christinæ V. M. 24 Jul
Christophori et Cucuphatis MM. 25 Jul. .
Christophori a Mediolano C. O. P. I Mart.
Chrysogoni M. 24 Nov

| | PARTE | FAGINA |
|---|---|---|
| Circumcisio Domini. I Jan | i | 228 |
| Claræ V. 12 Aug | n | 684 |
| Claræ Gambacurtæ Vid. O. P. 17 Apr. InQuadr. aut T. P. | i | 1090 |
| Post Trinit. | II | 396 |
| Clementis PP. M. 23 Nov. | ii | 1002 |
| Columbæ V. O. P. 20 Maii. Temp. Pasch. | i | 1171 |
| Post Trin. | ii | 479 |
| Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo . | ii | 602 |
| Commemoratio S. P. N. Dominici C. in Suriano 15 Sept | ii | 785 |
| Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum. 2 Nov. | li | 938 |
| Commemoratio Passionis D. N. J. C. | I | 592 |
| Commemoratio S. Pauli Apostoli. 30 Jun. | ii | 556 |
| Compassio B. Mariæ V. Feria vj. post Dom. in Passione | i | 662 |
| Conceptio Immaculata B. Mariæ V. 8 Dec. | i | 703 |
| Constant» C. O. P. 25 (in anno bissext. 26) Febr. | i | 942 |
| Conversio S. Augustini E. C. Eccl. D. 15 Maii. Temp. P. | i | 1161 |
| Post Trin. | IT | 466 |
| Conversio S. Pauli Apost. 25 Jan. | I | 853 |
| Cordis Jesu (Sanctissimi) | II | 374 |
| Cordis B. Mariæ V. (Purissimi) | II | 388 |
| Cornelii PP. et Cypriani E. MM. 18 Sept. | II | 793 |
| Coronæ Spineæ Domini. 24 Apr. | I | 1101 |
| Corporis Christi Festivitas | II | 175 |
| Corporis Christi Officium Votivum . | | 144* |
| Cosmæ et Damiani MM. 27 Sept. | II | 808 |
| Crispini et Crispiniani MM. 25 Oct. | II | 917 |
| Ceriaci, Largi et Smaragdi MM. 8 Aug. | II | 673 |
| Dalmatii C. O. P. 26 Sept.. | II | 807 |
| Damasi PP. C. li Dec. | I | 724 |
| Damiani C. O. P. 26 Oct | II | 917 |
| Decem millium Martyrum. 23 Jun. | II | 535 |
| Decollatio S. Joannis Baptistæ. 29 Aug. | II | 734 |
| Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli. 18 Nov. | II | 985 |
| Dedicatio Basilicæ sanctissimi Salvatoris. 12 Nov | | 975 |
| Dedicatio Ecclesiæ in primo anno | | li* |
| Dedicationis Ecclesiæ Anniversarium | | 12* |
| Desponsatio B. Mariæ V. 20 Febr | I | 897 |
| Dianæ, Cæciliæ et Amatæ VV. O. P. 9 Jun.Temp. Pasch. | I | 1204 |
| W, ^10XT Post Trin. | II | 519 |
| Didaci C. 13 Nov. | II | 978 |
| Dionysii, Rustici et Eleutherii MAI. 9 Oct. | II | 872 |
| Dominici C P. N. Festivitas. 4 Aug | II | 646 |
| Dominici C. P. N. Officium Votivum | | 133* |
| Dominici et Gregorii Conf. O. P. 26 Apr. Temp. Pasch. | I | 1108 |
| TV a**OI • P0St Trin | II | 409 |
| Dominici Sylensis Abbatis. 20 Dec | I | 742 |
| Donati E. M. 7 Aug. | II | 671 |
| Dorotheæ V. AI. 6 Febr. | I | 890 |
| Eduardi Regis. 13 Oct. | II | 882 |
| Elisabeth Viduæ. 19 Nov. . | II | 988 |
| Emerentianæ V. AI. 23 Jan | I | 845 |
| Emygdii E. AI. 14 Aug. | II | 686 |
| Epiphania Domini. 6 Jan. | I | 246 |
| Euphemiæ V. AI. 16 Sept. . | II | 789 |
| Eusebii Presbyteri C. 14 Aug | II | 687 |





| | PARTE | PAGINA |
|---|---|---|
| Eustachii et Sociorum A1AI. I Oct. . | II | 840 |
| Exaltatio sanctæ Crucis. 14 Sept. | II | 773 |
| Exspectatio Partus B. Alariæ V. 18 Dec. . | I | 735 |
| Fabiani PP. et Sebastiani MM. 20 Jan. . | I | 833 |
| Felicis Presbyteri M. 19 Jan. . | I | 831 |
| Felicis et Adaucti MM. 30 AUR. | II | 743 |
| Felicis, Simplicii et Beatricis AIA!. 29 Jul. | II | 631 |
| Felicis de Valois C. 20 Nov. | II | 990 |
| Franciscæ Romanæ Vid. 9 Alart. | I | 962 |
| Francisci ab Assisio C. P. N. 4 Oct. | II | 854 |
| Francisci Caracciolo C. 5 Jun. Temp. Pasch. | I | 1200 |
| Post Tr in. | II | 515 |
| Francisci a Paula C. 2 April. . | I | 1042 |
| Francisci de Possadas C. O. P. 20 Sept. . | II | 797 |
| Francisci Salesii E. C. Eccl. Doct. 29 Jan. | I | 869 |
| Francisci Xaverii C. 3 Dec. | I | 694 |
| Gabrielis Archangeli 24 Alart. In Quadragesima | I | 993 |
| Temp. Pasch. . | I | 1006 |
| Georgii M. 23 April. | I | 1100 |
| Germani Autissiodorensis E. C. 31 Jul. . | II | 634 |
| Gervasii et Protasii MM. 19 Jun. | II | 533 |
| Gordiani et Epimachi AiM. IO Maii. Temp. Pasch. | i | 1152 |
| Post Trin. | li | 454 |
| Gorgonii AI. 9 Sept | li | 765 |
| Gregorii Decimi PP. C. 16 Febr. | I | 914 |
| Gregorii Magni PP. C. Eccl. Doct. 12 Alart. . | i | 965 |
| Gregorii Nazianzeni E. C. et Eccl. D. 9 Maii. Temp. Pasc | I | 1151 |
| Post Trin. | II | 453 |
| Gregorii Thaumaturgi E. C. 17 Nov. | li | 983 |
| GualæE.C.O.P.3Sept | ii | 748 |
| Guillelmi O. P. et Soc. ALVI. O. P. 29 Alaii. Temp. Pasc | I | 1190 |
| Post Trin. | li | 502 |
| Gundisalvi C. O. P. IO Jan | i | 805 |
| Henrici Imperatoris C. lo Jul. | li | 601 |
| Henrici Susonis C. O. P. 2 Alart. . | I | 947 |
| Hermenegildi Regis AI. 15 April. In Quadrag vel T. | I | 1088 |
| Post Trin. | li | 395 |
| Hieronymi Presbyteri C. Eccl. Doct. 30 Sept. | li | 824 |
| Hieronymi Æmiliani C. 21 Jul. | li | 609 |
| Hieronymi Hermosilla, Valentini et Soc. AIM. O. P. 6No | ii | 950 |
| Hilarii E. C. Eccl. Doct. 14 Jan. | I | 813 |
| Hilarionis Abbatis 22. Oct. | ii | 901 |
| Hippolyti et Sociorum MAI. 13 Aug. | li | 685 |
| Hyacinthi C. O. P. 16 Aug. | li | 699 |
| Ignatii E. Al. I Febr | | 874 |
| Ignatii Delgado, Dominici Henares EE. O. P et Socio rum MM. li Jul | li | 595 |
| Ignatii a Loyola C. 31 Jul. | ii | 633 |
| Imeldæ V. O. P. 16 Sept. | li | 789 |
| Innocentii Quinti PP. C. O. P. 22 Jun. . | ii | 534 |
| Innocentium MAI. 28 Dec. | i | 761 |

PARTE

Inventio D. N. J. C. in Templo. Dom. infra Oct. Epip
Inventio sanctæ Crucis. 3 Maii. Temp. Pasch.
Post Trin.
Inventio S. Stephani Protomartyris 3 Aug.
Jacobi Apost. 25 Jul.
Jacobi de Benefactis C. O. P. 29 Nov.
Jacobi a Mevania C. O. P. 23 Aug. .
Jacobi Salomonii C. O. P. 31 Maii. Temp. Pasch.
Post Trin.
Jacobi ab Ulma C. O. P. 12 Oct.
Jacobi a Voragine E. C. O. P. 13 Jul.
Januarii E. et Sociorum MM. 19 Sept.
Joachim C. Patris B. Mariæ V. Dom. infra Oct. Assump
Joannæ de Aza Matris S. P. N. Dominici 2. Aug.
Joannæ Franciscæ Fremiot de Ghantal Yid. 21 Aug
Joannæ a Lusitania V. O. P. 12 Maii. Temp. Pasci
Post Trin.
Joannæ Urbevetanæ V. O. P. 23 Jul.
Joannis Apost. et Evang. 27 Dec.
Joannis ante Portam Latinam. 6 Maii. Temp. Pasc
Post Trin.
Joannis O. P. et Sociorum MM. Gorcomiensium. 9 Jul.
Joannis Chrysostomi E. C. Eccl. Doct. 27 Jan.
Joannis a Cruce C. 24 Nov
Joannis de Deo C. 8 Mart
Joannis Dominici E. C. O. P. IO Jun. Temp. Pasch
Post Trin.
Joannis Gualberti Abbatis. 12 Jul. .
Joannis Liccii C. O. P. 14 Nov.
Joannis Massias C. O. P. 3 Oct.
Joannis de Matha C. 8 Febr.
Joannis Nepomuceni M. 16 Maii. Temp. Pasch
T.L.. Post Trin. .
Joannis et Pauli MM. 26 Jun.
Joannis a Salerno C. O. P. 9 Aug.
Joannis a Vercellis C. O. P. 2 Dec.
Jordani a Pisis C. O. P. 6 Mart.
Jordani Saxonis C. O. P. 15 Febr
Joseph C. Sponsi B.M.V. Festivitas 19 Malit. Temp. Quadi
PaSCh
Joseph C. Sponsi B. Mariæ V. Memoria 20 Feff'
Josephi Calasanctii C. 27 Aug
Josephi a Cupertino C. 28 Seot
Juliani E. C. 27 Jan..
Lamberti E. M. 17 Sept
^Quadn GIa TM rum D -N. J.C. Feria" vj. post Dem
Laurentii M. IO Aug.
Laurentii a Ripafracta C. O. P '18 Febr.
Leodegarii E. M. li Oct
Leonis Magni PP. C. Eccl. Doct. llApril
Leonis Secundi PP. C. 28 Jun..
Liboni E. C. 23 Jul. .



| | PARTE | PAGINA |
|---|---|---|
| Lucæ Evangelistæ. 18 Oot. | II | 892 |
| Luciæ V. M. 13 Dec. | I | 724 |
| Luciæ a Narnia V. O. P. 16 Nov. | II | 982 |
| Ludovici Regis C. 25 vel 26 Aug. | II | 722 |
| Ludovici Bertrandi C. O. P. IO Oct, | II | 874 |
| Ludovici Mariæ Grignon de Montfort C O. P. 23 Maii | | |
| Temp. Pasch, | I | 1174 |
| Post Trin. | II | 484 |
| Machabæorum MM. I Aug | II | 639 |
| Magdalenæ de Panateriis V. O. P. 14 Oct. | II | 884 |
| Mannis C. O. P. Fratris S. P. N. Dominici. 30 Jul.. | II | 632 |
| Marcelli PP. M. 16 Jan | I | 823 |
| Marcelli M. 7 Sept | II | 758 |
| Marcellis Presbyteri et Petri Exorcistæ MAI. 2 Jun | | |
| Temp. Pasch | I | 1193 |
| Post Trin. | II | 508 |
| Marci Evangelistæ. 25 April. Temp% Pasch. | I | 1106 |
| Post Trin. | II | 406 |
| Marci PP. C. 20 Oct. | II | 897 |
| Marci et Maroniani MM. 20 Jun. | II | 534 |
| Marci Mutinensis C. O. P. 3 Jul. | II | 571 |
| Marcolini C. O. P. 24 Jan. | I | 852 |
| Margaritæ V. M. 20 Jul. . | II | 609 |
| Margaritæ de Castello V. O. P. 13 April. | I | 1084 |
| Margaritæ ab Hungaria V. O. P. 26 Jan. | I | 859 |
| Margaritæ de Sabaudia V. O. P. 27 Nov. | I | 683 |
| | II | 1016 |
| Mariæ V. Christianorum Aux. 24 Maii. Temp. Pasch. | I | 1175 |
| Post Trin. | II | 486 |
| Mariæ V. de Mercede. 24 Sept. | II | 804 |
| Mariæ V. de Monte Carmelo. 16 Jul. | II | 602 |
| Mariæ V. ad Nives. 5 Aug. | II | 656 |
| Mariæ V. Officium in Festis | | I* |
| Mariæ V. Officium Quotidianum | | 159* |
| Mariæ V. Officium Votivum in Sabbatis | | 150* |
| Mariæ Bartholomææ V. O. P. 28 Maii. Temp. Pasch. | I | 1189 |
| Post Trin. . | II | 500 |
| Mariæ Magdalenæ. 22 Jul | II | 612 |
| Mariæ Magdalenæ de Pazzis. 25 Maii. Temp. Pasch. | I | 1182 |
| Post Trin. . | II | 494 |
| Mariæ Mancini Vid. O. P. 22 Dec | I | 747 |
| Marthæ V. 29 Jul | II | 630 |
| Martialis E. C. 16 Jun. | II | 531 |
| Martinæ V. M. 30 Jan | I | 871 |
| Martini E. C. li Nov | II | 969 |
| Martini de Porres C. O. P. 5 Nov | II | 948 |
| Mathiæ Apostoli. 24 (in anno bissext. 25^ Febr. | I | 939 |
| Matthæi Apost. et Evang. 21 Sept | II | 798 |
| Matthæi Carrerii C. O. P. 7 Oct | II | 870 |
| Mauri Abbatis. 15 Jan | I | 815 |
| Mauritii, Exsuperii, Candidi, Vitalis, Innocenti! et Socio rum MM. 22 Sept | II | 801 |
| Medardi E. C. 8 Jun. Temp. Pasch | I | 1203 |
| Post Trin | II | 518 |
| Mennæ M. li Nov | II | 973 |
| Michaelis Archangeli. 29 Sept | II | 813 |

Monicæ Viduæ. 4 Maii- Temp. Pasch.
Post Trin
Nativitas Domini. 25 Dec
Nativitas S. Joannis Baptistæ. 24 Jun.
Nativitas B. Mariæ V. 8 Sept
Nazarii, Celsi et Pantaleonis MM. 28 Jul..
Nerei, Achillei et Pancratii MM. 12 Maii. Temp. Pascli
Post Trin.
Nicolai E. C. 6 Dec
Nicolai Palea C. O . P. 14 Febr
Nicolai a Tolentino C. IO Sept
Nicomedis M. lo Sept
Nominis Jesu (Sanctissimi) 15 Jan
Nominis Mariæ (Sanctissimi) Dom. infra Oct. Nativitati ejusdem
Norberti E. C . 6 Jun. Tetnp. Pasch.
Post Trin
Omnium Sanctorum. I Nov
Omnium Sanctorum Ord. Præd. 9 Nov. .
Oratio D. N . J. C. in Monte Oliveti. Feria iii. post Septuae
Ordinatio S. Ambrosii E. C. Eccl. Doct. 7 Dec.
Osannæ V. O. P. 18 Jun. .

Pascha Resurrectionis
Patritii E. C . 17 Mart.
Patrocinii S. Joseph C. Sponsi B. Mariæ V. Temp. Pasch

Patrocinii S. Mariæ V. Dom. in octava die ve? prima pos octavam diem Novembris
Pauli C. primi Eremitæ. 29 Jan.
Pauli a Cruce C. 28 April. Temp. Pasch. i i i
Post Tr in.
Pentecoste
Petri et Pauli Apostolorum. 29 Jun
Petri ad Vincula. I Aug.
Petri Martyris O. P . 29 April. Temp! Pasch.
P ° StT
Petri ab Alcantara C. 19 Oct
Petri Cœlestini PP. C . 19 Mandem*?. Pa*sch. *
Petri Damiani E. C. Eccl. Doct. I^Febr"?'
Petri Gonzalez Telmi C. O . P . 14 Aerii
Petri de Jeremia C. O. P. IO Mart.
Petri Nolasco C. 31 Jan
PPSmR° du iphia (vulgo Ruffia) M." O . P. 7 Nov. '
Petri M. Sanz £ et Soc. MAI . O. P . 27 Maii. Temp Pasci.
Petri a Tiferno C. O P oo Oct
!*St Tdn
Petronillæ V. 31 Maii. Temp. Pasch*.

Philippi et Jacobi Apostolorum. 11 ! Maii. Temp. Pasci».
Tfin
genitii C. 26 (vel 24) Aug
Philippi Nerii C. 26 Maii. Temp pa^ch.
Post Trin
Philumenæ V. M . I Sept.





PARTE I

Pii Quinti PP. C. O . P . 5 Maii. Temp. Pasch.
Post Trin.
Placidi et Sociorum MM. 5 Oct.
Polycarpi E. M . 26 Jan
Præsentatio B. Mariæ V. 21 Nov. .
Praxedis V. 21 Jul
Primi et Feliciani MM. 9 Jun. Temp. Pasch.
Post Trin.
Priscæ V. M. 18 Jan
Processi et Martiniani MM. 3 Jul.
Procopii Abbatis, li Jul
Proti et Hyacinthi MM. li Jul.
Pudentianæ V. 19 Maii. Temp. Pasch. .
Post Trin. .
Purificatio B. Mariæ V. 2 Febr.
Quatuor Coronatorum MM. IO Nov.
Quintini M. 31 Oct
Quiriti et Julittæ MM. 16 Jun.

Raphaelis Archangeli. 24 Oct. .
Raymundi a Capua C. O. P. 5 Oct. .
Raymundi Nonnati C. 31 Aug..
Raymundi de Pennafort C. O. P. 23 Jan. .
Reginali C. O. P. 12 Febr.
Reliquiarum (Sanctarum). 30 Oct. .
Remigii E. C. I Oct
Rochi C. 18 Aug.
Romualdi Abbatis. 7 Febr.
Rosæ a Lima V. O. P. 30 Aug..
Rosæ a Viterbio V. 7 Sept.
Rosarii B. M.V . Dom. in calendis vel j. post calenda Oc
Rufi E. M. 27 Aug

Sabinæ Mart. 29 Aug
Sadoc et Sociorum MM. O . P. 2 Jun. Temp. Pasch
Post Tri
Sanguinis D. N. Jesu Christi (Pretiosissim Feria v post Dom. iv. Quadragesimæ.
Saturnini E. M . 29 Nov

Scholasticæ V. IO Febr
Sebastiani Maggi C. O. P . 16 Dec.
Septem Fratrum MM. IO Jul.
Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. 17 Feb
Sergii, Bacchi, Marcelli et Apulei MM. 20 O
Servata E. C . 22 Maii. Temp. Pasch.
Post Trin. .
Sibyllina; V. O . P . 18 Mari.
Silvestri PP. C. 31 Dec
Sindonis et Judæ Apostolorum. 28 Oct. .
Simonis Ballacchii C. O. P. 3 Nov. .
Sindonis D. N . Jesu Christi (Sanctissimæ). Feria post Dom. ij. Quadragesimæ.
S. Sixti. Vide Xysti
Stanislai E. M . II Maii. Temp. Pasch. .
Post Trin. .

Stephanæ de Quinzanis V. O. P. 16 Jan. .
Stephani Protomart. 26 Dec
Stephani PP. M . 2 Aug
Stephani Hungariæ Regis C. 2 Sept.
Stephani Bandelli C. O . P. 12 Jun. .
Stigmatum S. Catharinæ Senensis V. O . P. 3 April.
Stigmatum S. Francisci C. 17 Sept. .

Theclæ V. M . 23 Sept
Theodori M. 9 Nov
Thomæ Apostoli. 21 Dec
Thomæ Aquinatis C. Eccl. Doct. O. P . Festivitas. 7 Mart
Thomæ Aquinatis. Officium Votivum
Thomæ Gantuariensis E. M . 29 Dec.
Thoroæ de Villanova E. C . 25 Sept. .
Tiburtii, Valeriani et Maximi MM. 16 April. .
Tiburtii M. II Aug
Timothei E. M. 24 Jan
Timothei et Symphoriani MM. 22 Aug. .
Transfiguratio Domini. 6 Aug
Translatio S. Gatharinæ Senensis V. O. P. Feria \ post Dom. Sexagesimæ
Translatio S. P. N. Dominici C. 25 Maii Temp. Pasch.
,, Post Trin.
Translatio Almæ Domus Lauretanæ. IO Dec. .
Translatio S. Petri M. O . P. 4 Jun. Temp. Pasch. .
Post Trin.
Translatio S.Thomæ Aquinatis C. Eccl. Doct. O. P. 28 Jan
Trinitatis (Sanctissimæ)
Urbani PP. M . 25 Maii. Temp. Pasch. .
Post Trin
Ursulæ et Sociarum VV. MM . 21 Oct.
Valentini M. 21 Febr.
Vedasti et Amandi EE. CC. 6 Febr
Venandi M. 18 Maii Temp. Pasch.'
Post Trin.
Venceslai M. 28 Sept.
Villanæ Vid. O. P. 28 (in anno bissext. 29) Febr
Vincentii Martyris. 22 Jan
Vincentii Ferrerii C. O . P. Festivitas 5 Apr.
Vincentii Ferrerii. Officium Votivum
Vincentii a Paulo C. 19 Jul.
Visitatio B. Mariæ V. 2 Jul.
Vitalis Martyris. 28 Apr. Temp. Pasch.
Post Trin.
Vitalis et Agricola MM. 27 Nov.
Viti, Modesti et Crescentiæ MM. 15 Jun
Vulnerum D N. Jesu Christi (Sanctorum quinque! Fe na v), post Dom. iij. Quadragesimæ
Wenceslai. Vide Venceslai
Xysti, Felicis et Agapiti MM. 6 Aug.
Zedislavæ Matronæ O. P . 28 Nov.



# PSALMORUM INDEX
## ALPHABETICUS

PSALMI

119. Ad Dominum cum tribularer. 131
27. Ad te Domine clamabo . 48
24. Ad te Domine levavi . 35
122. Ad te levavi oculos . . 133
28. Afferte Domino filii Dei . 48
77. Attendite popule meus . 92
48. Audite hæc omnes gentes. 67

B

118. Beati immaculati in via . 28
127. Beati omnes, qui timent . 134
31. Beati quorum remissæ . 50
40. Beatus qui intelligit. . 60
I. Beatus vir, qui non abiit . 4
111. Beatus vir, qui timet . 125
33. Benedicam Dominum . 51
102. Benedic anima mea... et omnia .... 112
103. Benedic anima mea... Domine .... 113
143. Benedictus Dominus Deus. 141
84. Benedixisti Domine . . 101
91. Bonum est confiteri . . 121

18. Cæli enarrant . . .13
149. Cantate Domino... laus . 20
95. Cantate Domino... cantate. 106
97. Cantate Domino... quia . 110
74. Confitebimur tibi Deus . 90
9. Confitebor tibi... narrabo. 6
110. Confitebor tibi... in . . 125
137. Confitebor tibi...quoniam. 138
104. Confitemini Domino, et . 114
105. Confitemini... Quis . .1 16
106. Confitemini... Dicant . 117
117. Confitemini... Dicat. . 24
135. Confitemini Domino quoniam . 137
15. Conserva me Domine . IO
115. Credidi, propter quod . 130
4. Cum invocarem exaudivit. 149

D

129. De profundis clamavi . 135
43. Deus auribus nostris. . 64
49. Deus deorum Dominus . 68
62. Deus, Deus meus ad te . 18
21. Deus, Deus meus respice . 33
69. Deus in adjutorium meum. 87
53. Deus in nomine tuo . 28
71. Deus judicium tuum. 88
108. Deus laudem meam . 119
66. Deus misereatur nostri . 18
45. Deus noster refugium 66
82. Deus, quis similis erit 100
59. Deus, repulisti nos . 77
81. Deus stetit in synagoga . 99
78. Deus venerunt gentes 94
93. Deus ultionum Dominus . 105
114. Dilexi, quoniam exaudiet. 130
17. Diligam te Domine , LI
38. Dixi: Custodiam viasmeas, 61
109. Dixit Dominus Domino meo. 124
35. Dixit injustus . 53
13. Dixit insipiens in corde suo. 8
52. Dixit insipiens in corde suo. 73
140. Domine clamavi ad te 140
7. Domine Deus meus . 5
87. Domine Deus salutis meæ. 102
8. Domine Dominus noster . 6
101. Domine exaudi... et clamor. 111
142. Domine exaudi... auribus. 107
20. Domine in virtute tua 15
6. Domine, ne in furore... Miserere
37. Domine ne in furore... Quoniam 55
130. Domine non est exaltatum. 135
138. Domine probasti me. 139
3. Domine, quid multiplicati. 4
14. Domine quis habitabit 9
89. Domine, refugium . 96
23. Domini est terra 34
26. Dominus illuminatio. 47
22. Dominus regit me . 34
92. Dominus regnavit, decorem . 17
96. Dominus regnavit,exsultet. 106
98. Dominus regnavit, irascantur . 110

133. Ecce nunc benedicite 150
132. Ecce quam bonum . 136
58. Eripe me de inimicis 76

| PSALM. | PAG. |
|---|---|
| 139. Eripe me, Domine . | 140 |
| 44. Eructavit cor meum. | 65 |
| 144. Exaltabo te Deus meus | 142 |
| 29. Exaltabo te Domine . | 49 |
| 19. Exaudiat te Dominus | 14 |
| 60. Exaudi Deus deprecatio nem | 77 |
| 54. Exaudi Deus... et ne | 24 |
| 63. Exaudi Deus... cum de precor | 78 |
| 16. Exaudi Domine justitiam , | IO |
| 39. Exspectans exspectavi | 62 |
| 80. Exsultate Deo adjutori | 99 |
| 32. Exsultate justi in Domino. | 51 |
| 67. Exsurgat Deus. | 79 |
| F | |
| 86. Fundamenta ejus | 107 |
| I | |
| 85. Inclina Domine | 101 |
| 125. In convertendo Dominus. | 134 |
| IO. In Domino confido . | 7 |
| 113. In exitu Israel . | 126 |
| 30. In te Domine speravi | 49 |
| 70. In te Domine speravi | 87 |
| J | |
| 65. Jubilate Deo... psalmum . | 78 |
| 99. Jubilate Deo... servite | 18 |
| 34. Judica Domine nocentes . | 52 |
| 42. Judica me Deus | 70 |
| 25. Judica me Domine . | 35 |
| 121. Lætatus sum in his . | 133 |
| 145. Lauda anima mea | 142 |
| 147. Lauda Jerusalem | 143 |
| 148. Laudate Dominum de cælis. | 19 |
| 150. Laudate Dominum in san ctis | 20 |
| 116. Laudate Dominum omnes. | 26 |
| 146. Laudate Dominum quo niam . | 143 |
| 134. Laudate nomen Domini . | 136 |
| 112. Laudate pueri Dominum . | 126 |
| 120. Levavi oculos meos . | 131 |
| M | |
| 47. Magnus Dominus, et | 66 |
| 131. Memento Domine David . | 135 |
| 56. Miserere mei Deus, mise rere. | 75 |
| 55. Miserere mei Deus, quo niam . | 75 |
| 50. Miserere mei... secundum! | 24 |
| 100. Misericordiam et judicium. | 111 |
| 88. Misericordias Domini | 103 |

| PSALMI. | PAG. |
|---|---|
| N | |
| 126. Nisi Dominus ædificaverit | 134 |
| 123. Nisi quia Dominus . | 133 |
| 36. Noli æmulari . | 54 |
| 61. Nonne Deo subjecta. | 77 |
| 75. Notus in Judæa Deus | 91 |
| O | |
| 46. Omnes gentes plaudite | 66 |
| 107. Paratum cor meum Deus . | 119 |
| Q | |
| 72. Quam bonus Israel . | 89 |
| 83. Quam dilecta tabernacula. | 100 |
| 2. Quare fremuerunt . | 4 |
| 41. Quemadmodum desiderat. | 63 |
| 124. Qui confidunt in Domino. | 133 |
| 51. Quid gloriaris in malitia . | 68 |
| 90. Qui habitat in adjutorio . | 149 |
| 79. Qui regis Israel, intende . | 95 |
| 128. Sæpe expugnaverunt | 135 |
| 68. Salvum me fac Deus. | 85 |
| 11. Salvum me fac Domine . | 8 |
| 57. Si vere utique justitiam . | 75 |
| 136. Super flumina Babylonis . | 138 |
| T | |
| 64. Te decet hymnus | 82 |
| V | |
| 94. Venite, exsultemus . | 105 |
| 5. Yerbameaauribuspercipe. | 57 |
| 76. Voce mea ... ad Deum | 91 |
| 141. Voce mea... ad Domi minum . | 141 |
| U | |
| 12. Usquequo Domine . | 8 |
| 73. Ut quid Deus repulisti . | 89 |


## CANTICA


| | |
|---|---|
| Audite cœli quæ loquor . | 122 |
| Benedicite omnia opera . | 18 |
| Benedictus Dominus Deus | 23 |
| Cantemus Domino . | 97 |
| Confitebor tibi Domine . | 59 |
| Domine audivi auditionem | 108 |
| Ego dixi : In dimidio | 71 |
| Exsultavit cor meum | 83 |
| Magnificat anima mea | 129 |
| Nunc dimittis servum tuum . | 150 |
| Quicumque vult salvus esse . | 29 |
| Te Deum laudamus . | 16 |




# PSALMORUM INDEX
## NUMERICUS


| NUM. | PAG. |
|---|---|
| 1. Beatus vir, qui non abiit . | 4 |
| 2. Quare fremuerunt gentes . | 4 |
| 3. Domine, quid multiplicati . | 4 |
| 4. Cum invocarem . | 149 |
| 5- Verba mea auribus . | 57 |
| 6. Domine ne in furore... Mi serere mei Domine. | 5 |
| 7. Domine Deus meus . | 5 |
| 8. Domine Dominus noster . | 6 |
| 9. Confitebor tibi... narrabo . | 6 |
| 10. In Domino confido | 7 |
| 11. Salvum me fac Domine | 8 |
| 12. Usquequo Domine | 8 |
| 13. Dixit insipiens in corde | 8 |
| 14. Domine quis habitabit | 9 |
| 15. Conserva me Domine. | IO |
| 16. Exaudi Domine justitiam . | 10 |
| 17. Diligam te Domine . | 11 |
| 18. Cæli enarrant | 13 |
| 19. Exaudiat te Dominus. | 14 |
| 20. Domine in virtute tua. | 15 |
| 21. Deus, Deus meus respice | 33 |
| 22. Dominus regit me | 34 |
| 23. Domini est terra | 34 |
| 24. Ad te Domine levavi . | 35 |
| 25. Judica me Domine | 35 |
| 26. Dominus illuminatio . | 47 |
| 27. Ad te Domine clamabo | 48 |
| 28. Afferte Domine . | 48 |
| 29. Exaltabo te'Domine . | 49 |
| 30. In te Domine speravi. | 49 |
| 31. Beati quorum | 50 |
| 32. Exsultate justi . | 51 |
| 33. Benedicam Dominum. | 51 |
| 34. Judica Domine . | 52 |
| 35. Dixit injustus | 53 |
| 36. Noli æmulari | 54 |
| 37. Domine ne in furore . | oo |
| 38. Dixi : Custodiam | 61 |
| 39. Exspectans exspectavi | 62 |
| 40. Beatus qui intelligit . | 63 |
| 41. Quemadmodum desiderat | 63 |
| 42. Judica me Deus . | 70 |
| 43. Deus auribus | 64 |
| 44. Eructavit cor meum . | 65 |
| 45. Deus noster refugium. | 66 |

| NUM. | PAG. |
|---|---|
| 46. Omnes gentes . | 66 |
| 47. Magnus Dominus, et. | 66 |
| 48. Audite hæc omnes gentes . | 67 |
| 49. Deus deorum Dominus | 68 |
| 50. Miserere... secundum | 24 |
| 51. Quid gloriaris . | 68 |
| 52. Dixit insipiens in corde suo. | 73 |
| 53. Deus in homine tuo . | 28 |
| 54. Exaudi Deus... et ne . | 74 |
| 55. Miserere mei Deus, quo niam | 75 |
| 56. Miserere mei Deus, mise rere | 75 |
| 57. Si vere utique . | 75 |
| 58. Eripe me de inimicis . | 76 |
| 59. Deus repulisti nos | 77 |
| 60. Exaudi Deus deprecatio nem. | 77 |
| 61. Nonne Deo subjecta . | 77 |
| 62. Deus, Deus meus ad te | 18 |
| 63. Exaudi Deus..., cum depre cor | 78 |
| 64. Te decet hymnus | 82 |
| 65. Jubilate Deo..., psalmum | 78 |
| 66. Deus misereatur nostri | 18 |
| 67. Exsurgat Deus . | 79 |
| 68. Salvum me fac . | 85 |
| 69. Deus in adjutorium . | 87 |
| 70. In te Domine speravi. | 87 |
| 71. Deus judicium . | 88 |
| 72. Quam bonus Israel Deus | 89 |
| 73. Ut quid Deus repulisti | 89 |
| 74. Confitebimur tibi | 90 |
| 75. Notus in Judæa Deus. | 91 |
| 76. Voce mea... ad Deum. | 91 |
| 77. Attendite popule meus | 92 |
| 78. Deus venerunt gentes | 94 |
| 79. Qui regis Israel . | 95 |
| 80. Exsultate Deo . | 99 |
| 81. Deus stetit in synagoga | 99 |
| 82. Deus quis similis | 100 |
| 83. Quam dilecta | 100 |
| 84. Benedixisti Domine . | 101 |
| 85. Inclina Domine . | 101 |
| 86. Fundamenta ejus | 102 |
| 87. Domine Deus salutis . | 102 |

NUM. PAG

88. Misericordias Domini . 103
89. Domine refugium . 96
90. Qui habitat . 149
91. Bonum est confiteri . . 121
92. Dominus regnavit, decorem 17
93. Deus ultionum . . 105
94. Venite, exsultemus . . 105
95. Cantate Domino. ., cantate . . . .106
96. Dominus regnavit. ..exsultet 106
97. Cantate Domino... quia . 110
98. Dominus regnavit, irascantur 110
99. Jubilate Deo..., servite .111
100. Misericordiam et judicium. Ili
101. Domine exaudi..., et clamor . . . .Ili
102. Benedic anima..., et omnia 112
103. Benedic anima..., Domine. 113
104. Confitemini Domino, et . 114
105. Confitemini Domino ... Quis . . .116
106. Confitemini Domino... Dicant . . . .117
107. Paratum cor meum . . 119
108. Deus laudem meam . . 119
109. Dixit Dominus . . .124
110. Confitebor... Magna opera. 125
111. Beatus vir, qui timet. . 125
112. Laudate pueri . . . 126
113. In exitu Israel . . . 126
114. Dilexi quoniam. . . 130
115. Credidi, propter quod 130
116. Laudate Dominum omnes. 131
117. Confitemini Domino... Dicant . . . .24
118. Beati immaculati . . 28
119. Ad Dominum cum tribularer . . . . i31
120. Levavi oculos meos . . I3j
121. Lætatus sum . . .133
122. Ad te levavi oculos meos . 133
123. Nisi quia Dominus . . 133
124. Qui confidunt in Domino. 133
125. In convertendo. . . 134
126. Nisi Dominus . . . 134
127. Beati omnes . . . 134
128. Sæpe expugnaverunt me . 135
129. De profundis . . .135
130. Domine non est exaltatum. 135
131. Memento Domine David . 135
132. Ecce quam bonum . . 135
133. Ecce "nunc benedicite . 150
134. Laudate nomen Domini . 136
135. Confitemini Domino ... quoniam . . .137
136. Super flumina Babylonis . 138
137. Confitebor tibi... quoniam. 138
138. Domine probasti me. . 139
139. Eripe me Domine ab homine . . .140
140. Domine clamavi . 140
141. Voce mea... ad Dominum. 141
142. Domine exaudi... auribus. 107
143 Benedictus Dominus. . 141
144. Exaltabo te Deus . 142
145. Lauda anima mea . . 142
146. Laudate Dominum, quoniam . . . .143
147. Lauda Jerusalem Dominum . . .143
148. Laudate Dominum de cælis 19
149. Cantate Domino canticum novum : laus ejus. . 20
150. Laudate Dominum in sanctis . 20


# ORATIO

## DICENDA ANTE OFFICIUM

APERI Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum : munda cor meum ab omnibus vanis, perversis, et alienis cogitationibus : intellectum illumina, affectum inflamma, ut digne, attente, ac devote hoc Officium recitare valeam, et exaudiri merear ante conspectum divinæ majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. I^.Amen.

Domine, in unione illius divinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi horas persolvo.

# ORATIO

## DICENDA POST OFFICIUM

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas indulsit.

SACROSANCTÆ et individuæ Trinitati, Crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ ac gloriosissimæ semperque Virginis Mariæ fecundæ integritati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus, et gloria ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

f. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. 1$. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum.

Dicitur pro statu summi Pontificis, et Ecclesiæ :

PATER noster, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo. Amen.

AVE Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Jesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

# BENEDICTIONES ANTE LECTIONES

## IN MATUTINIS

### IN I. NOCTURNO.

Benedictio j.

BENEDICTIONE perpetua benedicat nos Pater æternus. Amen.

ij. Unigenitus Dei Filius nos benedicere et adjuvare dignetur. Amen.

iij. Spiritus sancti gratia illuminare dignetur sensus et corda nostra. 1$. Amen.

### IN II. NOCTURNO.

Benedictio j.

DEUS Pater omnipotens sit nobis propitius et clemens. R?. Amen.

ij. Ad gaudia Paradisi perducat nos misericordia Christi. Amen.

iij. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. Amen.

### IN HI. NOCTURNO.

T Si non fuerit Homilia,

Benedictio j.

ILLE nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat. I Amen.

T Si fuerit Homilia,

j. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

ij. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ^Z. Amen.

iij. Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex Angelorum, ^z. Amen.

## IN FESTIS B. MARIÆ V.

### IN I. NOCTURNO.

Benedictio j.

ALMA Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ^z. Amen.

ij. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

iij. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

### IN II. NOCTURNO.

Benedictio j.

AB hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix virgo. I^z. Amen.

ij. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. R?. Amen.

iij. Stella Maria maris succurrat piissima nobis. Amen.

### IN ni. NOCTURNO.

T Si non fuerit Homilia,

Benedictio j.

ORET voce pia pro nobis Virgo Maria. I Amen.

T Si vero sit Homilia,

j. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

ij. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

iij. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina Angelorum. Amen.

T In Sabbato, quando de ea fit Officium, dicantur tres ultimæ Benedictiones.

# PSALTERIUM DAVID.

### DOMINICIS DIEBUS AD MATUTINUM.

Oratio Dominica.

PATER noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Symbolum Apostolorum.

CREDO in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli et terræ, Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis : Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : Inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, Vitam æternam. Amen.

f. Domine labia mea aperies. ^z. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

Deus in adjutorium meum intende. IDomine ad adjuvandum me festina. Gloria I Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia.

T A Septuagesima vero usque ad Feriam quintam in Cena Domini exclusive, omisso Alleluia, dicitur : Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

### DOMINICIS AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGES. ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Invitatorium.

VENITE, exsultemus Domino; jubilemus Deo salutari nostro.

Quo dicto sequitur

f. Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

I Deinde repetitur : Venite, exsultemus Domino : Jubilemus Deo salutari nostro.

f. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit. Jubilemus Deo salutari nostro.

f. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : venite adoremus, et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino, qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Venite exsultemus Domino : Jubilemus Deo salutari nostro.

f. Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Jubilemus Deo salutari nostro.

y. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas ; quibus juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam.

Venite exsultemus Domino : Jubilemus Deo salutari nostro.

f. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Jubilemus Deo salutari nostro.

Postea repetatur totum Invitatorium : Venite exsultemus Domino : Jubilemus Deo salutari nostro.

T Quandocumque ad Matutinum Invitatorium dicitur, dicatur etiam Psalmus Venite, exsultemus.

### PER ADVENTUM :

Hymnus.

VERBUM supernum prodiens
A Patre olim exiens,
Qui natus orbi subvenis
Cursu declivi temporis :

ILLUMINA nunc pectora,
Tuoque amore concrema,
Audito ut præconio,
Sint pulsa tandem lubrica.

JUDEXQUE cum post aderis
Rimari facta pectoris,
Reddens vicem pro abditis,
Justisque regnum pro bonis :

NON demum arctamur malis
Pro qualitate criminis,
Sed cum beatis compotes
Simus perennes cælibes.

LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio,
Sancto.simul Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

### DOMINICIS AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGES. ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Hymnus.

NOCTE surgentes vigilemus omnes,
Semper in psalmis meditemur, atque
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

UT pio Regi pariter canentes
Cum suis sanctis mereamur aulam
Ingredi cæli, simul et beatam
Ducere vitam.

PRÆSTET hoc nobis Deitas beata
Patris,ac Nati,pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

### DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ ET SEQUENTIBUS USQUE AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Hymnus.

SUMMI largitor præmii,
Spes qui es unica mundi,
Preces intende servorum
Ad te devote clamantium.

NOSTRA te conscientia
Grave offendisse monstrat :
Quam emundes, supplicamus,
Ab omnibus piaculis.



Si renuis, quis tribuet?
Indulge, quia potens es :
Te corde rogare mundo
Fac nos, precamur Domine.

ERGO nunc accepta nostrum,
Qui sacrasti jejunium :
Quo mystice Paschalia
Capiamus sacramenta.

SUMMA nobis hoc conferat
In Deitate Trinitas,
In qua gloriatur unus
Per cuncta sæcula Deus.
Amen.

### DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Hymnus.

PANGE lingua gloriosi
Prœlium certaminis,
Et super crucis trophæum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.

DE parentis protoplasti
Fraude Factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum tunc notavit
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat, .
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hostis unde læserat.

QUANDO venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis Conditor,
Ac de ventre virginali
Caro factus prodiit.

VAGIT infans inter arcta
Conditus præsepia :
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat,
Et manus, pedesque et crura
Stricta cingit fascia.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque
Inclyto Paraclito,
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula.
Amen.

### DOMINICA IN ALBIS ET QUATUOR DOMINICIS PROXIME SEQUENTIBUS :

Hymnus.

AURORA lucis rutilat,
Cælum laudibus intonat,
Mundus exsultans jubilat,
Gemens infernus ululat :

CUM Rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara,
Solvit a pœna miseros.

ILLE, qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.

SOLUTIS jam gemitibus
Et inferni doloribus,
Quia surrexit Dominus
Resplendens clamat Angelus.

TRISTES erant Apostoli
De nece sui Domini,
Quem pœna mortis crudeli
Servi damnarant impii.

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre, et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.
Amen.

I Hoc signum ^indicat flexionem in priori parte Versus. Asteriscus autem * indicat metrum seu pausam in medio Versus.

I Sequentes Psalmi in tribus Nocturnis dicantur omnibus Dominicis, quando de simplici Dominica agitur, nisi Tem pore Paschali.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus i.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, £ et in via peccatorum non stetit, * et in cathedra pestilentiæ non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus medita bitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,quod plantatum est secus decursus aquarum,* quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet : * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem proji cit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Qu6niam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit

T Non omnes Psalmi hujus Nocturni, sed tantum quilibet quartus in ordine, per f. Glo ria Patri, terminetur.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum, * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eo rum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsanna bit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo contur babit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli con fringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exal tans caput meum.

Voce mea ad Dominum cla mavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Do minus suscepit me.

Non timebo millia populi cir cumdantis me :*exsurge Domi ne, salvum me fac Deus meus.



Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Psalmus 6.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quo niam infirmus sum : * sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, X lavabo per singulas noctes le ctum meum : * lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter om nes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem : * quo niam exaudivit Dominus vo cem fletus mei.

Exaudivit Dominus depre cationem meam, * Dominus orationem meam suscepit. N

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et erube scant valde velociter. Gloria...

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmos Ana. Servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmos Ana. Pro fidei meritis vocitatur jure beatus, legem qui Domini meditatur nocte dieque.

Psalmus 7.

DOMINE Deus meus in te speravi : * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Nequando rapiat ut leo ani mam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in ma nibus meis :

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus ani mam meam,et comprehendat,? et conculcet in terra vitam meam, * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exsurge Domine in ira tua : * et exaltare in finibus inimico rum meorum.

Et exsurge Domine Deus meus in præcepto quod man dasti : * et synagoga populo rum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam, * et secun dum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia pecca torum, et diriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjut6rium meum a Domino, * qui salvos facit re ctos corde.

Deus judex justus, fortis, et

patiens : * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gla dium suum vibrabit : * arcum suum tetendit,et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam : * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum : * et incidit in f6veam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus : * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus : * et psallam nomini Domini altissimi.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Psalmus 9.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * narrabo ' omnia mirabilia tua.

Lætabor et exsultabo in te : * psallam nomini tuo.Altissime,

In convertendo inimicum meum retrorsum : * infirma buntur, et peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti judicium meum et causam meam : * se disti super thronum qui judi cas justitiam.

Increpasti gentes, et periit im pius : * nomen eorum delesti in æternum et in sæculum sæculi.

Inimici defecerunt frameæ in finem : * et civitates eorum destruxisti.

Periit memoria eorum cum sonitu : * et Dominus in æter num permanet.

Paravit in judicio thronum suum : ? et ipse judicabit or bem terræ in æquitate, * judi cabit populos in justitia.

Et factus est Dominus refu gium pauperi: * adjutor in op portunitatibus, in tribulatione.

Et sperent in te qui nove runt nomen tuum : * quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

^Psallite Domino, qui habitat in Sion : * annuntiate inter gentes studia ejus :

Quoniam requirens sangui nem eorum recordatus est : * non est oblitus clamorem pau ' perum.

Miserere mei Domine : * vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis



mortis, * ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion,

Exsultabo in salutari tuo : * infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.

In laqueo isto, quem abscon derunt, * comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus judi cia faciens : * in operibus ma nuum suarum comprehensus est peccator.

Convertantur peccatores in infernum, * omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis : * patientia pau perum non peribit in finem.

Exsurge Domine, non con fortetur homo : * judicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue Domine legislato rem super eos : * ut sciant gentes quoniam homines sunt.

Ut quid Domine recessisti longe, * despicis in opportuni tatibus, in tribulatione?

Dum superbit impius,incendi tur pauper : * comprehendun tur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ : * et iniquus benedicitur.

Exacerbavit Dominum pec cator, * secundum multitudi nem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspectu ejus : * inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

Auferuntur judicia tua a fa cie ejus : * omnium inimico rum suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo : * Non movebor a generatione in generationem sine malo.

Cujus maledictione os ple num est, et amaritudine, et dolo : * sub lingua ejus labor et dolor.

Sedet in insidiis cum diviti bus in occultis, * ut interficiat innocentem.

Oculi ejus in pauperem respi ciunt : * insidiatur in abscon dito, quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur ut rapiat paupe rem : * rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum, * inclinabit se, et cadet, cum dominatus fuerit paupe rum.

Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, * avertit fa ciem suam ne videat in finem.

^ Exsurge Domine Deus, exal tetur manus tua : * ne oblivi scaris pauperum.

Propter quid irritavit impius Deum? * dixit enim in corde suo : Non requiret.

Vides, quoniam tu laborem et dolorem consideras : * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper : * orphano tu eris adjutor.

Contere brachium peccatoris et maligni : * quæretur pec catum illius, et non invenietur.

Dominus regnabit in æter num, et in sæculum sæculi : * peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperum exau divit Dominus : * præparatio nem cordis eorum audivit au ris tua.

Judicare pupillo et humili, * ut non apponat ultra magnifi care se homo super terram.

Psalmus IO.

IN Domino confido : quomo do dicitis animæ meæ : * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores in tenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, de struxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem re spiciunt : * palpebræ ejus in terrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem dili git iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores queos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars cali cis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus. Gloria...

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmos Ana. Domine Deus meus in te speravi.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmos Ana. Juste Deus, judex fortis, patiensque, benignus, in te sperantes muni miserando fideles.

Psalmus II.

SALVUM me fac Domine, quoniam defecit sanctus : * quoniam diminutæ sunt veri tates a filiis hominum.

Vana locuti sunt unusquis que ad proximum suum : * labia dolosa, in corde et corde locuti sunt.

Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam.

Qui dixerunt : Linguam no stram magnificabimus, £ labia nostra a nobis sunt, * quis no ster Dominus est?

Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum * nunc exsurgam, dicit Dominus.

Ponam in salutari: * fiducia liter agam in eo.

Eloquia Domini, eloquia ca sta : * argentum igne exami natum, probatum terræ pur gatum septuplum.

Tu Domine servabis nos : et custodies nos * a generatione hac in æternum.

In circuitu impii ambulant :* secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Psalmus 12.

USQUEOLTO Domine oblivi sceris mein fmem?* Usque quo avertis faciem tuam a me?x

Quamdiu ponam consilia in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimi cus meus super me?*respice,et exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne un quam obdormiam in morte : * nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exsultabunt si motus fuero : * ego autem in misericordia tua speravi.

Exsultabit cor meum in salu tari tuo: £ cantabo Domino qui bona tribuit mihi : * et psal lam nomini Domini altissimi.

Psalmus 13.

DIXIT insipiens in corde suo : * Non est Deus.

Coriupti sunt, et abominabi les facti sunt in studiis suis : * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.



Dominus de cælo prospexit super filios hominum, * ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt, ? si mul inutiles facti sunt : * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eorum : ? linguis suis dolose agebant, * venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est : * veloces pedes eorum ad effun dendum sanguinem.

Contritio et infelicitas in viis eorum, ? et viam pacis non cognoverunt : * non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, * qui devorant plebem meam sicut escam panis?

Dominum non invocaverunt,* illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Dominus in gene ratione justa est, consilium inopis confudistis : * quoniam Dominus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutare Israel ? * cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsul tabit Jacob,et lætabitur Israel.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula,* et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit do lum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma lum, * et opprobrium non ac cepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glo rificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movebi tur in æternum. Gloria...

A DOMINICA I. ADVENTUS AD NATIVITATEM DOMINI :

Super Psalmos Ana. Scientes •quia hora est jam nos de som no surgere; nunc enim propior est nostra salus quam cum cre didimus : nox præcessit, dies autem appropinquavit,

y. Ex Sion species decoris ejus. Deus noster manifeste veniet.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmos Ana. Tu Do mine servabis nos, et custodies nos.

I" Usque ad Quadragesimam y. Memor fui nocte nominis tui Domine. Et custodivi legem tuam.

T A Dominica j. Quadragesi mæ usque ad Dominicam in Passione f. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. 1$. Et refugium meum Deus meus.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Super Psalmos Ana. Quid mo lesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me.

f. Erue a framea Deus animam meam. R?. Et de manu canis unicam meam.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

. Super Psalmos Ana. Surge, et in æternum serva munimine sacro, custodiale tuos Astri potens famulos.

y. Memor fui nocte nominis tui Domine. R?. Et custodivi legem tuam.

IN II. NOCTURNO.

I" Psalmi secundi et tertii Nocturni terminantur singuli per y. Gloria Patri.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * Atenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne conmovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ,? adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Bonorum meorum non indiges: in te speravi, conserva me Domine.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Naturæ Genitor conserva a morte redemptos : facque tuo dignos servitio famulos.

Psalmus 16.

EXAUDI Domine justitiam meam : * intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, * non in labiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum prodeat : * oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum, et visitasti nocte : * igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum : * propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Perfice gressus meos in semi(tis tuis : * ut non moveantur ! vestigia mea.



Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: * inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, * ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me : * a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, ? adipem suum concluserunt : * os e6rum locutum est superbiam.

Projicientes me nunc circumdederunt me : * oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam : * et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exsurge Domine, præveni eum, et supplanta eum : * eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum : * de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis : * et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo : * satiabor cum apparuerit gloria tua.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Inclina Domine aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Pectora nostra tibi tu Conditor orbis adure : igne pio purgans, atque cremando probans.

Psalmus 17.

DILIGAM te Domine fortitudo mea : * Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus.

Deus meus adjutor meus, * et sperabo in eum.

Protector meus, et cornu salutis meæ, * et susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum : * et ab inimicis meis salvus ero.

Circumdederunt me dolores mortis : * et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

Dolores inferni circumdederunt me : * præoccupaverunt me laquei mortis.

In tribulatione mea invocavi Dominum, * et ad Deum meum clamavi :

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam : * et clamor meus in conspectu ejus, introivit in aures ejus.

Commota est, et contremuit terra : ? fundamenta montium conturbata sunt, et commota sunt, * quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira ejus: ? et ignis a facie ejus exarsit : * carbones succensi sunt ab eo.

Inclinavit cælos, et descendit : * et caligo sub pedibus ejus.

Et ascendit super Cherubim, et volavit : * volavit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum, ? in circuitu ejus taber naculum ejus : * tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Præ fulgore in conspectu ejus nubes transierunt, * gran do et carbones ignis.

Et intonuit de cælo Domi nus, ? et Altissimus dedit vo cem suam : * grando et carbo nes ignis.

Et misit sagittas suas, et dis sipavit eos : * fulgura multi plicavit, et conturbavit eos.

Et apparuerunt fontes aqua nun, * et revelata sunt funda menta orbis terrarum :

Ab increpatione tua Domi ne, * ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Misit de summo, et accepit me : * et assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, K et ab his qui ode runt me : * quoniam confortati sunt super me.

Prævenerunt me in die affli ctionis meæ : * et factus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudi nem : * salvum me fecit, quo niam voluit me.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, * et secundum puritatem ma nuum mearum retribuet mihi:

Quia custodivi vias Domi ni, * nec impie gessi a Deo meo.

Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo : * et justi tias ejus non repuli a me.

Et ero immaculatus cum eo : * et observabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam : * et secundum puritatem ma nuum mearum in conspectu oculorum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * et cum viro innocente innocens eris :

Et cum electo electus eris : * et cum perverso perverteris. '

Quoniam tu populum humi lem salvum facies : * et oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucer nam meam Domine : * Deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a ten tatione, * et in Deo meo trans grediar murum.

Deus meus impolluta via ejus : <? eloquia Domini igne examinata : * protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter Dominum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcinxit me vir tute : * et posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tam quam cervorum, * et super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prœlium : * et posuisti, ut ar- • cum aereum, brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ : * et dextera tua suscepit me :

Et disciplina tua correxit me in finem : * et disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me : * et non sunt infirmata vestigia mea :

Persequar inimicos meos, et comprehendam illos : * et non convertar donec deficiant.

Confringam illos, nec pote runt stare : * cadent subtus pedes meos.



Et præcinxisti me virtute ad bellum : * et supplantasti in surgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, * et odientes me dis perdidisti.

Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, ad Dominum :* nec exaudivit eos.

Et comminuam eos, ut pul verem ante faciem venti : * ut lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictio nibus populi : * constitues me in caput gentium.

Populus, quem non cognovi, servivit mihi : * in auditu au ris obedivit mihi.

Filii alieni mentiti sunt mihi, ? filii alieni inveterati sunt, * et claudicaverunt a semitis suis.

Vivit Dominus, et benedictus Deus meus, * et exaltetur Deus salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, K et subdis populos sub me, * liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me : * a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine : * et no mini tuo psalmum dicam,

Magnificans salutes regis ejus, K et faciens misericordiam Christo suo David, * et semini ejus usque in sæculum.

A DOMINICA I. ADVENTUS AD NATIVITATEM DOMINI :

Super Psalmos Ana. Hora est jam nos de somno surgere, et aperti sunt oculi nostri sur gere ad Christum : quia lux vera est fulgens in mundo.

f. Egredietur virga de radice Jesse. Et flos de radice ejus ascendet.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Domi nus firmamentum meum, et refugium meum.

T Usque ad Quadragesimam y. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Super judicia justificationis tuæ.

T A Dominica j. Quadra gesimæ usque ad Dominicam in Passione X'. Ipse liberavit me de laqueo venantium. Et a verbo aspero.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Super Psalmos Ana. Mittens hæc mulier in corpus meum hoc unguentum, ad sepelien dum me fecit.

f De ore leonis libera me Domine. Et a cornibus uni cornium humilitatem meam.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Tu po pulum humilem salvasti a morte Redemptor : atque su perba tuo colla premis ja culo.

J. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Super ju dicia justificationis tuæ.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei : * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum I suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas : * testimo nium Domini fidele, sapien tiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et fa vum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? * ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maxi mo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Spon sus ut e thalamo processit Christus in orbem, descendens cælo jure salutifero.

Psalmus 19.

EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis : * prote gat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de san cto : * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum : * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magni ficabimur.

Impleat Dominus omnes pe titiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Domi nus Christum suum.

Exaudiet illum de cælo san cto suo : * in potentatibus sa lus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis : * nos autem in no mine Domini Dei nostri invo cabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceçide runt • * nos autem surreximus et erecti sumus.

Domine salvum fac regem : * et exaudi nos in die, qua invo caverimus te.



A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Exau diat te Dominus in die tribula tionis.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Auxi lium nobis Salvator mitte salu tis : et tribuas vitam tempore perpetuo.

Psalmus 20.

DOMINE in virtute tua lætabi tur rex : * et super salutare tuum exsultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tri buisti ei : * et voluntate labio rum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : * et tri buisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in sa lutari tuo : * gloriam et ma gnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in bene dictionem in sæculum sæculi :* lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domi no : * et in misericordia Altis simi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omni bus inimicis tuis : * dextera tua inveniat omnes,qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : * Do minus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra per des : * et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala; * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua : * cantabimus et psalle mus virtutes tuas.

A DOMINICA I. ADVENTUS AD NATIVITATEM DOMINI :

Super Psalmos Ana. Nox præcessit, dies alitem appro pinquavit : abjiciamus ergo opera tenebrarum, et indua mur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus,

y. Egredietur Dominus de loco sancto suo. ^z. Veniet, ut salvet populum suum.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Super Psalmum Ana. Domine in virtute tua lætabitur Rex.

T Usque ad Quadragesimam f. Exaltare Domine in virtute tua. 3?. Cantabimus, et psalle mus virtutes tuas.

T A Dominica j. Quadra gesimæ usque ad Dominicam in Passione f. Scapulis suis obumbrabit tibi. ^z. Et sub pennis ejus sperabis.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Super Psalmos Ana. Magister dicit : Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis.

y. Ne pe das cum impiis Deus animam meam. Et cum viris sanguinum vitam meam.

A DOMINICA I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmum Ana. Rex sine fine manens miseris tu parce ruinis : præmia conce dens, et tua cuncta regens.

y. Exaltare Domine in vir tute tua. Cantabimus, et psallemus virtutes tuas.

Canticum SS. Ambrosii et Augustini, quod dicendum erit post nonum omnibus Do minicis, præterquam in Ad ventu et a Septuagesima usque ad Pascha exclusive, quando fit Officium de Dominica.

In aliis Officiis dicatur, vel omittatur secundum quod in Rubricis generalibus notatum fuerit.

TE Deum laudamus : * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cæ li, et universæ Potestates.

Tibi Cherubim et Sera phini, * incessabili voce pro clamant :

Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli et terra * ma jestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia :

Patrem * immensæ majesta tis,

Venerandum tuum verum * et unicum Filium,

Sanctum quoque * Paracli tum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum susceptu rus hominem, * non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, * aperuisti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in gloria Patris.

Judex crederis * esse ventu rus.

Hic genuflectitur usque ad Æterna fac.

Te ergo quæsumus, tuis fa mulis subveni: * quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, * et benedic heredi tati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedi cimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæ culi.

Dignare, Domine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine : * miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domi ne, super nos, * quemadmo dum speravimus in te.

In te, Domine, speravi : * non confundar in æternum.

Hic nunquam dicitur Gloria Patri

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN DOMINICIS ADVENTUS :

Ante Laudes^. EmitteAgnum Domine Dominatorem terræ. fy De Petra deserti ad mon tem filiæ Sion.



DOMINICIS AB OCT. EPIPHAN. AD QUADRAGESIMAM ET AP, OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ante Laudes f. Excelsus su per omnes gentes Dominus. Et super cælos gloria ejus.

A DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Ante Laudes f. In mani bus portabunt te. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Ante Laudes^.Intende animæ meæ, et libera eam. ty. Pro pter inimicos meos eripe me.

DOMINICIS ET FERIIS TEMPORE RESURRECTIONIS :

Ante Laudes f. In Resurre ctione tua Christe, allecia. 1$. Cæli et terra lætentur, al lecia.

DOMINICA AD LAUDES.

Dicto f. ante Laudes pro Tempore, ut supra, vel ut suo loco notatur, statim dicitur :

f. Deus in adjutorium meum intende, ty- Domine ad adju vandum me festina. Gloria Pa-1 tri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculo rum. Amen. Alleluia.

T Infra Septuagesimam,omis so Alleluia., dicitur : Laus tibi Domine, Rex æternæ glo riæ.

«I Dominica j. post Octavam Epiphaniæ et deinceps usque ad Septuagesimam; Dominica j. post Octavam Trinitatis et deinceps usque ad Adventum; item quatuor Dominicis proxi mis post Octavam Paschæ, quando de simplici Dominica agitur, dicitur super Psalmos Laudum una tantum Antipho na, ut infra post ultimum Psal mum notatum est. Aliis Domi nicis dicuntur quinque Anti phonæ propriæ.

T Sequentes Psalmi dicuntur I ad Laudes in Dominicis diebus (præterquam infra Septuagesi mam). Item dicuntur in omni Festo sive novem sive trium Lectionum (non tamen in Cena Domini nec in die Anima rum). Dicuntur etiam infra quascumque Octavas, si de Octava fiat Officium; in Offi I ciis Votivis per hebdomadam; in Vigiliis Nativitatis et Epi phaniæ Domini et in Ferialibus diebus Tempore Paschali.

Psalmus 92.

DOMINUS regnavit, decorem indutus est : * indutus est Dominus fortitudinem, et præ cinxit se.

Etenim firmavit orbem ter ræ, * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domi ne : * elevaverunt flumina vo cem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, * a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia fa I eta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Psalmus 99.

JUBILATE Deo omnis ter I ra : * servite Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus, * in exsultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos :

Populus ejus, et oves pascuæ ejus : ? introite portas ejus in confessione, * atria ejus in hymnis : confitemini illi.

Laudate nomen ejus : quo niam suavis est Dominus, ? in æternum misericordia ejus, * et usque in generationem et generationem veritas ejus.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : ? sic in sancto appa rui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea :* et in nomine tuo leva bo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine re pleatur anima mea :* et labiis • exsultationis laudabit os me um.

Si memor fui tui super stra tum meum, Sin matutinis me ditabor in te : * quia fuisti ad jutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, * adhæsit ani ma mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, X introi bunt in inferiora terræ : * tra dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, K laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illumi net vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi po puli omnes.

Lætentur et exsultent gen tes quoniam judicas populos in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populiDeus: '< confiteantur tibi populi om nes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus no ster, ? benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ.

Canticum-triuni Puerorum.
Dan. 3.

BENEDICITE omnia opera Do mini Domino : * laudate et superexaltate eum in sæ cula.

Benedicite Angeli Domini Domino : * benedicite cæli Do mino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Domino : * benedicite omnes virtutes Do mini Domino.



Benedicite sol, et luna Domi-1 no : * benedicite stellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, et ros Domino : * benedicite om nes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, et æstus Do mino : * benedicite frigus, et æstus Domino.

Benedicite rores, et pruina Domino : * benedicite gelu, et frigus Domino.

Benedicite glacies, et nives Domino : * benedicite noctes, et dies Domino.

Benedicite lux, et tenebræ Domino : * benedicite fulgura, et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : * laudet, et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, et colles Domino : * benedicite uni versa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : * benedicite maria, et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domi no : * benedicite omnes volu cres cæli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, et pecora Domino : * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: * laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domi ni Domino : * benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus, et animæ justorum Domino :* benedici te sancti, et humiles corde Do mino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino : * laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, et Fi lium cum sancto Spiritu : * lau demus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in fir mamento cæli: * et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cæl is : * laudate eum in excel sis.

[ Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol, et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum :* et aquæ omnes, quæ super cæ lossunt,laudent nomenDomini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * li gna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes popu li : * principes, et omnes judi ces terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo ap propinquanti sibi.
Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ec clesia sanctorum.
Lætetur Israel in eo qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.
Laudent nomen ejus in cho ro : * in tympano, et psalterio psallant ei :
Quia beneplacitum est Domi no in populo suo : * et exalta bit mansuetos in salutem.
Exsultabunt sancti in glo ria : * lætabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :
Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpati6nes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: * et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.
Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmos T 50.

LAUDATE Dominum in san ctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et ci thara.
Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chor dis et organo.
Laudate eum in cymbalis be nesonantibus : X laudate eum in cymbalis jubilationis :* om nis spiritus laudet Dominum.

DOMINICIS AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGES. ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Super Psalmos Laudum sola Ana. Regnavit Dominus præ cinctus fortitudine cum decore virtutum : cujus sedes parata est in æternum.

QUATUOR DOMINICIS PROXIMIS POST OCT. PASCHÆ :

Super Psalmos Laudum sola Ana. Alleluia, allecia. T Præ dicta Antiphona dicatur ad Laudes super Psalmos etiam ferialibus diebus inter diem Octavam Paschæ et Ascensio nem Domini, quando de Tem pore agitur.

IN DOMINICIS ADVENTUS :

Capitulum. Jer. 23.

ECCE dies veniunt, dicit Do minus, et suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra.
fy Deo gratias. T Sicque ad omnia Capitula respondetur semper: Deo gratias.

Hymnus.

Vox clara ecce intonat,
Obscura quæque increpat:
Pellantur eminus somnia,
Ab æthere Christus promicat.
MENS jam resurgat torpida,
Quæ sorde exstat saucia :
Sidus refulget jam novum,
Ut tollat omne noxium.
E SURSUM Agnus mittitur
Laxare gratis debitum :
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lacrimis :



SECUNDO ut cum fulserit,
Mundumque horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed pius nos tunc protegat.
LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.
y. Vox clamantis in deserto.
1$?. Parate viam Domini.

DOMINICIS AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGES. ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Capitulum. Apoc. 7.

BENEDICTIO, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus, et fortitu do Deo nostro in sæcula sæcu lorum. Amen. Deo gratias.

Hymnus.

ECCE jam noctis tenuatur i umbra,
Lucis aurora rutilans coruscat:
Nisibus totis rogitemus omnes
Cunctipotentem.
UT Deus noster miseratus omnem
Pellat languorem, tribuat salu- i tem,
Donet et nobis, pietate Patris,
Regna polorum.
PRÆSTET hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque san cti I
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.
y. Dominus regnavit. ^.De corem induit.

DOMINICIS IN SEPTUAGESIMA, IN SEXAGESIMA ET IN QUINQUAGESIMA :

Capitulum Benedictio, et Hymnus Ecce jam noctis., ut supra.

y. Domine refugium factus es nobis. A generatione et progenie.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ ET SEQUENTIBUS USQUE AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR vos ne in va cuum gratiam Dei reci piatis. Ait enim : Tempore ac cepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Hymnus.

TAM, Christe sol justitiæ,
I Mentis dehiscant tenebræ,
Virtutum ut lux redeat,
Terris diem cum reparas.
DA tempus acceptabile,
i Et pœnitens cor tribue :
Convertat ut benignitas
i Quos longa suffert pietas.
QUIDDAMQUE pœnitentiæ
Da ferre, quamvis gravium,
Majore tuo munere,
Quo demptio fit criminum.
~ DIES venit, dies tua,
In qua reflorent omnia :
' Lætemur in hac, ad tuam
Per hanc reducti gratiam.
TE rerum universitas
Clemens adoret Trinitas:
Et nos novi per veniam,
Novum canamus canticum.
Amen.
y. Scuto circumdabit te veri tas ejus. Non timebis a ti more nocturno.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Capitulum. Jer. II.

TU autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultio nem tuam ex eis : tibi enim re velavi causam meam Domine Deus meus.

Hymnus.

LUSTRIS sex qui jam peractis
Tempus implens corporis,
Se volante natus ad hoc,
Passioni deditus,
Agnus in crucis levatur
Immolandus stipite.
HIC acetum, fel, arundo,
Spina, clavi, lancea :
Mite corpus perforatur,
Sanguis, unda profluit:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavantur flumine!
CRUX fidelis, inte ^mnes
Arbor una nobilis :
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, germine :
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus sustinet.
FLECTE ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas,
Ut superni membra Regis
Miti tendas stipite.
SOLA digna tu fuisti
Ferre sæcli pretium,
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago :
Quem sacer cruor perunxit
Fusus Agni corpore.
GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito :
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

y. Eripe me de inimicis meis Deus meus. Et ab insurgentibus in me libera me.

DOMINICA IN ALBIS
ET QUATUOR DOMINICIS
PROXIME SEQUENTIBUS :

Capitulum. Rom. 6.

CHRISTUS resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.

Hymnus.

SERMONE blando Angelus
'Prædixit mulieribus :
In Galilæa Dominus
Videndus est quantocius.
ILLÆ, dum pergunt concitæ
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum vivere,
Osculantur pedes Domini.
Quo agnito, discipuli
In Galilæam propere
Pergunt, videre faciem
Desideratam Domini.
CLARO Paschali gaudio
Sol mundo nitet radio,
Cum Christum jam Apostoli
Visu cernunt corporeo.
OSTENSA sibi vulnera,
In Christi carne fulgida,
Resurrexisse Dominum
Voce fatentur publica.
REX Christe clementissime
Tu corda nostra posside :
Ut tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.
QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

"T Istæ duæ Strophæ dicantur in fine omnium Hymnorum ejusdem metri usque adj. Vesperas Ascensionis Domini, nisi aliter notetur.

y. Gavisi sunt discipuli, allecia. I^z. Viso D6mino, alleluia.



Canticum Zachariæ. Lue. i. I

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ:
Et erexit cornu salutis nobis : * in domo David pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :
Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos :
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * et memorari testamenti sui sancti.
Jusjurandum, quod juravit | ad Abraham patrem nostrum * daturum se nobis :
Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.
In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.
Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus :
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :
Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos oriens ex alto :
Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
T Canticum Benedictus, per totum annum dicitur in Laudibus.
Antiphona et Oratio, prout suo loco notatum fuerit.

AD MEMORIAM DE CRUCE
TEMPORE RESURRECTIONIS :

A Dominica in Albis usque ad Vigiliam Ascensionis exclusive, de Cruce facienda est Memoria quotidie in Laudibus, exceptis festis Duplicibus et Totis Duplicibus :

Ana. Crucifixus surrexit a mortuis, et redemit nos, alleluja, alleluia.

y. Dicite in nationibus, allecia. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire coluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut resurrectionis gratiam consequamur : Per eumdem.

AD MEMORIAM DE B. MARIA V.
IN DOMINICIS :

In omnibus Dominicis per totum annum, quando de simplici Dominica agitur, fit Memoria de beata Maria in Laudibus :

Aria. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo benedicta. T. P. Alleluia.

f. Post partum Virgo inviolata permansisti. T. P. Alleluia. Dei Genitrix intercede pro nobis. T. P. Alleluia.

Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis hostibus redde securos : Per Dominum.

% Modum terminandi Horas require ante Completorium.

PSALMI DICENDI AD LAUDES DOMINICA IN SEPTUAGESIMA ET DEINCEPS IN DOMINICIS USQUE AD RAMOS INCLUSIVE, QUANDO DE DOMINICA AGITUR:

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique ^holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum, et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Psalmus 117.

CONFITEMINI Domino quoniam bonus : * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel quoniam bonus : * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicant nunc qui timent Dominum:* quoniam in sæculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum : * et exaudivit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adjutor : * non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor : * et ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino, * quam confidere in homine :



Bonum est sperare in Domino, * quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me : * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me : * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, ?et exarserunt sicut ignis in spinis : * et in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Impulsuseversussum ut caderem : * et Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus : * et factus est mihi in salutem.

Vox exsultationis, et salutis * in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem : X dextera Domini exaltavit me, * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam : * et narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus : * et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, K ingressus in eas confitebor Domino : * hæc porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me : * et factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes :* hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud : * et est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dominus : * exsultemus, et lætemur in ea.

O Domine salvum me fac, o D6mine bene prosperare : * benedictus qui venit in nomine Domini.

Benediximus vobis de domo Domini : * Deus Dominus, et illuxit nobis.

Constituite diem solemnem in condensis, * usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu, et confitebor tibi:*Deusmeusestu,et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me : * et factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus :* quoniam in sæculum misericordia ejus.

Psalmus Deus Deus meus, ad te de luce vigilo cum ceteris, ut in aliis Dominicis, pag. 18. et sequentibus.

Super Psalmos Antiphonæ quinque propriæ suis locis notatæ.

AD PRETIOSA.

Finitis quæ de Martyrologio pronuntianda sunt, et responso Deo gratias., dicatur Pretiosa. hoc modo :

f Pretiosa est in conspectu Domini. Mors Sanctorum ejus.

Oratio absque Oremus.

SANCTA Maria et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum : ut mereamur ad juvari ab eo, qui vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

y. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina.

Hic f. Deus in adjutorium, cum Domine ad adjuvandum. ter dicatur.

Deinde Gloria Patri... Sicut erat... Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater

noster... Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

y. Respice Domine in servos tuos, et in opera tua, et dirige filios eorum. Rz. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos : et opus ma nuum nostrarum dirige.

Oratio absque Oremus.

DIRIGERE et sanctificare, re gnare Domine sancte, Pa ter omnipotens, æterne Deus, hodie corda et corpora nostra in lege tua, et in operibus man datorum tuorum; ut hic, et in æternum, te auxiliante, sem per salvi esse mereamur : Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea dicto Jube Domne benedicere., si de Evangelio legendum fuerit, detur Bene dictio : Divinum auxilium maneat semper nobiscum, f?. Amen.

T Si vero de Constitutionibus, detur Benedictio: Regularibus disciplinis instruat nos Magi ster cælestis. Amen.

Data Benedictione, sequitur Lectio de Evangelio, vel de Constitutionibus.

I, Fratres qui extra Chorum aut Capitulum sunt, si Evan gelium proprium in promptu non habuerint, dicant :

Secundum Joannem. Cap. i.

r* principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Om nia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil. Tu autem Domine miserere nostri, ty. Deo gratias.

% De Constitutionibus extra Chorum aut Capitulum dicatur Lectio. Prolog.

QUONIAM ex præcepto Re gulæ jubemur habere cor unum et animam unam in Do mino : justum est ut qui sub una Regula et unius professio nis voto vivimus, uniformes in observantiis canonicæ Reli gionis inveniamur. Tu autem Domine miserere nostri, ^z. Deo gratias.

Finita Lectione de Evangelio vel de Constitutionibus, di catur :

Commemoratio Fratrum, So rorum, Familiarium, Benefa ctorum defunctorum Ordinis nostri.

Requiescant in pace. ^z. Amen.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum om nes populi.

Quoniam confirmata est su per nos misericordia ejus : * et veritas Domini manet in æter num.

Gloria Patri, et Filio... Sicut erat...

f. Ostende nobis Domine mi sericordiam tuam. Et salu tare tuum da nobis.

Dominus vobiscum. l^Z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ACTIONES nostras quæsumus • Domine, aspirando præve ni et adjuvando prosequere : ut cuncta nostra operatio a te



semper incipiat, et per te cæ- pta finiatur : Per Christum Dominum nostrum. Amen.

y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Si non sequatur aliqua Hora, dicatur :

Fidelium animæ per miseri cordiam Dei requiescant in pace. Amen.

T Si recitatus fuerit Obitus alicujus Magistri Generalis, immediate post Fidelium ani mæ. dicatur pro ejus anima Psalmus 129. De profundis, (ut in Psalterio ad Vesperas Feriæ quartæ), cum Versu Requiem æternam, et in fine f. A porta inferi. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum, ^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum Pontificali (vel Sacerdotali) fe cisti dignitate vigere : præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consor tio : Per Christum Dominum nostrum, ty. Amen.

Pro pluribus Magistris Oratio sic dicatur :

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Sacerdotali fecisti dignitate vigere : præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregantur consortio. Per Christum Dominum nostrum. 3?. Amen.

Post Orationem dicatur: Re quiescant in pace. R?. Amen.

T Si recitatum fuerit Anni versarium, dicto Ps. De pro fundis., y. A porta inferi., Dominus vobiscum., Oremus., ut supra, sequitur Oratio :

DEUS indulgentiarum Domi ne, da animabus famulo rum famularumque tuarum, quorum anniversarium depo sitionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beati tudinem et luminis claritatem. Per Christum Dominum no strum. Amen.

Requiescant in pace.I^.Amen.

T Si eadem die Anniversa rium et Obitus inciderint, sub una conclusione dicatur utra que Oratio, deinde : Requie scant in pace. ty. Amen.

AD PRIMAM.

Dicto secreto Pater noster, et Credo in Deum., inchoatur f. Deus in adjutorium.; et sic ad alias Horas diei, nisi quod Credo in Deum. aliis Horis non præmittitur.

Hymnus.

JAM lucis orto sidere,
Deum precemur supplices
Ut in diurnis actibus
Nos servet a nocentibus.

LINGUAM refrenans tempe ret,
Ne litis horror insonet :
Visum fovendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

SINT pura cordis intima,
Absistat et vecordia :
Carnis terat superbiam
Potus cibique parcitas.

UT cum dies abscesserit,
Noctemque sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, et in perpetuum. Amen.

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac : * et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem me am : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæ sierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me:* et Dominus susceptor est ani mæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Do mine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribulatio ne eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Psalmus 118.

BEATI immaculati in via : * qui ambulant in lege Do mini.

Beati, qui scrutantur testimo nia ejus : * in toto corde ex quirunt eum.

Non enim qui operantur ini quitatem, * in viis ejus ambu laverunt.

Tu mandasti * mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ, * ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, * cum perspexero in omnibus man datis tuis.

Confitebor tibi in directi6ne cordis : * in eo quod didici judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custo diam : * non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam?* in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te : * ne repellas me a manda tis tuis.

In corde meo abscondi elo quia tua : * ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine : * doce me justificationes tuas.

In labiis meis, * pronuntiavi omnia judicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, * sicut in om nibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor :* et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis medi tabor : * non obliviscar sermo nes tuos.

RETRIBUE servo tuo, vivifica me : * et custodiam sermo nes tuos.

Revela 6culos meos : * et considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra : * non abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desi derare justificationes tuas,*in omni tempore.

Increpasti superbos : * male dicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, et contemptum : * quia testimo nia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, ? et adversum me loqueban tur : * servus autem tuus exer- i cebatur in j ustificationibus tuis.



Nam et testimonia tua medi tatio mea est : * et consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea : * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exau disti me : * doce me justifica bis tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me : * et exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio : * confirma me in ver bis tuis.

Viam iniquitatis amove a me : * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi : * judi cia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis Do mine : * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

«T In festo sanctissimæ Trini tatis et in omnibus Dominicis, nisi festum Totum Duplex eve nerit, dicatur Symbolum sancti Athanasii :

QUICUMQUE vult salvus esse, * ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, * absque dubio in æternum per ibit.

Fides autem catholica hæc est: * ut unum Deum in Trini tate, et Trinitatem in unitate veneramur.

Neque confundentes perso nas, * neque substantiam se parantes.

Alia est enim pers6na Pa tris, alia Filii, * alia Spiritus sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiri tus sancti una est divinitas : * æqualis gloria, coæterna ma jestas.

Qualis Pater, talis Filius, * ta lis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Fi lius, * increatus Spiritus san ctus.

Immensus Pater, immensus Filius, * immensus Spiritus i sanctus.

Æternus Pater, æternus Fi lius,* æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, * sed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, * sed unus in creatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, * omnipo tens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipo tentes, * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, * Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus I Filius, * Dominus Spiritus san ctus.

Et tamen non tres Domini, * sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unam quamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compellimur : * ita tres Deos aut Dominos di cere catholica religione prohi bemur.

Pater a nullo est factus :* nec creatus, nec genitus.

I Filius a Patre solo est: * non I factus, nec creatus, sed ge nitus.

Spiritus sanctus a Patre et Fi lio : * non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres : ? unus Filius, non tres Filii: * unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, ? nihil majus aut minus : * sed totæ tres perso næ coæternæ sibi sunt, et coæ quales.

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, * et unitas in Trinitate, et Trinitas in uni tate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æter nam salutem, * ut Incarnatio nem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut creda mus et confiteamur, * quia Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus : * et ho mo est ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus ho mo : * ex anima rationali, et humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum di vinitatem : * minor Patre se cundum humanitatem.

Qui, licet Deus sit et homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem : * sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino, non confusione substantiæ, * sed unitate per sonæ.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo : * ita Deus et homo unus est Chri stus.

Qui passus est pro salute no stra : X descendit ad inferos : * tertia die resurrexit a mortuis

Ascendit ad cælos, s sedet ad dexteram Dei Patris omnipo tentis : * inde venturus est ju dicare vivos et mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis : * et reddituri sunt de factis propriis ratio nem.

Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam : * qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides catholica, * quam nisi quisque fideliter fir miterque crediderit, salvus es se non poterit.

Gloria Patri, et Filio... Sicut erat...

A DOMINICA I. ADVENTUS AD VIGILIAM NATIVITATIS DOMINI :

T Dominicis diebus.

Ana propria, scilicet j. Lau dum.

I" Ferialibus diebus.

Ana. Veni et libera nos, Deus noster.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

T Dominicis diebus.

Ana. Gloria tibi Trinitas æqualis una Deitas, et ante omnia sæcula, et nunc, et in perpetuum.

T Ferialibus diebus.

Ana. Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba oris mei.



A SEPTUAGESIMA AD QUADRAGESIMAM :

Ferialibus diebus.

Ana. Deus exaudi., ut in Fe rialibus diebus post Octavam Epiphaniæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM I.QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Ferialibus diebus.

Ana. Vivo ego, dicit Domi nus : nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, et vivat.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE AD CENAM DOMINI :

Ferialibus diebus.

Ana. Animæ impiorum fre mebant adversum me : et gra vatum est cor meum super eos.

A FERIA SECUNDA POST OCTAVAM PASCHÆ AD ASCENSIONEM :

Dominicis et Ferialibus diebus.

Ana. Cognoverunt Dominum, alleluja, in fractione panis, al lecia.

* Antiphonæ in Dominicis et Ferialibus diebus ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, quæ in Psalterio non notantur, propriis locis in Officio de Tempore sunt positæ.

Capitulum. i. Tim. i.

REGI sæculorum immortali, et invisibili, soli Deo honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen. Deo gratias.

^ Capitulum Regi sæculo rum. dicatur ad Primam omni bus Dominicis et festis etiam trium Lectionum, per omnes Octavasquando de Octavaagi tur, et in Officiis Votivis per hebdomadam. Omittitur ta men in Cena Domini et in Hebdomada Paschæ, et in die Animarum.

T Ferialibus vero diebus, nisi in Parasceve et Sabbato san cto, dicitur sequens

Capitulum. Zach. 8.

PACEM et veritatem diligite, ait Dominus omnipotens.

Jesu Christe Fili Dei vivi * Miserere nobis. Jesu Christe, y. Qui sedes ad dexteram Pa tris. Miserere nobis. Gloria Patri. Jesu Christe,

y. Exsurge Domine adjuva nos. 1$?. Et libera nos propter nomen tuum.

I" I^z. Jesu Christe, semper dicatur, nisi quando a Do minica in Passione ad Domini cam in Albis de Tempore agi tur, et nisi in die Animarum. f. Qui sedes, cum ^z. Jesu Christe, semper dicatur, nisi alius y. sit notatus.

I" y. Exsurge, semper dica tur, nisi in die Cenæ et dein ceps usque ad Dominicam in Albis, et nisi in die Animarum.

Deinde, nisi Preces dicendæ fuerint, subditur a Prælato :

CONFITEOR Deo omnipoten ti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis, et vobis Fratres : quia peccavi nimis cogitatione, lo cutione, opere et omissi6ne, mea culpa : precor vos orare pro me.

Chorus autem dicat :

MSEREATUR tui omnipo tens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua : liberet te ab omni malo, salvet, et con firmet in omni opere bono, et perducat te ad vitam æternam. Respondeat Prælatus : Amen.

Postea Chorus replicet :

CONFITEOR Deo omnipoten ti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis, et tibi Pater : quia pecca vi nimis cogitatione, locutione, opere et omissione, mea culpa: precor te orare pro me.

Quo finito, Prælatus dicat Absolutionem :

MISEREATUR vestri omni potens Deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra : liberet vos ab omni malo, sal vet, et confirmet in omni opere bono, et perducat vos ad vitam æternam. Amen.

\ Quando autem Frater solus dicit Primam, vel Completo rium, dicat sic :

CONFITEOR Deo omnipoten ti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis : quia peccavi nimis cogi tatione, locutione, opere et omissione, mea culpa : precor beatam Mariam semper Vir ginem, et beatum Dominicum Patrem nostrum, et omnes Sanctos orare pro me.

MISEREATUR mei omnipo tens Deus, et dimittat mihi omnia peccata mea : li beret me ab omni malo, sal vet, et confirmet in omni opere bono, et perducat me ad vi tam æternam. Amen.

Deinde dicatur :

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

IN hac hora hujus diei tua nos Domine reple misericordia: ut per totum diem exsultantes in tuis laudibus jugiter delecte mur : Per Dominum nostrum...

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, ty. Deo gratias.

MODUS DICENDI PRECES AD PRIMAM :

Dicto y. Exsurge Domine, adjuva nos. cum ty. Et libera nos propter nomen tuum., se quitur :

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster... Et ne nos inducas in tentatio nem. I^z. Sed libera nos a malo.

71. Vivet anima mea, et lau dabit te. R?. Et judicia tua ad juvabunt me.

^'.Erravi sicut ovis, quæ per iit. I^z. Quære servum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus.

Credo in Deum... Carnis re surrectionem. 37. Vitam æter nam. Amen.

Deinde Confiteor, et Miserea tur., ut supra.

f. Dignare Domine die isto. Sine peccato nos custodire, ominus vobiscum. ^Z. Et cum spiritu tuo. Oremus.

I" Si dictum fuerit Capitulum Regi sæculorum., dicaturOra tio In hac hora., ut supra.



T Si vero dictum fuerit Capi tulum Pacem et veritatem., di catur sequens Oratio.

DOMINE Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute : ut in hac die ad nullum declinemus peccatum; sed semper ad tuam justitiam faciendam no stra procedant eloquia, diri gantur cogitationes et opera : Per Dominum nostrum.

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.Deo gratias.

MODUS DICENDI PRIMAM DOMINICA IN SEPTUAGESIMA ET DEINCEPS IN DOMINICIS USQUE AD RAMOS INCLUSIVE, QUANDO DE DOM. AGITUR :

Pater., Credo., JT. Deus in adjutorium., Hymnus Jam lu cis orto sidere, pag. 27.

Psalmus 21.

DEUS Deus meus respice in me : quare me dereli quisti? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te speraverunt patres no stri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * oppr6brium ho minum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me derise runt me : * locuti sunt labiis et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti medeventre:*spesmeaab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex ute ro de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne disces serisame:

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui ad juvet.

Circumdederunt me vituli multi : * tauri pingues obsede runt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et ru giens.

' Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tam quam cera liquescens * in me dio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, ? et lingua mea adhæsit faucibus meis: * et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi : * concilium ma lignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pe des meos : * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : * diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sor tem.

Tu autem Domine ne elonga veris auxilium tuum a me : * ad defensionem meam conspi I ce.

Erue a framea Deus animam meam : * et de manu canis uni cam meam.

Salvameexoreleonis:*eta cornibus unicornium humilita tem meam.

Narrabo nomen tuum fratri bus meis : * in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum laudate eum: * universum semen Jacob glorificate eum :

Timeat eum omne semen Israel :* quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis :

Nec avertit faciem suam a me : * et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, et satura buntur : ? et laudabunt Domi num qui requirunt eum : * vi vent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur et converten tur ad Dominum universi fines terræ :

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familiæ gen tium.

Quoniam Domini est re gnum : * et ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt et adorave runt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet : * et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino gene ratio ventura : * et annuntia bunt cæli justitiam ejus popu lo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi deerit : * in loco pa scuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis edu cavit me : * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas ju stitiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero in medio umbræ mortis, non ti mebo mala : * quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : * et calix meus ine brians quam præclarus est!

Et misericordia tua subseque tur me * omnibus diebus vitæ meæ :

Et ut inhabitem in domo Do mini, * in longitudinem die rum.

Gloria Patri, et Filio... Sicut erat.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et pleni tudo ejus : * orbis terra rum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria funda vit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec ju ravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.



Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ?* Do minus virtutum ipse est rex gloriæ.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 24.

AD te Domine levavi animam meam : * Deus meus in te confido, non erubescam:

Neque irrideant me inimici mei : * etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi : * et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me :* quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, * et miseri cordiarum tuarum, quæ a sæ culo sunt.

Delicta juventutis meæ, * et ignorantias meas ne memine ris.

Secundum misericordiam tu am memento mei tu : * pro pter bonitatem tuam Domine.

Dulcis et rectus Dominus : * propter hoc legem dabit delin quentibus in via.

Diriget mansuetos in judicio: * docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, mise ricordia et veritas, * requiren tibus testamentum ejus et testi monia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : * multum est enim.

Quis est homo, qui timet Do minum? * legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demora bitur : * et semen ejus heredi tabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum : * et testa mentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Domi num : * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei : * quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei mul tiplicatæ sunt: * de necessita tibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum : * et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos quo niam multiplicati sunt, * et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me : * non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæse runt mihi : * quia sustinui te.

Libera Deus Israel, * ex om nibus tribulationibus suis.

Gloria Patri, et Filio... Sicut erat...

Psalmus 25.

JUDICA me Domine, quoniam ego in innocentia mea in gressus sum : * et in Domino sperans non infirmabor.

Proba me Domine, et tenta me :*ure renes meos et cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est : * et complacui in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis : * et cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam malignantium : * et cum impiis non sedebo.

Lavabo inter innocentes manus meas : * et circumdabo altare tuum Domine :

Ut audiam vocem laudis, * et enarrem universa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ, * et locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam, * et cum viris sanguinum vitam meam :

In quorum manibus iniquitates sunt: * dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum : * redime- me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo : * in ecclesiis benedicam te Domine.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac : * et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me:* et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis:*et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri, et Filio... Sicut erat...

Psalmus 92.

DOMINUS regnavit, decorem indutus est : * indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ, * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine : * elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, * a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalm. 118. Beati immaculati. cum Gloria Patri., pag. 28; Retribue servo tuo. cum Gloria Patri., ibidem; Symbolum Quicumque vult salvus esse.cum Gloria Patri.,pag. 29.

Antiphona propria ad Primam Dominicæ occurrentis.

Capitulum Regi sæculorum.; Jesu Christe, (præterquam Dominica in Passione et Dominica in Ramis palmarum); f. Exsurge.; deinde Confiteor., Misereatur., Dominus vobiscum., Oratio In hac hora., Dominus vobiscum., Benedicamus Domino. Deo gratias.



AD TERTIAM.

Hymnus.

NUNC sancte nobis Spiritus,
Unum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri,
Nostro refusus pectori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessionem personent :
Flammescat igne caritas,
Accendat ardor proximos.

PRÆSTA Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

LEGEM pone mihi Domine viam justificationum tuarum : * et exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam : * et custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum : * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua : * et non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem : * in via tua vivifica me?

Statue servo tuo eloquium tuum, *in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum : * quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua : * in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua Domine :*salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum : * quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque : * quia in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper : * in sæculum et in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine:* quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum : * et non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis, * quæ dilexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: * et exercebar in justificationibus tuis.

MEMOR esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea : * quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi inique agebant usquequaque : * a lege autem tua non declinavi.

Memor fui judiciorum tuorum a sæculo Domine : * et consolatus sum.

Defectio tenuit me, * pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ, * in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine : * et custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi : * quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea Domine, * dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo : * miserere mei secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas : * et converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, et non sum turbatus : * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: * et legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, * super judicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te : * et custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra : * justificationes tuas doce me.

BONITATEM fecisti cum servo tuo Domine, * secundum verbum tuum.

Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me : * quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego deliqui : * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu : * et in bonitate tuadocemejustificationestuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum : * ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum : * ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me : * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super millia auri et argenti.

Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me : * da mihi intellectum, et discam mandata tua.

Qui timent te videbunt me, et lætabuntur : * quia in verba tua supersperavi.

Cognovi Domine quia æquitas judicia tua : * et in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua ut consoletur me, * secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, et vivam : * quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me : * ego autem exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te : * et qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, * ut non confundar.

A DOMINICA I. ADVENTUS AD VIGILIAM NATIVITATIS :

T Dominicis diebus.

Antiphona propria, scilicet ij. Laudum.

Capitulum. Jer. 23.

ECCE dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra.

Rz. Veni ad liberandum nos, * Domine Deus virtutum. Veni.

Ostende facieiti tuam, et salvi erimus. Domine. Gloria. Veni.

T. Timebunt gentes nomen tuum Domine, ty. Et omnes reges terræ gloriam tuam.

Dominus vobiscum. I^Z. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio propria.



T Ferialibus diebus.

Ana. Veni Domine, et noli tardare : relaxa facinora plebis tuæ Israel.

Capitulum, E}., J. ut Dominicis diebus. Dicto f. Timebunt., subditur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Dominicæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

T Dominicis diebus.

Ana. Laus et perennis gloria Deo Patri, et Filio, sancto simul Paraclito, in sæcula sæculorum.

Capitulum. i. Joann. 4.

DEUS caritas est; et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.

i^z. Inclina cor meum Deus * In testimonia tua. Inclina.

f Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me. In testimonia tua. Gloria. Inclina.

f. Adjutor meus esto Domine : ne derelinquas me. Neque despicias me Deus salutaris meus.

Dominus vobiscum. R7 Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio propria.

T Feralibus diebus.

Ana. Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum.

Capitulum. Jerem. 17.

SANA me Domine, et sanabor : salvum me fac, et salvus ero : quoniam laus mea tu es.

Sana animam meam, * Quia peccavi tibi. Sana.

y. Ego dixi : Domine miserere mei. Quia. Gloria. Sana.

f. Adjutor meus esto Domine : ne derelinquas me. Neque despicias me Deus salutaris meus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Dominicæ.

A SEPTUAGESIMA AD CINERES:

Ferialibus diebus.

Antiphona, Capitulum, Preces, ut Ferialibus diebus post Octavam Epiphaniæ; Oratio Dominicæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM I.QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Ferialibus diebus.

Ana. Advenerunt nobis dies pœnitentiæ, ad redimendapeccata, et salvandas animas.

Capitulum. Joel. 2.

CONVERTIMINI ad me in toto corde vestro in jejunio, et fletu, et planctu : et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens.

Responsorium et Versiculus Dominicæ.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE AD CENAM DOMINI :

Ferialibus diebus.

Ana. Judicasti Domine causam animæ meæ : defensor vitæ meæ, Domine Deus meus.

Capitulum. Jer. II.

TJ autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam, Domine Deus meus.

R?. Erue a framea Deus animam meam : *Et de manu canis unicam meam. f. Salva me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam. Et de manu. Erue a framea.

y. De ore leonis libera me Domine. Ei. Et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

TEMPORE RESURRECTIONIS : Dominicis et Ferialibus diebus.

Ana. Pax vobis, ego sum, alleluja : nolite timere, alleluia.

Capitulum. Rom. 6.

CHRISTUS resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.

ty. Resurrexit Dominus, * Alleluia, alleluia. Resurrexit. J. Sicut dixit vobis. Alleluia. Gloria. Resurrexit.

f. Surrexit Dominus vere, alleluia. Et apparuit Simoni, lduia.»

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio propria Dominicæ.

AD SEXTAM.

Hymnus.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem :

EXSTINGUE flammas litium
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum
Veramque pacem cordium.

PRÆSTA Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

DEFECIT in salutare tuum anima mea : * et in verbum tuum supersperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, * dicentes: Quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruina : * justificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui : * quando facies de persequentibus me judicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes : * sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas:* inique persecuti sunt me, adjuva me.

Paulo minus consummaverunt me in terra : * ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me : * et custodiam testimonia oris tui.

In æternum Domine, * verbum tuum permanet in cælo.

In generationem et generationem veritas tua : * fundasti terram, et permanet.

Ordinatione tua* perseverat dies : * quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: * tunc forte periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes tuas : * quia in ipsis vivificasti me.



Tuus sum ego, salvum me fac : * quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me exspectaverunt peccatores ut perderent me: * testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem : * latum mandatum tuum nimis.

QUOMODO dilexi legem tuam Domine? * tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo : * quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi : * quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi : * quia mandata tua quæsivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos : * ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, * super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi : * propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, * et lumen semitis meis.

Juravi, et statui * custodire judicia justitiæ tuæ.

Humiliatus sum usquequaque Domine : * vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine : * et judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper : * et legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi : * et de mandatis tuis non erravi.

Hereditate acquisivi testimonia tua in æternum : * quia exsultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, * propter retributionem.

INIQUOS odio habui : * et legem tuam dilexi.

Adjutor, et susceptor meus es tu: * et in verbum tuum supersperavi.

Declinate a me maligni: * et scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, et vivam : * et non confundas me ab exspectatione mea.

Adjuva me, et salvus ero : * et meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis : * quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ : * ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : * a judiciis enim tuis timui.

Feci judicium et justitiam : * non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum : * non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum : * et in eloquium justitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam : * et justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego : * da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine : * dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua, * super aurum et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : * omnem viam iniquam odio habui.

A DOMINICA I. ADVENTUS AD VIGILIAM NATIVITATIS DOMINI :

T Dominicis diebus.

Antiphona propria, scilicet iij. Laudum.

Capitulum. Jer. 23.

IN diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter : et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

R. Ostende nobis Domine - ^-Misericordiam tuam. Ostende. )ir. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam tuam. Gloria. Ostende.

X". Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. ^.Visita nos in salutari tuo.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio propria.

T Ferialibus diebus.

Ana. Tuam Domine excita potentiam, et veni ad salvandum nos.

Capitulum,!^., f. ut Dominicis diebus. Dicto f. Memento nostri., subditur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oratio Dominicæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

T Dominicis diebus.

Ana. Gloria laudis resonet in ore omnium Patri genitæque Proli : Spiritui sancto pariter resultet laude perenni.

Capitulum. 2. Cor. 13.

GRATIA Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis. Amen. ^z. Deo gratias.

Rz. In æternum Domine,* Permanet verbum tuum. In æternum. I. In cælo, et in sæculum sæculi veritas tua. Permanet. Gloria. In æternum.

X- Dominus regit me, et nihil mihi deerit. Rz. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio propria.

T Ferialibus diebus.

Ana. Adjuva me, et salvus ero Domine.

Capitulum. Gai. 6.

ALTER alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

Benedicam Dominum * In omni tempore. Benedicam. f. Semper laus ejus in ore meo. In omni. Gloria. Benedicam.

)T. Dominus regit me, et nihil mihi deerit, ty. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Dominicæ.

A SEPTUAGESIMA AD CINERES:

Ferialibus diebus.

Antiphona, Capitulum, ,f., Preces, ut Ferialibus diebus post Octavam Epiphaniæ; Oratio Dominicæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM I.QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Ferialibus diebus.

Ana. Commendemus nosmet ipsos in multa patientia, in



jejuniis multis, per arma justitiæ.

Capitulum. Isa. 55.

DERELINQUAT impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur ejus : et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

Responsorium et Versiculus Dominicæ.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE AD CENAM DOMINI :

Ferialibus diebus.

Ana. Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi.

Capitulum. Isa. 50.

FACIEM meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me : Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus.

E}. De ore leonis libera me Domine : *Et a cornibus unicornium humilitatem meam. f. Erue a framea Deus animam meam : et de manu canis unicam meam. Et a cornibus. De ore.

f. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. 1^. Et cum viris sanguinum vitam meam.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

TEMPORE RESURRECTIONIS : Dominicis et Ferialibus diebus.

Ana. Ecce ego vobiscum sum, alleluia, omnibus diebus, alleluia.

Capitulum. Coloss. 3.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite; ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Surrexit Dominus vere, * Alleluia, alleluia. Surrexit. f. Et apparuit Simoni. Alleluia. Gloria. Surrexit.

f. Surrexit Dominus de sepulcro, allecia. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio propria Dominicæ.

AD NONAM.

Hymnus.

RERUM Deus tenax vigor, Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans :

LARGIRE clarum vespere,
Quo vita nusquam decidat :
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

PRÆSTA Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

MIRABILIA testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: * et intellectum dat parvulis.

Os meum aperui, et attraxi spiritum : * quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, et miserere mei, * secundum judicium di ligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secun dum eloquium tuum : * et non dominetur mei omnis in justitia.

Redime me a calumniis ho minum : * ut custodiam man data tua.

Faciem tuam illumina super servum tuum : * et doce me justificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : * quia non custo dierunt legem tuam.

Justus es Domine: * et rectum judicium tuum.

Mandasti justitiam testimonia tua :* et veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus : * quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehe menter : * et servus tuus dile xit illud.

Adolescentulus sum ego, et contemptus : * justificationes tuas non sum oblitus.

Justitia tua, justitia in æter num : * et lex tua veritas.

Tribulatio, et angustia invene runt me : * mandata tua me ditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in æternum : * intellectum da mihi, et vivam.

CLAMAVI in toto corde meo, exaudi me Domine : * ju stificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac : * ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, et cla mavi : * quia in verba tua supersperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo : * ut meditarer eio quia tua.

Vocem ineam audi secundum misericordiam tuam Domi ne : * et secundum judicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt perse quentes me iniquitati : * a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Domine : * et omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis : * quia in æternum fun dasti ea.

Vide humilitatem meam, et eripe me : * quia legem tuam non sum oblitus.

Judica judicium meum, et redime me : * propter elo quium tuum vivifica me.

Longe a peccatoribus salus : * quia justificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Do mine : * secundum judicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me, et tribulant me : * a testimo niis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, et tabe scebam : * quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine : * in misericor dia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum, veritas : * in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

PRINCIPES persecuti sunt me gratis : * et a verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua : * sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, et abominatus sum :* legem autem tuam dilexi.



Septies in die laudem dixi ti bi, * super judicia justitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam : * et non est illis scan dalum.

Exspectabam salutare tuum Domine : * et mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testi monia tua : * et dilexit ea ve hementer.

Servavi mandata tua, et te stimonia tua : * quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domi ne : * juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in con spectu tuo : * secundum elo quium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hym num, * cum docueris me justi ficationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea elo quium tuum : * quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me : * quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Do mine : * et lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea, et laudabit te : * et judicia tua adjuva bunt me.

Erravi, sicut ovis, quæ periit: * quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

A DOMINICA I. ADVENTUS AD VIGILIAM NATIVITATIS DOMINI :

T Dominicis diebus.

Antiphona propria, scilicet v. Laudum.

Capitulum. Isa. 2.

ERIT in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.

Super te Jerusalem* Orie tur Dominus. Super te. f. Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria. Super te.

f. Domine Deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Dominus vobiscum. Oremus.

Oratio propria.

T Ferialibus diebus.

Ana. In tuo adventu erue nos Domine.

Capitulum, I??., J. ut Domi nicis diebus. Dicto f. Domine Deus virtutum., subditur : Ky rie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Dominicæ.

I In omni Sabbato et in Vigi lia cuiuslibet festi novem Le ctionum, post f. Domine Deus virtutum., omisso Kyrie elei son, et Pater noster., statim di citur Dominus vobiscum, cum Oratione.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

I Dominicis diebus.

Antiphona. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in sæcula.

Capitulum. I. Joan. 5.

TRES sunt, qui testimonium dant in cœlo : Pater, Ver bum, et Spiritus sanctus : et hi tres unum sunt.

Clamavi in toto corde, * Exaudi me Domine. Clamavi. y. Justificationes tuas requiram. Exaudi me. Gloria. Clamavi.

f. Ab occultis meis munda me Domine. Et ab alienis parce servo tuo.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio propria.

T Ferialibus diebus.

Ana. Aspice in me Domine, et miserere mei.

Capitulum. I. Cor. 6.

EMPTI enim estis pretio magno : glorificate, et portate Deum in corpore vestro.

Redime me Domine, * Et miserere mei. Redime me.

f. Pes enim meus stetit in via recta : in ecclesiis benedicam te Domine. Et miserere mei. Gloria, Redime me.

y. Ab occultis meis munda me Domine, l^z. Et ab alienis parce servo tuo.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus.. Oratio Dominicæ.

In omni Sabbato et in Vigilia cujuslibet festi novem Lectionum, post y. Ab occultis., omisso Kyrie eleison, et Pater noster., statim dicitur Dominus vobiscum, cum Oratione.

A SEPTUAGESIMA AD CINERES:

Ferialibus diebus.

Antiphona, Capitulum, ,f., Preces, ut Ferialibus diebus post Octavam Epiphaniæ; Oratio Dominicæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM I.QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Ferialibus diebus.

Ana. Per arma justitiæ virtutis Dei, commendemus nosmet ipsos in multa patientia.

Capitulum. Isa. 58.

FRANGE esurienti panem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam : cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris, ait Dominus omnipotens.

Responsorium et Versiculus Dominicæ.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

A FERIA SECUNDA POST DOMINICAM IN PASSIONE AD CENAM DOMINI :

Ferialibus diebus.

Afia. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ?

Capitulum. Jer. 17.

CONFUNDANTUR qui me persequuntur, et non confundar ego : paveant illi, et non paveam ego : induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos, Domine Deus noster.

Rz. Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum :* Lætabor ego super eloquia tua. f. Qua si qui invenit spolia multa. Lætabor ego. J^z. Principes.

f. Eripe me de inimicis meis Deus meus. R. Et ab insurgentibus in me libera me.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.



Et ne nos. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Feriæ.

TEMPORE RESURRECTIONIS :

Dominicis et Ferialibus diebus.

Ana. Noli flere Maria, alleluia: resurrexit Dominus, alleluia.

Capitulum. Coloss. 3.

CUM autem Christus apparuerit, vita vestra : tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Surrexit Dominus de sepulcro, * Alleluia, alleluia. Surrexit, y. Qui pro nobis pependit in ligno. Alleluia. Gloria. Surrexit.

y. Gavisi sunt discipuli, alleluia. Viso Domino, alleluia.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio propria Dominicæ.

FERIA SECUNDA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Venite, * Exsultemus Domino. Quo dicto, sequitur in Psalmo J. Jubilemus Deo salutari nostro, etc.

T Prædictum Invitatorium dicatur Feria secunda ad Matutinum, quando de Tempore agitur, ab Octava Epiphaniæ ad Feriam secundam post Dominicam quartam Quadragesimæ inclusive, et ab Octava Trinitatis ad Adventum exclusive.

Hymnus qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psalterio notatus fuerit.

IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et sequentes Antiphonæ super Psalmos in Nocturno dicantur quando de Feria secunda agitur ab Octava Epiphaniæ ad Feriam secundam Majoris hebdomadæ inclusive, et ab Octava Trinitatis ad Nativitatem Domini exclusive.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminantur per J^T. Gloria Patri.

Psalmus 26.

DOMINUS illuminatio mea, * et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptatem Domini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : * cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, * exquisivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:*nedeclinesiniraaser vo tuo.

Adjutor meus esto : * ne de relinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et ma ter mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in viatua :*etdirige mein se mitam rectam propter inimi cos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes ini qui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age: * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Psalmus 27.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas a me : * nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi Domine vocem de precationis meæ dum oro ad te : * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum pec catoribus : * et cum operan tibus iniquitatem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, * mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eo rum, * et secundum nequitiam adinventionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis : * redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, * et in opera manuum ejus destrues illos et non ædificabis eos.

Benedictus Dominus : * qU5_ niam exaudivit vocem depre cationis meæ.

Dominus adjutor meus, et protector meus : * in ipso speravit cor meum, et adjutus sum.

Et refloruit caro mea : * et ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suæ : * et protector salvatio num Christi sui est.

Salvum fac populum tuum Domine, ? et benedic heredita ti tuæ : * et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

Antiphona. Dominus defen sor vitæ meæ.

Psalmus 28.

AFFERTE **Domino filii** Dei: * afferte Domino filios arie tum :

Afferte Domino gloriam et honorem, ? afferte Domino gloriam nomini ejus : * ad orate Dominum in atrio san cto ejus.

Vox Domini super aquas, K Deus majestatis intonuit : * Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute : * vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros : * et confringet Domi nus cedros Libani :

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani : * et dilectus quemadmodum filius unicor nium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis : ? vox Domini concutientis desertum : * et commovebit Dominus deser tum Cades.



Vox Domini præparantis cervos, ? et revelabit conden sa : * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: * et sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit : * Dominus benedi cet populo suo in pace.

Psalmus 29.

EXALTABO te Domine quo niam suscepisti me : * nec delectasti inimicos meos super

Domine Deus meus clamavi ad te, * et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: * et confitemini memoriæ san ctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : * et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fle tus : * et ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundan tia mea : * Non movebor in æternum.

Domine in voluntate tua, * præstitisti decori meo virtu tem.

Avertisti faciem tuam a me, * et factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo : * et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, * dum descendo in cor ruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veri tatem tuam?

Audivit Dominus, et misertus est mei : * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi : * conscidi sti saccum meum, et circum dedisti me lætitia :

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar : * Domine Deus meus in æternum confi tebor tibi.

Ana. Adorate Dominum in i aula sancta ejus.

Psalmus 30.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum : * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protecto rem : ? et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu : * et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi : * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spi ritum meum : * redemisti me Domine Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates,* supervacue.

Ego autem in Domino spera vi : * exsultabo, et lætabor in I misericordia tua.

Quoniam respexisti humili tatem meam, * salvasti de ne cessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in mani bus inimici : * statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei Domine quo niam tribulor : * conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus :

Quoniam defecit in dolore vitamea :*etannimeiinge mitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea : * et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vi cinis meis valde : * et timor notis meis.

Qui videbant me, foras fuge runt a me : * oblivioni datus sum, tamquam mortuus a cor de.

Factus sum tamquam vas perditum : * quoniam audivi vituperationem multorum com morantium in circuitu :

In eo dum convenirent simul adversum me, * accipere ani mam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi Do-mine :* dixi:Deus meus es tu : in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimico rum meorum, * et a persequen tibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, ? salvum me fac in misericordia tua : * Domine non confundar, quoniam invo cavi te.

Erubescant impii, et dedu cantur in infernum : * muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur adversus ju stum iniquitatem, * in super bia, et in abusione.

Quam magna multitudo dul cedinis tuæ Domine, * quam abscondisti timentibus te!

Perfecisti eis, qui sperant in te, * in conspectu filiorum ho minum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ * a conturbatione hominum.

Pr6teges eos in tabernaculo tuo * a contradictione lingua rum.

Benedictus Dominus : * quo-niam mirificavit misericor diam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ : * Projectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem oratio nis meæ,*dumclamaremad te.

Diligite Dominum omnes sancti ejus :* quoniam verita tem requiret Dominus, et re tribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, * omnes qui spe ratis in Domino.

Psalmus 31.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates : * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputa vit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveterave runt ossa mea, * dum clama rem tota die.

Quoniam die ac nocte grava 1taestsuperme manus tua :* conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci : * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Domi no : * et tu remisisti impieta tem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportu no.

Verumtamen in diluvio aqua rum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tri bulare, quæ circumdedit me : * exsultatio mea erue me a circumdantibus me.



Intellectum tibi dabo, ? et instruam te in via hac, qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intel lectus.

In camo et freno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem "autem in Domino misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino et ex sultate justi, * et gloriamini omnes recti corde.

Ana. In tua justitia libera me Domine.

Psalmus 32.

EXSULTATE justi in Domino : * rectos decet collau datio.

Confitemini Domino in cithara : * in psalterio decem chor darum psallite illi.

Cantate ei canticum novum:* bene psallite ei in vociferatio ne.

Quia rectum est verbum Do mini, * et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et judi cium : * misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini cæli firmati sunt : * et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris : * ponens in the sauris abyssos.

Timeat Dominum omnis ter ra: * ab eo autem commovean tur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandavit, et crea ta sunt.

Dominus dissipat consilia gentium : * reprobat autem cogitationes populorum, et re probat consilia principum.

Consilium autem Domini in æternum manet : * cogitatio nes cordis ejus in generatione et generationem.

Beata gens, cujus est Domi nus Deus ejus: * populus, quem elegit in hereditatem sibi.

De cælo respexit Dominus : * vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo suo * respexit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit singillatim corda eorum : * qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem : * et gigas non sal vabitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem : * in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super me tuentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Ut eruat a morte animas eo rum :*etalateosinfame.

Anima nostra sustinet Domi num : * quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor no strum : * et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua Domi ne super nos : * quemadmo dum speravimus in te.

Psalmus 33.

BENEDICAM Dominum in omni tempore : * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea : * audiant mansueti, et lætentur.

Magnificate Dominum mecum : * et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, et exaudivit me : * et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, et illuminamini : * et facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum : * et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum : * et eripiet eos.

Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus : * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes sancti ejus : * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurierunt : * inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me : * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam:*diligitdies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo : * et labia tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo, et fac bonum : * inquire pacem, et persequere eam.

Oculi Domini super justos : * et aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala : * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos : * et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde : * et humiles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justorum : * et de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum : * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima : * et qui oderunt justum delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum : * et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ana. Rectos decet collaudatio.

Psalmus 34.

JUDICA Domine nocentes me, * expugna impugnantes me.

Apprehende arma et scutum : * et exsurge in adjutorium mihi.

Effunde frameam, et conclude adversus eos, qui persequuntur me : * dic animæ meæ : Salus tua ego sum.

Confundantur et revereantur, * quærentes animam meam.

Avertantur retrorsum, et confundantur * cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante faciem venti : * et Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebræ et lubricum : * et Angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui : * supervacue exprobraverunt animam meam.

Veniat illi laqueus, quem ignorat : ? et captio, quam abscondit, apprehendat eum: * et in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exsultabit



in Domino : * et delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent : * Domine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum ejus : * egenum et pauperem a diripientibus eum.

Surgentes testes iniqui, * quæ ignorabam interrogabant me.

"Retribuebant mihi mala pro bonis : * sterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi molesti essent, * induebar cilicio.

Humiliabam in jejunio animam meam : * et oratio mea in sinu meo convertetur.

Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam : * quasi lugens et contristatus sic humiliabar.

Et adversum me lætati sunt, et convenerunt : * congregata sunt super me flagella, et ignoravi.

Dissipati sunt, nec compuncti, ? tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: * frenduerunt super me dentibus suis.

Domine quando respicies? * restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna, * in populo gravi laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique : * qui oderunt me gratis et annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur :*etin iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilataverunt super me os suum : * dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti Domine, ne sileas : * Domine ne discedas a me.

Exsurge et intende judicio meo : * Deus meus, et Dominus meus in causam meam.

Judica me secundum justitiam tuam Domine Deus meus, * et non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis : Euge, euge, animæ nostræ : * nec dicant : Devoravimus eum.

Erubescant et revereantur simul, * qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reverentia * qui magna loquuntur super me.

Exsultent et lætentur qui volunt justitiam meam : * et dicant semper : Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, * tota die laudem tuam.

Psalmus 35.

DIXIT injustus ut delinquat in semetipso : * non est timor Dei ante oculos ejus.

Quoniam dolose egit in conspectu ejus : * ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.

I Verba oris ejus iniquitas, et dolus : * noluit intelligere ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo : ? astitit omni viæ non bonæ, * malitiam autem non odivit.

Domine in cælo misericordia tua : * et veritas tua usque ad nubes.

Justitia tua sicut montes Dei : * judicia tua abyssus multa.

Homines, et jumenta salvabis Domine : * quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.

Filii autem hominum, * in tegmine alarum tuarum spe rabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ : * et torrente volu ptatis tuæ potabis eos.

Quoniam apud te est fons vitæ : * et in lumine tuo vide bimus lumen.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, * et justitiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes super biæ : * et manus peccatoris non moveat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem : * expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Ana. Expugna impugnantes me.

Psalmus 36.

NOLI æmulari in malignan tibus : * neque zelaveris facientes iniquitatem.

Quoniam tamquam fœnum velociter arescent: * et quem admodum olera herbarum cito decident.

Spera in Domino, et fac bo nitatem : * et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus.

Delectare in Domino : * et dabit tibi petitiones cordis tui.

Revela Domino viam tuam, et spera in eo : * et ipse faciet.

Et educet quasi lumen justi tiam tuam : * et judicium tuum tamquam meridiem : * subditus esto Domino, et ora eum.

Noli æmulari in eo, qui pro speratur in via sua : * in ho mine faciente injustitias.

Desine ab ira, et derelinque furorem : * noli æmulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur : * sustinen tes autem Dominum, ipsi here ditabunt terram.

Et adhuc pusillum, et non erit peccator : * et quæres locum ejus, et non invenies.

Mansueti autem hereditabunt terram, * et delectabuntur in multitudine pacis.

Observabit peccator justum:* et stridebit super eum dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum : * quoniam prospicit quod veniet dies ejus.

Gladium evaginaverunt pec catores : * intenderunt arcum suum,

Ut dejiciant pauperem et inopem : * ut trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in cor da ipsorum : * et arcus eorum confringatur.

Melius est modicum justo, * super divitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccato rum conterentur : * confirmat autem justos Dominus.

Novit Dominus dies imma culatorum : * et hereditas eo rum in æternum erit.

Non confundentur in tempo re malo, ? et in diebus famis saturabuntur : * quia peccato res peribunt.

Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint et exalta ti : * deficientes, quemadmo dum fumus deficient.

Mutuabitur peccator, et non solvet : * justus autem misere tur et tribuet.



Quia benedicentes ei heredi tabunt terram : * maledicen tes autem ei disperibunt.

Apud Dominum gressus ho minis dirigentur : * et viam ejus volet.

Cum ceciderit, non collide tur : * quia Dominus supponit manum suam.

Junior fui, etenim senui : * et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens pa nem.

Tota die miseretur et com modat : * et semen illius in benedictione erit.

Declina a malo, et fac bo num : * et inhabita in sæculum sæculi.

Quia Dominus amat judi cium, ? et non derelinquet san ctos suos : * in æternum con servabuntur.

Injusti punientur :* et semen impiorum peribit.

Justi autem hereditabunt ter ram : * et inhabitabunt in sæ culum sæculi super eam.

Os justi meditabitur sapien tiam, * et lingua ejus loquetur judicium.

Lex Dei ejus in corde ipsius: * et non supplantabuntur gres sus ejus.

Considerat peccator justum :* et quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelin quet eum in manibus ejus : * nec damnabit eum cum judica bitur illi.

Exspecta Dominum, et cu stodi viam ejus : ? et exaltabit te ut hereditate capias ter ram : * cum perierint peccato res videbis.

Vidi impium superexalta tum, * et elevatum sicut cedros Libani.

Et transivi, et ecce non erat:* et quæsivi eum, et non est in ventus locus ejus.

Custodi innocentiam, et vide æquitatem : * quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

Injusti autem disperibunt si mul : * reliquiæ impiorum in teribunt.

Salus autem justorum a Do mino : * et protector eorum in tempore tribulationis.

Et adjuvabit eos Dominus, et liberabit eos : * et eruet eos a peccatoribus, * et salvabit eos : quia speraverunt in eo.

Psalmus 37.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facieiræ tuæ :* non estpax ossibus meis a facie peccato rum meorum.

Quoniam iniquitates meæ su pergressæ sunt caput meum: * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, * a facie insi pientiæ meæ.

Miser factus sum, et curva tus sum usque in finem :*tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : * et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis : * rugiebam a ge mitu cordis mei.

Domine, ante te omne desi derium meum : * et gemitus meus a te non est abscon ditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

I Amici mei, et proximi mei * adversum me appropinquave runt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de lon ge steterunt : * et vim facie bant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : * et do los tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mu tus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te»Domine spera vi : * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando super gaudeant mihi inimici mei : * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella pa ratus sum : * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me : * et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bo nis, detrahebant mihi : * quo niam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus : * ne discesseris a me.

Intendeinadjutoriummeum,* Domine Deus salutis meæ.

Ana. Revela Domino viam tuam.

IN ADVENTU :

y. Ex Sion species decoris ejus. fy Deus noster manifeste veniet.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

y. Domine in cælo misericor dia tua. ty. Et veritas tua usque ad nubes.

IN QUADRAGESIMA :

f. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. Et refugium meum, Deus meus.

TEMPORE PASSIONIS :

y. Erue a framea Deus ani mam meam. ty. Et de manu canis unicam meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ante Laudes f. Fiat miseri cordia tua Domine super nos. I^7. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes f. In manibus portabunt te. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

TEMPORE PASSIONIS :

Ante Laudes f. Intende ani mæ meæ, etlibera eam.^.Pro pter inimicos meos eripe me.



AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Can ticum Confitebor, dicantur in Feriis secundis, quando de Feria agitur extra Tempus Paschale.

T Antiphonæ vero dicantur, quando in Feriis secundis de Feria agitur, ab Octava Epi phaniæ ad Feriam secundam post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trini tatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antiphonæ Lau- dum notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * se cundum magnam miseri cordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquita te mea :* et apeccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et pecca tum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta, et occulta sapien tiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mun dabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pec catis meis : * et omnes iniqui tates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum in nova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * et spiritu principali con firma me.

Docebo iniquos vias tuas et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies : * etos meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacri ficium, dedissem utique : * holocaustis non delectabe ris.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus : * cor contritum, et humiliatum Deus non despi cies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædifi centur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocau sta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Antiphona. Miserere mei Deus.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige clamo rem meum.

Intende voci orationis meæ, * rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Do mine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo : * quoniam non Deus volens ini quitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operan tur iniquitatem : * perdes omnes qui loquuntur menda cium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus : *ego autem in multitudine miseri cordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, ? linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, £ secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui spe rant in te, * in æternum exsultabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ vo luntatis tuæ * coronasti nos.

Ana. Intellige clamorem meum Domine.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : £ sic in sancto appa rui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea:* et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea : * et labiis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra tum meum, ? in matutinis me ditabor in te : * quia fuisti ad jutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, £ adhæsit ani ma mea postte :*me susce pit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, ? introi bunt in inferiora terræ : * tra dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, ? laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illumi net vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi De us : * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exsultent gen tes : £ quoniam judicas popu los in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi De us : ? confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus no ster, ? benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ.

Ana. Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Canticum Isaiæ. Isa. 12.

CONFITEBOR tibi, Domine, quoniam iratus es mihi : * conversus est furor tuus, et consolatus es me.

Ecce Deus salvator meus, * fiducialiter agam, et non time bo:

Quia fortitudo mea, et laus mea Dominus, * et factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris : * et di cetis in illa die : Confitemini Domino, et invocate nomen ejus :

Notas facite in populis adin ventiones ejus : * mementote quoniam excelsum est nomen ejus.

Cantate Domino quoniam magnifice fecit : * annuntiate hoc in universa terra.

Exsulta, et lauda habitatio Sion : * quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Ana. Conversus est furor tuus Domine, et consolatus es me.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cælis : * laudate eum in ex celsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.



Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum :* et aquæ omnes, quæ super cæ los sunt, laudent nomen Do mini.

Quiaipse dixit, et facta sunt :* ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes popu li : * principes, et omnes judi ces terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo ap propinquanti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ec clesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in cho ro : * in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Domi no in populo suo : * et exalta bit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in glo ria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in • compedibus :*et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 150.

T AUDATE Dominum in san X-/ ctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chor dis, et organo.

Laudate eum in cymbalis be nesonantibus : K laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Domi num.

Gloria Patri... Sicut erat...

Ana. Laudate Dominum de cælis.

IN ADVENTU :

Capitulum Ecce dies veniunt., Hymnus Vox clara, et f. Vox clamantis., pag.20.

Ad Benedictus Antiphona propria.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

| Capitulum. R0m. 13.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjicia mus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

Hymnus. Ecce jam noctis pag. 21.

In matutinis Domine me ditabor in te. Quia fuisti adjutor meus.

Ad Benedictus Ana. Benedi ctus Dominus Deus Israel.

A SEPTUAGESIMA AD CINERES:

Omnia ut post Octavam Epi phaniæ, præter Antiphonas ad Benedictus, quæ suis locis po nuntur per hebdomadam di cendæ.

A DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ
AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Capitulum. Joel. 2.

CONVERTIMINI ad me in to to corde vestro in jejunio, et fletu, et planctu : et scindite corda vestra, et non vestimen ta vestra, ait Dominus omni potens.

Hymnus Jam Christe sol justi tiæ. et f. Scuto circumdabit te., pag. 21.

Ad Benedictus Antiphona propria.

A DOMINICA IN PASSIONE AD
CENAM DOMINI :

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Lustris sex. et y. Eripe me de inimicis meis., pag. 21.

Ad Benedictus Antiphona propria.



MODUS DICENDI PRECES
IN LAUDIBUS :

Cum de Feria agitur fiuntque prostrationes, præterquam in Parasceve et Sabbato sancto, post Antiphonam ad Benedi ctus, dicuntur Preces hoc modo:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos.

Responso Sed libera nos a malo., immediate additur Do minus vobiscum. Oremus, et Oratio pro Tempore dicenda.

Finita Oratione, seu finitis Orationibus (si plures dicendæ occurrerint), dictoque iterum Dominus vobiscum, ac deinde Benedicamus Domino. 1$. Deo gratias., terminantur Laudes ut notatur post Vesperas Sab bati, nisi consequenter dicendus fuerit f. Pretiosa.

AB OCTAVA PASCHÆ
AD ASCENSIONEM :

Diebus Ferialibus, Psalmus Dominus regnavit, et ceteri di cuntur ad Laudes sicut in Do minicis, pag. 17.

Super Psalmos Ana. Alleluia, alleluia.

Capitulum Christus resurgens., Hymnus Sermone blando. f. Gavisi sunt., pag. 22.

I Ad Benedictus (exceptis Feriis Rogationum) Antiphona quæ proprio loco per hebdomadam dicenda notatur. Omittuntur Preces et Prostrationes.

Ad Memoriam de Cruce (quæ quotidie usque ad Vigiliam Ascensionis exclusive facienda est) Antiphona Crucifixus., y. Dicite., Oratio Deus, qui pro nobis., pag. 23.

Post ultimam Orationem, di cto Dominus vobiscum., sequi tur : Benedicamus Domino, alleluia. ^Z. Deo gratias, al lecia.

FERIA TERTIA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Jubilemus Deo * Salutari nostro.

* Prædictum Invitatorium ' dicatur Feria tertia ad Matuti num, quando de Tempore agi tur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam tertiam post Dominicam quartam Quadra gesimæ inclusive, et ab Octa va Trinitatis usque ad Adven tum exclusive.

Hymnus, qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psalterio notatus fuerit.

IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et se quentes Antiphonæ super Psal mos in Nocturno dicantur, quando de Feria tertia agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam tertiam Majoris hebdomadæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Nativitatem Domini.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminantur per f. Gloria Patri.

Psalmus 38.

DIXI: Custodiam vias meas: * ut non delinquam in lin gua mea.

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator ad versum me.

Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis : * et domi nicus renovatus est.

Concaluit cor meum intra me : * et in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea:* Notum fac mihi Domine finem meum,

Et numerum dierum meorum quis est : * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos:*et substantia mea tamquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vani tas, * omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine per transit homo : * sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat : * et ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est exspectatio mea? nonne Dominus? * et substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me : * opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti : * amove a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus : * propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut ara neam animam ejus : * verum tamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam Domine, et deprecationem meam : * auribus percipe la crimas meas.

Ne sileas : quoniam advena ego sum apud te, et peregri nus, * sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam,* et amplius non ero.

Psalmus 39.

EXSPECTANS exspectavi Do minum, * et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : * et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fæcis.

Et statuit super petram pedes meos : * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canti cum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et time bunt:* et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : * et non respexit in vanitates et insa nias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : * et cogi tationibus tuis non est qui si milis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum:* multiplicati sunt super nume rum.

Sacrificium et oblationem noluisti : * aures autem perfe cisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti : * tunc dixi : Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo : Domine tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam * a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe



facias miserationes tuas a me:* misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est nume rus : * comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super ca pillos capitis mei : * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me :* Domine, ad adju vandum me respice.

Confundantur et revereantur simul, qui quærunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur * qui volunt mi hi mala.

Ferant confestim confusio nem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsultent et lætentur super te omnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salu tare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper : * Dominus sollici tus est mei.

Adjutor meus, et protector tius tu es : * Deus meus ne tardaveris.

Ana. Ut non delinquam in lingua mea.

Psalmus 40.

BEATUS qui intelligit super egenum, et pauperem: * in die mala liberabit eum Do minus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, £ et beatum fa ciat eum in terra : * et non tra dat eum in animam inimico rum ejus.

Dominus opem ferat illi su per lectum doloris ejus : * uni versum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Domine miserere mei : * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : * Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et lo quebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei : * adver sum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constitue runt adversum me: * Numquid qui dormit non adjiciet ut re surgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi : * qui edebat pa nes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me : * et re tribuam eis.

In hoc cognovi quoniam vo luisti me quoniam non gau debit inimicus meus super me.

Me autem propter innocen tiam suscepisti :*et confirma sti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum : * fiat, fiat.

Psalmus 41.

QUEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aqua rum : * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum : * quando ve niam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam : * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei:

In voce exsultationis, et confessionis : * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est : * propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, * et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Susceptor meus es,

Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo,dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei:

Dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus? Aquare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ana. Sana Domine animam meam : quia peccavi tibi.

Psalmus 43.

DEUS auribus nostris audivimus : * patres nostri annuntiaverunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum : * et in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdidit, et plantasti eos : * afflixisti populos, et expulisti eos :

Nec enim in gladio suo possederunt terram, * et brachium eorum non salvavit eos :

Sed dextera tua, et brachium tuum, et illuminatio vultus tui : * quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus et Deus meus : * qui mandas salutes Jacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, * et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo : * et gladius meus non salvabit me.

Salvasti enim nos de affligentibus nos : * et odientes nos confudisti.

In Deo laudabimur tota die: * et in nomine tuo confitebimur in sæculum.

Nunc autem repulisti et confudisti nos : * et non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros : * et qui oderunt nos, diripiebant sibi.

Dedisti nos tamquam oves escarum : * et in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine pretio :*et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris. * subsannationem



et derisum his, qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem gentibus : * commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me est, * et confusio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis, et obloquentis : * a facie inimici, et persequentis.

Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te : * et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum : * et declinasti semitas nostras a via tua :

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, * et cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri, * et si expandimus manus nostras ad deum alienum:

Nonne Deus requiret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die : * æstimati sumus sicut oves occisionis.

Exsurge, quare obdormis Domine? * exsurge, et ne repellas in finem.

Quare faciem tuam avertis, * oblivisceris inopiæ nostræ et tribulationis nostræ?

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra : * conglutinatus est in terra venter noster.

Exsurge Domine, adjuva nos : * et redime nos propter nomen tuum.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, ? diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere procede, et regna,

Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam : * et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circumdata varietate

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum patris tuis.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferen tur tibi.

Afferentur in lætitia et ex sultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt ti bi filii : * constitues eos prin cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene rationem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Eructavit cor meum ver bum bonum.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribu lationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra:* et trans ferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat ci vitatem Dei ^sanctificavit ta bernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, ? quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret et confringet arma: * et scuta comburet igni:

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Psalmus 46.

OMNES gentes plaudite ma nibus : * jubilate Deo in voce exsultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis : * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem suam : * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilo : * et Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite :* psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus : * psallite sapienter.

Regnabit Deus super gen tes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congre gati sunt cum Deo Abraham: * quoniam dii fortes terræ, ve hementer elevati sunt.

Ana. Adjutor in tribulationi bus.

Psalmus 47.

MAGNUS Dominus, et lauda bilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exsultatione uni versæ terræ mons Sion, * late ra aquilonis, civitas Regis ma gni.

Deus in domibus ejus cogno scetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : * convene runt in unum.



Ipsi videntes sic admirati I sunt, conturbati sunt, commoti sunt : * tremor apprehendit | eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, ? in civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericor diam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et ex sultent filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion, et comple ctimini eam : * narrate in tur ribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæcu lum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Psalmus 48.

AUDITE hæc omnes gentes :* auribus percipite omnes, qui habitatis orbem :

Quique terrigenæ, et filii ho minum : * simul in unum dives et pauper.

Os meum loquetur sapien tiam : * et meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam au rem meam : * aperiam in psal terio propositionem meam.

Cur timebo in die mala? * iniquitas calcanei mei circum dabit me :

Qui confidunt in virtute sua: * et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. I

Frater non redimit, ? redimet I homo : * non dabit Deo placa tionem suam.

Et pretium redemptionis ani mæ suæ : * et laborabit in æternum, et vivet adhuc in finem.

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes : * simul insipiens, et stultus per ibunt.

Et relinquent alienis divitias suas : * et sepulcra eorum do mus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in proge nie, et progenie : * vocaverunt nomina sua in terris suis.

Et homo, cum in honore es set, non intellexit : * compa ratus est jumentis insipienti bus, et similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis : * et postea in ore suo complacebunt.

Sicut oves in inferno positi sunt : * mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum justi in matutino : * et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu infe ri, * cum acceperit me.

Ne timueris cum dives factus fuerit homo : * et cum multipli cata fuerit gloria domus ejus.

Quoniam cum interierit, non sumet omnia : * neque descen det cum eo gloria ejus.

Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur : * confitebitur tibi cum benefeceris ei. f.

Introibit usque in progenies patrum suorum : * et usque in I æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, non intellexit : * comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

Ana. Auribus percipite, qui habitatis orbem.

Psalmus 49.

DEUS deorum * Dominus locutus est : et vocavit terram.

A solis ortu usque ad occasum :*ex Sion species decoris ejus.

Deus manifeste veniet : * Deus noster et non silebit

Ignis in conspectu ejus exardescet : * et in circuitu ejus tempestas valida.

Advocabitcælumdesursum :* et terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos ejus qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

Et annuntiabunt cæli justitiam ejus :* quoniam Deus judex est.

Audi populus meus, et loquar : ? Israel, et testificabor tibi : * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te : * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos : * neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, ^jumenta in montibus et boves.

Cognovi omnia volatilia cæli : * et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi :* meus est enim orbis terræ, et plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum? * aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis : * et redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis : * eruam te, et honorificabis me.

Peccatori autem dixit Deus: * Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam :* et projecisti sermones meos retrorsum :

Si videbas furem, currebas cum eo : * et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundavit malitia : * etlinguatua concinnabatdolos.

Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, £ et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum : * hæc fecisti, et tacui.

Existimasti inique quod ero tui similis : * arguam te, et statuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc qui obliviscimini Deum : * nequando rapiat, et non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorificabit me : * et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

Psalmum 51.

QUID gloriaris in malitia, * qui potens es in iniquitate?

Tota die injustitiam cogitavit lingua tua : * sicut novacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem :* iniquitatem magis quam loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba præcipitationis, * lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem, £ evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo :*et



radicem tuam de terra viventium.

Videbunt justi, et timebunt, ? et super eum ridebunt, et dicent : * Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum :

Sed speravit in multitudine divitiarum suarum : * et prævaluit in vanitate sua.

Ego autem, sicut oliva fructifera in domo Dei, * speravi in misericordia Dei in æternum : et in sæculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum quia fecisti : * et exspectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Ana. Deus detinuit Dominus locutus est.

IN ADVENTU :

f. Egredietur virga de radice lesse. Et flos de radice ejus ascendet.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

y. Immola Deo sacrificium laudis. 1^7. Et redde Altissimo vota tua.

IN QUADRAGESIMA :

f. Ipse liberavit me de laqueo venantium. Eta verbo aspero.

TEMPORE PASSIONIS :

^.De ore leonis libera me Domine. ty. Et a cornibus unicornium humilitatem meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes J. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. 1^7. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM I

Ante Laudes f. Fiat misericordia tua Domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes y. In manibus portabunt te.^?. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

TEMPORE PASSIONIS :

Ante Laudes f. Intende, animæ meæ, et libera eam. 11^7. Propter inimicos meos i eripe me.

AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Cantica cum Ego dixi. dicantur in Feriis tertiis quando de Feria agitur extra Tempus Paschale.

T Antiphonæ vero dicantur quando in Feriis tertiis de Feria agitur ab Octava Epiphaniæ ad Feriam tertiam post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antiphonæ Laudum notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea :* etapeccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justifice ris in sermonibus tuis, et vin cas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in pecca tis concapit me mater mea.

I Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta, et occulta sa pientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mun dabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pecca tis meis : * et omnes iniquita tes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum in nova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * et spiritu principali con firma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : * et os meum annuntiabit lau dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi cium, dedissem utique : * ho locaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus : * cor contritum, et humiliatum Deus non despi cies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædi ficentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocau sta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Ana. Secundum magnam mi sericordiam tuam, miserere mei Deus.

Psalmus 42.

JUDICA me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, * ab homine iniquo, et doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : * quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affli git me inimicus?

Emitte lucem tuam et verita tem tuam : * ipsa me deduxe runt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in taberna cula tua.

Et introibo ad altare Dei : * ad Deum, qui lætificat juven tutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus : * quare tristis es anima mea? et quare contur bas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vul tus mei, et Deus meus.

Ana. Salutare vultus mei, et Deus meus.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea,*quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : ? sic in san cto apparui tibi, * ut vide rem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo leva-1 bo manus meas.



Sicut adipe et pinguedine re pleatur anima mea :*et labiis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra tum meum, ? in matutinis meditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, ? adhæsit ani ma mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, ? introi bunt in inferiora terræ : * tra dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, ? laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illumi net vultum suum super nos, et misereatur nostri.

^cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus :* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exsultent gen tes : ? quoniam judicas popu los in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi De us : * confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus no ster, ? benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ

Ana." Ad te de luce vigilo Deus.

Canticum Ezechiæ. Isa. 38.

EGO dixi: In dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum. * Dixi : Non videbo Dominum Deum in terra vi ventium.

Non aspiciam hominem ul tra, * et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est; et convoluta est a me, * quasi ta bernaculum pastorum :

Præcisa est velut a texente vita mea : ? dum adhuc ordi rer, succidit me : * de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane, * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea :

De mane usque ad vesperam finies me : * sicut pullus hirun dinis sic clamabo, meditabor ut columba :

Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum :

Domine vini patior, ? respon de pro me. * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, ? cor ripies me, et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima :

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * proje cisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebi tur tibi, ? neque mors laudabit te : * non exspectabunt qui de scendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebi tur tibi, sicut et ego hodie :* pater filiis notam faciet verita tem tuam.

Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Ana. Cunctis diebus vitæ no stræ salvos nos fac Domine.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cælis : * laudate eum in ex celsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes vir tutes ejus.

Laudate eum sol, et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum : * et aquæ omnes, quæ super cæ los sunt, laudent nomen Do mini.

Quia ipse dixit, et facta sunt :* ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres penna tæ:

Reges terræ, et omnes popu li : * principes, et omnes judi ces terræ.

' Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram ; * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo ap propinquanti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ec clesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in cho ro : * in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Domi no in populo suo : * et exalta bit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in glo ria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in san ctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ :* laudate eum in psalterio, et cithara.



Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chor dis et organo.

Laudate eum in cymbalis be nesonantibus : ? laudate eum in cymbalis jubilationis dom nis spiritus laudet Dominum.

Ana. Omnes Angeli ejus lau date Dominum de cælis.

Capitulum, Hymnus ety. pro Temporum varietate ut no tantur Feria secunda ad Lau des in Psalterio pag. 60.

IN ADVENTU :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces feriales, ut pag. 61. et Oratio Dominicæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Benedictus Aha. Erexit Dominus nobis cornu salutis, in domo David pueri sui.

Preces ut pag. 61., Oratio Dominicæ.

A SEPTUAGESIMA AD CINERES :

Ad Benedictus Antiphona quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit; Preces, ut pag. 61. et Oratio Dominicæ.

IN QUADRAGESIMA
ET TEMPORE PASSIONIS :

Ad Benedictus Antiphona propria, Preces ut pag. 61. et Oratio propria.

Quæ hic notata non sunt fiant ut"Feria secunda in Psalterio notatum est.

FERIA QUARTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. In manu tua Domine * Omnes fines terræ.

T Prædictum Invitatorium dicatur Feria quarta ad Matu tinum, quando de Tempore agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam quartam postDominicam quartam Qua dragesimæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive.

Hymnus, qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psal terio notatus fuerit.

IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et se quentes Antiphonæ super Psalmos in Nocturno dicantur quando de Feria quarta agitur | ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam quartam Majoris hebdomadæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Nativitatem Domini.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminantur per f. Gloria Patri.

Psalmus 52.

DIXIT insipiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrupti sunt,et abominabiles facti sunt in iniquitatibus : * non est qui faciat bonum.

Deus de cælo prospexit super filios hominum : * ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt, £ simul inutiles facti sunt : * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui ope rantur iniquitatem, * qui de vorant plebem meam ut ci bum panis?

Deum non invocaverunt : * illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent : * confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? * cum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob, et lætabitur Israel.

Psalmus 54.

EXAUDI Deus orationem meam, ? et ne despexeris deprecationem meam ; * intende mihi, et exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea : * et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinaverunt in me iniquitates : * et in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me : * et formido mortis cecidit super me.

Timor et tremor venerunt super me : * et contexerunt me tenebræ :

Et dixi : K Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, * et volabo, et requiescam ?

Ecce elongavi fugiens : * et mansi in solitudine.

Exspectabam eum, qui salvum me fecit * a pusillanimitate spiritus, et tempestate.

Præcipita Domine, divide linguas eorum : * quoniam vidi iniquitatem, et contradictionem in civitate.

Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas : * et labor in medio ejus, et injustitia.

Et non defecit de plateis ejus * usura, et dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, * sustinuissem utique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset : * abscondissem me forsitan ab eo.

Tu vero homo unanimis * dux meus, et notus meus :

Qui simul mecum dulces capiebas cibos : * in domo Dei ambulavimus cum consensu.

Veniat mors super illos : * et descendant in infernum viventes :

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum : * in medio eorum.

Ego autem ad Deum clamavi : * et Dominus salvabit me.

Vespere, et mane, et meridie narrabo et annuntiabo : * et exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi : * quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet Deus, et humiliabit illos, * qui est ante sæcula.

Non enim est illis commutatio, v et non timuerunt Deum:* extendit manum suam in retribuendo.

Contaminaverunt testamentum ejus, X divisi sunt ab ira vultus ejus : * et appropinquavit cor illius.

Molliti sunt sermones ejus super oleum : * et ipsi sunt jacula.

Jacta super Dominum curam tuam, ? et ipse te enutriet : * non dabit in æternum fluctuationem justo.

Tu vero Deus deduces eos, * in puteum interitus.

Viri sanguinum, et dolosi non dimidiabunt dies suos : * ego autem sperabo in te Domine.

Ana. Avertit Dominus captivitatem plebis suæ.

Psalmus 55.

MISERERE mei Deus, quoniam conculcavit me homo : * tota die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die : * quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diei timebo : * ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi : * non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea exsecrabantur : * adversum me omnes cogitationes eorum, in malum.

Inhabitabunt et abscondent:* ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam meam, ? pro nihilo salvos facies illos : * in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi : * posuisti lacrimas meas in conspectu tuo,

Sicut et in promissione tua :* tunc convertentur inimici mei retrorsum :

In quacumque die invocavero te : * ecce cognovi quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, ? in Domino laudabo sermonem :* in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, * quæ reddam, laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu : * ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Psalmus 56.

MISERERE mei, Deus, miserere mei : * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, * donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum : * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cælo, et liberavit me : * dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, et veritatem suam, K et eripuit Animam meam de medio catulorum leonum : * dormivi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ : * et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos Deus: * et in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis : * et incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam : * et inciderunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : * cantabo, et psalmum dicam.

Exsurge gloria mea, X exsurge psalterium et cithara : * exsurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine : * et psalmum dicam tibi in gentibus :

Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua, * et usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos Deus: * et super omnem terram gloria tua.

Ana. Quoniam in te confidit anima mea.

Psalmus 57.

Si vere utique justitiam loquimini : * recta judicate filii hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini : * in terra injusti tias manus vestræ concinnant.

Alienati sunt peccatores a vulva, ? erraverunt ab utero: * locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitu dinem serpentis : * sicut aspi dis surdæ, et obturantis aures suas,

Quæ non exaudiet vocem in cantantium, * et venefici in cantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum : * molas leo num confringet Dominus.

Ad nihilum devenient tam quam aqua decurrens : * inten dit arcum suum donec infir mentur.

Sicut cera, quæ fluit, aufe rentur : * supercecidit ignis, et non viderunt solem.

Priusquam intelligerent spi næ vestræ rhamnum : * sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

Lætabitur justus cum viderit vindictam : * manus suas la vabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo : ? Si utique est fructus justo : * utique est Deus judicans eos in terra.

Psalmus 58.

ERIPE me de inimicis meis Deus meus : * et ab insur gentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus ini quitatem : * et de viris san guinum salva me.

Quia ecce ceperunt animam meam : * irruerunt in me for tes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine : * sine iniquitate cucurri, et di rexi.

Exsurge in occursum meum et vide : * et tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,

Intende ad visitandas omnes gentes : * non misereatis om nibus, qui operantur iniquita tem.

Convertentur ad vesperam:? et famem patientur ut canes, * et circuibunt civitatem.

Ecce loquentur in ore suo, fc et gladius in labiis eorum : * quoniam quis audivit?

Et tu Domine deridebis eos:* ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, ? quia Deus susce ptor meus es : * Deus meus mi sericordia ejus præveniet me.

Deus ostendet mihi super ini micos meos, ne occidas eos :* nequando obliviscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua:* et depone eos protector meus Domine :

Delictum oris eorum, sermo nem labiorum ipsorum : * et comprehendantur in superbia sua.

Et de exsecratione et menda cio annuntiabuntur in con summatione : * in ira consum mationis, et non erunt.

Et scient quia Deus domi nabitur Jacob : * et finium terræ.

Convertentur ad vesperam, ? et famem patientur ut canes: * et circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad mandu candum : * si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudi nem tuam : * et exsultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor



meus, * et refugium meum, in die tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psallam, ? quia Deus susceptor meus es: * Deus meus misericordia mea.

Ana. Justa judicate filii homi num.

Psalmus 59.

DEUS, repulisti nos, et de struxisti nos : iratus es, et misertus es nobis.

Commovisti terram, et con turbasti eam : * sana contri tiones ejus, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura :* potasti nos vino compunctio nis.

Dedisti metuentibus te signi ficationem :*utfugiantafa cie arcus :

Ut liberentur dilecti tui : * salvum fac dextera tua, et exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo : * Lætabor, et partibor Sichimam : et convallem taber naculorum metibor.

Meus est Galaad, et meus est Manasses : * et Ephraim for titudo capitis mei.

Juda rex meus : * Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam cal ceamentum meum : * mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? * quis deducet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos : * et non egredieris Deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribu latione : * quia vana salus ho minis.

In Deo faciemus virtutem : * et ipse ad nihilum deducet tri bulantes nos.

Psalmus 60.

EXAUDI Deus deprecationem meam : * intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clama vi : * dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea : * turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula : * protegar in vela mento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exau disti orationem meam : * de disti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adji cies : * annos ejus usque in diem generationis et genera tionis.

Permanet in æternum in con spectu Dei : * misericordiam et veritatem ejus quis re quiret?

Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi : * ut reddam vota mea de die in diem.

Ana. Da nobis Domine auxi lium de tribulatione.

Psalmus 61.

NONNE Deo subjecta erit anima mea? * ab ipso enim salutare meum.

Nam et ipse Deus meus, et salutaris meus : * susceptor meus, non movebor amplius.

Quousque irruitis in homi nem? S interficitis universi vos : * tamquam parieti incli nato et maceriæ depulsæ ?

Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, ? cu curri in siti : * ore suo benedi cebant, et corde suo maledice bant.

Verumtamen Deo subjecta esto anima mea : * quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, et sal vator meus : * adjutor meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum, et gloria mea: * Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est.

Sperate in eo omnis congre gatio populi, ? effundite coram illo corda vestra : * Deus adju tor noster in æternum.

Verumtamen vani filii homi num, ? mendaces filii homi num in stateris : * ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, ? et rapinas nolite concupisce re : * divitiæ si affluant, noli te cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, ? quia potestas Dei est, et tibi Domine mise ricordia : * quia tu reddes uni cuique juxta opera sua.

Psalmus 63.

EXAUDI Deus orationem meam cum deprecor : * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu ma lignantium, *a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas : ? intenderunt arcum rem amaram, *ut sagit tent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, et non timebunt : * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis vi debit eos?

Scrutati sunt iniquitates : * defecerunt scrutantes scruti nio.

Accedet homo ad cor altum:* et exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum : * et infir matæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos : * et timuit om nis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei : * et facta ejus intellexe runt.

Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, * et lauda buntur omnes recti corde.

Ana. A timore inimici eripe Domine animam meam.

Psalmus 65.

JUBILATE Deo omnis terra, ? psalmum dicite nomini ejus : date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo : quam terribilia sunt opera tua Domine! * in multitudine virtutis tuæ men tientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi : * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei :* terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare -in ari dam, ? in flumine pertrans ibunt pede :* ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, v oculi ejus super gentes respiciunt : * qui ex asperant non exaltentur in se metipsis.

Benedicite gentes Deum no strum : * et auditam facite vo cem laudis ejus,

Qui posuit animam meam ad vitam : * et non dedit in com motionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus :*



igne nos examinasti, sicut exa-1 minatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, ? posuisti tribulationes in dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam : * et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offe ram tibi cum incenso arie-' tum : * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clama vi, * et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus,* et attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Psalmus 67.

EXSURGAT Deus, et dissipen tur inimici ejus : * et fu giant qui oderunt eum, a facie ejus.

Sicut deficit fumus, defi ciant : * sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei

Et justi' epulentur, et exsul tent in conspectu Dei : * et de lectentur in lætitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: ? iter facite ei, qui ascendit super occasum : * Do minus nomen illi.

Exsultate in conspectu ejus, * turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum, et judicis vidua rum.

Deus in loco sancto suo : "x" Deus qui inhabitare facit unius moris in domo :

Qui educit vinctos in fortitu dine, * similiter eos, qui ex asperant, qui habitant in se pulcris.

Deus cum egredereris in con I spectu populi tui, * cum per transires in deserto :

Terra mota est, etenim cæli distillaverunt a facie Dei Si nai, * a facie Dei Israel.

Pluviam voluntariam segre gabis Deus hereditati tuæ : et infirmata est, * tu vero perfe cisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea : * parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum evan gelizantibus, * virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: * et speciei domus dividere spo lia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ dear gentatæ, * et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pin guis : * ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : * et enim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium : *

Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, ? cepisti captivitatem : * accepisti dona in hominibus :

Etenim non credentes, * in habitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendi : * et Domini, Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : * verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus : Ex Basan convertam, * convertam in profundum maris :

Ut intingatur pes tuus in sanguine : * lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, * ingressus Dei mei : regis mei qui est in sancto.

Prævenerunt principes conjuncti psallentibus, * in medio juvencularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israel.

Ibi Benjamin adolescentulus, * in mentis excessu.

PrincipesJuda,duceseorum :* principes Zabulon, principes Neptali.

Manda Deus virtuti tuæ : * confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem, * tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, * congregatio taurorum in vaccis populorum : * ut excludant eos, qui probati sunt argento

Dissipa gentes, quæ bella volunt : ? venient legati ex Ægypto : * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantate Deo psallite Domino :

Psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli, * ad orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, ? date gloriam Deo super Israel, * magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, ? Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ, * benedictus Deus.

Ana. In ecclesiis benedicite Domino.

IN ADVENTU :

y. Egredietur Dominus de loco sancto suo. ty. Veniet, ut salvet populum suum.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

V. Deus vitam meam annuntiavi tibi. 1$. Posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.

IN QUADRAGESIMA :

y. Scapulis suis obumbrabit tibi. 1^7. Et sub pennis ejus sperabis.

TEMPORE PASSIONIS :

T. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. R?. Et cum viris sanguinum vitam meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.



AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ante Laudes y. Fiat misericordia tua Domine super nos. I^7. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes y. In manibus portabunt te. Ri. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

TEMPORE PASSIONIS :

Ante Laudes f. Intende animæ meæ, et libera eam. Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Canticum Exsultavit cor meum. dicantur in Feriis quartis quando de Feria agitur extra Tempus Paschale.

T Antiphonæ vero dicantur quando in Feriis quartis de Feria agitur ab Octava Epiphaniæ ad Feriam quartam post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antiphonæ Laudum notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea :*etapeccatomeo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum, et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædifi centur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocau sta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Ana. Amplius lava me Domi ne ab injustitia mea.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam : * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævalue runt super nos : * et impieta tibus nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et as sumpsisti : * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia : * qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et time bunt qui habitant terminos a signis tuis : * exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam : * multiplicasti locuple tare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum •* quoniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multipli ca genimina ejus : * in stil licidiis ejus lætabitur germi nans.

Benedices coronæ anni beni gnitatis tuæ : * et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deser ti : * et exsultatione colles ac cingentur.

Induti sunt arietes ovium fc et valles abundabunt frumen to : * clamabunt, etenim hy mnum dicent.

Ana. Te decet hymnus Deus in Sion.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : * sic in sancto apparui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine re pleatur anima mea : * et la biis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra tum meum, ? in matutinis me ditabor in te : * quia fuisti ad jutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, * adhæsit ani ma mea postte :*me susce pit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, ? intro ibunt in inferiora terræ : * tra dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, ? laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illumi net vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra i viam tuam : * in omnibus gen tibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi i Deus : * confiteantur tibi po puli omnes.

Lætentur et exsultent gen tes : ? quoniam judicas popu los in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: ? confiteantur tibi popu li omnes : * terra dedit'fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, ? benedicat nos Deus: * et metuant eum omnes fines terræ.

Ana. Labia mea laudabunt te in vita mea, Deus meus.

Canticum Annæ. i.Reg. 2.

EXSULTAVIT cor meum in Domino, * et exaltatum est cornu meum in Deo meo :

Dilatatum est os meum super inimicos meos : * quia lætata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est Do minus : X neque enim est alius extra te, * et non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sub limia, * gloriantes :

Recedant vetera de ore ve stro : K quia Deus scientiarum, Dominus est, * et ipsi præpa rantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est, * et infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locaverunt : * et famelici sa turati sunt,

Donec sterilis peperit pluri mos : * et quæ multos habe bat filios, infirmata est.

Dominus mortificat et vivifi cat, * deducit ad inferos et re ducit.

Dominus pauperem facit et ditat, * humiliat et sublevat.

Suscitat de pulvere egenum,* et de stercore elevat paupe rem :

Ut sedeat cum principibus, * et solium gloriæ teneat.

Domini enim sunt cardines terræ, * et posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum ser vabit, ? et impii in tenebris conticescent : * quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt ad versarii ejus : * et super ipsos in cælis tonabit :

Dominus judicabit fines ter ræ, ? et dabit imperium regi suo, * et sublimabit cornu Christi sui.

Ana. Dominus judicabit fines terræ.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cælis : * laudate eum in ex celsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum: * et aquæ omnes, quæ ^uper cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt :*ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes populi : * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psalterio psallant ei:

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus :* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : ? laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Ana. Cæli cælorum laudate Deum.

Capitulum, Hymnus et ℣., pro Temporum varietate, ut notantur Feria secunda ad Laudes in Psalterio, pag. 60.

IN ADVENTU :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces feriales ut pag. 61. et Oratio Dominicæ, præterquam Feria quarta Quatuor Temporum, in qua dicitur Oratio propria Feriæ.



AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Benedictus Ana. Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium qui nos oderunt libera nos Domine.

Preces ut pag. 61., Oratio Dominicæ præterquam Feria quarta Quatuor Temporum Septembris, in qua dicitur Oratio propria Feriæ.

A SEPTUAGESIMA
AD CINERES :

Ad Benedictus Antiphona, quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit; Preces ut pag. 61. et Oratio Dominicæ.

IN QUADRAGESIMA ET
TEMPORE PASSIONIS :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces, ut pag. 61. et Oratio propria.

Quæ hic notata non sunt fiant ut Feria secunda in Psalterio notatum est.

## FERIA QUINTA.
## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Dominum, * Quoniam ipse fecit nos.

T Prædictum Invitatorium dicatur Feria quinta ad Matutinum quando de Tempore agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam quintam post Dominicam quartam Quadragesimæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive.

Hymnus, qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psalterio notatus fuerit.

IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et sequentes Antiphonæ super Psalmos in Nocturno dicantur quando de Feria quinta agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam quintam post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Nativitatem Domini exclusive.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminentur per ℣. Gloria Patri.

Psalmus 68.

SALVUM me fac Deus : * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi : * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris : * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans, ? raucæ factæ sunt fauces meæ : * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei injuste :* quæ non rapui, tunc exsolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam :*etdelicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui exspectant te Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me * qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium : * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratri bus meis, * et peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me : * et opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam : * et factum est in op probrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium : * et factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta : * et in me psallebant qui bibebant vi num.

Ego vero orationem meam ad te Domine : * tempus bene placiti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ :

Eripe me de luto, ut non in figar : * libera me ab iis, qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, X neque absorbeat me profundum * neque ur geat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua : * secundum multitudinem mise rationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo : * quoniam tribu lor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, et libe ra eam : * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, et confusionem meam, * et re verentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * imprope rium exspectavit cor meum et miseriam.

Et sustinui qui simul contri staretur, et noti fuit : * et qui consolaretur, et non in veni.

Et dederunt in escam meam fel : * et in siti mea potave runt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, * et in retri butiones, et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant : * et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam: * et furor iræ tuæ comprehen dat eos.

Fiat habitatio eorum deser ta : * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt : * et super do lorem vulnerum meorum addi derunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : * et non intrent in justitiam luam.

Deleantur de Libro viven tium : * et cum justis non scri bantur.

Ego sum pauper et dolens :* salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico : * et magnificabo eum in laude :

Et placebit Deo super vitu lum novellum : * cornua pro ducentem et ungulas.

Videant pauperes et læten tur : * quærite Deum, et vivet anima vestra :

Quoniam exaudivit pauperes Dominus : * et vinctos suos non despexit.

Laudent illum cæli et terra, * mare, et omnia reptilia in eis.



Quoniam Deus salvam faciet Sion : * et ædificabuntur civi tates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * et he reditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus pos sidebit eam, * et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Psalmus 69.

DEUS in adjutorium meum intende : * Domine ad juvandum me festina.

Confundantur, et reverean tur, * qui quærunt animam meam :

Avertantur retrorsum, et eru bescant, * qui volunt mihi ma la:

Avertantur statim erubescen tes, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te, * et di- eant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt saluta- re tuum.

E eo vero egenus, et pauper ; sum : * Deus Adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es tu : * Domine ne mo- reris.

Ana. Domine Deus in adju torium meum intende.

Psalmus 70.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum : * in justitia tua libera me, et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum protecto rem, * et in locum munitum : * ut salvum me facias,

Quoniam firmamentum me um, * et refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, * et de manu con tra legem agentis et iniqui :

Quoniam tu es patientia mea Domine : * Domine spes mea a juventute mea.

In te confirmatus sum ex ute ro : * de ventre matris meæ tu es protector meus :

In te cantatio mea semper : * tamquam prodigium factus sum multis : et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam : * tota die magnitudinem tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis : * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei mi hi : * et qui custodiebant ani mam meam, consilium fece runt in unum,

Dicentes : Deus dereliquit eum f persequimini, et coni prehendit^ eum : * quia non est qui eripiat,

I Deus ne elongeris a me Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur, et deficiant detrahentes animæ meæ : * operiantur confusione, et pu dore qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo : * et adjiciam super omnem lau dem tuam.

Os meum annuntiabit justi tiam tuam : * tota die salutare tuum.

Quoniam non cognovi litte raturam, introibo in potentias Domini : * Domine memora bor justitiæ tuæ solius.

Deus docuisti me a juventute mea : * et usque nunc pronun tiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam et senium : * Deus ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum* generationi omni, quæ ventura est :

Potentiam tuam, et justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia : * Deus quis similis tibi?

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas : ? et conversus vivificasti me : * et de abyssis terræ iterum reduxisti me :

Multiplicasti magnificentiam tuam : * et conversus consolatus es me.

Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam : * Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

Exsultabunt labia mea cum cantavero tibi : * et anima mea, quam redemisti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam : * cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem populo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, ?et salvos faciet filios pauperum : * et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : * et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes : * et inimici ejus terram lingent

Reges Tharsis, et insulæ munera offerent : * reges Arabum, et Saba dona adducent :

Et adorabunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes servient ei :

Quia liberabit pauperem a potente :*etpauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : * et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum : * et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, ? et adorabunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, ? superextolletur super Libanum fructus ejus : * et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia solus :

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : ? et replebitur majestate ejus omnis terra : * fiat, fiat.

Ana. Esto mihi Domine in Deum protectorem.



Psalmus 72.

QUAM bonus Israel Deus * his, qui recto sunt corde!

Mei autem pene moti sunt pedes : * pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, *, pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum:*et firmamentum plaga eorum.

In labore hominum non sunt,* et cum hominibus non flagellabuntur :

Ideo tenuit eos superbia, * operti sunt iniquitate et impietate sua.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, et locuti sunt nequitiam : * iniquitatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in cælum os suum : * et lingua eorum transivit in terra/

Ideo convertetur populus meus hic • * et dies pleni invenientur in eis.

Et dixerunt : Quomodo scit Deus, * et si est scientia in excelso?

Ecce ipsi peccatores, et abundantes in sæculo, * obtinuerunt divitias.

Et dixi : ? Ergo sine causa justificavi cor meum, * et lavi inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die, * et castigatio mea in matutinis,

Si dicebam : Narrabo sic : * ecce nationem filiorum tuorum

"Exibam ut cognoscerem hoc, * labor est ante me :

Donec intrem in Sanctuarium Dei : * et intelligam in novissimis eorum

Verumtamen propter dolos posuisti eis : * dejecisti eos dum allevarentur,

! Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt : * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, ? et renes mei commutati sunt : * et ego ad nihilum redactus sum, et nescivi,

Ut jumentum factus sum apud te : * et ego semper tecum,

Tenuisti manum dexteram meam : ? et in voluntate tua deduxisti me, * et cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cælo? * et a te quid volui super terram?

Defecit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum,

Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt : * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est : * ponere in Domino Deo spem meam :

Ut annuntiem^ omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem : * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ•

Memor esto congregationis tuæ, * quam possedisti ab im

'Redemisti virgam hereditatis tuæ : * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in super bias eorum in finem :* quanta malignatus est inimicus in san cto!

Et gloriati sunt qui oderunt te : * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa : * et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum secu ribus exciderunt januas ejus in idipsum : * in securi, et ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctua rium tuum : * in terra pol luerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cogna tio eorum simul : * quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, ? jam non est propheta : * et nos non cognoscet amplius.

Usquequo Deus impropera bit inimicus : * irritat adver sarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula : * operatus est salu tem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare : * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draco nis : * dedisti eum escam po pulis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, et torren tes : * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox: * tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ : * æstatem et ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino : * et po pulus insipiens incitavit no men tuum.

Ne tradas bestiis animas con fitentes tibi, * et animas pau perum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus : * pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exsurge Deus, judica causam tuam : * memor esto imprope riorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimi corum tuorum : * superbia eo rum, qui te oderunt, ascendit semper.

Ana. Liberasti virgam here ditatis tuæ.

Psalmus 74.

CONFITEBIMUR tibi Deus : * confitebimur, et invoca bimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua : * cum accepero tempus, ego ju stitias judicabo.

Liquefacta est terra, et om nes qui habitant in ea : * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis : Nolite inique agere : * et delinquentibus ; Nolite exaltare cornu :

Nolite extollere in altum cornu vestrum : * nolite lo qui adversus Deum iniqui tatem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus : * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, et hunc exal



tat : * quia calix in manu Do mini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc : verumtamen fæx ejus non est exinanita : * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum : * cantabo Deo Ja cob.

Et omnia cornua peccatorum confringam : * et exaltabun tur cornua justi.

Psalmus 75.

NOTUS in Judæa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias ar cuum, * scutum, gladium, et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Tacob * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resi stet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judi cium : * terra tremuit et quie vi»

Cum exsurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret om nes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro : * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spi rituri principum, * terribili apud reges terræ.

Ana. In Israel magnum no men ejus.

Psalmus 76.

VOCE mea ad Dominum cla mavi : * voce mea ad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum : * et non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, ? memor fui Dei, et de lectatus sum, et exercitatus sum : * et defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei : * turbatus sum,-et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos : * et annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * et exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Numquid in æternum proji ciet Deus : * aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, * a generatio ne in generationem ?

Aut * obliviscetur misereri Deus? * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Etdixi :Nunc cœpi :* hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Memor fui operum Domini:* quia memor ero ab initio mi rabilium tuorum,

Et meditabor in omnibus ope ribus tuis : * et in adinventio nibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua : ? quis Deus magnus sicut Deus no ster? * tu es Deus qui facis mi rabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam : * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, et Joseph.

Viderunt te aquæ Deus, ? viderunt te aquæ : * et timuerunt, et turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt : * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : * commota est et contremuit terra.

In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis : * et vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, * in manu Moysi et Aaron.

Psalmus 77.

ATTENDITE popule meus legem meam : * inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum : * loquar propositiones ab initio.

Quanta audivimus et cognovimus ea : * et patres nostri narraverunt nobis.

Non sunt occultata a filiis eorum, * in generatione altera.

Narrantes laudes Domini, et virtutes ejus, * et mirabilia ejus quæ fecit.

Et suscitavit testimonium in Jacob : * et legem posuit in Israel.

Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis : * ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascentur, et exsurgent, * et narrabunt filiis suis,

Ut ponant in Deo spem suam, ? et non obliviscantur operum Dei : * et mandata ejus exquirant:

Ne fiant sicut patres eorum :* generatio prava et exasperans.

Generatio, quæ non direxit cor suum : * et non est creditus cum Deo spiritus ejus.

Filii Ephrem intendentes et mittentes arcum : * conversi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum Dei :* etinlege ejusnoluerunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorum ejus, * et mirabilium ejus quæ ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, * in campo Taneos.

Interrupit mare, et perduxit eos : * et statuit aquas quasi in utre.

Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in eremo:* et adaquavit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra : * et deduxit tamquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei : * in iram excitaverunt Excelsum in inaquoso.

Et tentaverunt Deum in cordibus suis : * ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de Deo:* dixerunt : Numquid poterit Deus parare mensam in deserto ?

Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, * et torrentes inundaverunt.

Numquid et panem poterit dare, * aut parare mensam populo suo ?



Ideo audivit Dominus, et distulit : * et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel:

Quia non crediderunt in Deo, * nec speraverunt in salutari ejus :

Et mandavit nubibus desuper, * et januas cæli aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum, * et panem cæli dedit eis.

Panem Angelorum manducavit homo : * cibaria misit eis in abundantia.

Transtulit Austrum de cælo:* et induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut pulverem carnes : * et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum suorum : * circa tabernacula eorum.

Et manducaverunt et saturati sunt nimis, ? et desiderium eorum attulit eis : * non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum : * et ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum, * et electos Israel impedivit.

In omnibus his peccaverunt adhuc : * et non crediderunt in mirabilibus ejus.

Et defecerunt in vanitate dies eorum : * et anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos, quærebant eum : * et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia Deus adjutor est eorum : * et Deus excelsus redemptor eorum est.

Etdilexerunt eum in ore suo,* et lingua sua mentiti sunt ei :

Cor autem eorum non erat rectum cum eo : * nec fideles habiti sunt in testamento ejus.

Ipse autem est misericors, ? et propitius fiet peccatis eorum: * et non disperdet eos.

Et abundavit ut averteret iram suam : * et non accendit omnem iram suam :

Et recordatus est quia caro sunt spiritus vadens, et non rediens.

Quoties exacerbaverunt eum in -deserto, * in iram concitaverunt eum in inaquoso?

Et conversi sunt, et tentaverunt Deum : * et sanctum Israel exacerbaverunt.

Non sunt recordati manus ejus, * die qua redemit eos de manu tribulantis,

Sicut posuit in Ægypto signa sua, * et prodigia sua in campo Taneos.

Et convertit in sanguinem flumina eorum, * et imbres eorum, ne biberent.

Misit in eos cœnomyiam, et comedit eos : * et ranam, et disperdidit eos.

Et dedit ærugini fructus eorum : * et labores eorum locustæ.

Et occidit in grandine vineas eorum : * et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini jumenta eorum : * et possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ : ? indignationem, et iram, et tribulationem : * immissiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, 5 et non pepercit a morte animabus eorum : * et jumenta eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primogeni
tum in terra Ægypti : * pri
mitias omnis laboris eorum in
tabernaculis Cham.

Et abstulit sicut oves popu
lum suum : * et perduxit eos
tamquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe, et non
timuerunt : * et inimicos eo
rum operuit mare.

Et induxit eos in montem
sanctificationis suæ, * mon
tem, quem acquisivit dextera
ejus.

Et ejecit a facie eorum
gentes : * et sorte divisit eis
terram in funiculo distribu
tionis.

Et habitare fecit in taberna
culis eorum * tribus Israel.

Et tentaverunt, et exacerba
verunt Deum excelsum : * et
testimonia ejus non custodie
runt.

Et averterunt se, et non ser
vaverunt pactum : * quem
admodum patres eorum, con
versi sunt in arcum pravum.

In iram concitaverunt eum
in collibus suis : * et in scul
ptilibus suis ad æmulationem
eum provocaverunt.

Audivit Deus, et sprevit :*et
ad nihilum redegit valde Is
rael.

Et repulit tabernaculum Si
lo, * tabernaculum suum, ubi
habitavit in hominibus.

Et tradidit in captivitatem
virtutem eorum : * et pulchri
tudinem eorum in manus ini
mici.

Et conclusit in gladio popu
lum suum : * et hereditatem
suam sprevit

Juvenes eorum comedit
ignis :* et virgines eorum non
sunt lamentatæ.

Sacerdotes eorum in gladio
ceciderunt: * et viduæ eorum
non plorabantur.

Et excitatus est tamquam
dormiens Dominus, "^tamquam
potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in
posteriora : * opprobrium sem
piternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Jo
seph : * et tribum Ephraim
non elegit :

Sed elegit tribum Juda, *
montem Sion quem dilexit.

Et ædificavit sicut unicornium
sanctificium suum in terra, *
quam fundavit in sæcula.

Et elegit David servum
suum, ? et sustulit eum de gre
gibus ovium : * de post fetan
tes accepit eum.

Pascere Jacob servum suum,*
et Israel hereditatem suam :

Et pavit eos in innocentia
cordis sui :* et in intellectibus
manuum suarum deduxit eos.

Ana. Tu es Deus qui facis mi
rabilia.

Psalmus 78.

DEUS venerunt gentes in he
reditatem tuam, ? pollue
runt templum sanctum tuum: *
posuerunt Jerusalem in pomo
rum custodiam.

Posuerunt morticina servo
rum tuorum, escas volatilibus
cæli : * carnes sanctorum tuo
rum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinem eorum
tamquam aquam in circuitu
Jerusalem : * et non erat qui
sepeliret.

Facti sumus opprobrium vici
nis nostris : * subsannatio et
illusio his, qui in circuitu no
stro sunt.

Usquequo Domine irasceris
in finem : * accendetur velut
ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes,
quæ te non noverunt : * et in
regna, quæ nomen tuum non
invocaverunt :

Quia comederunt Jacob : * et
locum ejus desolaverunt.

Ne memineris iniquitatum
nostrarum antiquarum, ? cito
anticipent nos misericordiæ
tuæ : * quia pauperes facti su
mus nimis.

Adjuva nos Deus salutaris
noster : ? et propter gloriam
nominis tui Domine libera
nos : * et propitius esto pecca
tis nostris, propter nomen
tuum :

Ne forte dicant in gentibus :
Ubi est Deus eorum? * et in
notescat in nationibus coram
oculis nostris.

Ultio sanguinis servorum tuo
rum, qui effusus est: * introeat
in conspectu tuo gemitus com
peditorum.

Secundum magnitudinem
brachii tui, * posside filios
mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septu
plum in sinu eorum : * impro
perium ipsorum, quod expro
braverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, et
oves pascuæ tuæ, * confitebi
mur tibi in sæculum :

In generationem et genera
tionem * annuntiabimus lau
dem tuam.

Psalmus 79.

Qui regis Israel intende : *
qui deducis velut ovem
J oseph.

Qui sedes super Cherubim, *
manifestare coram Ephraim,
Benjamin, et Manasse.

Excita potentiam tuam, et
veni, * ut salvos facias nos.

Deus converte nos : * et
ostende faciem tuam, et salvi
erimus.

Domine Deus virtutum, *
quousque irasceris super ora
tionem servi tui?

Cibabis nos pane lacrima
rum : * et potum dabis nobis
in lacrimis in mensura?

Posuisti nos in contradictio
nem vicinis nostris: * et inimici
nostri subsannaverunt nos.

Deus virtutum converte nos
et ostende faciem tuam, et
salvi erimus.

Vineam de Ægypto transtu
listi : * ejecisti gentes, et plan
tasti eam.

Dux itineris fuisti in conspe
ctu ejus : * plantasti radices
ejus, et implevit terram.

Operuit montes umbra ejus : *
et arbusta ejus cedros Dei.

Extendit palmites suos usque
ad mare : *et usque ad flumen
propagines ejus.

Ut quid destruxisti maceriam
ejus : * et vindemiant eam
omnes, qui prætergrediuntur
viam?

Exterminavit eam aper de
silva : * et singularis ferus de
pastus est eam.

Deus virtutum convertere : *
respice de cælo, et vide, et vi
sita vineam istam.

Et perfice eam, quam plan
tavit dextera tua : * et super
filium hominis, quem confir
masti tibi.

Incensa igni, et suffossa * ab
increpatione vultus tui per
ibunt.

Fiat manus tua super virum
dexteræ tuæ : * et super filium
hominis, quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te, vivificabis nos : * et nomen tuum invocabimus.

Domine Deus virtutum converte nos : * et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

Ana. Propitius esto peccatis nostris Domine.

IN ADVENTU :

y. Ex Sion species decoris ejus, Deus noster manifeste veniet.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

y/. Gaudebunt labia mea, cum cantavero tibi. I^z. Et anima mea, quam redemisti.

IN QUADRAGESIMA :

f. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. ^z. Et refugium meum Deus meus.

FERIA QUINTA POST DOMINICAM IN PASSIONE :

f. Erue a framea Deus animam meam. I^z. Et de manu canis unicam meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes}? .Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ante Laudes f. Fiat misericordia tua Domine super nos. R/. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes In manibus portabunt te. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

FERIA QUINTA POST DOMINICAM IN PASSIONE :

Ante Laudes f. Intende animæ meæ, et libera eam. R?. propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Canticum Cantemus Domino, dicantur in Feriis quintis quando de Feria agitur extra Tempus Paschale.

7 Antiphonæ vero dicantur quando in Feriis quintis de Feria agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam quintam post Dominicam in Passione inclusive et ab Octava Trinitatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antiphonæ Laudum notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Psalmus 50. Miserere, pag.81.

Ana j. Tibi soli peccavi Domine, miserere mei.

Psalmus 89.

DOMINE, refugium factus es nobis : * a generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, et orbis : * a sæculo et usque in sæculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem : * et dixisti : Convertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, * tamquam dies hesterna, quæ præteriit,

Et custodia in nocte, * quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, ? mane floreat, et transeat : * vespere decidat, induret et arescat.

Quia defecimus in ira tua, * et in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : * sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt : * et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur : * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni : * et amplius eorum, labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo : * et corripiemur.

Quis novit potestatem iræ tuæ : * et præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac : * et eruditos corde in sapientia.

Convertere Domine usque quo? * et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua : * et exsultavimus, et delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti : * annis, quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos, et in opera tua : * et dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos : * et opus manuum nostrarum dirige.

Ana ij. Domine refugium factus es nobis.

Psalmus 62. Deus Deus meus. et Psalmus 66. Deus misereatur nostri., pag.82. et pag. 83.

Ana iij. In matutinis Domine meditabor in te.

Canticum Moysis. Exodi 15.

CANTEMUS Domino: gloriose enim magnificatus est, * equum et ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus, * et factus est mihi in salutem :

Iste Deus meus, et glorificabo eum : * Deus patris mei, et exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus.* Currus Pharaonis et exercitum ejus projecit in mare :

Electi principes ejus submersi sunt in Mari rubro. ? Abyssi operuerunt eos, * descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine : ? dextera tua Domine percussit inimicum. * Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos :

Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens,^congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus : Persequar et comprehendam, ? dividam spolia, * implebitur anima mea :

Evaginabo gladium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare : * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine?* quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, ? et devoravit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti :

Et portasti eum in fortitudine tua, * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, et irati sunt : * dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor : * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido et pavor, *in magnitudine brachii tui :

Fiant immobiles quasi lapis, ? donec pertranseat populus tuus Domine,* donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuæ, *firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine :

Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ. * Dominus regnabit in æternum et ultra.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus ejus in mare : * et reduxit super eos Dominus aquas maris :

Filii autem Israel ambulaverunt per siccum -x in medio ejus.

Ana iv. In æternum Dominus regnabit, et ultra.

Ps. 148. Laudate Dominum de cælis., et ceteri, pag. 8-x. et Pag. 84.

Ana v. In sanctis ejus laudate Deum.

Capitulum, Hymnus et f nrn Temporum varietate, ut notantur Feria secunda ad Lau^des in Psalterio, pag. 60.

IN ADVENTU :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces feriales ut Pag. 6i.; Oratio Dominicæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Benedictus, Ana. In sanctitate serviamus Domino, et liberabit nos ab inimicis nostris.

Preces ut pag. 61.; Oratio Dominicæ.

FERIIS QUINTIS
POST SEPTUAGESIMAM
ET SEXAGESIMAM :

Ad Benedictus Antiphona quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit; Preces ut pag. 61.; Oratio Dominicæ.

A FERIA QUINTA POST CINERES
AD FERIAM QUINTAM POST
DOMINICAM IN PASSIONE
INCLUSIVE :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces ut pag. 61.; Oratio propria.

Quæ hic notata non sunt fiant ut Feria secunda in Psalterio notatum est.

## FERIA SEXTA.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Dominum, qui fecit nos, * Venite adoremus.



T Prædictum Invitatorium dicatur Feria sexta ad Matutinum, quando de Tempore agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam sextam post Dominicam quartam Quadragesimæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive.

Hymnus, qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psalterio notatus fuerit.

IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et sequentes Antiphonæ super Psalmos in Nocturno dicantur, quando de Feria sexta agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam sextam post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Nativitatem Domini.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminentur per y. Gloria Patri.

Psalmus 80.

EXSULTATE Deo adjutori nostro : * jubilate Deo Jacob.

Sumite psalmum, et date tympanum : * psalterium jucundum cum cithara.

Bucinate in Neomenia tuba, * in insigni die solemnitatis vestræ :

Quia præceptum in Israel est : * et judicium Deo Jacob.

Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti : * linguam quam non laverat, audivit.

Divertit ab oneribus dorsum ejus : * manus ejus in cophino servierunt.

In tribulatione invocasti me, et liberavi te : * exaudivi te in abscondito tempestatis : probavi te apud aquam contradictionis.

Audi p6pulus meus, et contestabor te : * Israel si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti : * dilata os tuum, et implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam : * et Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, * ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me : * Israel si in viis meis ambulasset :

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem : * et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei : * et erit tempus eorum in sæcula.

Et cibavit eos ex adipe frumenti : * et de petra, melle saturavit eos.

Psalmus 81.

DEUS stetit in synagoga deorum : * in medio autem deos dijudicat.

Usquequo judicatis iniquitatem : * et facies peccatorum sumitis?

Judicate egeno, et pupillo :* humilem, et pauperem justiti C EITE

Eripite pauperem : * et egenum de manu peccatoris liber

Nescierunt, neque intellexerunt, ? in tenebris ambulant: * movebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi : Dii estis, * et filii excelsi omnes.

Vos autem sicut homines mo riemini : * et sicut unus de principibus cadetis.

Surge Deus, judica terram : * quoniam tu hereditabis in om nibus gentibus.

Ana. Exsultate Deo adjutori nostro.

Psalmus 82.

DEUS, quis similis erit tibi? * ne taceas, neque compe scaris Deus :

Quoniam ecce inimici tui so nuerunt : * et qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum mali gnaverunt consilium : * et co gitaverunt adversus sanctos tuos.

Dixerunt: Venite,et disperda museosdegente:*etnon me moretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitaverunt una nimiter, * simul adversum te testamentum disposuerunt, ta bernacula Idumæorum et Is maelitæ :

Moab, et Agareni, Gebal, et Ammon, et Amalec : * alie nigenæ cum habitantibus Ty rum.

Etenim Assur venit cum illis :* facti sunt in adjutorium filiis Lot.

Fac illis sicut Madian, et Si saræ : * sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor:*facti sunt ut stercus terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb, et Zeb, * et Zebee, et Salmana :

Omnes principes eorum: * qui dixerunt: Hereditate possidea mus Sanctuarium Dei.

I Deus meus pone illos ut ro tam : * et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit sii vam : * et sicut flamma com burens montes :

Ita persequeris illos in tem pestate tua : * et in ira tua tur babis eos.

Imple facies eorum ignomi nia : * et quærent nomen tuum I Domine.

Erubescant, et conturbentur in sæculum sæculi : * et con fundantur, et pereant.

Et cognoscant quia nomen tibi Dominus : * tu solus Altis simus in omni terra.

Psalmus 83,

QUAM dilecta tabernacula tuum Domine virtutum : * concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea * ex sudaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi do mum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtu tum : * rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine : * in sæcula sæ culorum laudabunt te.

! Beatus vir, cujus est auxilium abs te : * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacri marum in loco, quem posuit

Etenim benedictionem dabit legislator, ? ibunt de virtute in virtutem : * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exau di orationem meam :* auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus :* et respice in faciem Christi tui:



Quia melior est dies una in atriis tuis, * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei : * magis quam habi tare in tabernaculis peccato rum.

Quia misericordiam, et veri tatem diligit Deus : * gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia : * Do mine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Ana. Tu solus Altissimus su per omnem terram.

Psalmus 84.

BENEDIXISTI Domine terram tuam : * avertisti captivi tatem Jacob.

i Remisisti iniquitatem plebis ] tuæ: * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam :* avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster : * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in æternum irasce ris nobis? * aut extendes iram tuam a generatione in genera tionem?

Deus tu conversus vivificabis nos : * et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine mise ricordiam tuam : * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : * quoniam lo quetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius : * ut in habitet gloria in terra nostra.

Misericordia, et veritas ob viaverunt sibi : * justitia, et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: * et justitia de cælo prospexit

Etenim Dominus dabit beni gnitatem :* et terra nostra da bit fructum suum.

Justitia ante eum ambula bit : * et ponet in via gressus suos.

Psalmus 85.

INCLINA Domine aurem tuam, et exaudi me : * quoniam inops, et pauper sum ego.

Custodi animam meam quo niam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quo niam ad te clamavi tota die: * lætifica animam servi tui, quo niam ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis, et mitis : * et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine ora tionem meam : * et intende vo ci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ cla mavi ad te : * quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Do mine : * et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, ? venient, et adorabunt coram te Domine : * et glorifi cabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et fa ciens mirabilia : * tu es Deus solus.

Deduc me Domine invia tua, v et ingrediar in veritate tua : * lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, * et glorificabo nomen tuum in æternum :

Quia misericordia tua magna est super me : * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quæsierunt animam meam :* et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator et misericors, * patiens, et multæ misericordiæ, et verax,

Respice in me, et miserere mei,? da imperium tuum puero tuo :* et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, % ut videant qui oderunt me, et confundantur : * quoniam tu Domine adjuvisti me, et consolatus es me.

Ana. Benedixisti Domine terram tuam.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, *"hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, ? et homo natus est in ea: * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum : * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantiumomnium*habitatio est in te.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ * in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, ? quorum non es memor amplius: * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, * et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * & justitia tua in terra oblivionis?



Et ego ad te Domine clamavi ; * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam: * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Fundamenta ejus in montibus sanctis.

Psalmus 88.

MISERICORDIAS Domini * in æternum cantabo.

In generationem et generationem * annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti : In æternum misericordia ædificabitur in cælis : * præparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis, ? juravi David servo meo : * Usque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generationem, et generationem * sedem tuam.

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine : * etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino : * similis erit Deo in filiis Dei?

Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum : * magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? * potens es Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris : * motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum : * in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli, et tua est terra, ? orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundasti : * aquilonem, et mare tu creasti.

Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt : * tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua : * justitia et judicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia et veritas præcedent faciem tuam : * beatus populus, qui scit jubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, ? et in nomine tuo exsultabunt tota die ; * et in justitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es : * et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra : * et sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis, ? et dixisti : Posui adjutorium in potente : * et exaltavi electum de plebe mea.

Inveni David servum meum : * oleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei : * et brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo,* et filius iniquitatis non app6net nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos ejus : * et odientes eum in fugam convertam.

Et veritas mea, et misericor diamea cumipso:*etin nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus : * et in fluminibus dexte ram ejus.

Ipse invocabit me : Pater meusestu:*Deusmeus,et susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam ilium * excelsum præ regibus terræ.

In æternum servabo illi mise ricordiam meam : * et testa mentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, * et thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : * et in judiciis meis non ambulave rint :

Si justitias meas profanave rint : * et mandata mea non custodierint :

Visitabo in virga iniquitates eorum : * et in verberibus pec cata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam abeo:* neque nocebo in veritate mea :

Neque profanabo testamen tum meum :.* et quæ proce dunt de labiis meis non fa ciam irrita.

Semel juravi in sancto meo, ? si David mentiar : * Semen ejus in æternum manebit

Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, ? et sicut luna I perfecta in æternum : * et testis in cælo fidelis.

Tu vero repulisti et despe xisti : * distulisti Christum tuum.

Evertisti testamentum servi tui : * profanasti in terra San ctuarium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus : * posuisti firmamentum ejus formidinem.

Diripuerunt eum omnes trans euntes viam : * factus est op probrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram depri mentium eum : * lætificasti omnes inimicos ejus.

Avertisti adjutorium gladii ejus : * et non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emunda tione : * et sedem ejus in ter ram collisisti.

Minorasti dies temporis ejus:* perfudisti eum confusione.

Usquequo Domine avertis in finem : * exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substan tia : * numquid enim vane constituisti omnes filios homi num ?

Quis est homo, qui vivet, et non videbit mortem : * eruet animam suam de manu inferi?

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, * sicut jura sti David in veritate tua?

Memor esto Domine opprobrii servorum tuorum * (quod con tinui in sinu meo) multarum gentium.

Quod exprobraverunt inimici tui Domine, * quod exprobra verunt commutationem Christi tui.

I Benedictus Dominus in æter , num : * fiat, fiat.

Psalmus 93.

DEUS ultionum Dominus :* Deus ultionum libere egit.

Exaltare qui judicas terram :* redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores Domi ne :* usquequo peccatores glo riabuntur :

Effabuntur, et loquentur ini quitatem : * loquentur omnes, qui operantur injustitiam?

Populum tuum Domine hu miliaverunt : * et hereditatem tuam vexaverunt.

Viduam, et advenam interfe cerunt : * et pupillos occide runt.

Et dixerunt : Non videbit Do minus, * nec intelliget Deus Ja cob.

Intelligite insipientes in popu lo : * et stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non au diet? * aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non ar guet : * qui docet hominem scientiam ?

Dominus scit cogitationes ho minum, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu eru dieris Domine : * et de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus ma lis :* donec fodiatur peccato ri fovea.

Quia non repellet Dominus plebem suam : * et heredita tem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia conver tatur in judicium : * et qui jux ta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adver sus malignantes? * aut quis stabit mecum adversus operan tes iniquitatem ?

Nisi quia Dominus adjuvit me : * paulo minus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam : Motus est pes meus : * misericordia tua Do mine adjuvabat me.

Secundum multitudinem do lorum meorum in corde meo : * consolationes tuæ lætificave runt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis : * qui fingis labo rem in præcepto?

Captabunt in animam justi: * et sanguinem innocentem con demnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium : * et Deus meus in adjutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum : ? et in malitia eorum disperdet eos : * disperdet illos Dominus Deus noster.

Ana. Benedictus Dominus in æternum.

T Sequens Psalmus Venite, exsultemus Domino. hic omittitur, quando de Feria sexta fit Officium.

Psalmus 94.

VENITE, exsultemus Domi no :* jubilemus Deo salu tari nostro :

Præoccupemus faciem ejus in confessione : * et in psalmis jubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Do minus : * et rex magnus super omnes deos.

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ : * et altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud : * et siccam manus ejus formaverunt.

Venite adoremus, et proci damus : et ploremus ante

Dominum, qui fecit nos. * Quia ipse est Dominus Deus noster :

Et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus. * Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra;

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto : ? ubi tentaverunt me patres vestri, * probaverunt me, et viderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi, * et dixi : Semper hi errant corde.

Et isti non cognoverunt vias meas :?utjuraviiinira mea : * Si introibunt in requiem meam.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus ^sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, ? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur ^judicabit p6pulos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, ? commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit :*quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :



Ouoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Cantate Domino, et benedicite nomini ejus.

IN ADVENTU :

f. Egredietur virga de radice Jesse. Et flos de radice ejus ascendet.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

f. Beatus homo, quem tu erudieris Domine. Et de lege tua docueris eum.

IN QUADRAGESIMA :

f. Ipse liberavit me de laqueo venantium. Eta verbo aspero.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE :

f. De ore leonis libera me Domine. Et a cornibus unicornium humilitatem meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ante Laudes fm Fiat misericordia tua D6mine super nos. I^Z. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes y. In manibus portabunt te. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE :

Ante Laudes y. Intende animæ meæ, et libera eam. Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Canticum Domine audivi auditum tuum. dicantur in Feriis sextis, quando de Feria agitur extra Tempus Paschale.

«T Antiphonæ vero dicantur quando in Feriis sextis de Feria agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Feriam sextam post Dominicam in Passive inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antiphonæ notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

Psalmus 50. Miserere.,pag.81.

Ana j. Spiritu principali confirma cor meum Deus.

Psalmus 142.

DOMINE exaudi orationem meam : * auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua :*exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo : *quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi : * et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

• Memor fui dierum antiquorum, ? meditatus sum in omnibus operibus tuis : * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velociter exaudi me Domine : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me : * et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam : * et in misericordia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: ^quoniam ego servus tuus sum.

Ana ij. In veritate tua exaudi me Dómine.

Psalmus 62. Deus Deus meus et Psalmus 66. Deus misereatur nostri., pag. 82. et pag. 83.

Ana iij. Illumina Domine vultum tuum super nos.

Cantic. Habacuc. Habacuc 3.

DOMINE, audivi auditionem tuam, * et timui.

Domine opus tuum, * in medio annorum vivifica illud :

In medio annorum notum facies : * cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab austro veniet, * et sanctus de monte Pharan :

Operuit cælos gloria ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * cornua in manibus ejus :

Ibi abscondita est fortitudo ejus : * ante faciem ejus ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspexit, et dissolvit gentes : * et contriti sunt montes sæculi.

Incurvati sunt colles mundi, * ab itineribus æternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, * turbabuntur pelles terræ Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? ? aut in fluminibus furor tuus? * vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos : * et quadrigæ tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum : * juramenta tribubus, quæ locutus es :

Fluvios scindes terræ : ? viderunt te, et doluerunt montes :* gurges aquarum transiit.



Dedit abyssus vocem suam : * altitudo manus suas levavit.

Sol, et luna steterunt in habitaculo suo, * in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram : * et in furore obstupefacies gentes.

Egressus es in salutem populi tui : * in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impii : * denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus, ? capiti bellatorum ejus, * venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exsultatio eorum * sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, * in luto aquarum multarum.

Audivi, et conturbatus est venter meus : * a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, * et subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis : * ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit : * et non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ : * et arva non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus : * et non erit armentum in præsepibus.

Ego autem in Domino gaudebo : * et exsultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea : * et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor : * in psalmis canentem.

Ana iv. Domine audivi auditum tuum, et timui.

Ps. 148. Laudate Dominum de cælis., et ceteri, pag. 83. et pag. 84.

Aha v. In tympano, et choro, in chordis, et organo, laudate Deum.

Capitulum, Hymnus et f. pro Temporum varietate, ut notantur Feria secunda ad Laudes in Psalterio, pag. 60.

IN ADVENTU :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces feriales, ut pag. 61.; Oratio Dominicæ, præterquam Feria sexta Quatuor Temporum, in qua dicitur Oratio propria Feriæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM, ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ad Benedictus Aria. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Preces, ut pag. 61.; Oratio Dominicæ præterquam Feria sexta Quatuor Temporum Septembris, in qua dicitur Oratio propria Feriæ.

FERIIS SEXTIS ' POST SEPTUAGESIMAM ET SEXAGESIMAM :

Ad Benedictus Antiphona, quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit; Preces ut pag. 61,; Oratio Dominicæ.

A FERIA SEXTA POST CINERES AD FERIAM SEXTAM POST DOMINICAM IN PASSIONE INCLUSIVE :

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces ut pag. 61.; Oratio propria.

Quæ hic notata non sunt fiant ut Feria secunda in Psalterio notatum est.

## SABBATO.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. DominumDeum nostrum * Venite, adoremus.

T Prædictum Invitatorium dicatur Sabbato ad Matutinum, quando de Tempore agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Sabbatum post Dominicam quartam Quadragesimæ inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive.

Hymnus,qui pro Tempore ad Matutinum Dominicæ in Psalterio notatus fuerit.

### IN NOCTURNO.

T Sequentes Psalmi et sequentes Antiphonæ super Psalmos in Nocturno dicantur, quando de Sabbato agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Sabbatum post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis ad Nativitatem Domini.

T Psalmi de Nocturno bini et bini terminentur per^. Gloria Patri.

### Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus • * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gen" tium revelavit justitiam suam"

I Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, X simul montes exsultabunt a conspectu Domini : * quoniam venit judicare terram.

I Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

### Psalmus 98.

DOMINUS regnavit, irascantur populi : * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus : * et excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno : V quoniam terribile, et sanctum est : * et honor regis judicium diligit.

Tu parasti directiones : * judicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, V et adorate scabellum pedum ejus : * quoniam sanctum est.



Moyses, et Aaron in sacerdotibus ejus : * et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dominum, etipse exaudiebat eos : * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus, * et præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos : * Deus tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, ? et adorate in monte sancto ejus : * quoniam sanctus Dominus Deus noster. .

Ana. Quia mirabilia fecit Dominus.

### Psalmus 99.

JUBILATE Deo omnis terra : * servite Domino in lætitia.

Introite in conspectu ejus, * in exsultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos :

Populus ejus, et oves pascuæ ejus : ? introite portas ejus in confessione, * atria ejus in hymnis : confitemini illi.

Laudate nomen ejus : quoniam suavis est Dominus, ? in æternum misericordia ejus, * et usque in generationem et generationem veritas ejus.

### Psalmus 100.

MISERICORDIAM, et judicium * cantabo tibi Domine :

Psallam, et intelligam in via immaculata, * quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, * in medio domus meæ.

Non proponebam ante oculos meos rem injustam : * facientes prævaricationes odivi.

Non adhæsit mihi cor pravum : * declinantem a me malignum non cognoscebam.

Detrahentem secreto proximo suo, * hunc persequebar.

Superbo oculo, et insatiabili corde, * cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum : * ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam:* qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ : * ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Ana. Jubilate Deo omnis terra.

### Psalmus 101.

DOMINE exaudi orationem meam : * et clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam a me : * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum : * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei : * et qui lauda bant me adversum me jura bant.

Quia cinerem tamquam pa nem manducabam, *etpo tum meum cum fletu misce bam.

A facie iræ et indignationis tuæ : * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra decli naverunt : * et ego sicut fœ num arui.

Tu autem Domine in æter num permanes : * et memo riale tuum in generationem et generationem.

Tu exsurgens misereberis Sion : * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus : * et terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine, * et omnes re ges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : * et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humi lium : * et non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in genera tione altera : * et populus, qui creabitur, laudabit Domil num :

Quia prospexit de excelso sancto suo : * Dominus de cæ lo in terram aspexit :

Ut audiret gemitus compedi torum : * ut solveret filios in teremptorum :

Ut annuntient in Sion nomen Domini : * et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, * et reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ : * Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio die rum meorum : * in generatio nem et generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fun dasti : * et opera manuum tua rum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem per manes : * et omnes sicut vesti mentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur : *tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habi tabunt : * et semen eorum in sæculum dirigetur.

Psalmus 102.

BENEDIC anima mea Domi no : * et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino:* et noli oblivisci omnes retribu tiones ejus :

Qui propitiatur omnibus ini quitatibus tuis :*qui sanat om nes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam : * qui coronat te in mi sericordia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum : * renovabitur ut aquilæ juventus tua :

Faciens misericordias Domi nus : * et judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi, * filiis Israel voluntates suas.



Miserator, et misericors Do- minus : * longanimis, et mul tum misericors.

Non in perpetuum irascetur:* neque in æternum commina bitur.

Non secundum peccata no stra fecit nobis : * neque secun- dum iniquitates nostras retri buit nobis.

Ouoniam secundum altitudi nem cæli a terra : * corrobora vit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab oc cidente : * longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater fi liarum, ? misertus est Domi nus timentibus se : * quoniam ipse cognovit figmentum no strum.

Recordatus est quoniam pul vis sumus : ? homo, sicut fœ num dies ejus, * tamquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet : * et non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno, * et usque in æter num super timentes eum.

Et justitia illius in filios filio rum, * his qui servant testa mentum ejus :

Et memores sunt mandato rum ipsius, * ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit se dem suam : * et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus : * potentes virtu te, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus : * ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus :* in omni loco do meationis ejus, benedic anima mea Domino.

Ana. Clamor meus ad te ve niat Deus.

Psalmus 103.

BENEDIC anima mea Domi no : * Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionem, et decorem in duisti : * amictus lumine sicut vestimento :

Extendens cælum sicut pel lem : * qui tegis aquis superio ra ejus.

Qui ponis nubem ascensum tuum : * qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis Angelos tuos, spiri tus : * et ministros tuos, ignem urentem.

Qui fundasti terram super sta bilitatem suam :* non inclina bitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus : * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient:* a voce tonitrui tui formida bunt.

Ascendunt montes : et de scendunt campi * in locum, quem fundasti eis.

Terminum posuisti, quem non transgredientur : * neque con vertentur operire terram.

Qui emittis fontes in conval libus : * inter medium mon tium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri:* exspectabunt onagri insiti sua..

Super ea volucres cæli habi tabunt : * de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superiori bus suis : * de fructu operum tuorum satiabitur terra :

Producens fœnum jumentis, * et herbam servituti hominum :

Ut educas panem de ter ra : * et vinum lætificet cor hominis :

Ut exhilaret faciem in oleo: * et panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, <e et cedri Libani, quas planta vit : * illic passeres nidifica bunt.

| Herodii domus dux est eo rum : £ montes excelsi cervis:* petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tempora : * sol cognovit occasum suum.

Posuisti tenebras, et facta est nox : * in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, * et quærant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregati sunt : * et in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum:* et ad operationem suam usque ad vesperum.

Quam magnificata sunt opera tua Domine! * omnia in sa pientia fecisti .- * impleta est terra possessione tua.

Hoc mare magnum, et spatio sum manibus : * illic reptilia quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum ma gnis : * illic naves pertrans ibunt :

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei : * omnia a te exspectant ut des illis escam in tempore.

Dante te illis, colligent • * aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate '

Avertente autem te faciem turbabuntur : K auferes spi ritum eorum, et deficient, * et in pulverem suum rever tentur.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur :*et renovabis fa ciem terræ.

Sit gloria Domini in sæcu lum : * lætabitur Dominus in operibus suis :

Qui respicit terram, et facit eam tremere :* qui tangit mon tes, et fumigant.

Cantabo Domino in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu sum.

Jucundum sit ei eloquium meum : * ego vero delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra,? et iniqui ita ut non sint: * be nedic anima mea Domino.

Psalmus 104.

CONFITEMINI Domino, et invocate nomen ejus : * annuntiate inter gentes opera ejus.

Cantate ei, et psallite ei : * narrate omnia mirabilia ejus.

Laudamini in nomine sancto ejus : * lætetur cor quæren tium Dominum.

Quærite Dominum, et confir mamini : * quærite faciem ejus semper.

Mementote mirabilium ejus, quæ fecit : * prodigia ejus, et judicia oris ejus.

Semen Abraham, servi ejus:* filii Jacob, electi ejus.

Ipse Dominus Deus noster:* in universa terra judicia ejus.

Memor fuit in sæculum testa menti sui : * verbi, quod man davit in mille generationes :

Quod disposuit ad Abra ham : * et juramenti sui ad | Isaac :

Et statuit illud Jacob in præ ceptum : * et Israel in testa mentum æternum :

Dicens : Tibi dabo terram Chanaan, * funiculum heredi tatis vestræ.

Cum essent numero brevi, * paucissimi, et incolæ ejus :

Et pertransierunt de gente in gentem, * et de regno ad po pulum alterum..

Non reliquit hominem noce re eis : * et corripuit pro eis reges.

Nolite tangere Christos me os : * et in prophetis meis no lite malignari.

Et vocavit famem super ter ram :*et omne firmamentum panis contrivit.

Misit ante eos virum : * in servum venumdatus est Jo seph.

Humiliaverunt in compedi bus pedes ejus, * ferrum per transiit animam ejus, * donec veniret verbum ejus.

Eloquium Domini inflamma vit eum : £ misit rex, et sol vit eum : * princeps populo rum, et dimisit eum.

Constituit eum dominum do mus suæ : * et principem om nis possessionis suæ :

Ut erudiret principes ejus sic ut semetipsum : * et senes ejus prudentiam doceret.

Et intravit Israel in Ægy ptum : * et Jacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum ve hementer : * et firmavit eum super inimicos ejus.

Convertit cor eorum ut odi rent populum ejus :* et dolum facerent in servos ejus.

Misit Moysen servum suum: * Aaron, quem elegit ipsum.

Posuit in eis verba signorum suorum, * et prodigiorum in terra Cham.

Misit tenebras, et obscura vit : * et non exacerbavit ser mones suos.

Convertit aquas eorum in sanguinem : * et occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas * in penetralibus regum ipsorum.

Dixit, et venit cœnomyia : et [ cinifes * in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum gran dinem, * ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum : * et contrivit lignum finium eorum.

Dixit, et venit locusta, et bruchus, * cujus non erat nu merus :

Et comedit omne fœnum in terra eorum : * et comedit om nem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogeni tum in terra eorum : * primi tias omnis laboris eorum.

I Et eduxit eos cum argento et auro : * et non erat in tribubus eorum infirmus.

Lætata est Ægyptus in pro fectione eorum : * quia incu buit timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectio nem eorum, * et ignem ut lu ceret eis per noctem.

Petierunt, et venit coturnix: * I et pane cæli saturavit eos.

Dirupit petram, et fluxerunt aquæ : * abierunt in sicco flu mina;

Quoniam memor fuit verbi sancti sui, * quod habuit ad [ Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exsultatione, * et electos suos in lætitia.

Et dedit illis regiones gen tium : * et labores populorum possederunt:

Ut custodiant justificationes ejus, * et legem ejus requirant.

Ana. Benedic anima mea Do mino.

Psalmus 105.

CONFITEMINI Domino quo niam bonus : * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Quis loquetur potentias Do mini, * auditas faciet omnes laudes ejus ?

Beati, qui custodiunt judi cium, * et faciunt justitiam in omni tempore.

Memento nostri Domine in beneplacito populi tui : * visita nos in salutari tuo :

Ad videndum in bonitate ele ctorum tuorum, ?ad lætandum in lætitia gentis tuæ : * ut lau deris cum hereditate tua.

Peccavimus cum patribus no stris : * injuste egimus, iniqui tatem fecimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : * non fuerunt memores multitu dinis misericordiæ tuæ.

Et irritaverunt ascendentes in mare, * Mare rubrum.

Et salvavit eos propter no men suum : * ut notam faceret potentiam suam.

Et increpuit Mare rubrum, et exsiccatum est : * et deduxit eos in abyssis sicut in de serto.

i•f .

eos de manu odientium : * et redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos : * unus ex eis non reman sit.

Et crediderunt verbis ejus • * et laudaverunt laudem ejus

Cito fecerunt, obliti sunt ope rum ejus : * et non sustinue runt consilium ejus.

Et concupierunt concupiscen tiam in deserto : * et tentave runt Deum in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipso rum : * et misit saturitatem in animas eorum.

Et irritaverunt Moysen in ca stris, * Aaron sanctum Domi ni.

Aperta est terra, et deglutivit Dathan : * et operuit super congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum : * flamma combussit peccatores.

Et fecerunt vitulum in Ho reb : * et adoraverunt scul ptile.

Et mutaverunt gloriam su am * in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Obliti sunt Deum, qui salva vit eos, ? qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham : * terribilia in Mari rubro.

Et dixit ut disperderet eos : * si non Moyses electus ejus ste tisset in confractione in con spectu ejus :

Ut averteret iram ejus ne dis perderet eos:* et pro nihilo ha buerunt terram desiderabilem:

Non crediderunt verbo ejus, ? et murmuraverunt in taberna culis suis : * non exaudierunt vocem Domini.

Et elevavit manum suam su per eos : * ut prosterneret eos in deserto :

Et ut dejiceret semen eorum



in nationibus : * et dispergeret I eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor: * et comederunt sacrificia mor tuorum.

Et irritaverunt eum in adin ventionibus suis : * et multi- | plicata est in eis ruina.

Et stetit Phinees, et placa-] vit : * et cessavit quassatio.

Et reputatum est ei in justi tiam, * in generationem et ge nerationem usque in sempiter num.

Et irritaverunt eum ad Aquas contradictionis : ? et vexatus est Moyses propter eos : * quia exacerbaverunt spiritum ejus.

Et distinxit in labiis suis : * non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.

Et commisti sunt inter gen tes, ? et didicerunt opera eo rum : et servierunt sculptilibus eorum : * et factum est illis in scandalum.

Et immolaverunt filios suos, * et filias suas dæmoniis.

Et effuderunt sanguinem in nocentem : * sanguinem filio rum suorum et filiarum sua rum, quas sacrificaverunt scul ptilibus Chanaan.

Et infecta est terra in sangui nibus, ? et contaminata est in operibus eorum :* et fornicati sunt in adinventionibus suis.

Et iratus est furore Dominus in populum suum : * et abomi natus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manus gen tium : * et dominati sunt eo rum qui oderunt eos.

Et tribulaverunt eos inimici eorum, ? et humiliati sunt sub manibus eorum : * sæpe libe ravit eos.

Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo : * et hu miliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur : * et audivit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui : * et pœnituit eum secun I dum multitudinem misericor | diæ suæ.

i Et dedit eos in misericordias * in conspectu omnium qui ce perant eos.

Salvos nos fac Domine Deus noster : * et congrega nos de nationibus :

Ut confiteamur nomini san cto tuo : * et gloriemur in laude tua.

Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæ culum :* et dicet omnis popu lus : Fiat, fiat.

Psalmus 106.

CONFITEMINI Domino quo niam bonus : * quoniam I in sæculum misericordia ejus.

Dicant qui redempti sunt a Domino, * quos redemit de manu inimici : * et de regioni bus congregavit eos :

A solis ortu, et occasu : * ab aquilone, et mari.

Erraverunt in solitudine in inaquoso : * viam civitatis ha bitaculi non invenerunt,

Esurientes, et sitientes : ' anima eorum in ipsis defecit.

Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur : * et de ne cessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam re ctam : * ut irent in civitatem habitationis.

Confiteantur Domino miseri cordiæ ejus : * et mirabilia i ejus filiis hominum.

Quia satiavit animam ina nem : * et animam esurientem satiavit bonis.
Sedentes in tenebris, et um bra mortis : * vinctos in men dicitate, et ferro.
Quia exacerbaverunt eloquia Dei : * et consilium Altissimi irritaverunt.
Et humiliatum est in labori bus cor eorum : * infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret.
Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur : * et de ne cessitatibus eorum liberavit eos.
Et eduxit eos de tenebris, et umbra mortis : * et vincula eo rum disrupit.
Confiteantur Domino miseri cordiæ ejus : * et mirabilia ejus filiis hominum.
Quia contrivit portas æreas:* et vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniqui tatis eorum : * propter in justitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorum : * et appropin quaverunt usque ad portas mortis.
Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur : * et de ne cessitatibus eorum liberavit eos.
Misit verbum suum, et sana vit eos : * et eripuit eos de in teritionibus eorum.
Confiteantur Domino miseri cordiæ ejus : * et mirabilia ejus filiis hominum.
Et sacrificent sacrificium lau dis : * et annuntient opera ejus in exsultatione.
Qui descendunt mare in navi bus, * facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera Domi ni, * et mirabilia ejus in pro! fundo.
Dixit, et stetit spiritus procel læ : * et exaltati sunt fluctus ejus.
Ascendunt usque ad cælos, i et descendunt usque ad abys* sos : * anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt, et moti sunt sic ut ebrius : * et omnis sapientia eorum devorata est
Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, * et de ne cessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam ejus in auram : * et siluerunt fluctus ejus.
Etlætatisunt quiasiluerunt:* et deduxit eos in portum vo luntatis eorum.
Confiteantur Domino miseri cordiæ ejus : * et mirabilia ejus filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis : * et in cathedra senio rum laudent eum.
Posuit flumina in desertum:* et exitus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsu ginem, * a malitia inhabitan tium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum : * et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocavit illic esurientes:* et constituerunt civitatem ha bitationis.
Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas : * et fece runt fructum nativitatis.
Et benedixit eis, et multipli cati sunt nimis : * et jumenta eorum non minoravit.
Et pauci facti sunt: * et vexa ti sunt a tribulatione malorum, et dolore.



Effusa est contemptio super principes : * et errare fecit eos in invio, et non in via.
Et adjuvit pauperem de ino pia : * et posuit sicut oves fa milias.
Videbunt recti, et lætabun tur : * et omnis iniquitas op pilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hæc? * et intelliget misericor dias Domini?
Ana. Visita nos Domine in sa lutari tuo.

Psalmus 107.

PARATUM cor meum Deus,
paratum cor meum : * can tabo, et psallam in gloria mea.
Exsurge gloria mea, ? exsur ge psalterium, et cithara : * exsurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Do mine : * et psallam tibi in na tionibus.
Quia magna est super cælos misericordia tua : * et usque ad nubes veritas tua :
Exaltare super cælos Deus, ? et super omnem terram gloria tua : * ut liberentur dilecti tui.
Salvum fac dextera tua : et exaudi me : * Deus locutus est in sancto suo :
Exsultabo, et dividam Sichi mam, * et convallem taberna culorum dimetiar.
Meus est Galaad, et meus est Manasses : * et Ephraim sus ceptio capitis mei.
Juda rex meus : *Moab lebes spei meæ.
In Idumæam extendam cal ceamentum meum : * mihi alienigenæ amici facti sunt.
Quis deducet me in civitatem munitam ? * quis deducet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos, * et non exibis Deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribu latione : * quia vana salus ho minis.
In Deo faciemus virtutem : * et ipse ad nihilum deducet ini micos nostros.

Psalmus 108.

DEUS laudem meam ne ta
cueris : * quia os peccato ris, et os dolosi super me aper tum est.
Locuti sunt adversum me lin gua dolosa, V et sermonibus odii circumdederunt me : * et expugnaverunt me gratis.
Pro eo ut me diligerent, de trahebant mihi : * ego autem orabam.
Et posuerunt adversum me mala pro bonis : * et odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccato rem : * et diabolus stet a dextris ejus.
Cum judicatur, exeat con demnatus : * et oratio ejus fiat in peccatum.
Fiant dies ejus pauci: * et epi scopatum ejus accipiat alter.
Fiant filii ejus orphani : * et uxor ejus vidua.
Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent:* et ejician tur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam ejus : * et diri piant alieni labores ejus.
Non sit illi adjutor : * nec sit qui misereatur pupillis ejus.
Fiant nati ejus in interitum : * in generatione una deleatur nomen ejus.
In memoriam redeat iniqui tas patrum ejus in conspectu

Domini: * et peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dominum sem per, £ et dispereat de terra me moria eorum : * pro eo quod non est recordatus facere mi sericordiam.

Et persecutus est hominem inopem, et mendicum, * et compunctum corde mortifica re.

Et dilexit maledictionem, et veniet ei : * et noluit benedi ctionem, et elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, * et intravit sic ut aqua in interiora ejus, et sicut oleum in ossibus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur : * et sicut zona, qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detra hunt mihi apud Dominum: * et qui loquuntur mala adversus animam meam.

Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum:* quia suavis est misericordia tua.

Libera me quia egenus, et pauper ego sum : * et cor meum conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat, ablatus sum : * et excussus sum sicut locustæ.

Genua mea infirmata sunt a jejunio: * et caro mea immuta ta est propter oleum.

Et ego factussumopprobrium illis : * viderunt me, et move runt capita sua.

Adjuva me Domine Deus meus : * salvum me fac secun dum misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc : * et tu Domine fecisti eam.

Maledicent illi, et tu benedi ces : ? qui insurgunt in me" confundantur : * servus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mi hi, pudore : * et operiantur sic ut diploide confusione sua.

Confitebor Domino nimis in oremeo:*etinmediomul torum laudabo eum :

Quia astitit a dextris paupe ris, * ut salvam faceret a per sequentibus animam meam.

Ana. Confitebor Domino ni mis in ore meo.

IN ADVENTU ;

y. Egredietur Dominus de lo co sancto suo. f^?. Veniet, ut salvet populum suum.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD QUADRAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

f- Domine exaudi orationem meam. R/. Et clamor meus ad te veniat.

IN QUADRAGESIMA :

% Scapulis suis obumbrabit tibi. Et sub pennis ejus spe rabis.

SABBATO POST DOMINICAM
IN PASSIONE :

S. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. Et cum viris sanguinum vitam meam.

VERSICULI ANTE LAUDES.

IN ADVENTU :

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti aci montem filiæ Sion.



AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD QUADRAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ante Laudes Fiat miseri cordia tua Domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

IN QUADRAGESIMA :

Ante Laudes y. In manibus portabunt te. K. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

SABBATO POST DOMINICAM
IN PASSIONE :

Ante Laudes Intende animæ meæ, et libera eam. R?. Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES.

T Sequentes Psalmi et Canti cum Audite cæli. dicantur in Sabbatis, quando de Sabbato agitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Sabbatum post Do minicam in Passione inclusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Vigiliam Nativitatis Domi ni exclusive.

T Antiphonæ vero dicantur, quando de Sabbato agitur, ab Octava Epiphaniæ usque ad Sabbatum post Dominicam in Passione inclusive, et ab Octa va Trinitatis usque ad Feriam in qua incipiuntur Antipho næ Laudum notatæ ante Vigi liam Nativitatis Domini exclu sive.

Psalmus 50. Miserere.pag.81.

Ana j. Benigne fac in bona voluntate tua Domine.

Psalmus 91.

BONUM est confiteri Domino : * et psallere nomini tuo Altissime.

Ad annuntiandum mane mi sericordiam tuam : * et verita tem tuam per noctem.

In decachordo, psalterio : * cum cantico, in cithara.

Quia delectasti me Domine in factura tua : * et in ope ribus manuum tuarum exsul tabo.

Quam magnificata sunt opera tua Domine! * nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiens non cogno scet : * et stultus non intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum : * et apparuerint omnes, qui operantur iniquita tem :

Ut intereant in sæculum sæ culi : * tu autem Altissimus in æternum Domine.

Quoniam ecce inimici tui Do mine, £ quoniam ecce inimici tui peribunt: * et dispergentur omnes, qui operantur iniquita tem.

Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: * et senectus mea in misericordia uberi.

Et despexit oculus meus ini micos meos : * et in insurgen tibus in me malignantibus au diet auris mea.

Justus, ut palma florebit : * sicut cedrus Libani multiplica bitur.

Plantati in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri flore bunt.

Adhuc multiplicabuntur in se necta uberi : * et bene patien tes erunt, ut annuntient :

Quoniam rectus Dominus Deus noster : * et non est iniquitas in eo.

Ana ij. Bonum est confiteri Domino.

Psalmus 62. Deus Deus meus. et Psalmus 66. Deus misereatur nostri., pag. 82.etpag. 83.

Ana iij. Metuant Dominum omnes fines terræ.

Canticum Moysis. Deut. 32.

AUDITE cæli quæ loquor, * audiat terra verba oris mei.

Concrescat ut pluvia doctrina mea, * fluat ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, * et quasi stillæ super gramina. * Quia nomen Domini in- I vocabo :

Date magnificentiam Deo nostro. * Dei perfecta sunt opera, et omnes viæ ejus judicia :

Deus fidelis, et absque ulla iniquitate, justus et rectus. * Peccaverunt ei, et non filii ejus in sordibus :

Generatio prava atque perversa. * Hæccine reddis Domino popule stulte et insipiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possedit te, et fecit et creavit te ?

Memento dierum antiquorum, * cogita generationes singulas:

Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi : * majores tuos, et dicent tibi.

Quando dividebat Altissimus gentes : * quando separabat filios Adam,

Constituit terminos populorum* juxta numerum filiorum Israel.

I Pars autem Domini, p6Puw ejus : * Jacob funiculus hereditatis ejus.

Invenit eum in terra deserta * in loco horroris, et vastæ solitudinis :

Circumduxit eum, et docuit • * et custodivit quasi pupillam oculi SUI.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, * et super eos volitans,

Expandit alas suas, et assumpsit eum, * atque portavit in humeris suis.

Dominus solus dux ejus fuit: * et non erat cum eo deus alienus.

Constituit eum super excelsam terram : * ut comederet fructus agrorum,

Ut sugeret mel de petra, * oleumque de saxo durissimo.

Butyrum de armento, et lac de ovibus * cum adipe agnorum, et arietum filiorum Basan :

Et hircos cum medulla tritici,* et sanguinem uvæ biberet meracissimum.

Incrassatus est dilectus, et recalcitravit : * incrassatus, impinguatus, dilatatus,

Dereliquit Deum factorem suum, * et recessit a Deo salutari suo.

Provocaverunt eum in diis alienis, * et iri abominationibus ad iracundiam concitaverunt.

Immolaverunt dæmoniis, et non Deo, * diis, quos ignorabant :

Novi recentesque venerunt, * quos non coluerunt patres eorum.

Deum, qui te genuit dereliquisti. * et oblitus es Domini creatoris tui.



Vidit Dominus, et ad iracundiam concitatus est : * quia provocaverunt eum filii sui et filiæ.

Et ait : ? Abscondam faciem meam ab eis, * et considerabo novissima eorum :

Generatio enim perversa est,* et infideles filii.

Ipsi me provocaverunt in eo, qui non erat Deus, * et irritaverunt in vanitatibus suis :

Et ego provocabo eos in eo, qui non est populus, * et in gente stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo, * et ardebit usque ad inferni novissima :

Devorabitque terram cum germine suo, * et montium fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, * et sagittas meas complebo in eis.

Consumentur fame, * et devorabunt eos aves morsu amarissimo :

Dentes bestiarum immittam in eos, * cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

Foris vastabit eos gladius, et intus pavor, * juvenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

Dixi : Ubinam sunt? * cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum distuli : * ne forte superbirent, hostes eorum,

Et dicerent : Manus nostra excelsa, et non Dominus, * fecit hæc omnia.

Gens absque consilio est, et sine prudentia. * Utinam saperent, et intelligerent, ac novissima providerent.

Quomodo persequatur unus mille, * et duo fugent decem millia?

Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, * et Dominus conclusit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eorum : * et inimici nostri sunt judices.

De vinea Sodomorum, vinea eorum, * et de suburbanis Gomorrhæ :

Uva eorum uva fellis, * et botri amarissimi.

Fel draconum vinum eorum, * et venenum aspidum insanabile.

Nonne hæc condita sunt apud me, * et signata in thesauris meis?

Mea est ultio, et ego retribuam in tempore, * ut labatur pes eorum :

Juxta est dies perditionis, * et adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum, * et in servis suis miserebitur :

Videbit quod infirmata sit manus, £ et clausi quoque defecerunt, *residuique consumpti sunt

Et dicet: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipes, * et bibebant vinum libaminum :

Surgant, et opitulentur vobis* et in necessitate vos protegant.

Videte quod ego sim solus, * et non sit alius Deus præter me:

Ego occidam, et ego vivere faciam: ? percutiam, et ego sanabo, * et non est qui de manu mea possit eruere.

Levabo ad cælum manum meam, et dicam : * Vivo ego in æternum.

Si acuero ut fulgur gladium meum, *et arripuerit judicium manus mea :

Reddam ultionem hostibus meis, * et his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas san guine, *et gladius meus devo rabit carnes,

De cruore occisorum, * et de captivitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate gentes populum ejus, * quia sanguinem servo rum suorum ulciscetur:

Et vindictam retribuet in ho stes eorum, * et propitius erit terræ populi sui.

Ana iv. Et in servis suis Do minus miserebitur.

Ps. 148. Laudate Dominum de cælis, et ceteri, pag. 83. et pag. 84.

Ana v. In cymbalis beneso nantibus laudate Deum.

Capitulum, Hymnus et f. pro Temporum varietate, ut notan tur Feria secunda ad Laudes in Psalterio, pag.6o.

IN ADVENTU:

Ad Benedictus Antiphona propria; Preces feriales, ut pag. 61.; Oratio Dominicæ, præterquam Sabbato Quatuor Temporum, in quo dicitur Ora tio propria Sabbati.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ad Benedictus Ana. In viam pacis dirige nos Domine.

Preces,ut pag.61.; Oratio Do minicæ, præterquam in Sab bato Quatuor Temporum Se ptembris, in quo dicitur Oratio propria Sabbati.

SABBATIS POST SEPTUAGIES. ET SEXAGESIMAM :

Ad Benedictus Antiphona, quæ per hebdomadam dicen da proprio loco notata fuerit; Preces, ut pag. 61.; Oratio Do minicæ.

A SABBATO POST CINERES AD SABBATUM POST DOMINICAM IN PASSIONE INCLUSIVE :

Ad Benedictus Antiphona pro pria; Preces,utpag.6i.; Oratio propria.

Quæ hic notata non sunt fiant ut Feria secunda in Psalterio notatum est.

DOMINICA AD VESPERAS.

T Sequentes Psalmi dicantur omnibus Dominicis in Vesperis, quando de simplici Dominica agitur.

T Antiphonæ vero super Psalmos dicantur in Vesperis a Dominica j. post Octavam Epi phaniæ usque ad Dominicam in Ramis palmarum inclusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, quando de Dominica agitur.

T Tempore Paschali super Psalmos dicitur una tantum Antiphona.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris mete:

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.



Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * domi nare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Ana. Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congregatio ne.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ? misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus : * confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini:

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Ana. Fidelia omnia mandata ejus : confirmata in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum be nedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et misera tor, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio : * quia in æternum non commovebi tur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino K confirmatum est cor ejus : *non commovebitur do nec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: * justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabi tur in gloria.

Peccator videbit, et irasce tur, K dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium pecca torum peribit.

Ana. In mandatis ejus cupit nimis.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Ana. Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

Psalmus 113.

IN exitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de populo barbaro :

Facta est Judæa sanctificatio ejus, * Israel potestas ejus.

Mare vidit, et fugit: * Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exsultaverunt ut arietes : * et colles sicut agni ovium.

Quid est tibi mare quod fugisti? * et tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?

Montes exsultastis sicut arietes,*et colles sicut agni ovium?

A facie Domini mota est terra, * a facie Dei Jacob,

Qui convertit petram in stagna aquarum, * et rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, non nobis : * sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua, et veritate tua : * nequando dicant gentes : Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cælo :* omnia quæcumque voluit, fecit.

Simulacra gentium argentum, et aurum, * opera manuum hominum.

Os habent, et non loquentur:* oculos habent, et non videbunt.

Aures habent, et non audient : * nares habent, et non odorabunt.

Manus habent, et non palpabunt : ? pedes habent, et non ambulabunt :* non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea : * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino : * adjutor eorum et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino : * adjutor eorum et protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino : * adjutor eorum et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri:* et benedixit nobis :

Benedixit domui Israel: * benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum, * pusillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus supervos: super vos, et super filios vestros.



Benedicti vos a Domino,* qui fecit cælum, et terram.

Cælum cæli Domino : * terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine : * neque omnes, qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Aha. Nos qui vivimus, benedicimus Domino.

T Tempore Resurrectionis ad Vesperas Dominicis diebus super omnes Psalmos dicatur hæc sola Ana : Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

IN DOMINICIS ADVENTUS :

Capitulum. Jer. 23.

ECCE dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra.

Hymnus.

CONDITOR alme siderum,
Æterna lux credentium,
Christe Redemptor omnium,
Exaudi preces supplicum,
Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum,
Salvasti mundum languidum,
Donans reis remedium.
VERGENTE mundi vespere,
Uti sponsus de thalamo,
Egressus honestissima
Virginis matris clausula.
Cujus forti potentiæ
Genu curvantur omnia,
Cælestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita.
TE deprecamur agie,
Venture judex sæculi,
Conserva nos in tempore
Hostis a telo perfidi.
LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri, et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula.
Amen.

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD QUADRAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Capitulum. 2. Thess. 3.

DOMINUS dirigat corda et corpora nostra in caritate Dei, et patientia Christi.

Hymnus.

LUCIS Creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordiis lucis novæ
Mundi parans originem :
Qui mane junctum vesperi
Diem vocari præcipis :
Tetrum Chaos illabitur,
Audi preces cum fletibus.
NE mens gravata crimine
Vitæ sit exsul munere :
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.
CÆLORUM pulset intimum,
Vitale tollat præmium :
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.
PRÆSTA Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito,
Regnans per omne sæculum.
Amen.

y. Dirigatur Domine oratio mea. Rz. Sicut incensum in conspectu tuo.

A DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Hymnus.

AUDI benigne Conditor
Nostras preces cum fletibus
In hoc sacro jejunio
Fusas quadragenario.
SCRUTATOR alme cordium,
Infirma tu scis virium :
Ad te reversis exhibe
Remissionis gratiam.
MULTUM quidem peccavimus,
Sed parce confitentibus :
Ad laudem tui nominis,
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri
Dona per abstinentiam,
Jejunet ut mens sobria
A labe prorsus criminum.
PRÆSTA beata Trinitas,
Concede simplex Unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Jejuniorum munera. Amen.

f. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

DOMINICIS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Capitulum. Jer. II.

Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam, Domine Deus meus.

Hymnus.

VEXILLA Regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne carnis Conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ,
Ut nos lavaret crimine,
Manavit unda et sanguine.
IMPLETA sunt quæ concinit
David fideli carmine
Dicens : In nationibus
Regnavit a ligno Deus.
ARBOR decora et fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
BEATA, cujus brachiis
Sæcli pependit pretium,
Statera facta corporis,
Prædamque tulit tortari.
Hic genuflectitur usque ad Te summa.
O CRUX ave, spes unica,
Hoc Passionis tempore
Auge piis justitiam,
Reisque dona veniam.
TE summa Deus Trinitas
Collaudet omnis spiritus:
Quos per Crucis mysterium
Salvas rege per sæcula.
Amen.

y. Eripe me Domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me.

DOMINICA IN ALBIS ET QUATUOR DOMINICIS PROXIME SEQUENTIBUS :

Capitulum. Rom. 6.

CHRISTUS resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.



Hymnus.

AD cœnam Agni providi,
Et stolis albis candidi,
Post transitum Maris rubri,
Christo canamus principi.
Cujus corpus sanctissimum,
In ara crucis torridum :
Cruore ejus roseo
Gustando vivimus Deo.
PROTECTI Paschæ vespere
A devastante Angelo,
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.
JAM Pascha nostrum Christus est,
Qui immolatus Agnus est:
Sinceritatis azyma
Caro ejus oblata est.
O VERE digna hostia,
Per quam fracta sunt tartara,
Redempta plebs captivata,
Reddita vitæ præmia!
CONSURGIT Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et reserans Paradisum.
QuÆSUMUS,Auctoromnium?
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Mane nobiscum Domine, alleluja. I^z. Quoniam advesperascit, alleluja.

Canticum B. Mariæ V.
Lucæ i.

MAGNIFICAT * anima mea Dominum.

Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo : * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum,* recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et semini ejus in sæcula.

T Canticum Magnificat, per totum annum dicitur in Vesperis.

Antiphona ad Magnificat et Oratio prout suis locis notatum fuerit.

AD MEMORIAM DE CRUCE TEMPORE RESURRECTIONIS :

Sabbato infra Hebdomadam Paschæ et deinceps usque ad Vigiliam Ascensionis exclusive, de Cruce facienda est Memoria quotidie in Vesperis, exceptis festis Duplicibus et Totis Duplicibus :

Afia. Crucem sanctam subiit qui infernum confregit: accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia.

y. Dicite in nationibus, alleluia. If Quia Dominus regnavit a ligno, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem,

concede nobis famulis tuis ut resurrectionis gratiam conse quamur : Per eumdem.

AD MEMORIAM DE B. MARIA V. I IN DOMINICIS :

In omnibus Dominicis per totum annum, quando de sim plici Dominica agitur, fit Me moria de beata Maria in Vesperis :

Afia. Regali ex progenie Ma ria exorta refulget : cujus pre cibus nos adjuvari mente et spiritu devotissime poscimus. T. P. Alleluia.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. T. P. Alleluia. If. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi. T. P. Alleluia.

Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et bea tæ Mariæ semper Virginis pa trociniis confidentes a cunctis hostibus redde securos. Per.

SEQUENTES Psalmi dicuntur quis Feriis ad Vesperas, quando de Feria agitur, ab Octava die Epiphaniæ usque ad Cenam Domini, et ab Octa va die Paschæ usque ad Vigi liam Nativitatis Domini.

T Antiphonæ vero super Psal mos dicantur Feriis ab Octava die Epiphaniæ usque adCenam Domini, et ab Octava die Cor poris Christi usque ad Vigiliam Nativitatis Domini.

T Tempore Resurrectionis, dicitur super Psalmos una tan tum Antiphona, ut infra post ultimum Psalmum notatum est.

FERIA SECUNDA AD VESPERAS.

Psalmus 114.

DILEXI, quoniam exaudiet Dominus * vocem oratio nis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi: * et in diebus meis invo cabo.

Circumdederunt me dolores mortis : * et pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem in veni : * et nomen Domini in vocavi.

O Domine libera animam meam : * misericors Dominus, et justus, et Deus noster mise retur.

Custodiens parvulos Domi nus : * humiliatus sum, et libe ravit me.

Convertere anima mea in re quiem tuam : * quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : * oculos meos a la crimis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino* in regione vivorum.

Ana. Inclinavit Dominus au rem suam mihi.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locu tus sum : * ego autem hu miliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo :* Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam :* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :



O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fi lius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam lau dis, et nomen Domini invo cabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus in atriis domus Domini, in me dio tui Jerusalem.

Ana. Credidi, propter quod locutus sum.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum om nes populi :

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus : *et ve ritas Domini manet in æter num.

Afia. Laudate Dominum om nes gentes.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi : * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid appo natur tibi * ad linguam dolo sam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : * habi tavi cum habitantibus Cedar : multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus - cum loqui bar illis, impugnabant me gra tis.

Ana. Clamavi, et exaudivit me.

Psalmus 120.

LEVA v i oculos meos in mon tes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domi no, * qui fecit cælum et ter ram.

Non det in commotionem pe dem tuum : * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Is rael.

Dominus custodit te, Domi nus protectio tua, * super ma num dexteram tuam.

Per diem sol non uret te :* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo : * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæ culum.

Ana. Auxilium meum a Do mino.

Tempore Resurrectionis. Ana. Alleluia.

T Hæc Antiphona, quæ est unum tantum Alleluia., dicitur sola quotidie Ferialibus diebus (excepto Sabbato) post Octa vam Paschæ et deinceps usque ad Ascensionem Domini in Ve speris super Psalmos, cum de Tempore agitur.

IN ADVENTU :

Capitulum Ecce dies ve niunt Hymnus Conditor ab

Ad Magnificat Antiphona propria. Et dicuntur Preces (nisi aliter signatum fuerit) cum Oratione Dominicæ.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Capitulum Dominus dirigat., Hymnus Lucis Creator., f. Dirigatur., pag. 127.

Ad Magnificat Ana. Magnificat anima mea Dominum. Et dicuntur Preces cum Oratione Dominicæ.

A SEPTUAGESIMA
AD CINERES :

Capitulum, Hymnus et f. ut in Feriis secundis post Octavam Epiphaniæ; ad Magnificat Antiphona, quæ proprio loco per hebdomadam dicenda notatur. Et dicuntur Preces cum Oratione Dominicæ.

A FERIA SECUNDA
POST DOMINICAM I. QUADRAG.
AD DOMINICAM IN PASSIONE :

Capitulum. Joel 2.

CONVERTIMINI ad me in toto corde vestro in jejunio, et fletu, et planctu : et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens.

Hymnus Audi benigne Conditor. et f. Angelis suis., pag. 128.

Ad Magnificat Antiphona propria. Et dicuntur Preces cum Oratione Feriæ.

A FERIA SECUNDA
POST DOMINICAM IN PASSIONE
AD CENAM DOMINI :

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Vexilla Regis., J. Eripe me Domine., pag. 128.

Ad Magnificat Antiphona propria. Et dicuntur Preces cum Oratione Feriæ.

AB OCTAVA PASCHÆ
AD ASCENSIONEM :

Capitulum Christus resurgens., Hymnus Ad cenam Agni., Mane nobiscum., pag. 128. et pag. 129.

Ad Magnificat (exceptis Feriis Rogationum) Antiphona, quæ proprio loco per hebdomadam dicenda notatur. Omittuntur Preces et Prostrationes, et dicitur Oratio Dominicæ.

Ad Memoriam de Cruce Antiphona Crucem sanctam., f. Dicite., Oratio Deus, qui pro nobis., pag. 129.

Post ultimam Orationem dicto Dominus vobiscum., sequitur: Benedicamus Domino,alleluia. I^z. Deo gratias, alleluia.

MODUS DICENDI PRECES
IN VESPERIS.

Omni tempore (exceptis septem diebus proximis ante Vigiliam Nativitatis Domini, et excepto tempore inter Cenam Domini et Octavam Trinitatis) quando in Feriis secundis, tertiis, quartis, quintis et sextis de Feria agitur Officium, post Antiphonam ad Magnificat, dicuntur Preces hoc modo :

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos.

Responso Sed libera nos a malo., immediate additur Dominus vobiscum. Oremus, et Oratio pro Tempore dicenda.

Finita Oratione, seu finitis Orationibus (si plures dicendæ occurrerint), dictoque iterum Dominus vobiscum., ac deinde Benedicamus Domino, Deo gratias., terminantur Vesperæ ut notatur pag. 147.



FERIA TERTIA

AD VESPERAS.

Psalmus 121.

LÆTATUS sum in his, quæ dicta sunt mihi : * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas : * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini : * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : * et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in virtute tua : * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem dete:

Propter domum Domini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Ana. In domum Domini lætantes ibimus.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos, * qui habitas in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, * in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ : * ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri : * quia multum repleti sumus despectione :

Quia multum repleta est anima nostra : * opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

Ana. Qui habitas in cælis, miserere nobis.

Psalmus 123.

NISI quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exsurgerent homines in nos, * forte vivos deglutissent nos :

Cum irasceretur furor eorum in nos. * forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransivit anima nostra : * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus * qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est * de laqueo venantium :

Laqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, * qui fecit cælum et terram.

Ana. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion : * non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus : * et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sor tem justorum :* ut non exten dant justi ad iniquitatem ma nus suas.

Benefac Domine bonis, * et rectis corde.

Declinantes autem in obliga tiones adducet Dominus cum operantibus iniquitatem : * pax super Israel.

Ana. Benefac Domine bonis, et rectis corde.

Psalmus 125.

I N convertendo Dominus ca ptivitatem Sion : * facti su mus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus læ tantes.

Converte Domine captivita tem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mit tentes semina sua.

Venientes autem venient cum exsultatione, ^portantes mani pulos suos.

Ana. Facti sumus sicut con solati.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Magnificat Ana. Exsulta vit spiritus meus in Deo saluta-' ri meo.

Cetera pro Tempore ut in Ve. speris Feriæ secundæ, pag.131. et pag. 132.

FERIA QUARTA
AD VESPERAS.

Psalmus 126.

-VTLSI Dominus ædificaverit INI domum, * in vanum labo raverunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ci vitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante luceni surgere : * surgite postquam sederitis, qui manducatis pa nem doloris.

Cum dederit dilectis suis som num : * ecce hereditas Domini filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poten tis : * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desi derium suum ex ipsis : * noti confundetur cum loquetur ini micis suis in porta.

Ana. Beatus vir, qui implevit desiderium suum.

Psalmus 127.

BEATI omnes, * qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis : * beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abun dans, * in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ oliva rum, * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion : * et videas bona Jerusa lem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuo rum, * pacem super Israel.



Ana. Beati omnes, qui timent Dominum.

Psalmus 128.

SÆPE expugnaverunt me a juventute mea, * dicat nunc Israel:

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea : * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabrica verunt peccatores : * prolon gaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidit cer vices peccatorum : * confun dantur et convertantur retror sum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant sicutfœnum tectorum :* quod priusquam evellatur ex aruit :

De quo non implevit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteri bant : Benedictio Domini super vos : * benediximus vobis in nomine Domini.

Ana. Benediximus vobis in nomine Domini.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis susti nebit?

Quia apud te propitiatio est:* et propter legem tuam susti nui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum miseri cordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Ana. De profundis clamavi ad te Domine.

Psalmus 130.

DOMINE non est exaltatum cor meum : * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis:* neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam:* sed exaltavi animam meam :

Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Ana. Speret Israel in Domi no.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Magnificat Ana. Respe xisti humilitatem meam Domi ne Deus meus.

Cetera pro Tempore ut in Ve speris Feriæ secundæ,pag. 131. et pag. 132.

FERIA QUINTA

AD VESPERAS.

Psalmus 131.

MEMENTO Domine David, * et omnis mansuetudinis ejus :

Sicut juravit Domino, * vo tum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernaculum domus meæ, *si ascendero in lectum strati mei :

Si dedero somnum oculis meis, * et palpebris meis dor mitationem :

Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domi no, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata : * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus : * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam, * tu et arca sanctifica tionis tuæ.

Sacerdotes tui induantur ju stitiam : * et sancti tui exsul tent.

Propter Davidservum tuum,* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veri- tatem, et non frustrabitur eam : * de fructu ventris tui po nam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testa mentum meum, * et testimonia mea hæc, quæ docebo eos :

Et filii eorum usque in sæcu lum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : * elegit eam in habita tionem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: * hic habitabo quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens be nedicam : * pauperes ejus sa turabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salu tari : * et sancti ejus exsultatio ne exsultabunt.

Illuc producam cornu Da vid, * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos e us induam confu sione : * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Ana. Et omnis mansuetudinis ejus.

Psalmus 132.

ECCE quam bonum * Jucundum habitare fra tres in unum :

Sicut unguentum in capite, * quod descendit in barbam barbam Aaron,

Quod descendit in oram ve stimenti ejus : * sicut ros Her men, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Do minus benedictionem, * et vi tam usque in sæculum.

Afia. Ecce quam bonum, et quam jucundum.

Psalmus 134.

LAUDATE nomen Domini, * laudate servi Dominum.

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bo nus Dominus :* psallite nomi ni ejus, quoniam suave.

Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, * Israel in posses sionem sibi.

Quia ego cognovi quod ma gnus est Dominus, * et Deus noster præ omnibus diis.

Omnia quæcumque voluit,D6 minusfecit in cælo,et in terra,* in mari, et in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ : * fulgura in pluviam fecit.

Qui producit ventos de the sauris suis : * qui percussit pri mogenita Ægypti ab homine usque ad pecus.

Et misit signa et prodigia in medio tui Ægypte : * in Pha raonem, et in omnes servos ejus.



Qui percussit gentes multas :* et occidit reges fortes :

Sehon regem Amorrhæo rum, ? et Og regem Basan, * et omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorum here ditatem, * hereditatem Israel populo suo.

Domine nomen tuum in æter num : * Domine memoriale tuum in generationem et gene rationem.

Quia judicabit Dominus po pulum suum : * et in servis suis deprecabitur.

Simulacra gentium argentum et aurum, * opera manuum ho minum.

Os habent, et non loquentur oculos habent, et non videbunt.

Aures habent, etnon audient :* neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea : * et omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite Do mino :* domus Aaron benedi cite Domino.

Domus Levi benedicite Do mino :*qui timetis Dominum, benedicite Domino.

Benedictus DominusexSion,* qui habitat in Jerusalem.

Ana. Omnia quæcumque vo luit Dominus fecit.

Psalmus 135.

CONFITEMINI Domino, quo niam bonus : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo deorum : * quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Confitemini Domino domino rum : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui facit mirabilia magna so lus : * quoniam in æternum mi sericordia ejus.

Qui fecit cælos in intellectu: * quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Qui firmavit terram super aquas :* quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui fecit luminaria magna : * quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Solem in potestatem diei : * quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Lunam et stellas in potesta tem noctis :* quoniam in æter num misericordia ejus.

Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum -.^quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui eduxit Israel de medio eorum : * quoniam in æternum misericordia ejus.

In manu potenti, et brachio excelso : * quoniam in æter num misericordia ejus.

Qui divisit Mare rubrum in divisiones :*quoniam inæter num misericordia ejus.

Et eduxit Israel per medium ejus : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et excussit Pharaonem, et virtutem ejus in Mari rubro :* quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Qui traduxit populum suum per desertum : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui percussit reges magnos :* quoniam in æternum miseri cordia ejus.

Et occidit reges fortes : * quo niam in æternum misericordia ejus.

Sehon regem Amorrhæo rum : * quoniam in æternum misericordia ejus.

I Et Og regem Basar» : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et dedit terram eorum hereditatem : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Hereditatem Israel servo I suo : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Et redemit nos ab inimicis nostris : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Qui dat escam omni carni: * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Deo cæli : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Confitemini Domino dominorum : * quoniam in æternum misericordia ejus.

Ana. Quoniam in æternum misericordia ejus.

Psalmus 136.

SUPER flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus : * cum recordaremur Sion :

In salicibus in medio ejus, * suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, * verba cantionum :

Et qui abduxerunt nos : * Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini * in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Jerusalem, * oblivioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, * si non meminero tui:

Si non proposuero Jerusalem, * in principio lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorum Edom, * in die Jerusalem :

Qui dicunt: Exinanite, exinanite * usque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera ^beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

Beatus qui tenebit, * et allidet parvulos tuos ad petram.

Afia. Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ AD SEPTUAGESIMAM ET AB OCTAVA TRINITATIS AD ADVENTUM :

Ad Magnificat Ana. Deposuit potentes sanctos persequentes: et exaltavit humiles Christum confitentes.

Cetera pro Tempore ut in Vesperis Feriæ secundæ pag. 131. et pag. 132.

## FERIA SEXTA

## AD VESPERAS.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi : * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua :*quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me ^multiplicabis in anima mea virtutem.



Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : * quia audierunt omnia verba oris tui :

Et cantent in viis Domini : * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit : * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me : * Domine misericordia tua in sæculum : opera manuum tuarum ne despicias.

Ana. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

Psalmus 138.

DOMINE probasti me, et cognovisti me : * tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam :

Intellexisti cogitationes meas de longe : * semitam meam, et funiculum meum investiganti.

Et omnes vias meas prævidisti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima et antiqua : * tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me : * confortata est, et non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? * et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es : * si descendero n infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo, * et habitavero in extremis maris :

Etenim illuc manus tua deducet me : * et tenebit me dextera tua.

Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me : * et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur : * sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : * suscepisti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es ^mirabilia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto :* et substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, ? et in libro tuo omnes scribentur : * dies formabuntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus : * nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur : * exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores : * viri sanguinum declinateame:

Quia dicitis in cogitatione : * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine oderam : * et super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos : * et inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * interroga me, et cognosce semitas meas.

I Et vide, si via iniquitatis in me est : * et deduc me in via æterna.

Ana. Domine probasti me, et cognovisti me.

Psalmus 139.

ERIPE me Domine ab homine malo : * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * tota die constituebant prœlia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis : * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris : * et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi:

Et funes extenderunt in laqueum : * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu : * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salutis meæ : * obumbrasti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori : * cogitaverunt contra me ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum : * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones * in ignem dejicies eos : * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra : * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : * et vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo : * et habitabunt recti cum vultu tuo.

Ana. A viro iniquo libera me Domine.

Psalmus 140.

DOMINE clamavi ad te exaudi me : * intende voci meæ, cum clamavero ad te

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo : * et ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ,* ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * et non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me : * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum : * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt : * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum : * quia ad te Domine, Domine oculi mei : * in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi: * et a scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores : * singulariter sum ego donec transeam.

Ana. Domine clamavi ad te, exaudi me.



Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum clamavi :* voce mea ad Dominum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum,*et tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam : * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me : * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Portio mea Domine sit in terra viventium.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD SEPTUAGESIMAM
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Magnificat Ana. Suscepit Deus Israel puerum suum, sicut locutus est Abraham et semini ejus : et exaltavit humiles usque in sæculum.

Cetera pro Tempore ut in Vesperis Feriæ secundæ, pag.131. et pag. 132.

SABBATO AD VESPERAS.

Psalmus 143.

BENEDICTUS Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium, * et digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, et refugium meum : * susceptor meus et liberator meus :

Protector meus, et in ipso speravi : * qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei? * aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est :*dies ejus sicut umbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos, et descende : * tange montes, et fumigabunt.

Fulgura coruscationem, et dissipabis eos : * emitte sagittas tuas, et conturbabis eos :

Emitte manum tuam* de alto, ? eripe me, et libera me de aquis multis : * de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem :* et dextera eorum, dextera iniquitatis.

Deus canticum novum cantabo tibi: * in psalterio, decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: ? qui redemisti David servum tuum de gladio maligno : eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, ? quorum os locutum est vanitatem :* et dextera eorum, dextera iniquitatis :

Quorum filii, sicut novellæ plantationes * in juventute sua

Filiæ eorum compositæ : * circumornatæ ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

Oves eorum fetosæ, abundan tes in egressibus suis : * boves eorum crassæ.

Non est ruina maceriæ, neque transitus : * neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt : * beatus popu lus, cujus Dominus Deus ejus.

Ana. Benedictus Dominus Deus meus.

Psalmus 144.

EXALTABO te Deus meus rex : * et benedicam nomi ni tuo in sæculum, et in sæcu lum sæculi.

Per singulos dies benedicam tibi : * et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæ culi.

Magnus Dominus et laudabi lis nimis : * et magnitudinis ejus non est finis.

Generatio et generatio lauda bit opera tua : * et potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriæ san ctitatis tuæ loquentur : * et mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuo rum dicent : * et magnitudi nem tuam narrabunt.

Memoriam abundantiæ sua vitatis tuæ eructabunt • * et justitia tua exsultabunt

Miserator et misericors Domi nus : * patiens, et multum mi sericors.

Suavis Dominus universis • * et miserationes ejus super om nia opera ejus.

tibi Domine om nia opera tua : * et sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent • * et^ potentiam tuam l0qu^

Ut notam faciant filiis homi num potentiam tuam • * i" gloriam magnificentiæ regni

tuum regnum oni ilium sæculorum :* et domina tio tua in omni generatione et generationem.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis : * et sanctus in om nibus operibus suis.

Allevat Dominus omnes, qui corruunt : * et erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant Domine : * et tu das escam illo rum in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam : * et imples omne animal benedi ctione.

Justus Dominus in omnibus viis suis : * et sanctus in omni bus operibus suis.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum : * omnibus invocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium se fa ciet, ? et deprecationem eorum exaudiet : * et salvos faciet eos.

Custodit Dominus omnes dili gentes se : *et omnes peccato res disperdet.

Laudationem Domini loque tur os meum : * et benedicat omnis caro nomini sancto ejus in sæculum, et in sæculum sæ culi.

Ana. In æternum, et in sæcu tum sæculi.

Psalmus 145.

LAUDA anima mea Domi num, ? laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.



Nolite confidere in principi bus : * in filiis hominum, in qui bus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et rever tetur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitatio nes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob ad jutor ejus, ? spes ejus in Domi no Deo ipsius : * qui fecit cæ lum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæ culum, ? facit judicium injuriam patientibus : * dat escam esu rientibus.

Dominus solvit compedi tos : * Dominus illuminat cæ cos.

Dominus erigit elisos, * Domi nus diligit justos.

Dominus custodit advenas, ? pupillum et viduam susci piet: * et vias peccatorum dis perdet.

Regnabit Dominus in sæ cula ? Deus tuus Sion, * in generationem et genera donem.

Ana. Laudabo Deum meum in vita mea.

Psalmus 146.

LAUDATE Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Domi nus : ^dispersiones Israelis con gregabit.

Qui sanat contritos corde : ~ et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis no mina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus : * et sapien tiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Domi nus : * humilians autem pecca tores usque ad terram.

Præcinite Domino in confes sione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus : * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœ num : * et herbam servituti ho minum.

Qui dat jumentis escam ipso rum : * et pullis corvorum in vocantibus eum.

Non in fortitudine equi volun tatem habebit : * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino su per timentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Ana. Deo nostro jucunda sit laudatio.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Domi num : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : nebulam sicut cinerem spar git.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigo ris ejus quis sustinebit.-'

Emittet verbum suum, et li quefaciet ea : * flabit spiritus eius, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni natio ni : * et judicia sua non mani festavit eis.

Ana. Lauda Jerusalem Domi num.

T Tempore Resurrectionis, in Vesperis Sabbati, super omnes Psalmos dicatur hæc tantum Ana : Alleluia, alle luja, alleluia.

IN ADVENTU :

i Capitulum Ecce dies veniunt., pag.127.; R?, proprium; Hym nus Conditor alme., J. Rora te., pag. 127.; Antiphona ad Magnificat et Oratio propriæ.

A SABBATO POST OCTAVAM EPIPHANIÆ AD SABBATUM ANTE SEPTUAGESIMAM INCLUSIVE I

Capitulum. 2. Cor. L

BENEDICTUS Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui conso latur nos in omni tribulatione nostra.

(Si in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ inchoan da fuerit Historia Dominicalis, Sabbato præcedenti ad Vespe ras dicatur P/. Deus, qui sedes., ut suo loco notatur in Officio de Tempore. Si vero Officium prædictæ Dominicæ impedi tum fuerit, 37. Deus, qui sedes, omittatur illo anno. Sabbato ante Septuagesimam dicatur Igitur.,ut in Officio de Tem pore.)

Hymnus.

O LUX beata Trinitas,
Et principalis Unitas
Jam sol recedit igneus
Infunde lumen cordibus

TE mane laudum carmine
Te deprecemur vespere,
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen

y. Vespertina oratio ascendat ad te Domine. K?. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea Domine sicut sagittæ in fixa sunt in me : sed antequam vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœ nitentiæ, Deus.

Oratio propria.

SABBATIS ANTE SEXAGESIMAM ET QUINQUAGESIMAM :

Omnia ut in Sabbatis post Octavam Epiphaniæ, præter et Antiphonam ad Magni ficat, quæ in Officio de Tempo re suis locis sunt posita.

A SABBATO ANTE DOMINICAM I. QUADRAGES. AD SABBATUM ANTE DOMINICAM IN PASSIONE :

Capitulum Hortamur vos., pag.128.;^?. proprium; Hym nus Audi benigne, et Ange lis suis., pag. 128.; Antiphona ad Magnificat et Oratio pro priæ.

SABBATIS ANTE DOMINICAS IN PASSIONE ET IN RAMIS PALMARUM :

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., pag. 128.; pro prium; Hymnus Vexilla Regis. ety. Eripe me Domine.,pag.128.



Antiphona ad Magnificat et Oratio propriæ.

SABBATO ANTE DOMINICAM IN ALBIS ET QUATUOR SABBATIS IMMEDIATE SUBSEQUENTIBUS :

Capitulum Christus resur gens., pag. 128.; Hymnus Ad cenam Agni., J. Mane nobis cum., pag. 129.; Antiphona ad Magnificat et Oratio pro priæ. (Sabbato ante Domini cam iij. post Octavam Paschæ, ante Hymnum dicitur etiam proprium). Memoria Crucis, ut pag. 129.

A SABBATO ANTE DOMINICAM I. POST OCTAVAM TRINITATIS AD ADVENTUM :

Capitulum Benedictus., pag. 144.;!^. proprium (si dicendum occurrerit); Hymnus O lux. et f. Vespertina oratio., pag. 144.; Antiphona ad Magnificat et Oratio propriæ.

IN TOTIS DUPLICIBUS AD I. VESPERAS.

T Sequentes Psalmi dicuntur in omni festo Toto Duplici ad primas Vesperas, nisi aliter no tatum fuerit suis locis.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens paupe rem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes: * laudate eum om nes populi:

Quoniam confirmata est su per nos misericordia ejus : *et veritas Domini manet in æter num.

Psalmus 145.

LAUDA, anima mea, Domi num, ? laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principi bus : * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et rever tetur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitatio nes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob ad jutor ejus, ? spes ejus in Do mino Deo ipsius : * qui fecit cælum et terram, mare, et om nia quæ in eis sunt.

Oui custodit veritatem in sæ clum, ? facit judicium inju riam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos : Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, ? pupillum, et viduam suscipiet:* et vias peccatorum disperdet

Regnabit Dominus in sæcula ? Deus tuus Sion, * in generationem et generationem.

Psalmus 146.

LAUDATE Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus : * dispersiones Israelis congregabit

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus : * et sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus : * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus : * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum : * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Dominum : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem:* et adipe frumenti satiat te

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

9,ui dat n \ye ™ si cut lanat »:* i nebulam sicut cinerem spar ^V-,. Mlt ?.f crystallum suam sicut I buccellas :ante faciem fri ejus ^ verb sustinebit? ffl suum, et li uef *aet ea : * flabit spiritus annuntla t verbum suum acob Israel. ^justitias, et judicia sua

Non fecit taliter omni nationi : * et judicia sua non manifestavit eis.

Antiphona super Psalmos, Capitulum, Responsorium, Hymnus, Versiculus et Antiphona ad Magnificat dicantur ut suis locis, sive in Officio de Tempore sive in Proprio Sanctorum, sive in Communi notatum fuerit.

Canticum B. Mariæ V.
Lucæ i.

MAGNIFICAT : * anima mea Dominum.

Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui



potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ,

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et semini ejus in sæcula.

Repetita post Canticum Antiphona, dicatur Oratio quæ in Festo signata fuerit.

MODUS TERMINANDI HORAS

EXCEPTO COMPLETORIO.

Dicto post Orationem seu Orationes Dominus vobiscum, et Benedicamus Domino., si immediate non sequitur alia Hora, aut Missa Conventualis, aut Officium Defunctorum, subditur : Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. X?. Amen. Pater noster, secreto; deinde :

Aria. Salve Regina, mater misericordiæ : vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte; et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exsilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Aña. Pie Pater Dominice, tuorum memor operum, sta coram summo Judice pro tuo cœtu pauperum.

Y. Post partum Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix intercede pro nobis.

y. Ora pro nobis beate Pater Dominice. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

y. Fiat pax in virtute tua. Ej?. Et abundantia in turribus tuis.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis hostibus redde securos.

CONCEDE quæsumus omnipotens Deus : ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, patrocinio sublevemur.

ECCLESIÆ tuæ, quæsumus Domine, preces placatus admitte : ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate; et pacem tuam nostris concede temporibus. Per Christum Dominum nostrum, ^z. Amen. Pater noster, secreto.

Dicatur etiam Fidelium, cum Pater noster., Antiphonis, ff. et Orationibus supra positis, post Missam Conventualem, quando non sequitur Hora dicenda, nisi post Missam Defunctorum.

AD COMPLETORIUM.

Dicto Jube domne benedice re., subjungatur Benedictio :

I Noctem quietam et finem per fectum tribuat nobis omnipo tens et misericors Dominus.

fy- Amen.

Lectio. i. Petri. 5.

FRATRES : Sobrii estote, et X vigilate .- quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret : cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine mise rere nostri. Deo gratias.

f- Adjutorium nostrum in no mine Domini. Qui fecit cæ lum et terram.

Dicto Pater noster, secreto, subdatur a Prælato :

CONFITEOR Deo omnipo tenti, et beatæ Mariæ sem per Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis, et vobis Fratres : quia peccavi nimis cogitatione, lo- i cutione, opere et omissione mea culpa : precor vos orare pro me.

Chorus autem dicat :

MISEREATUR tui omnipo ens Deus, et dimittat tibi i omnia peccata tua : liberet te ab omni malo, salvet, et con firmet in omni opere bono et I perducat te ad vitam æter nam. Respondeat Prælatus • Amen.

Postea Chorus replicet :

CONFITEOR Deo omnipoten ti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis, et tibi Pater : qui^t^^T: nimis cogitatione, locutione opere et omissione, mea culm precor te orare pro me.

Quo finito, Prælatus dicat Absolutionem :

SEREATUR vestri omni potens Deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra • liberet vos ab omni malo, sal vet, et confirmet in omni opere bono, et perducat vos ad vitam æternam. Amen.

T Quando autem Frater solus dicit Completorium, dicat sic :

CONFITEOR Deo omnipo tenti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Do minico Patri nostro et omni bus Sanctis : quia peccavi ni mis cogitatione, locutione, opere et omissione, mea culpa: precor beatam Mariam semper Virginem, et beatum Domini cum Patrem nostrum, et om nes Sanctos orare pro me.

MISEREATUR mei omnipo tens Deus, et dimittat mi hi omnia peccata mea : liberet me ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducat me ad vitam æter I nam. Amen.

Deinde dicatur :

T Converte nos Deus saluta ris noster. Et averte iram tuam a nobis.

f. Deus in adjutorium meum intende. 1$. Domine ad adju vandum me festina. Gloria Pa tri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæcu lorum. Amen. Alleluia.



I A Septuagesima vero ad Cenam Domini, omisso Alle luia., dicitur : Laus tibi Domi ne, Rex æternæ gloriæ.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gra vi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis menda cium?

Et scitote quoniam mirifica vit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cum cla mavero ad eum.

Irascimini, et nolite pecca re : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justi tiæ, ? et sperate in Domino multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lu men vultus tui Domine : * de disti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum* dormiam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singu lariter in spe * constituisti me.

Psalmus 30.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum : * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protecto rem : ? et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: * et pro pter nomen tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi : * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum : * redemisti me Domine Deus veritatis.

Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Al tissimi, * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino : Susceptor meus es tu, et refugium meum Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, * et a ver bo aspero.

Scapulis suis obumbrabit ti bi : * et sub pennis ejus spera bis.

Scuto circumdabit te veritas ejus : * non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, ? a negotio perambulante in tene bris : * ab incursu, et dæmo nio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, ? et decem millia a dextris tuis: * ad te autem non appropinqua bit.

Verumtamen oculis tuis con siderabis : * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea : * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : * et flagellum non appropinqua bit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis man davit de te : * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis : * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, li-I berabo eum : * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum : ? cum ipso sum in tribulatione : * eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : * et ostendam illi salutare meum.

Psalmus 133.

ECCE nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini :

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * et benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cælum et terram.

Ana. Miserere mihi Domine, et exaudi orationem meam.

Capitulum. Jer. 14.

Tu in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos : ne derelinquas nos Domine Deus noster. Deo gratias.

R. In manus tuas Domine * Commendo spiritum meum. In manus. y. Redemisti me Domine Deus veritatis. Commendo. Gloria. In manus.

Hymnus.

TE lucis ante terminum,
Rerum Creator poscimus
Ut solita clementia
Sis præsul ad custodiam.

PROCUL recedant somnia
Et noctium phantasmata :
Hostemque nostrum comprime
Ne polluantur corpora.

PRÆSTA Pater omnipotens
Per Jesum Christum Dominum
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum sancto Spiritu,
Amen.

f - Custodi nos Domine ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Canticum Simeonis. Luc. 2.

\JUNC dimittis servum tuum - I N Domine, * secundum verbum tuum in pace :

Quia viderunt oculi mei * salutare tuum,

Quod parasti * ante faciem omnium populorum :

Lumen ad revelationem gentium, * et gloriam plebis tuæ Israel.

Ana. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes : ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace.

Post Antiphonam ad Nunc dimittis, nisi Preces dicendæ fuerint, immediate sequitur :

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

VISITA, quæsumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelleret Angeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiant, et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.^?.Deo gratias.

Deinde detur Benedictio hoc modo, si Prælatus benedicit: Benedictio Dei omnipotentis



Patris, et Filii, et Spiritus sancti descendat super vos, et maneat semper. Amen.

«T Si sit alius, omisso super vos., dicat: super nos.

MODUS DICENDI PRECES IN COMPLETORIO :

Post Antiphonam ad Nunc dimittis, si Preces dicendæ fuerint, dicantur hoc modo :

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison., et secreto Pater noster. Deinde subjungatur alte : Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

y.In pace in idipsum. ^.Dormiam et requiescam.

Secreto dicatur : Credo in Deum..., deinde alte : Carnis resurrectionem. Vitam æternam. Amen.

f. Dignare Domine nocte ista. ty?. Sine peccato nos custodire.

Dominus vobiscum. Oremus. Visita, quæsimus..., Dominus vobiscum. Benedicamus Domino., ut supra.

Deinde detur Benedictio, ut supra.

Data Benedictione, nisi dicendum fuerit Completorium de beata Virgine Maria, statim dicatur Ana. Salve Regina, mater misericordiæ : vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii Hevæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte : et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exsilium ostende. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria. T. P. Alleluia.

f. Dignare me laudare te Virgo sacrata. T. P. Alleluia.

Da mihi virtutem contra hostes tuos. T. P. Alleluia.

Oremus. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Christum.

Poterit deinde addi Antiphona,f. etOratiodeS.P.N. Dominico, ubi, pro more Provinciæ vel Conventus, de alio Sancto non fit Memoria :

Ana. O lumen Ecclesiæ, doctor veritatis, rosa patientiæ, ebur castitatis, aquam sapientiæ propinasti gratis : prædicator gratiæ nos junge beatis. T. P. Alleluia.

y. Ora pro nobis beate Pater Dominice. T. P. Alleluia.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P- Alleluia.

Oremus. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, patrocinio sublevemur. Per Christum.

Deinde dicto Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.,et responso Amen., subjungatur secreto Pater noster, et Credo in Deum.

A SABBATO POST CINERES AD SABBATUM ANTE DOMINICAM IN PASSIONE :

Jube domne benedicere., Benedictio Noctem quietam., Lectio Fratres sobrii estote., f. Adjutorium nostrum., Pater noster., Confiteor., Misereatur., y. Converte nos., f. Deus in adjutorium., Ps. Cum invocarem. et ceteri, Ana Miserere, (nisi dicatur Completorium de beata Virgine); Capitulum Tu in nobis es., ut pag. 148. et sequentibus.

T" Sequens 1$. In pace. dicatur tantum in Sabbatis et Dominicis diebus, in festis Duplicibus et Totis Duplicibus ad utrumque Completorium, et infra Octavas Solemnes. (Ceteris autem diebus, dicatur R. In manus., pag. 150. ^

In pace in idipsum * Dormiam et requiescam. Non repetatur, sed immediate dicatur f. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Dormiam. Gloria. 1$. In pace.

Hymnus.

CHRISTE, qui lux es et dies,
Noctis tenebras detegis,
Lucisque lumen crederis^
Lumen beatum prædicans.
PRECAMUR sancte Domine,
Defende nos in hac nocte :
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.
T NE gravis somnus irruat,
Nec hostis nos subripiat,
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos statuat.
OCULI somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet :'
Dextera tua protegat
Famulos, qui te diligunt.
DEFENSOR noster aspice
Insidiantes reprime,
Guberna tuos famulos,
Quos Sanguine mercatus es.
MEMENTO nostri Domine,
In gravi isto corpore :
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis Domine.
PRÆSTA Pater omnipotens
Per Jesum Christum Dominum'
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum sancto Spiritu.
Amen.

f. Custodi nos Domine ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

T Sequens Antiphona dicatur ad Nunc dimittis quotidie usque ad Sabbatum ante Dominicam iij. Quadragesimæ exclusive, exceptis Festis beatæ Virginis et diebus infra Octavam Annuntiationis, si eo tempore occurrerint :

Ana. Evigila super nos æterne Salvator, ne nos apprehendat callidus tentator : quia tu factus es nobis sempiternus adJutor.

T Sequens vero Antiphona cum suo X dicatur ad Nunc dimittis quotidie a Sabbato ante Dominicam iij. Quadragesimæ usque ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive, exceptis Festis beatæ Virginis et diebus infra Octavam Annuntiationis :

Ana. Media vita in morte sumus : quem quærimus adjutorem, nisi te Domine, qui pro peccatis nostris juste irasceris? * Sancte Deus, sancte fortis, sancte et misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos. T. Ne projicias nos in tempore senectutis : cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine. Sancte Deus....

Cetera non mutantur.

A SABBATO ANTE DOMINICAM IN PASSIONE AD CENAM DOMINI EXCLUSIVE :

Jube domne benedicere. Benedictio Noctem quietam., Lectio Fratres sobrii estote., f. Adjutorium nostrum., Pater noster., Confiteor., Misereatur.,^. Converte nos., f. Deus in adjutorium., Ps. Cum invocarem. et ceteri, Ana Miserere, (nisi dicatur Completorium de beata Virgine), Capitulum Tu in nobis es., ut pag. 150. et sequentibus notatum est.

Omisso fy In pace., dicitur sequens :

K. In manus tuas Domine * Commendo spiritum meum. In manus. f. Redemisti me Domine, Deus veritatis. Commendo. Et omisso Gloria Patri., reincipitur In manus. (In Festis tamen Sanctorum dicitur In manus, cum Gloria Patri.)

Hymnus Christe qui lux es. et f. Custodi nos., pag. i52

T Sequens Antiphona dicatur ad Nunc dimittis quotidie, exceptis Festis beatæ Virginis et diebus infra Octavam Annuntiationis :

Ana. O Rex gloriose inter sanctos tuos, qui semper es laudabilis, et tamen ineffabilis: tu in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos : ne derelinquas nos Deus noster : ut in die judicii nos collocare digneris inter sanctos et electos tuos, Rex benedicte.



Cetera fiant more consueto, hoc uno excepto, quod Feria i v. ante Cenam Domini, data Benedictione, omissa Antiphona Salve Regina, et Antiphona de S. P. Dominico aut de alio Sancto dici solita, statim dicitur Fidelium., Pater noster, et Credo in Deum.

A SABBATO POST PASCHA AD SABBATUM POST PENTECOSTEN :

Jube domne benedicere., Benedictio Noctem quietam., Lectio Fratres sobrii estote., f. Adjutorium nostrum., Pater noster., Confiteor., Misereatur., f. Converte nos., f. Deus in adjutorium., Ps. Cum invocarem., Ps. In te Domine speravi., Ps. Qui habitat, (præterquam in Festo et infra Octavam Pentecostes), Ps. Ecce nunc.,pag. 148. et sequentibus.

Super Psalmos Ana. Alleluia, alleluja, allecia, alleluiatici dicatur Completorium de beata Virgine.)

Capitulum. Jer. 14.

Tu in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos : ne derelinquas nos Domine Deus noster.

In manus tuas Domine commendo spiritum meum, * Alleluia, allecia. In manus. f. Redemisti me Domine, Deus veritatis. Alleluia, allecia. Gloria. In manus.

Hymnus.

TESU nostra redemptio,
I Amor et desiderium,
Deus Creator omnium,
Homo in fine temporum :

QUÆ te vicit clementia,
Ut ferres nostra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres ?

INFERNI claustra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris residens :

IPSA te cogat pietas
Ut mala nostra superes
Parcendo, et voti compotes
Nos tuo vultu saties.

I Duæ ultimæ Strophæ ab Octava Paschæ ad Vigiliam Ascensionis :

QUÆSUMUS Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Duæ ultimæ Strophæ a Vigilia Ascensionis ad Vigiliam Pentecostes :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Duæ ultimæ Strophæ a Vigilia Pentecostes ad Sabbatum ante SS. Trinitatem :

DUDUM sacrata pectora
Tua replesti gratia :
Dimitte nunc peccamina,
Et da quieta tempora.

SIT laus Patri cum Filio
Sancto simul Paraclito • '
jNobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

f. Custodi nos Domine ut nupiliam oculi, allecia. fy Sub umbra alarum tuarum protege nos, alleluja.

T Sequentes Antiphonæ dicantur quotidie suis Temporibus ad Nunc dimittis, etiam in Festis Sanctorum, nisi de beata Virgine dicatur Completorium.

T Tempore Resurrectionis : Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Resurrexit Dominus, allecia : sicut dixit vobis, allecia, alleluja.

T Tempore Ascensionis: Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Ascendens Christus in altum, allecia, captivam duxit captivitatem, allecia, allecia.

In Festo et infra Octavam Pentecostes :

T Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Spiritus Paraclitus, alleluja, docebit vos omnia, allecia, alleluia.

Cetera non mutantur.

## LITANIÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Omni Sabbato per totum annum, finita Antiphona Salve Regina, cum f. Dignare, et Oratione Concede nos., dicuntur Litaniæ beatæ Virginis

KYRIE eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.



Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater divinæ gratiæ, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.'
Mater inviolata, ora. ,
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater boni consilii, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Salvatoris, ora.
Virgo prudentissima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum justitiæ, ora.
Sedes sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas insigne devotionis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Davidica, ora.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Janua cæli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Consolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Christianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, °ra.
Regina sine labe originali concepta, °ra.
Regina sacratissimiRosarii,ora.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. 1$. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.

Deinde dicatur Prosa :

INVIOLATA, intacta et casta es Maria,
Quæ es effecta fulgida cæli porta.
O mater almaChristi carissima,
Suscipe pia laudum præconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora,
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcisona,
Nobis concedas veniam per sæcula,
0 benigna, quæ sola inviolata permansisti. T. P. Alleluia.

T Poterit etiam, Tempore Paschali, ubi usus obtinuerit, loco Prosæ Inviolata, dici sequens Antiphona :

Regina cæli lætare, alleluja : quia quem meruisti portare, allecia, resurrexit sicut dixit, alleluja : ora pro nobis Deum, alleluia.

Post Prosam Inviolata, vel Anam Regina cæli. dicatur

y Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. T. P. Alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P. Alleluia.

Oremus. Oratio.

GRATIAM tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde : ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incar1 nationem cognovimus, per ' Passionem ejus et Crucem ad I resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum.

T Ubi consuetum fuerit, y. Ora pro nobis, et Oratio Gratiam tuam. dicantur im mediate post Litanias beatæ Mariæ V. Post Prosam vero Inviolata., vel post Anam Regina cæli., dicatur f. Post partum Virgo, cum Oratione Protege., ut pag. 147.

Postea dicatur Antiphona cum f. et Oratione de S. P. Dominico, aut de alio Sancto, et terminetur Completorium more solito.

LITANIÆ SANCTORUM.

Post Completorium, quam tunivis ea die solemne festum fuerit, si nihilominus die se quenti fiat Officium de Feria, legantur in Choro litaniæ Sanctorum cum Psalmo Deus in adjutorium., Precibus, ff. et Orationibus, exceptis diebus in Rubrica generali §. xxxviij. notatis.

Psalmus 69.
dicendus ante Litanias.

DEUS in adjutorium meum intende : * Domine arfaT juvandum me festina

Confundantur et revereri tur,*quinmpnnti• meam : qUærUnt ammam

Avertantur retrorsum et em ! bescant, * nui vnWf mala. lunt mihl

Avertantur statim erubesci > * qui dicunt mih? Euee" I n euge.

Exsultent, et lætentur in omnes qui quærunt te i eant semnpr. minnf mper: M^ific^tur D6 Sum! : qW dll, 8Unt ^tAre

Ego vero egenus, et pauper sum : * Deus adjuva me

Adjutor meus, et liberator meusestu:*Dominenemo reris.

Gloria Patri. etc.

KYRIE eleison. Kyrie eleison.

Christe eleison. ^. Christe eleison.

Kyrie eleison. 1$. Kyrie eleison.

Christe audi nos. fy Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, miserere nobis.

Repetatur a Choro:

Pater de cælis Deus, miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis. Fili Redemptor, etc.

Sputus sancte Deus, miserere nobis. ^ Spiritus sancte. etc.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis, ty. Sancta Trinitas, etc.

Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora.
i*""?* Sinum ora
^ichael, ora
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli, et Archangeli orate pro nobis
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate.
Cte Jodnn Baptista, ora.
Seph
Omnes sancti Patriarchæ orate,
Sancte Petre ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.



Sancte Thoma, ora pro nobis.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe. ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Cornili, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Dionysi cum Sociis tuis, ora.
Sancte Mauriti cum Sociis tuis, ora.
Sancte Januari cum Sociis tuis, ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate.
Sancti Cosma et Damiane, orate
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora
Sancte Joannes cum Sociis tuis, ora
Omnes sancti Martyres, orate
Sancte Silvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Pie, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hier6nyme, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Antonine, ora.
Sancte Pater Dominice, ora,
Sancte Pater Dominice, ora

Sancte Thoma, ora pro nobis.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Hyacinthe, ora.
Sancte Raymunde, ora.
Sancte Ludovice, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Confessores, orate.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Camarina, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Ursula cum Sodalibus tuis, ora.
Sancta Camarina, ora.
Sancta Rosa, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Camarina, ora.
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate.
Omnes Sancti, orate.
Propitius esto. ^z. Parce nobis Domine.
Propitius esto. ^z. Exaudi nos Domine.
A damnatione perpetua. Libera nos Domine.
A subitanea et improvisa morte, libera.
Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, libera nos Domine.
Ab infestationibus dæmonum, libera.
Ab omni immunditia mentis et corporis, libera.
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate, libera.

Ab immundis cogitationibus, libera nos Domine.
A cæcitate cordis, libera.
A fulgure et tempestate, libera.
A peste, fame et bello, libera.
A flagello terræmotus, libera.
Ab omni malo, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera.
Per Passionem et Crucem tuam, libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per gratiam sancti Spiritus Paracliti, libera.
In die Judicii, libera.
Peccatores, Te rogamus, audi nos.
Ut pacem nobis dones, te rogamus.
Ut misericordia et pietas tua nos custodiat, te rogamus, audi nos.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conservare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut Domnum Apostolicum, et omnes gradus Ecclesiæ in sancta religione conservare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut Episcopos et Prælatos nostros et cunctas congregationes illis commissas in tuo sancto servitio conservare digneris, te rogamus.
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut Regibus et Principibus nostris pacem et veram concordiam atque victoriam donare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut cunctum populum Christianum pretioso Sanguine tuo redemptum conservare digneris, te rogamus, audi nos"
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus, audi nos
Ut animas nostras et parentum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus, audi nos.
Ut fructus terræ dare, et conservare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut oculos misericordiæ tuæ super nos reducere digneris, te rogamus, audi nos.
Ut obsequium servitutis nostræ rationabile facias, te rogamus, audi nos.
Ut mentes nostras ad cælestia desideria erigas, te rogamus.
Ut miserias pauperum et captivorum intueri et relevare digneris, te rogamus.
Ut loca nostra et omnes habitantes in eis visitare et consolari digneris, te rogamus, audi nos.
Ut civitatem istam et omnem populum ejus protegere et conservare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut omnes fideles navigantes et itinerantes ad portum salutis perducere digneris, te rogamus, audi nos.
Ut regularibus disciplinis nos instruere digneris, te rogamus, audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam dones, te rogamus, audi nos.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.
Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. 1$. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. F?. Miserere nobis.
Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison.
Pater noster, secreto Et ne nos inducas in tentationem.
R?. Sed libera nos a malo.
f. Post partum Virgo inviolata permansisti.
R- Dei Genitrix intercede pro nobis.
f. Ora pro nobis beate Pater Dominice.
R? Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
V. Sapientiam Sanctorum narrent populi.
fy Et laudem eorum nuntiet ecclesia.
is Memor esto congregationis tuæ.
E?. Quam possedisti ab initio.
x Salvos fac servos tuos et ancillas tuas.
1$. Deus meus, sperantes in te.
f. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
A facie inimici.
f Fiat pax in virtute tua.
Rz. Et abundantia in turribus tuis.
Dominus vobiscum, fy Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper Virginis patrocleis confidentes a cunctis hostibus redde securos.

poNCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui peccatomum nostrorum P6ndere premimur, beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, patrocinio sublevemur.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut ad meliorem vitam Sanctorum Ordinis nostri exempla nos provocent; quatenus quorum memoriam agimus etiam actus imitemur.

TNEFFABILEM misericordiam tuam D6mine nobis dem tef QSt ,nde .utsimulnQSetR pe(X, tis 6mnibus 6xuas> et .pœnis quas pro his meremur £ripias"

PRÆTENDE Domine famulis et famulabus tuis dexteram cælestis auxilii : ut te toto corde perquirant, et quæ digne postulant assequantur.

CCLESIÆ tuæ, quæsumus D6nline preces placatus admitte : ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.

T-XEUS, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera : da servis tuis llIam, quam mundus dare non potest, pacem : ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum, fy Amen.

q- in trjbus diebus Rogationum (si fiat de Feria) et in Vigilia Pentecostes, in sero. li cedenti post Comp e orium dicitur Psalmus Deus, ad Jut0 num. et statim subditur Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison• jPater ^oster secreto tr n ni. A partam,, cum ce ens y y et Litaniis quæ ante Missam sunt cantandæ.

AD DISCIPLINAS.

Quando Disciplinæ recipiendæ fuerint, terminatis Orationibus post Litanias, vel, si hæ dicendæ non sint, terminatis Orationibus post Psalmum Deus in adjutorium., dicatur a Conventu :

CONFITEOR Deo omnipotenti, et beatæ Mariæ semper Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus Sanctis, et tibi Pater : quia peccavi nimis cogitatione, locutione, opere et omissione, mea culpa: precor te orare pro me.

Subjungat Hebdomadarius :

MISEREATUR vestri omnipotens Deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra : liberet vos ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducat vos ad vitam æternam. Amen.

Deinde Hebdomadarius incipiat Psalmum 50. Miserere mei Deus., pag. 81., qui dicatur alternatim, ita quod Hebdomadarius solus dicat unum Versum, et Conventus alium.

Post Psalmum, dicto Gloria Patri., subjungatur communiter ab omnibus : Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison, Pater noster, secreto.

Quo finito, dicat Hebdomadarius :

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

y. Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te! Dominusvobiscum. I^.Etcum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram : ut quos delictorum catena constringit miseratio tuæ pietatis clementer absolvat Per Christum.

T Quod si post Completorium Disciplinæ in Choro dari non possint, propter sæculares, dentur in Sacristia vel in Capitulo, aut si tunc fuerit grave impedimentum, relinquantur post Matutinas.

H Fratres vero qui Disciplinis non intersunt tenentur recitare Psalmum Miserere, cum Oratione.



# OFFICIUM DE TEMPORE.

QUÆ in Officio Dominicali et in Officio Feriali extra Tempus Paschale proprio loco notata non sunt, dicenda sunt secundum quod in Psalterio, aut in Dominica j. post Octavam Epiphaniæ et ejus Feriis, aut in Dominica j. post Octavam Trinitatis et ejus Feriis sunt signata.

SABBATO ANTE DOMINICAM I. ADVENTUS.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ super Psalmos de Sabbato ut in Psalterio, pag. 141.

Capitulum. Jer. 23.

ECCE dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra.

R7. Missus est Gabriel angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries, Et vocabitur Altissimi Filius. f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur. Gloria. Et vocabitur.

Hymnus Conditor alme siderum., pag. 127.

f. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

i Ad Magnificat Ana. Ecce nomen Domini venit de longinquo, et claritas ejus replet orbem terrarum. Oratio.

EXCITA, quæsumus, Domine, potentiam tuam, et veni; ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis.

DOMINICA I. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ecce venit Rex : * Occurramus obviam Salvatori nostro. Psalmus Venite exsultemus., pag. i.

Hymnus Verbum supernum prodiens., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9.; super Psalmos sola Ana Scientes., pag. 9.; f. Ex Sion., ibidem.

Incipit liber Isaiæ Prophetæ.

Lectio j. Cap. i.

VISIO Isaiæ filii Amos, quam vidit super Judam et Jerusalem in diebus Oziæ, Joathan, Achaz.etEzechiæ regum Juda. Audite cæli, et auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutrivi, et exaltavi : ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi iritis. Deo gratias.

T Et ita per clausulam Hæc dicit Dominus Deus., loco clausulæ Tu autem Domine., terminentur deinceps omnes Lectiones de Propheta Isaia, usque ad Matutinum Nativitatis Domini inclusive, nisi aliter signetur.

j. Aspiciens a longe ecce video Dei potentiam venientem, et nebulam totam terram tegentem :* Ite obviam ei, et dicite : Nuntia nobis, si tu es ipse, Qui regnaturus es In populo Israel. y. j. Quique terrigenæ, et filii hominum, simul in unum dives et pauper. — Ite obviam ei, et dicite : Nuntia nobis, si tu es ipse, Qui regnaturus es In populo Israel. f. ii. Qui regis Israel intende : qui deducis velut ovem Joseph. — Nuntia nobis, si tu es ipse, Qui regnaturus es In populo Israel. f. iij. Excita Domine potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. — Qui regnaturus es In populo Israel. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. — In populo Israel.

Finita resumptione post Gloria Patri., Aspiciens, reintatur usque ad f. j. Quique terrigenæ exclusive.

Quando hoc ^z. dicendum ent infra Hebdomadam, dicatur tantum cum tertio f. Excita Domine, et resumptione Qui regnaturus es in populo Israel., sine Gloria Patri.

Lectio ij.

VÆ genti peccatrici, populo ... relinquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem? omne caput languidum, et omne cor mærens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas : vulnus, et livor, et plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Hæc dicit ...

^z. ij. Aspiciebam in visu noctis, et ecce in nubibus cæli Filius hominis veniebat : et datum est ei regnum, et honor: * Et omnis populus, tribus, et linguæ servient ei. f. Potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur : et regnum ejus, quod non corrumpetur. — Et omnis populus, ...

Lectio nj.

TERRA vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, et sicut civitas, quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus Hæc dicit

iij. Missus est Gabriel angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et ... * Et vocabitur Altissimi Filius. f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius. Gloria. Et vocabitur Altissimi Filius.



IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 10-13.; super Psalmos sola Ana Hora est., pag. 13., T- Egredietur virga., ibidem.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio i v. Cap. i.

PAULUS, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri : per quem accepimus gratiam, et Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi : omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Tu autem Domine miserere nostri,

ty. iv. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. f. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ? Et respondens Angelus dixit ei. - Spiritus sanctus.

Lectio v.

PRIMUM quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis : quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis : obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos : ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos : id est, simul consolari in vobis per eam, quæ invicem est, fidem vestram, atque meam.

v. Salvatorem exspectamus, Dominum Jesum Christum, *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. f. Sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei. — Qui reformabit.

Lectio vj.

NOLO autem vos ignorare fratres : quia sæpe proposui venire ad vos, (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in ceteris gentibus. Græcis, ac Barbaris, sapientibus, et insipientibus debitor sum : ita (quod in me) promptum est et vobis, qui Romæ estis, evangelizare. Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum, et Græco. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem : sicut scriptum est : Justus autem ex fide vivit.

vj. Audite verbum Domini gentes, et annuntiate illud in finibus terræ : et in insulis, quæ procul sunt, dicite : *Salvator noster adveniet, y. Annuntiate, et auditum facite : loquimini, et clamate. — Salvator noster adveniet. Gloria. Salvator noster adveniet.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 13-15.; super Psalmos sola Ana Nox præcessit., pag. 15.; y. Egredietur Dominus., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. i. in Evang.)

DOMINUS ac Redemptor noster, paratos nos invenire desiderans, senescentem mundum quæ mala sequantur denuntiat, ut nos ab ejus amore compescat. Appropinquantem ejus terminum quantæ percussiones præveniant, innotescit : ut si Deum metuere in tranquillitate nolumus, saltem vicinum ejus judicium vel percussionibus attriti timeamus.

fy. vij. Ecce Virgo concipiet et pariet filium,dicit Dominus: et vocabitur nomen ejus * Admirabilis, Deus, Fortis, f. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in æternum. — Admirabilis, Deus, Tortis.

Lectio viij.

TTUIC etenim lectioni sancti JnL Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit paulo superius Dominus præmisit, dicens : Exsurget gens contra gentem, et regnum adversus regnum : et erunt terræmotus magni per loca, et pestilentiæ, et fames. Et quibusdam interpositis, hoc, quod modo audistis,adjunxit: Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia in proximo ventura formidamus.

E^.viij.Obsecro Domine, mitte quem missurus es : vide afflictionem populi tui, sicut locutus es : *Veni, et libera nos. y. A solis ortu, et occasu, ab aquilone, et mari. — Veni, et libera nos.

Lectio ix.

NAM gentem contra gentem exsurgere, earumque pressuram terris insistere, plus jam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod terræmotus urbes innumeras obruant, ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audivimus. Pestilentiassinecessatione patimur. Signa vero in sole, et luna, et stellis, adhuc aperte minime vidimus : sed quia et hæc non longe sint, ex ipsa jam aeris immutatione colligimus.

R?, ix. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo David germen justum : et regnabit rex, et sapiens erit : et faciet judicium et justitiam in terra : * Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster, f. In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter. — Et hoc est nomen. Gloria. Dominus justus noster. 1^?. Ecce dies veniunt.

T Non dicitur Te Deum. per totum Adventum, quando fit Officium de Adventu; sed nonum Susque ad y. exclusive in omnibus Dominicis repetatur.

Ante Laudes y. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

T Hic y. dicatur quotidie per Adventum ante Laudes, cum de Tempore agitur.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. In illa die stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac et mel, allecia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Jucundare filia Sion, et exsulta satis filia Jerusalem, alleluia.

3. Ecce Dominus veniet,etomnes sancti ejus cum eo : et erit in die illa lux magna, alleluia.

4. Omnes sitientes venite ad aquas: quærite Dominum,dum inveniri potest, alleluja.

5. Ecce veniet Propheta magnus, et ipse renovabit Jerusalem, alleluja.

Capitulum Ecce dies veniunt, et Hymnus Vox clara ecce intonat., pag. 20.

y. Vox clamantis in deserto, ty. Parate viam Domini.

Ad Benedictus Ana. Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.



Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine, potentiam tuam, et veni : ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis.

Ad Memoriam de B. Maria V Ana Sub tuum., y. Post partum Virgo, et Oratio Protege., pag. 23.

AD PRIMAM.

Jesu Christe Fili Dei vivi * Miserere nobis. Jesu Christe. y. Qui venturus es in mundum. Miserere nobis. Gloria. Jesu Christe.

y. Exsurge Domine, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

T Versus Qui venturus es in mundum, dicatur ad Primam per totum Adventum, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, Responsoria et Versiculi de Adventu, ut in Psalterio ad ipsas Horas respective notatum est.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Ecce dies veniunt., et Hymnus Conditor alme siderum., pag. 127.

f Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. .^. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat Ana. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries filium, alleluia.

Oratio Excita quæsumus., ut in Laudibus.

Ad Memoriam de B. Maria Ana Regali., f. Ora pro nobis, et Oratio Protege., pag. 130.

T Hujus diei Capitula, Hymni, ff. et I^z. Horarum dicantur suis locis, quando agitur de Adventu usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

FERIA SECUNDA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem venturum Dominum* Venite adoremus.

T Hoc Invitatorium dicatur quotidie per Adventum in profestis diebus, usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, præterquam in jejuniis Quatuor Temporum.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 2

T TERBUM, quod vidit Isaias, V filius Amos, super Juda et Jerusalem. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, et dicent : Venite et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis ejus : quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

Deo gratias.

T Responsoria Historiæ Do festis H^s HiCantur etiam Po testis diebus per Adventum secundum ordinem Nocturnorum, præterquam in jejuniis Quatuor Temporum.

Lectio ij.

ET judicabit gentes, et arguet populos multos : et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces : non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prœlium. Domus Jacob venite, et ambulemus in lumine Domini. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob : quia repleti sunt ut olim, et augures habuerunt ut Philisthiim, et pueris alienis adhæserunt. Hæc dicit...

Lectio iij.

REPLETA est terra argento •et auro : et non est finis thesaurorum ejus : et repleta est terra ejus equis : et innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta est terra ejus idolis : opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incurvavit se homo, et humiliatus est vir : ne ergo dimittas eis. Hæc dicit...

IN LAUDIBUS.

Ad Benedictus Ana. Angelus Domini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu sancto, alleluja.

T Oratio Dominicæ dicatur ad Laudes, Tertiam, Sextam, Nonam et Vesperas, quando de Tempore agitur, vel ad Memoriam Feriæ in Laudibus et Vesperis usque ad Vesperas Sabbati exclusive. Idem fiat per totum Adventum, nisi aliter notatum fuerit.

AD HORAS.

Antiphonæ Feriales per Adventum dicendæ positæ sunt suis locis in Psalterio.



IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Jerusalem respice ad orientem, et vide, alleluia.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 3.

ECCE enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, et a Juda validum et fortem, omne robur panis, et omne robur aquæ : fortem, et virum bellatorem, judicem, et prophetam, et ariolum,et senem: principem super quinquaginta, et honorabilem vultu,etconsiliarium,et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

Deo gratias.

Lectio ij.

ET dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. Et irruet populus, vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum : tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui : Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Hæc dicit...

Lectio iij.

RESPONDEBIT in die illa, dicens : Non sum medicus, et in domo mea non est panis, neque vestimentum : nolite constituere me principem populi. Ruit enim Jerusalem, et Judas concidit : quia lingua eorum et adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Leva Jerusalem oculos, et vide potentiam Regis : ecce Salvator venit solvere te a vinculo.

Ad Magnificat Ana. Quærite Dominum, dum inveniri potest : invocate eum, dum prope est, alleluia.

FERIA QUARTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 5.

CANTABO dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepivit eam, et lapides elegit ex illa, et plantavit eam electam, et ædificavit turrim in medio ejus, et torcular exstruxit in ea : et exspectavit ut faceret uvas, et fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Jerusalem, et viri Juda, judicate inter me et vineam meam. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

1^7. Deo gratias.

Lectio ij.

QUID est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei? an quod exspectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ : auferam sepem ejus, et erit in direptionem : diruam maceriam ejus, et erit in conculcationem. Et ponam eam desertam : non putabitur, et non fodietur : et ascendent vepres et spinæ : et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Hæc dicit...

Lectio iij.

T TINEA enim Domini exer V cituum domus Israel est : et vir Juda germen ejus dele ctabile : et exspectavi ut face ret judicium, et ecce iniquitas : et justitiam, et ecce clamor. Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copu latis usque ad terminum loci : numquid habitabitis vos soli in medio terræ? In auribus meis sunt hæc. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. De Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.

Ad Magnificat Ana. Veniet fortior me post me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus.

FERIA QUINTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 5.

PROPTEREA captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame, et mul titudo ejus siti exaruit. Pro pterea dilatavit infernus ani mam suam, et aperuit os suum absque ullo termino : et de scendent fortes ejus, et popu lus ejus, et sublimes, gloriosi que ejus ad eum. Et incurva bitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimium depri mentur. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

ET exaltabitur Dominus exer cituum in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justi tia Et pascentur agni juxta ordinem suum, et deserta in ubertatem versa advenæ com edent. Væ qui trahitis ini quitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri pec catum. Hæc dicit...

Lectio iij.

QUI dicitis : Festinet, et cito veniat opus ejus, ut videa mus : et appropiet, et veniat consilium sancti Israel, et scie mus illud. Væ qui dicitis ma lum bonum, et bonum malum : ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras: ponentes ama rum in dulce, et dulce in ama rum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobis metipsis prudentes. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Benedi cta tu in mulieribus, et bene dictus fructus ventris tui.

Ad Magnificat Ana. Exspe ctabo Dominum Salvatorem meum, et præstolabor eum, dum prope est, alleluia.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 6.

IN anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum seden tem super solium excelsum et elevatum : et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Se raphim stabant super illud : sex alæ uni, et sex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Et clama bant alter ad alterum, et dice bant : Sanctus, sanctus, san ctus, Dominus Deus exerci tuum, plena est omnis terra gloria ejus. Tu autem.

Lectio ij.

ET commota sunt superlimi naria cardinum a voce cla mantis, et domus repleta est fumo. Et dixi : Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis



ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego ha bito, et regem Dominum exer cituum vidi oculis meis. Et volavit ad me unus de Sera phim, et in manu ejus calcu lus quem forcipe tulerat de altari. Tu autem.

Lectio iij.

ET tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur. Et audivi vocem Domini di centis : Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit : Vade, et dices populo huic : Audite au dientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere. Hæc dicit Domin us Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. I^z. Deo gratias.

Ad Benedictus Ana. Ecce ve niet Deus,et homo de domo Da vid sedere in throno, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Ex Ægy pto vocavi filium meum : ve niet, ut salvet populum suum.

SABBATO.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. II.

ET egredietur virga de ra dice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiæ, et intelle ctus, spiritus consilii, et forti tudinis, spiritus scientiæ, et pietatis, et replebit eum spiri tus timoris Domini : non se cundum visionem oculorum judicabit, neque secundum au ditum aurium arguet : sed ju dicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro man suetisterræ. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

ET percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cingulum lumbo rum ejus : et fides cinctorium renum ejus. Habitabit lupus cum agno : et pardus cum hædo accubabit : vitulus et leo, et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus, et ursus pascentur : simul requiescent catuli eo rum : et leo quasi bos comedet paleas. Hæc dicit...

Lectio iij.

ET delectabitur infans ab ubere super foramine aspi dis : et in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo : quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. In die illa radix Jesse, qui stat in si gnum populorum, ipsum gen tes deprecabuntur, et erit se pulcrum ejus gloriosum. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Sion, noli timere : ecce Deus tuus veniet, alleluja.

AD VESPERAS.

fy. Ecce Dominus veniet, et omnes sancti ejus cum eo, et erit in die illa lux magna : et exibunt de Jerusalem sicut aqua munda : et regnabit Do minus in æternum * Super omnes gentes, f. Ecce Domi nus cum virtute veniet : et regnum in manu ejus, et po testas, et imparium. — Super. Gloria. Super.

Ad Magnificat Ana. Veni Domine visitare nos in pace, ut lætemur coram te corde perfecto.

Oratio.

EXCITA Domine corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias, ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus servire mereamur : Qui tecum vivit.

DOMINICA II. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Rex noster adveniet Christus : * Quem Joannes prædicavit Agnum esse venturum.

Hymnus Verbum supernum prodiens., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9.; super Psalmos sola Ana Scientes., pag. 9.; y. Ex Sion., ibidem.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 14.

FLOPE est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Jacob, et eliget adhuc de Israel, et requiescere eos faciet super humum suam : adjungatur advena ad eos, et adhærebit domui Jacob. Et tenebunt eos populi, et addu cent eos in locum suum : et possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos et ancillas : et erunt capientes eos, qui se ceperant, et subjicient exactores suos. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

Deo gratias.

R', j. Jerusalem, cito veniet salus tua : quare mærore consumeris? numquid consiliarius non est tibi, quia innovavit te dolor?* Salvabo te, et liberabo te, noli timere, f. Israel si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum : ego enim Dominus. — Salvabo te.

Lectio ij.

ET erit in die illa : cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo, et a concussione tua, et a servitute dura, qua ante servisti : sumes parabolam istam contra regem Babylonis, et dices : Quomodo cessavit exactor, quievit tributum? Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Hæc dicit...

1^?. ij. Ecce Dominus veniet, et omnes sancti ejus cum eo, et erit in die illa lux magna : et exibunt de Jerusalem sicut aqua munda : et regnabit Dominus in æternum * Super omnes gentes, y. Ecce Dominus cum virtute veniet : et regnum in manu ejus, et potestas, et imperium. — Super omnes gentes.

Lectio iij.

QUOMODO cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo : In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Hæc dicit...



K iij Civitas Jerusalem noli Aere • 'quoniam doluit Dominus super te, * Et auferet a te omnem tribulationem, f Ecce Dominus in fortitudine veniet: et brachium ejus dominabitur. — Et auferet a te. Gloria. Et auferet a te.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 10-13.; super Psalmos sola Ana Hora est., pag. 13.; f. Egredietur virga., ibidem.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio iv.

FOPTER quod inexcusabilis es o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis quæ judicas. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo, qui judicas eos, qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

iv. Ecce veniet Dominus protector noster, Sanctus Israel, * Coronam regni habens in capite suo. J. Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. — Coronam regni.

Lectio v.

SECUNDUM autem duritiam tuam, et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus : iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam : iis autem, qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, et indignatio.

v. Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, dicit Dominus : et de Jerusalem civitate, quam elegi, veniet vobis auxilium, et videbitis, *Et gaudebit cor vestrum. J>. Dabo in Sion salutem, et in Jerusalem gloriam meam. — Et gaudebit cor vestrum.

Lectio vj.

TRIBULATIO, et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, et Græci : gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primum, et Græco : non enim est acceptio personarum apud Deum. Qui cumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt : et quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

R?, vj. Jerusalem plantabis vineam in montibus tuis : exsultabis, quoniam dies Domini veniet. Surge Sion, convertere ad Dominum Deum tuum : gaude et lætare Jacob, *Quia de medio gentium Salvator tuus veniet. T. Exsulta satis filia Sion : jubila filia Jerusalem. — Quia de medio gentium. Gloria. Quia de mɛdio gentium.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 13-15.; super Psalmos sola Ana Nox præcessit., pag. 15- 5 f. Egredietur D6minus., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi : Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 6. in Evang. post initium.)

VISIS tot signis tantisque virtutibus, non scandalizari quisquam potuit, sed admirari. Sed infidelium mens grave in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit. Unde et Paulus dicit : Nos autem prædicamus Christum crucifixum : Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est, ut pro hominibus Auctor vitæ moreretur : et inde contra eum homo scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit.

Ify. vij. Egredietur Dominus de Samaria ad portam, quæ respicit ad Orientem : et veniet in Bethlehem ambulans super aquas redemptionis Judæ : * Tunc salvus erit omnis homo : quia ecce veniet, f. Et præparabitur in misericordia •li — m ejus, et sedebit super illud in veritate. — Tunc salvus erit.

Lectio viij.

QUID est ergo dicere, Beatus qui non fuerit scandalizatus in me : nisi aperta voce abjectionem mortis suæ humilitatemque signare? Ac si patenter dicat : Mira quidem facio, sed abjecta perpeti npn dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.

viij. Docebit nos Dominus vias suas : et ambulabimus in semitis ejus : * Quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem, f. Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob. — Quia de Sion.

Lectio ix.

SED, dimissis Joannis discipulis, quid de eodem Joanne turbis dicat audiamus. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur, qui mox ut favore, vel detractione tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur?

ix. Rex noster adveniet Christus : * Quem Joannes prædicavit Agnum esse venturum. J. Super ipsum continebunt reges os suum : ipsum gentes deprecabuntur.—Quem Joannes prædicavit. Gloria. Quem Joannes prædicavit. Rex noster adveniet Christus.

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.



AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Ecce in nubibus cæli Dominus veniet cum potestate magna, allecia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, et jy.

2 Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus et antemurale : aperite portas, quia nobiscum Deus, alleluja.

3. Ecce apparebit Dominus, et non mentietur : si moram fecerit, exspecta eum, quia veniet, et non tardabit, alleluia.

4. Montes et colles cantabunt coram Deo laudem, et omnia ligna silvarum plaudent manibus : quoniam veniet dominator Dominus in regnum æternum, allecia, allecia.

5. Ecce Dominus noster cum virtute veniet, et illuminabit oculos servorum suorum, allelliia

Capitulum Ecce dies veniunt., Hymnus Vox clara ecce intonat. et f. Vox clamantis., nae et nap

Ad Benedictus Ana. Joannes antem, cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi : Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Oratio,

EXCITA, D6mine, corda no i-i stra ad præparandas Unigeniti tui vias : ut per ejus adventum n.irifir^H^ihi min- ^ventum purificat is tibi mentibus servire mereamur : Qui tecum vivi* vlvlt

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et ff. de Adventu, ut in Psalterio.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Ecce dies veniunt, Hymnus Conditor alme siderum., pag. 127.

f. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat Ana. Ite, dicite Joanni : Cæci vident, et surdi audiunt : claudi curantur, leprosi mundantur,

Oratio Excita Domine corda nostra., ut in Laudibus.

feria SECUNDA,

De Isaia Propheta.

Lectio j.

IMMITTE Agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. Et erit : sicut avis fugiens et pulli de nido avolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Ini consilium, coge concilium : pone U^si noctem umbram tuam in meridie : absconde fugientes et vagos ne prodas. Habitabunt apud te Profugi mei. esto va to "Vn^rrim?ni Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. * Deo J: Torrus est enim pulvis JT consummatus est miser. conculcabat terram. Et præparabitur in misericordia solium, et sedebit super illud in veritate in tabernaculo David, judicans et quærens judicium, et velociter reddens quod justum est.

Audivimus superbiam Moab, superbus est valde : superbia ejus et arrogantia ejus, et in dignatio ejus plus quam forti tudo ejus. Hæc dicit ...

Lectio iij.

IDCIRCO ululabit Moab ad Moab, universus ululabit : his, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Quoniam suburbana He sebon deserta sunt, et vineam Sabama domini gentium exci derunt : flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt: erraverunt in deserto, propagines ejus re lictæ sunt, transierunt mare. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. De cælo veniet dominator Dominus,etin manu ejus honor et imperium.

Ad Magnificat Ana. Ecce ve niet Rex Dominus terræ, et ipse auferet jugum captivitatis nostræ.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. cap. 19.

ONUS Ægypti. Ecce Domi nus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægy ptum,etcommovebuntur simu lacra Ægypti a facie ejus, et cor Ægypti tabescet in medio ejus. Et concurrere faciam Ægyptios adversusÆgyptios• et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversus civita tem, regnum adversus regnum Hæc dicit Dominus Deus • Convertimini ad me, et salvi entis. Deo gratias.

Lectio ij.

P T dirumpetur spiritus Ægy ^ Pti in visceribus ejus, et consilium ejus præcipitabo : et interrogabunt simulacra sua et divinos suos, et Pythones' et ariolos. Et tradam Ægy! ptum in manu dominorum cru delium, et rex fortis domina bitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Et arescet aqua de mari, et fluvius desolabitur atque siccabitur. Et deficient flumina : attenuabuntur, et siccabuntur rivi aggerum. Hæc dicit...

Lectio iij.

STULTI principes Taneos, sa pientes consiliarii Pharao nis dederunt consilium insi piens : quomodo dicetis Pha raoni : Filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Ubi nunc sunt sapientes tui? an nuntient tibi, et indicent quid cogitaverit Dominus exerci tuum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mem pheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.Hæc dicit ...

Ad Benedictus Ana. Super te Jerusalem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur.

Ad Magnificat Ana. Vox cla mantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.

FERIA QUARTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 25.

DOMINE Deus meus es tu, exaltabo te, et confitebor nomini tuo : quoniam fecisti mirabilia, cogitationes anti quas fideles, amen. Quia po suisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, do mum alienorum : ut non sit civitas, et in sempiternum non



aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gen tium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pau peri, fortitudo egeno in tribu latione sua : spes a turbine, umbraculum ab æstu. Hæc dicit Dominus Deus : Conver timini ad me, et salvi eritis, ty. Deo gratias.

Lectio ij.

SPIRITUS enim robustorum quasi turbo impellens pa rietem. Sicut æstus in siti, tu multum alienorum humiliabis: et quasi calore sub nube tor rente propaginem fortium mar cescere facies. Et faciet Do minus exercituum omnibus po pulis in monte hoc convivium pinguium, convivium vinde miæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Hæc di cit ...

Lectio iij.

ET præcipitabit in monte isto faciem vinculi colli gati super omnes populos, et telam quam orditus est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum : et auferet Dominus Deus lacri mam ab omni facie, et oppro brium populi sui auferet de universa terra : quia Dominus locutus est. Et dicet in die illa : Ecce Deus noster iste, exspe ctavimus eum, et salvabit nos. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam meam ante faciem tuam.

Ad Magnificat Ana. Siofi re novaberis, et videbis justum tuum, qui venturus est in te.

FERIA QUINTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 26.

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostræ Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas, et ingrediatur gens justa, cu stodiens veritatem. Vetus error abiit: servabis pacem : pacem, quia in te speravimus. Spe rastis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum. Hæc dicit Domi nus Deus:Convertimini ad me, et salvi eritis. 1$. Deo gratias.

Lectio ij.

QUIA incurvabit habitantes in excelso, civitatem sub limem humiliabit. Humilia bit eam usque ad terram, de trahet eam usque ad pulverem. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum. Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum. Et in semita judiciorum tuorum Domine sustinuimus te : no men tuum et memoriale tuum in desiderio animæ. Hæc dicit...

Lectio iij.

ANIMA mea desideravit te in nocte : sed et spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum fe ceris judicia tua in terra, justi tiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, et non di scet justitiam : in terra san ctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Tu es, qui venturus es Domine, quem exspectamus, ut salvum facias p6pulum tuum.

Ad Magnificat Ana. Qui post me venit, ante me factus est : cujus non sum dignus calcea menta solvere.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 26.

SICUT quæ concipit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis : sic facti sumus a facie tua Domine. Concepimus, et quasi parturivimus, et peperi mus spiritum : salutes non fe cimus in terra,ideo non cecide runt habitatores terræ. Vivent mortui tui, interfecti mei re surgent : expergiscimini, et laudate qui habitatis in pul vere : quia ros lucis ros tuus, et terram gigantum detrahes in ruinam. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, Deo gratias.

Lectio ij.

VADE populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere mo dicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum : et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra in terfectos suos. Hæc dicit ...

Lectio iij. Cap. 27.

IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro,et grandi et forti, super Leviathan ser pentem vectem, et super Le viathan serpentem tortuosum et occidet cetum, qui in mari est In die illa vinea meri can tabit ei. Ego Dominus, qui servo eam, repente propinabo ei : ne forte visitetur contra eam, nocte et die servo eam Indignatio non est mihi. Hæc dicit ...

Ad Benedictus Ana. Dicite : Pusillanimes confortamini : ecce Dominus Deus noster veniet.

Ad Magnificat Ana. Cantate Domino canticum novum : laus ejus ab extremis terræ.

SABBATO

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 28.

IN die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, et sertum exsultationis residuo populi sui : et spiritus judicii sedenti super judicium, et for titudo revertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nescierunt, et præ ebrietate erraverunt : sacerdos et propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescie runt videntem, ignoraverunt judicium. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, ^z. Deo gratias.

Lectio ij.

OMNES enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita ut non esset ultra locus. Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet audi tum ? ablactatos a lacte, avul sos ab uberibus. Quia manda remanda, manda remanda, ex specta reexspecta, exspecta re exspecta, modicum ibi, modi cum ibi. In loquela enim labii, et lingua altera loquetur ad populum istum. Hæc dicit...

Lectio iij.

CUI dixit : Hæc est requies mea, reficite lassum, et hoc est meum refrigerium : et



noluerunt audire. Et erit eis I verbum Domini : Manda re manda, manda remanda, ex specta reexspecta, exspecta reexpecta, modicum ibi, modi cum ibi : ut vadant, et cadant retrorsum, et conterantur, et illaqueentur, et capiantur. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Levabit Dominus signum in nationi bus, et congregabit dispersos Israel.

AD VESPERAS.

Qui venturus est veniet, et non tardabit : et jam non erit timor in finibus nostris : * Quoniam ipse est Salvator noster, f. Deponet omnes ini quitates nostras, et projiciet in profundum maris omnia pec cata nostra. — Quoniam. Glo ria. Quoniam.

Ad Magnificat Ana. Ante me non est formatus Deus, et post me non erit: quia mihi curva bitur omne genu, et confitebi tur omnis lingua. Oratio.

AUREM tuam, quæsumus I . Domine, precibus nostris accommoda; et mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitatio nis illustra. Qui vivis.

DOMINICA III. ADVENTUS.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surgite vigile mus, venite adoremus : * Quia nescitis horam quando veniet Dominus.

Hymnus Verbum supernum prodiens., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9.; super Psalmos sola Ana Scientes., pag. 9.; f. Ex Sion., ibidem.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 30.

HÆC dicit Dominus Deus Sanctus Israel : Si revertamini et quiescatis, salvi eri tis : in silentio et in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis : et dixistis : Nequaquam, sed ad eq uos fugiem us : ideo fugie tis. Et super veloces ascende mus : ideo velociores erunt, qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris unius : et a facie terroris quinque fu gietis, donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, et quasi signum super collem. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, ty. Deo gratias.

j. Ecce apparebit Domi nus super nubem candidam, et cum eo Sanctorum millia : habens in vestimento, et in fe more suo scriptum : * Rex regum, et Dominus dominan I tium. f. Apparebit in finem, et non mentietur : si moram fecerit, exspecta eum, quia veniens veniet.— Rex regum.

Lectio ij.

PROPTEREA exspectat Dominus, ut misereatur ve stri : et ideo exaltabitur par cens vobis : quia Deus judicii Dominus : beati omnes qui ex spectant eum. Populus enim Sion habitabit in Jerusalem : plorans nequaquam plorabis, I miserans miserebitur tui : ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi. Et dabit vobis D6minus panem arctum, et aquam brevem : et non faciet avolare a te ultra I doctorem tuum. Hæc dicit...

ij. Bethlehem civitas Dei summi, ex te exiet dominator Israel, et egressus ejus sicut a principio a diebus æternitatis, et magnificabitur in medio universæ terræ : et pax erit in terra nostra, * Dum venerit, y. Loquetur pacem gentibus, et potestas ejus a mari usque ad mare. — Dum venerit.

Lectio iij.

ET erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et au res tuæ audient verbum post tergum monentis : Hæc est via, ambulate in ea : et non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et conta minabis laminas sculptilium argenti tui, et vestimentum conflatilis auri tui, et disper ges ea sicut immunditiam menstruatæ. Hæc dicit...

iij. Qui venturus est, ve niet, et non tardabit : et jam non erit timor in finibus no stris : * Quoniam ipse est Sal vator noster, f. Deponet om nes iniquitates nostras, et pro jiciet in profundum maris om nia peccata nostra.—Quoniam ipse est. Gloria. Quoniam ipse est.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg io-13-; super Psalmos sola Ana Hora est, pag. i3.;y. Egre dietur virga., ibidem.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos

Lectio iv. Cap

QUID ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas cir cumcisionis? Multum per om nem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia IJei: quid enim si quidam illo rum non crediderunt? Num quid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. Est au tem Deus verax : omnis autem homo mendax, sicut scriptum est : Ut justificeris in sermo rubus tuis : et vincas cum judi caris. Si autem iniquitas no stra justitiam Dei commendat quid dicemus? Numquid ini quus est Deus, qui infert iram? (Secundum hominem dico.^ Absit: alioquin quomodo judi cabit Deus hunc mundum?

iv. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est : concipies, et paries Deum pa riter et hominem, *Ut bene dicta dicaris inter omnes mu lieres. y. Paries quidem filium, et virginitatis non patieris de trimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris.

Lectio v.

Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in glo riam ipsius : quid adhuc et ego tamquam peccator judicor? Et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos di cere) faciamus mala ut veniant bona : quorum damnatio justa est. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam.Causati enim sumus Judæos et Græcos om nes sub peccato esse, sicut scri ptum est : Quia non est justus quisquam : non est intelligens, non est requirens Deum.

I^Z. v.Ægypte noli flere : quia dominator tuus veniet tibi, ante cujus conspectum move buntur abyssi, * Liberare po pulum suum de manu poten tiæ. f. Ecce dominator Do minus cum virtute veniet. — Liberare populum suum.



Lectio vj.

OCIMUS autem quoniam quæ 3 cumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur : ut omne os obstruatur, et subdi tus fiat omnis mundus Deo : quia ex operibus legis non ju stificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est : testificata a lege et prophetis, ustitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes, et super omnes, qui credunt in eum : non enim est distinctio,

fy vj. Prope est ut veniat tempus ejus, et dies ejus non elongabuntur : * Miserebitur Dominus Jacob, Et Israel sal vabitur. f. Qui venturus est veniet, et non tardabit : jam non erit timor in finibus no stris. — Miserebitur Dominus Jacob. Gloria. Et Israel salva bitur.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. I 13-15.; super Psalmos sola Ana Nox præcessit., pag. 15.; f A Egredietur Dominus., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Miserunt] Judæi ab Jerosolymis sa cerdotes et Levitas ad Joan nem ut interrogarent eum : Tu quis es? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 7. in Evang.)

Ex hujus nobis lectionis ver bis, fratres carissimi, Joan nis humilitas commendatur : qui cum tantæ virtutis esset, ut Christus credi potuisset, ele git solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confes sus est, et non negavit : et confessus est : Quia non sum ego Christus. Sed cum ex le ctione alia Redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex hujus lectionis verbis nobis quæstio valde implexa gene ratur.

vij. Descendet Dominus | sicut pluvia in vellus : * Orie tur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. f. Et adora bunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei. — Orietur in diebus ejus.

Lectio viij.

ALIO quippe in loco inquisi tus a discipulis Dominus I de Eliæ adventu, respondit : Elias jam venit, et non cogno verunt eum, sed fecerunt in eum quæcumque voluerunt : et, si vultis scire, Joannes ipse I est Elias. Requisitus autem Joannes dicit: Non sum Elias. Quid est hoc, fratres carissimi, quia quod Veritas affirmat, hoc Propheta Veritatis negat? Valde namque inter se diversa sunt, Ipse est; et, Non sum. Quomodo ergo Propheta Ven etis est, si ejusdem Veritatis sermonibus concors non est.-'

R/ viij. Veni Domine, et noli tardare : relaxa facinora ple bis tuæ, * Et revoca dispersos in terram suam. f. Excita Domine potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. - I Et revoca.

Lectio ix.

rED si subtiliter veritas ipsa 3 requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat, quomodo I contrarium non sit, invenitur.

Ad Zachariam namque de Joanne Angelus dicit : Ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ. Qui idcirco venturus in spiritu et virtute Eliæ dicitur, quia sicut Elias secundum Domini adventum præveniet, ita Joannes præ venit primum : et sicut ille præcursor venturus est Judi cis, ita iste præcursor est factus Redemptoris. Joannes igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Do minus fatetur de spiritu, hoc Joannes denegat de persona.

ix. Ecce radix Jesse de scendet in salutem populo rum : ipsum gentes depreca buntur : * Et erit nomen ejus gloriosum, f. Erit justitia cin gulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus. — Et erit nomen ejus gloriosum. Gloria. Et erit nomen ejus gloriosum.

1$. Ecce radix Jesse.

Ante Laudes ^.Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad mon tem filiæ Sion.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Veniet Dominus, et non tardabit, et illuminabit abs condita tenebrarum, et mani festabit se ad omnes gentes alleluja. Psalmus Dominus re gnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Jerusalem gaude gaudio magno, quia veniet tibi Salva tor, allecia.

. 3- Dabo in Sion salutem et in Jerusalem gloriam meam, alleluja.

4- Montes et omnes colles humiliabuntur : et erunt prava in directa, et aspera in vias planas : veni Domine, et noli tardare, alleluja.

5. Juste et pie vivamus, ex spectantes beatam spem, et adventum Domini.

Capitulum Ecce dies veniunt. Hymnus Vox clara ecce into.' nat. et X- Vox clamantis., pag. 20. et pag. 21.

Ad Benedictus Ana. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in æternum, alle cia.

Oratio.

AUREM tuam, quæsumus,
Domine, precibus nostris accommoda, et mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitatio nis illustra : Qui vivis.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etf f. deAd ventu, ut in Psalterio.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Ecce dies veniunt, et Hymnus Conditor alme si derum., pag. 127.

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Ape riatur terra, et germinet Sal vat6rem.

Ad Magnificat Ana. Beata es Maria, quæ credidisti: per ficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino, alleluia. Vel una ex Antiphonis pagina 186. positis, quæ incipiunt per O.

Oratio Aurem tuam., ut in Laudibus.

FERIA SECUNDA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 33.

DOMINE miserere nostri: te
enim exspectavimus : esto brachium nostrum in mane, et salus nostra in tempore tribu lationis. A voce Angeli fuge runt populi, et ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso : implevit Sion judicio et justi tia. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

ET erit fides in temporibus
tuis : divitiæ salutis sa pientia et scientia : timor Do mini ipse est thesaurus ejus. Conterriti sunt in Sion pecca tores, possedit tremor hypocri tas : quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis ? Qui ambulat in justitiis, et loqui tur veritatem. Hæc dicit...

Lectio iij.

Qui projicit avaritiam ex
calumnia, et excutit ma nus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus : pa nis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cer nent terram de longe. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Egre dietur virga de radice Jesse, et replebitur omnis terra glo ria Domini : et videbit omnis caro salutare Dei.



Ad Magnificat Ana. Elevare, elevare, consurge Jerusalem : solve vincula colli tui, captiva filia Sion. Vel Ana O.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 42.

ECCE servus meus, suscipiam
eum : electus meus, com placuit sibi in illo anima mea : dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus profe ret. Non clamabit, neque ac cipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quas satum non conteret, et linum fumigans non exstinguet : in veritate educet judicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium : et legem ejus insulæ exspecta bunt. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, fy Deo gratias.

Lectio ij.

HÆC dicit Dominus Deus
creans cælos, et exten dens eos : firmans terram, et quæ germinant ex ea : dans flatum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocavi te in justitia, et apprehendi ma num tuam, et servavi te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium : ut aperires oculos cæcorum, et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in te nebris. Hæc dicit ...

Lectio iij.

/CANTATE Domino canticum L, novum, laus ejus ab ex tremis terræ : qui descenditis in mare, et plenitudo ejus, in sulæ et habitatores earum.

Sublevetur desertum, et civi tates ejus : in domibus habi tabit Cedar : laudate, habitato res Petræ, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in in sulis nuntiabunt. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Tu Beth lehem terra Juda, non eris mi nima : ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Ad Magnificat Ana. Erum pant montes jucunditatem, et colles justitiam : quia lux mun di Dominus cum potentia ve niet. Vel Ana O.

## FERIA QUARTA
### QUATUOR TEMPORUM.
### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Prope est jam Dominus :* Venite adoremus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despon satam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et re liqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in Lucam, in initio.)

LATENT quidem divina my steria, nec facile, juxta propheticum dictum,quisquam hominum potest scire consi lium Dei. Sed tamen ex cete ris factis atque præceptis Do mini Salvatoris possumus in telligere, et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potis simum electa est ut Dominum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio.

j. Clama in fortitudine, qui annuntias pacem in Jerusa lem : * Dic civitatibus Judæ et habitatoribus Sion : Ecce Deus noster, quem exspecta bamus, adveniet. J. Supra montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion : exalta in fortitudine vocem tuam. — Dic civitatibus.

Lectio ij.

(Longius post prædicta.)

ET ingressus ad eam Ange lus : Disce Virginem mo ribus, disce Virginem verecun dia, disce oraculo, disce my sterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pa vere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in pene tralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperi ret : sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri depra varetur affatu, ab Angelo sa lutatur.

1$. ij. Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo de Israel, et confringet omnes duces alie nigenarum : * Et erit omnis terra possessio ejus. y. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei. — Et erit omnis.

Lectio iij.

(Longius post prædicta.)

TANTI namque mandati mysterium non hominis fuit sed Angeli ore promen dum. Hodie primum auditur : Spiritus sanctus superveniet



in te. Et auditur, et creditur. . Denique, Ecce, inquit, ancilla Domini : contingat mihi se cundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ mater eligitur : nec repentino exaltata promisso est.

iij. Egredietur Dominus, et prœliabitur contra gentes : * Et stabunt pedes ejus supra montes olivarum ad Orientem. f. Et elevabitur supra omnes colles, et fluent ad eum omnes gentes. — Et stabunt. Gloria. Et stabunt.

f Prædicta tria et alia quæ sequuntur Feria sexta et Sabbato, dici tantum debent] diebus, in quibus notata sunt : nisi in illis Octava dies Conce ptionis vel festum Duplex aut Totum Duplex evenerit : tunc enim f^I^z. illius diei in quinta Feria dicentur. Homilia vero Feriæ in qua festum evenerit, omittatur.

Ad Benedictus Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Ma riam Virginem desponsatam Joseph.

Oratio. ,

FESTINA, quæsumus Domine, ne tardaveris : et auxilium nobis supernæ virtutis impen de; ut adventus tui consola ti6nibus subleventur, qui in tua pietate confidunt : Qui vivis.

T Hæc Oratio dicitur ad Laudes tantum. Ad alias au tem Horas Oratio Dominicæ. Idem fiat de Orationibus, quæ sequuntur Feria sexta, et Sab bato.

AdMagnificat Ana. Quomodo fiet istud Angele Dei, quia vi rum in concipiendo non per tuli? Audi Maria Virgo Chri sti : Spiritus sanctus superve niet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. V ei Ana O.

Oratio.

AUREM tuam, quæsumus Domine, precibus nostris accommoda; et mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitatio nis illustra. Qui vivis.

## FERIA QUINTA.
### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem ventu rum Dominum, * Venite ado remus.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 43.

ET nunc hæc dicit Dominus creans te Jacob, et for mans te Israel : Noli timere, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo : meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te - cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te : quia ego Dominus Deus tuus sanctus | Israel salvator tuus, dedi pro pitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, et Saba pro te. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, et glorio sus : ego dilexi te, et dabo homines pro te, et populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum : ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Di cam aquiloni : Da : et austro : i N oli prohibere: affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ. Hæc dicit...

Lectio iij.

ET omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, et feci eum. Educ foras populum cæcum, et oculos habentem : surdum, et aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul, et collectæ sunt tribus : quis in vobis annuntiet istud, et quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorum, justificentur, et audiant, et dicant: Vere. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Vigilate animo : in proximo est Dominus Deus noster.

Ad Magnificat Ana. Lætamini cum Jerusalem, et exsultate in ea omnes, qui diligitis eam, in æternum. Vel Ana O.

## FERIA SEXTA QUATUOR TEMPORUM.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Prope est jam Dominus : * Venite adoremus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. i.

IN illo tempore : Exsurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in Lucam.)

TVYF"ORALE est omnibus, ut fVi. qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo Angelus, cum abscondita nuntiaret, ut fidem astrueret exemplo, senioris feminæ sterilisque conceptum virgini Mariæ nuntiavit • ut possibile Deo omne, quod ei placuerit, assereret. Ubi audivit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo;sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio, in montana perrexit.

I^z. j. Præcursor pro nobis ingreditur Agnus sine macula : secundum ordinem Melchisedech * Pontifex factus est in æternum, et in sæculum sæculi. f. Ipse est Rex justitiæ, cujus generatio non habet finem. — Pontifex.

Lectio ij.

Quo enim jam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet? Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia. Discite et vos, sanctæ mulieres, sedulitatem, quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quæ ante sola in intimis penetralibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non a studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana Virgo cum festinatione, Virgo officii memor, injuriæ immemor, affectu urgente, non sexu, relicta perrexit domo.

ij. Modo veniet dominator Dominus : * Et nomen ejus Emmanuel vocabitur, f. Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. — Et.

Lectio iij.

DISCITE virgines non circumcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere



sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Didicistis, virgines, pudorem Mariæ; discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniorem : nec solum venit, sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit.

1$. iij. Videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum : * Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit, f. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei, tui. _ Et. Gloria Patri. Et.

Ad Benedictus Ana. Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo, alleluia.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine, potentiam tuam, et veni : ut hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius adversitate liberentur : Qui vivis.

Ad Magnificat Aha. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino, alleluia. Vel Ana O. Oratio.

AUREM tuam, quæsumus Domine, precibus nostris accommoda; et mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui vivis.

## SABBATO QUATUOR TEMPORUM.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Prope est jam Dominus : * Venite adoremus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 3.

ANNO quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Homilia 20. in Evang.)

REDEMPTORIS nostri Præcursor, quo tempore prædicationis officium acceperit, memorato Romanæ reipublicæ principe, et Judææ regibus, designatur. Quia enim illum prædicare veniebat, qui et ex Judæa quosdam, et multos ex Gentibus redempturus erat : per regem Gentium et principes Judæorum prædicationis ejus tempora designantur.

j. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti * Ad montem filiæ Sion. f. Ex Sion species decoris ejus : Deus noster manifeste veniet. — Ad.

Lectio ij

QUIA autem Gentilitas colligenda erat, et Judæa pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit : quoniam et in Romana republica unus præfuisse describitur, et in Judææ regno per quartam partem plurimi principabantur Voce etenim nostri Redemptoris dicitur : Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Liquet ergo quod ad finem regni Judæa pervenerat, quæ tot regibus divisa subjacebat.

ij. Germinaverunt campi eremi germen odoris Israel : quia ecce Deus noster cum virtute veniet, * Et splendor ejus cum eo. y. Ecce domina tor Dominus cum virtute ve I niet. — Et splendor.

Lectio iij.

APTE quoque non solum quibus regibus, sed etiam i quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur : et quia illum Joannes Baptista prædicaret, qui simul Rex et Sacerdos exsisteret, Lucas Evangelista prædicationis ejus tempora per regnum et sacerdotium de signavit. Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ, in re missionem peccatorum,

p?, iij. Radix Jesse, qui ex surget judicare gentes, in eum gentes sperabunt : * Et erit' nomen ejus benedictum In sæ cula. f. Super ipsum contine bunt reges os suum : ipsum gentes deprecabuntur. — Et erit. Gloria. In.

Ad Benedictus Ana. Omnis vallis implebitur, et omnis mons, et collis humiliabitur : et videbit omnis caro salutare Dei

Oratio.

"pvEus, qui conspicis quia ex U nostra pravitate affligi mur; concede propitius ut ex tua visitatione consolemur • Qui vivis.

AD VESPERAS.

J-.Non auferetur., pag. 188. ad Magnificat Ana O. pro die mensis.

Oratio.

"CXCITA, quæstuus Domine •L' potentiam tuam, et veni' et magna nobis virtute suc curre : ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præ f pediunt, indulgentiaUiæ~pr^ • potationis acceleret. Qui vivis

ANTIPHONÆ
AD MAGNIFICAT
DIE XVII. DECEMBRIS
INCHOANDÆ.

T Debent sequentes septem Antiphonæ quæ incipiunt per O. die xvij. Decembris in choari, et sic consequenter dici ad Magnificat vel ad Memo riam de Adventu usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, servato dumtaxat hoc ordine quo positæ sunt. Et tunc in Vesperis nec Preces dicantur nec prostrationes fiant, etiam si Officium de Fe ria fuerit.

DIE XVII. DECEMBRIS. Ana. O Sapientia, quæ ex ore Altis simi prodiisti, attingens a fine usque ad finem fortiter, suavi terque disponens omnia : veni ad docendum nos viam pru dentiæ.

DIE XVIII. Ana. O Adonai, et dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparui sti, et ei in Sina Legem dedi sti : veni ad redimendum nos in brachio extento.

DIE xix. Ana. O Radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes depre cabuntur : veni ad liberandum nos, jam noli tardare.

DIE xx. Ana. O Clavis Da vid, et sceptrum domus Israel, qui aperis et nemo claudit, claudis et nemo aperit : veni, et educ vinctum de domo car ceris sedentem in tenebris, et umbra mortis.



DIE XXI. Ana. O Oriens, splendor lucis æternæ, et Sol justitiæ : veni, et illumina se dentes in tenebris, et umbra mortis> A ^D

DIE XXII. Ana. O Rex gen tium, et desideratus earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum : veni et salva hominem, quem de limo for masti.

DIE XXIII. Ana. O Emma nuel, Rex et legifer noster, exspectatio gentium et Salva tor earum : veni ad salvandum nos, Domine Deus noster.

ANTIPHONÆ IN LAUDIBUS
SUPER PSALMOS DICENDÆ
SEX FERIIS ANTE VIGILIAM
NATIVITATIS DOMINI.

T Antiphonæ hic subjunctæ per sex Ferias proximas ante Vigiliam Nativitatis Domini dicantur ad Laudes tantum super Psalmos Feriales con suetos, quando de Tempore fit Officium.

FERIA SECUNDA.

Antiphonæ super Psalmos.

1. Ecce veniet Dominus prin ceps regum terræ : beati qui parati sunt occurrere illi.

2. Cum venerit Filius homi nis, putas inveniet fidem super terram?

Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras.

4. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

5- Egredietur Dominus de loco sancto suo : veniet ut sal vet populum suum.

FERIA TERTIA.

Antiphonæ super Psalmos.

i. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : aperia tur terra, et germinet Salva torem.

2. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem Filiæ Sion.

3. Ut cognoscamus Domine in terra viam tuam : in omni bus gentibus salutare tuum.

4. Da mercedem Domine sus tinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inveniantur.

5. Lex per Moysen data est : gratia et veritas per Jesum Christum facta est.

FERIA QUARTA.

Antiphonæ super Psalmos.

1. Prophetæ prædicaverunt nasci Salvatorem de Virgine Maria.

2. Spiritus Domini super me : evangelizare pauperibus misit me.

3. Annuntiate populis, et di cite : Ecce Deus Salvator no ster veniet.

4. Ecce veniet Dominus, ut sedeat cum principibus, et so lium gloriæ teneat.

5. Propter Sion non tacebo, donec egrediatur ut splendor justus ejus.

FERIA QUINTA.

Antiphonæ super Psalmos,

i. De Sion veniet Dominus omnipotens, ut salvum faciat populum suum.

2 Convertere Domine ali quantulum, et ne tardes venire ad servos tuos.

3. De Sion veniet qui regna turus est Dominus : Emmanuel magnum nomen ejus.

4. Ecce Deus meus, et hono rabo eum : Deus patris mei, et exaltabo eum.

e Deus legifer noster, Domi nus rex noster, ipse veniet, et salvabit nos.

FERIA SEXTA.

Antiphonæ super Psalmos.

1. Constantes estote : videbitis auxilium Domini super vos.

2. Ad te Domine levavi animam meam : veni, et eripe me : Domine ad te confugi.

3. Veni Domine, et noli tardare : relaxa facinora plebis tuæ Israel.

4. Deus a Libano veniet, et splendor ejus sicut lumen erit.

5. Ego autem ad Dominum aspiciam, et exspectabo Deum salvatorem meum.

SABBATO.

Antiphonæ super Psalmos.

1. Intuemini, quam sit gloriosus iste, qui ingreditur ad salvandos populos.

2. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini.

3. Elevare, elevare, consurge Jerusalem : solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

4- Exspectetur sicut pluvia eloquium Domini : descendat super nos sicut ros Deus noster.

5- Paratus esto Israel in occursum Domini, quoniam venit.

IN DIE S. THOMÆ APOSTOLI.

Ad Memoriam de Adventu in Laudibus Ana. Nolite timere • quinta enim die veniet ad vos Dominus noster.

T Si vero festum S. Thomæ Apostoli transferatur in aliam diem, dimittatur prædicta Antiphona, et loco ejus dicatur pro Memoria Adventus Antiphona illius Feriæ

SABBATO ANTE DOMINICAM IV. ADVENTUS AD VESPERAS.

R? Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium. J. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores. — £t ipse. Gloria. Et ipse.

Ad Magnificat Antiphona O.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine, potentiam tuam, et veni ; et magna nobis virtute succurre : ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

T Quando Vigilia Nativitatis Domini hac Dominica evenerit, fiat Officium ut notatur infra in Rubrica pag. 198.

T Si vero hodie non evenerit, dicitur Officium Dominicæ prout hic habetur.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum natum de Virgine, factum sub lege : * Venite adoremus.

Hymnus Verbum supernum prodiens., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9-5 super Psalmos sola Ana Scientes., pag. 9.;)^. ExSion., ibidem.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 51..

AUDITE me qui sequimini quod justum est, et quæritis Dominum : attendite ad



petram unde excisi estis, et ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram, quæ peperit vos : quia unum vocavi eum, et benedixi ei, et multiplicavi eum.Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus : et ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, et vox laudis. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

Bf. Deo gratias.

I^z. j. Canite tuba in Sion, vocate gentes, annuntiate populis, et dicite : * Ecce Deus Salvator noster adveniet, y. Annuntiate in finibus terræ : et in insulis, quæ procul sunt, dicite. — Ecce Deus.

Lectio ij.

ATTENDITE ad me popule meus, et tribus mea me audite : quia lex a me exiet, et judicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt : me insulæ exspectabunt, et brachium meum sustinebunt. Levate in cælum oculos vestros, et videte sub terra deorsum : quia cæli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores ejus sicut hæc interibunt : Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Hæc dicit...

R7, ij. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium. J. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores.—Etipseerit.

Lectio iij.

AUDITE me qui scitis justum, populus meus lex mea in corde eorum : nolite timere opprobrium hominum,et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum,sic comedet eos vermis : et sicut lanam, sic devorabit eos tinea : Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum. Hæc dicit...

fy iij. Me oportet minui, illum autem crescere : qui autem post me venit, ante me factus est : * Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere. J. Ego baptizavi vos aqua, ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. — Cujus non sum dignus. Gloria. Cujus non sum dignus.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 10-13.; super Psalmos sola Ana Hora est., pag. 13.; f. Egredіatur virga., ibidem.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

I Lectio iv. Cap. 4.

QUID ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abrasam Deo : et reputatum est illi ad justitiam. Ei autem, qui operatur merces non imputatur secundum gratiam,sed secundum debitum. Ei vero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui justificat impium,reputatur I fides ejus ad justitiam secun I dum propositum gratiæ Dei.

R7. iv. Ecce jam venit pleni tudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras, natum de Virgine, factum sub Lege : * Ut eos, qui sub Lege erant, redimeret, y. Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. — Ut eos qui sub Lege erant redimeret.

Lectio v.

SICUT et David dicit beatitu dinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine ope ribus : Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum ma net, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est? in circumcisione an in præpu tio? Non in circumcisione, sed in præputio.

R. v. Virgo Israel revertere ad civitates tuas : usquequo dolens averteris? Generabis Dominum Salvatorem, obla tionem novam in terra : ambu labunt homines * In salvatio nem. J. In caritate perpetua dilexi te : ideo attraxi te mise rans. — In salvationem.

Lectio vj.

UT signum accepit circumci JU sionis, signaculum justitiæ f dei quæ est in præputio : ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et Hiis ad justitiam : et sit pa

tum rCUmC,si6nis non iis tan tum, qui sunt ex circumcisio ne sed et iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præ putio patris nostri Abrahæ Non enim per legem promis' sio Abrahæ, aut semini eius ut heres esset mundi : sed per justitiam fidei.

vj. Juravi, dicit Dominus ut ultra jam non irascar super terram : montes enim et colles suscipient justitiam meam :et testamentum pacis erit * In Jerusalem, f. Juxta est salus mea ut veniat, et justitia mea ut reveletur. — In Jerusalem. Gloria. In Jerusalem.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 13-15.; super Psalmos sola Aria Nox præcessit., pag. 15.; f. Egredietur Dominus., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 3.

ANNO quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procu rante Pontio Pilato Judæam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 20. in Evang. ante medium.)

DICEBAT Joannes ad turbas, quæ exibant ut baptiza rentur ab eo : Genimina vipe rarum, quis ostendit vobis fu gere a ventura ira? Ventura enim ira est animadversio ul tionis extremæ : quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Et notandum quod malæ soboles, malorum parentum actiones imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis invi dent eosque persequuntur, quod quibusdam mala retri



buunt, quod læsiones proximis exquirunt : quoniam in his omnibus patrum suorum car nalium vias sequuntur, quasi venenati filii de venenatis pa rentibus nati sunt.

ty. vij. Non discedimus a te, vivificabis nos Domine, et no men tuum invocabimus: osten de nobis faciem tuam, * Et salvi erimus, f. Memento no stri Domine in beneplacito populi tui : visita nos in salu tari tuo. — Et salvi erimus.

Lectio viij.

SED quia jam peccavimus, quia usu mala consuetudi nis involuti sumus : dicat quid nobis faciendum^sit, ut fugere a ventura ira valeamus. Se quitur : Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. In quibus verbis notandum est quod amicus sponsi non solum fru ctus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ fructus admonet esse faciendos. Aliud namque est fructum facere pœnitentiæ; aliud, dignum pœnitentiæ fru ctum facere.

viij. Intuemini quantus sit iste, qui ingreditur ad sal vandas gentes : ipse est Rex justitiæ, * Cujus generatio non habet finem. y. Præcursor pro nobis ingreditur : secun dum ordinem Melchisedech Pontifex factus est in æter num. — Cujus generatio non habet finem.

Lectio ix.

UT enim secundum dignos pœnitentiæ fructus loqua mur, sciendum est quia quis quis illicita nulla commisit, huic jure conceditur ut licitis utatur : sicque pietatis opera faciat, ut tamen si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relin quat. At si quis in fornicatio nis culpam, vel fortasse, quod est gravius, in adulterium lapsus est : tanto a se licita debet abscindere, quanto se meminit et illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet, ejus qui mi nus, et ejus qui amplius deli quit.

1^7. ix. Montes Israel ramos vestros expandite, et florete, et fructus facite : * Prope est ut veniat dies Domini, y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet salvatorem. — Prope est. Gloria. Prope est. Montes Israel.

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. 1$. De Petra deserti ad mon tem filiæ Sion.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Canite tuba in Sion, quia prope est dies Domini : ecce veniet ad salvandum nos, alle cia, allecia. Psalmus Domi nus regnavit., cum ceteris, pag. 17

2. Ecce veniet desideratus cunctis gentibus : et replebitur gloria domus Domini, allecia.

3. Erunt prava in directa, et aspera in vias planas : veni Domine, et noli tardare, alle cia.

4. Dominus veniet, occurrite illi dicentes : Magnum princi pium, et regni ejus non erit finis : Deus, fortis, dominator, princeps pacis, alietum, alle cia.

5. Omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit, alleluja.

Capitulum Ecce dies veniunt, Hymnus Vox clara ecce into nat. et f. Vox clamantis., pag. 20. et pag. 21.

Ad Benedictus Ana. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, alleluia. Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre, ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et ff. de Adventu, ut in Psalterio.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Ecce dies veniunt, et Hymnus Conditor alme siderum., pag. 127.

f. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat Ana O.

Oratio Excita, quæsumus., ut in Laudibus.

FERIA SECUNDA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 54.

LAUDA sterilis quæ non paris : decanta laudem, et hinni quæ non pariebas : quoniam multi filii desertæ magis quam ejus, quæ habet virum dicit Dominus. Dilata locum' tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas : longos fac funiculos tuos, et clavos tuos consolida Ad dexteram enim, et ad lævam penetrabis : et semen tuum gentes hereditabit, et civitates desertas inhabitabit. Hæc dicit Dominus Deus • Convertimini ad me, et salvi eritis, ty. Deo gratias.

Lectio ij.

NOLI timere quia non confunderis, neque erubesces : non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus : et redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. Quia ut mulierem derelictam et mærentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus. Hæc dicit...

Lectio iij.

AD punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui : dixit redemptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra supra terram : sic juravi ut non irascar tibi, et non increpem te. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Dicit Dominus : Pœnitentiam agite : appropinquavit enim regnum cælorum, alleluia.

Ad Magnificat Ana O.



FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 64.

UTINAM dirumperes cælos, et descenderes : a facie tua montes defluerent. Sicut exustio ignis tabescerent,aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis : a facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus : descendisti, et a facie tua montes defluxerunt. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti exspectantibus te. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

OCCURRISTI lætanti, et facienti justitiam : in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, et peccavimus : in ipsis fuimus semper, et salvabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ : et cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui invocet nomen tuum : qui consurgat,et teneat te. Hæc dicit...

Lectio iij.

ABSCONDISTI faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum : et fictor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos.Ne irascaris Domine satis,et ne ultra memineris iniquitatis nostræ : ecce respice, populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini.

Ad Magnificat Ana O.

FERIA QUARTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 65.

Vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, et libatis super eam. Numerabo vos in gladio, et omnes in cæde corruetis : pro eo quod vocavi, et non respondistis : locutus sum, et non audistis : et faciebatis malum in oculis meis, et quæ nolui, elegistis. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, et vos esurietis : ecce servi mei bibent, et vos sitietis. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

Lectio ij.

ECCE servi mei lætabuntur, et vos confundemini: Ecce, servi mei laudabunt præ exsultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabitis. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis : et interficiet te Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen : et qui jurat in terra, jurabit in Deo amen : quia oblivioni traditæ sunt angustiæ priores, et quia absconditæ sunt ab oculis meis. Hæc dicit...

Lectio iij.

ECCE enim ego creo cælos novos, et terram novam : et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor. Sed gaudebitis et exsultabitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo : quia ecce ego creo Jerusalem exsultationem, et populum ejus gaudium. Et exsultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo : et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui non impleat dies suos : quoniampuercentumannorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiabunt: quia ecce veniet, et non tardabit.

Ad Magnificat Ana O.

FERIA QUINTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 66.

HÆC dicit Dominus : Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum : quæ est ista Domus, quam ædificabitis mihi? et quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, et facta sunt universa ista, dicit Dominus : ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos? Qui ini quasi qui interficiat virum. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me et salvi eritis. Deo gratias.'

lectio ij.

Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem : qui; i offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde et ego eligam illusiones eorum • et quæ timebant, adducam eis : quia vocavi, et non erat qui responderet : locutus sum et non audierunt : feceruntque malum in oculis meis, et quæ nolui elegerunt. Hæc dicit...

Lectio iij.

AUDITE verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus : dixerunt fratres vestri odientes vos, et abjicientes propter nomen meum:glorificetur Dominus, et videbimus in lætitia vestra : ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, voxDomini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit : antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Dominus Deus vester.

I Ad Magnificat Ana O.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 66.

LÆTAMINI cum Jerusalem, et exsultate in ea omnes qui diligitis eam : gaudete cum ea gaudio universi qui lugetis super eam : ut sugatis, et repleamini ab ubere consolationis ejus : ut mulgeatis, et deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declinabo



super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. 1^7. Deo gratias.

Lectio ij.

AD ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Qu6modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini. Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt, et cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigæ ejus : reddere in indignatione furorem suum, et increpationem suam in flamma ignis. Hæc dicit...

Lectio iij.

QUIA sicut cæli novi, et terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus : sic stabit semen vestrum, et nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato : veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, et videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me : vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur : et erunt usque ad satietatem visionis omni carni. Hæc dicit...

Ad Benedictus Ana. Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet : et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Ad Magnificat Ana O.

IN VIG. NATIV. DOMINI, SI DOMINICA NON FUERIT.

Non dicatur Officium quotidianum beatæ Mariæ Virginis.

AD MATUTINUM.

Non fiant Prostrationes.

Invitatorium. Hodie scietis quia veniet Dominus : * Et mane videbitis gloriam ejus.

Hymnus.

VERBUM supernum prodiens,
A Patre olim exiens,
Qui natus orbi subvenis
Cursu declivi temporis :

ILLUMINA nunc pectora,
Tuaque amore concrema,
Audito ut præconio,
Sint pulsa tandem lubrica.

JUDEXQUE cum post aderis
Rimari facta pectoris,
Reddens vicem pro abditis,
Justisque regnum pro bonis :

NON demum arctamur malis
Pro qualitate criminis :
Sed cum beatis c6mpotes
Simus perennes cælibes.

LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri, et Filio,
Sancto simul Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen.

IN NOCTURNO.

Antiphonæ et Psalmi feriales ut in Psalterio, pro Feria currente.

f. Hodie scietis quia veniet D6minus. Et mane videbitis gloriam ejus.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. (vel vij., si Dominica fuerit.) Cap. i.

CUM esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.
(Lib. i.Comm.in cap. i.Matth.)

QUARE, non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur: secundo, ne lapidaretur a Judæis ut adultera : tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignarius etiam quartam addidit causam cur a desponsata conceptus sit : Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat, non de virgine, sed de uxore generatum.

ty. j. (vel vij. si Dominica fuerit.) Sanctificamini hodie, et estote parati : quia die crastina videbitis * Majestatem Dei in vobis. f. Hodie scietis quia veniet Dominus : et mane videbitis. — Majestatem Dei in vobis.

Lectio ij. (vel viij.)

ANTEQUAM convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est nisi a Joseph, qui pene licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. Quod autem dicitur, Antequam convenirent, non sequiturut p6st ea convenerint : sed Scriptura quod factum non sit ostendit.

ij. (vel viij.) Constantes estote : videbitis auxilium Domini super vos : Judæa et Jerusalem nolite timere : * Cras egrediemini, et Dominus erit vobiscum, f. Sanctificamini hili Israel, et estote parati. — Cras egrediemini.

• Lectio iij. (vel ix.)

TOSEPH autem vir ejus, cum J esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornici" næ conjungitur, unum corpus efficitur : et in lege præCeptum est, non solum reos, sed et conscios criminum obnoxios esse peccati: quomodo Joseph cum crimen celaret uxoris gustus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem et admirans quod evenerat' celat silentio, cujus mysterium nesciebat.

ty. iij. (vel ix.) Sanctificamini filii Israel, dicit Dominus : die enim crastina descendet Dominus, * Et auferet a vobis omnem languorem, f. Ex Sion species decoris ejus ; Deus noster manifeste veniet. Et auferet a vobis. Gloria. Et auferet a vobis.

Non repetatur prædictum I^Z. Sanctificamini filii Israel., nisi Dominica fuerit.

Non dicatur Canticum Te Deum laudamus.

T Hac die in Laudibus et deinceps usque ad Vesperas exclusive fiat Officium sicut in festo Duplici.

Ante Laudes y. Crastina die delebitur iniquitas terræ. l^.Et regnabit super nos Salvator mundi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Judæa et Jerusalem nolite timere : cras egrediemini, et Dominus erit vobiscum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Crastina die erit vobis salus, dicit Dominus Deus exercituum.



n Hodie scietis quia veniet Dominus : et mane videbitis gloriam ejus.

4. Propter Sion non tacebo, donec egrediatur ut splendor justus ejus.

e Crastina die delebitur iniquitas terræ : et regnabit super nos Salvator mundi.

Capitulum. Isa. 62.

PROPTER Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur.

Hymnus.

Vox clara ecce intonat,
Obscura quæque increpat:
Pellantur eminus somnia,
Ab æthere Christus promicat.

MENS jam resurgat torpida,
Quæ sorde exstat saucia :
Sidus refulget jam novum,
Ut tollat omne noxium.

E SURSUM Agnus mittitur
Laxare gratis debitum :
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lacrimis :

SECUNDO ut cum fulserit,
Mundumque horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed pius nos tunc protegat.

LAUS, honor, virtus gloria
Deo Patri, et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

^.Constantes estote. ^.Videbitis auxiliu m Domi ni super vos.

Ad Benedictus Ana. Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens : quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui nos redemptionis nostræ annua exspectatione lætificas : præsta ut Unigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

THæc Oratio dicitur ad Tertiam, Sextam, Nonam et Vesp.

AD PRETIOSA.

Dicatur hoc Evangelium, etiamsi Dominica fuerit.

Secundum Matthæum. Cap. i.

CUM esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Capitulum Regi sæculorum immortali.

fy. Jesu Christe, f. Qui venturus es in mundum.

Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Capitulum Propter Sion., ut in Laudibus.

I^z. Hodie scietis * Quia veniet Dominus. Hodie scietis. f. Et mane videbitis gloriam ejus. Quia veniet Dominus. Gloria. Hodie scietis.

V. Crastina die delebitur iniquitas terræ. I^z. Et regnabit super nos Salvator mundi.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isa. 62.

VIDEBUNT gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum : et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit.

Crastina die * Delebitur iniquitas terræ. Crastina die. V. Et regnabit super nos Salvator mundi. Delebitur iniquitas terræ. Gloria. Crastina die.

V Crastina die erit vobis salus.
^ Dicit Dominus exercituum.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 62.

NOn vocaberis ultra Derelicta : et terra tua non vocabitur amplius Desolata : sed vocaberis Voluntas mea in ea, et terra tua Inhabitata.

Kz. Crastina die * Erit vobis salus. Crastina die. )T. Dicit Dominus exercituum. Erit vo bis salus. G16ria. Crastina die.

f. Constantes estote. Rz. Vide bitis auxiliumDomini super vos.

IN VIG. NATI V. DOMINI, SI DOMINICA FUERIT.

Si Vig. hæc in Dominica eve nerit, hoc modo fiat Officium :

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Hodie scietis quia veniet Dominus : * Et mane videbitis gloriam ejus.

Hymnus Verbum supernum prodiens., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum ceteris undecim Psalmis ex j. Nocturno Domi nicæ, pagg. 4-9.; super Psal mos sola Antiphona Scientes., pag.9.,et$\ Ex Sion., ibidem; Lectiones et I^Rz. ut in j. No cturno Dominicæ i v. Adven tus, p ag. 188. et pag. 189.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus Conserva me. cum ceteris duobus ex ij. Nocturno Dominicæ, pagg. io-i3.;super Psalmos sola Ana Hora est pag. 13 et f. Egredietur vir ga., ibidem; Lectiones et R-R ut m ij. Nocturno Dominicæ iv Adventus, pag.

IN IIT NOCTURNO.

Psalmus Cæli enarrant, cum ceteris duobus ex iij. Nocturno Dominicæ, pagg. I3-IS.; super Psalmos sola Aha Nox cessit., pag. 15.

f. de Vigilia Hodie scietis tres ultimæ Lectiones de Ho! milia in Evangelium Cum es set desponsata, cum RlR. san" ctificamini hodie., Constantes" estote, et Sanctificamini filii Israel, pag. 195. et pag. io6

Repetatur ultimum R. San ctificamini filii Israel.

Non dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Crastina die delebitur iniquitas terræ, fy Et regnabit super nos Salvator mundi.

AD LAUDES.

Super Psalmos Ana Judæa, et reliquæ quatuor ut pag.196.; Psalmus Dominus regnavit.' cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Propter Sion., Hymnus Vox clara., )T. Con stantes estote., Aha Cum esset desponsata, et Oratio Deus, qui nos redemptionis nostræ., utpag. 197.

Post Orationem autem Vigi liæ, Memoria fiat de Dominica:

Aha. Ave Maria gratia ple na : Dominus tecum : bene dicta tu in mulieribus, allecia.

y. Vox clamantis in deserto. E?. Parate viam Domini.

Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine, potentiam tuam et veni, et magna nobis virtute succurre : ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpe diunt, indulgentia tuæ propi tiationis acceleret. Qui vivis.

AD HORAS.

Antiphonæ, Capitula, ff. et Oratio de Vigilia erunt, ut pag. 197. et pag. 198.



# IN NATIVITATE DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Psalmus 112.

R AUDATE pueri Dominum : * L laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo, et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Ana. Rex pacificus magnifi catus est : cujus vultum desi derat universa terra.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum om nes populi :

Quoniam confirmata est su per nos misericordia ejus : * et veritas Domini manet in æter num.

Ana. Magnificatus est Rex pacificus super omnes reges universæ terræ.

Psalmus 145.

LAUDA, anima mea, Domi num, ? laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principi bus : * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et rever tetur in terram suam :*in illa die peribunt omnes cogitatio nes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob ad jutor ejus, ? spes ejus in Domi no Deo ipsius : * qui fecit cæ lum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæ culum, ? facit judicium inju riam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos :* Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, * Do minus diligit justos.

Dominus custodit advenas, ? pupillum et viduam suscipiet :* et vias peccatorum disper det.

Regnabit Dominus in sæcu la, * Deus tuus Sion, * in ge nerationem et generationem.

Aha. Scitote quia prope est regnum Dei : amen dico vobis quia non tardabit.

Psalmus 146.

LAUDATE Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Dominus : * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus; * et sapientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus : * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus : * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum : * et pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit : * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino super timentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Ana. Levate capita vestra : ecce appropinquabit redemptio vestra.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Dominum : * lauda Deum tuum Sion.

Qu6niam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem • * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ :*vel6citer currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam-* nebulam sicut cinerem spargit

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi : * et judicia sua non manifestavit eis.

Ana. Completi sunt dies Mariæ, ut pareret Filium suum primogenitum.

Capitulum. Isaias 9.

POPULUS, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam : habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

^.Judaea et Jerusalem nolite timere : * Cras egrediemini, Et Dominus erit vobiscum.

f. Constantes estote : videbitis auxilium Domini super vos. — Cras egrediemini. Gloria. Et Dominus erit vobiscum.

Hymnus.

T TENI Redemptor gentium,
V Ostende partum Virginis:
Miretur omne sæculum :
Talis decet partus Deum.

NON ex virili semine,
Sed mystico spiramine
Verbum Dei factum caro
Fructusque ventris floruit.

ALVUS tumescit Virginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.

PROCEDENS de thalamo suo,
Pudoris aula regia,
Geminæ gigas substantiæ,
Alacris ut currat viam.



EGRESSUS ejus a Patre,
Regressus ejus ad Patrem :
Excursus usque ad inferos,
Recursus ad sedem Dei.

ÆQUALIS æterno Patri,
Carnis trophæo accingere :
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

PRÆSEPE jam fulget tuum,
Lumenque nox spirat novum,
Quod nulla nox interpolet,
Fideque jugi luceat.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Ista Stropha Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine, dicatur ad omnes Hymnos ejusdem metri, etiam in festis Sanctorum, usque ad Epiphaniam exclusive.

f. Tamquam sponsus. Dominus procedens de thalamo suo.

Ad Magnificat Ana. Cum ortus fuerit sol de cælo, videbitis Regem regum procedentem a Patre, tamquam sponsum de thalamo suo.

Oratio.

DEUS, qui nos redemptionis nostræ annua exspectatione lætificas : præsta ut Unigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana.Completi sunt dies Mariæ, ut pareret Filium suum primogenitum.

Ad Nunc dimittis Ana. Ecce completa sunt omnia quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christus natus est nobis : * Venite adoremus.

Hymnus.

CHRISTE Redemptor omnium,
Ex Patri Patris Unice,
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

MEMENTO salutis auctor,
Quod nostri quondam corporis
Ex illibata Virgine
Nascendo formam sumpseris.

Sic præsens testatur dies,
Currens per anni circulum,
Quod solus a sede Patris
Mundi salus adveneris.

HUNC cælum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est,
Auctorem adventus tui
Laudans exsultat cantico.

Nos quoque, qui sancto tuo
Redempti sanguine sumus,
Ob diem natalis tui
Hymnum novum concinimus.

GLORIA tibi Domine, etc. ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.
Psalmus 2.

QJJARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, * et principes convenerunt in unum, * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo contur babit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus,* prædicans præ ceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Fi lius meus es tu, ego hodie ge nui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confrin ges eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Ana. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum :* et ipse tamquam spon sus procedens de thalamo suo •

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præ stans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? X ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Tamquam sponsus Do minus procedens de thalamo suo.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum ver bum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis ho minum, ? diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea bene dixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,



Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere proce de, et regna,

propter veritatem et mansue tudinem, et justitiam : * et de ducet te mirabiliter dextera tua

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delecta verunt te filiæ regum in ho nore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circum data varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferen tur tibi.

Afferentur in lætitia et ex sultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos prin cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene rationem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Diffusa est gratia in la biis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum.

X. Verbum caro factum est.
Et habitavit in nobis.

T Tres Lectiones sequentes legantur sine titulo.

Lectio j. Isaiæ 9.

PRIMO tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephthali : et novissimo ag gravata est via maris trans Jordanem Galilææ gentium. P6pulus, qui ambulabat in te nebris, vidit lucem magnam : habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Multi plicasti gentem, et non magni ficasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exsultant victores capta præda, quando dividunt spolia. Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sce ptrum exactoris ejus superasti sicut in die Madian. Quia om nis violenta prædatio cum tu multu, et vestimentum mistum sanguine, erit in combustio nem, et cibus ignis. Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius • et vocabitur nomen ejus, Admirabilis,Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Hæc dicit Do minus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis,

ty. Deo gratias.

K?, j. Hodie nobis cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cælestia regna revocaret. Gau detexercitusAngelorum * Quia salus æterna humano generi apparuit. X. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax homini bus bonæ voluntatis. — Quia salus æterna.

Lectio ij. Isaiæ 40.

CONSOLAMINI, consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Jeru salem, et advocate eam : quo niam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius : suscepit de manu Domini du plicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabi tur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria D6mini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locu tum est. Vox dicentis : Clama Et dixi : Quid clamabo? Om nis caro fœnum, et omnis glo ria ejus quasi flos agri. Exsic catum est fœnum, et cecidit flos, quia spiritus Domini suf flavit in eo. Vere fœnum est populus : exsiccatum est fœ num, et cecidit flos : Verbum autem Domini nostri manet in æternum. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et R gratias.'

W. ij. Hodie nobis de cælo Pax vera descendit : * H6die per totum mundum melliflui xit Hfunt C ?H iSS Xlt dies redemptionis novæ, I reparationis antiquæ^felidtT tis æternæ. — Hodie per to~ tum mundum.

| Lectio iij. isaiæ 52

CONSURGE, consurge, induere fortitudine tua Sion, in duere vestimentis gloriæ'tuæ Jerusalem civitas Sancti: quia non adjiciet ultra ut pertrans eat per te incircumcisus et immundus. Excutere de pul vere, consurge, sede Jerusa lem : solve vincula colli tui captiva filia Sion. Quia hæc dicit Dominus : Gratis ve numdati estis, et sine argento redimemini. Quia hæc dicit Dominus Deus : In Ægyptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi: et Assur absque ulla causa ca lumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Domi nus, quoniam ablatus est po pulus meus gratis? Dominato res ejus inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa : quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, ty. Deo gratias.

1$. iij.Descendit de cælis Deus verus a Patre genitus : introi vit in uterum Virginis, nobis ut appareret visibilis, indutus car ne humana a Protoparente edita, et exivit per clausam portam, Deus et homo, *Lux et vita, conditor mundi, y. Tamquam sponsus Dominus procedens de thalamo suo. -7 Lux et vita, conditor mundi. Gloria. Lux et vita, conditor mundi.



IN II. NOCTURNO.

Psalmus 47.

MAGNUS Dominus, et lau dabilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exsultatione uni versæ terræ mons Sion, * latera aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cogno scetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : * convene runt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, ? in civitate Dei nostri.: * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericor diam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et exsul tent filiæ Judæ, * propter ju dicia tua Domine.

Circumdate Sion, et comple ctimini eam : * narrate in tur ribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæcu lum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Ana. Suscepimus Deus mise ricordiam tuam, in medio tem pli tui.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in ju stitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem po pulo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, ? et salvos faciet filios paupe rum : * et humiliabit calum niatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vel lus : * et sicut stillicidia stil lantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthio pes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mu nera offerent reges Arabum, et Saba dona adducent :

Et adorabunt eum omnes re ges terræ : * omnes gentes servient ei :

Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : * et animas pauperum salvas fa ciet.

Ex usuris et iniquitate red imet animas eorum : * et ho norabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, * et adorabunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, ? super extolletur super Libanum fru ctus ejus : * et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem perma net nomen ejus.

Et benedicentur in ipso om nes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia so lus :

Et benedictum nomen maje statis ejus in æternum : ? et replebitur majestate ejus om nis terra : * fiat, fiat.

Ana. Orietur in diebus Domini abundantia pacis, et domina bitur.

Psalmus 84.

BENEDIXISTI Domine terram tuam : * avertisti captivi tatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ ^operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam :* avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster : * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in æternum irasce ris nobis? * aut extendes iram tuam a generatione in genera tionem ?

Deus tu conversus vivificabis nos : - et plebs tua lætabitur in te.

•t -i• nobis Domine mise- ncordiam tuam : * et salutare tuum da nobis.

rv quid loquatur in me Dominus Deus : * quoniam , loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos • * et in eos qui convertuntur ad cor

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius : * ut inha bitet gloria in terra nostra

Misericordia, et veritas obvia verunt sibi : * justitia, et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est • * et justitia de cælo prospexit

Etenim Dominus dabit beni gnitatem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambula bit : * et ponet in via gressus suos.

Ana. Veritas de terra orta est : et justitia de cælo pro spexit.

f. Notum fecit Dominus. R?. Salutare suum.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serm. i. de Nativ. Domini.)
Lectio iv.

SALVATOR noster, dilectissi mi, hodie natus est : gau deamus. Neque enim fas est locum esse tristitiæ, ubi nata lis est vitæ. Nemo ab hujus alacritatis participationesecer nitur: una cunctis lætitiæ com munis est ratio. Exsultet san ctus, quia appropinquat ad palmam : gaudeat peccator, quia invitatur ad veniam : ani metur Gentilis, quia vocatur ad vitam. Verbum enim Dei, Deus Filius Dei, propter libe randum hominem ab æterna morte, factus est homo. Et tanto fœdere utramque natu ram conseruit, ut nec inferio rem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret as sumptio. Tu autem.

R?. iv. Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. * Natum vidimus, et choros Angelorum collaudantes Dominum. X . Di cite quidnam vidistis, et an nuntiate Christi Nativitatem. _ Natum vidimus.

Lectio v.

LVA igitur utriusque pro prietate substantiæ, et in unam coeunte personam, sus cipitur a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æter nitate mortalitas : ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem Dei et homi num mediator, et mori ex uno, et resurgere posset ex altero. Nisi enim esset verus Deus, non afferret remedium; nisi verus esset homo, non præbe ret exemplum. *Ab exsultanti bus Angelis, nascente Domino, Gloria in excelsis Deo, cani tur. De hoc ergo inenarrabili pietatis opere quantum lætari debet humilitas hominum, cum tantum gaudeat sublimitas An gelorum ?

K}, v. O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, * Jacentem in præse pio! beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum. V. Domine audivi auditum tuum, et timui : con sideravi opera tua, et expavi, in medio duorum animalium. — Jacentem in præsepio:beata Virgo, cujus viscera.

Lectio vj.

AGAMUS ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri, per Fi lium ejus, in Spiritu sancto. Deponamus veterem hominem cum actibus suis : et adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus operibus. Agnosce, o Christia ne, dignitatem tuam: et divinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire. Memento cujus capitis, et cujus corporis sis membrum. Reminiscere quia erutus de potestate tene brarum, translatus es in Dei lumen et regnum. Noli te dia boli iterum servituti subjicere, quia pretium tuum sanguis Christi est : qui veritate te ju dicabit, qui misericordia te redemit.

R. vj. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti, f. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli. Gloria. Quia quem cæli.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmus 88.

MISERICORDIAS Domini * in æternum cantabo.

In generationem et genera tionem * annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur in cælis : * præparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis, * juravi David servo meo : * Usque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generatio nem, et generationem * sedem tuam.

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine : * etenim verita tem tuam in ecclesia sancto rum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino : * similis erit Deo in filiis Dei ?

Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum : * magnus et terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? * potens es Domine, et veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris : * motum autem fluctuum ejus tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum : * in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cæli, et tua est terra, K orbem terræ et plenitudinem ejus tu fundasti : * aquilonem, et mare tu creasti.

Thabor et Hermon in nomine tuo exsultabunt : * tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua : * justitia et judicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia et veritas præcedent faciem tuam : * beatus populus, qui scit jubilationem

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, * et in nomine tuo exsultabunt tota die • * et in justitia tua exaltabuntur

Quoniam gloria virtutis eorum tu es : * et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum

Quia Domini est assumptio nostra : * et sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis, * et dixisti : Posui adjutorium in potente • * et exaltavi electum de plebe mea

Inveni David servum meum- * oleo sancto meo unxi eum '

Manus enim mea auxiliabitur ei:* et brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo, * et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos ejus : * et odientes eum in fugam convertam

Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso:*et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus : * et in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocabit me : Pater meus es tu:*Deus meus,et susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum * excelsum præ regibus terræ.

In æternum servabo illi misericordiam meam : * et testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, * et thronum ejus sicut dies cæli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : * et in judiciis meis non ambulaverint :

Si justitias meas profanaverint : * et mandata mea non custodierint :

Visitabo in virga iniquitates eorum : * et in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo : * neque nocebo in veritate mea :

Neque profanabo testamentum meum :* et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Semel juravi in sancto meo, ? si David mentiar : * semen ejus in æternum manebit.



Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, ? et sicut luna perfecta in æternum : * et testis in cælo fidelis.

Tu vero repulisti et despexisti : * distulisti Christum tuum.

Evertisti testamentum servi tui : * profanasti in terra Sanctuarium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus : * posuisti firmamentum ejus formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : * factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum : * lætificasti omnes inimicos ejus.

Avertisti adjutorium gladii ejus : * et non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eum ab emundatione : * et sedem ejus in terram collisisti.

Minorasti dies temporis ejus:* perfudisti eum confusione.

Usquequo Domine avertis in finem : * exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea substantia : * numquid enim vane constituisti omnes filios hominum?

Quis est homo, qui vivet,et non videbit mortem : * eruet animam suam de manu inferi?

Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, * sicut jurasti David in veritate tua?

Memor esto Domine opprobrii servorum tuorum * (quod continui in sinu meo) multarum gentium.

Quod exprobraverunt inimici tui Domine, * quod exprobraverunt commutationem Christi tui.

Benedictus Dominus in æternum : * fiat, fiat.

Ana. Ipse invocabit me, alleluja : Pater meus es tu, alleluja.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, ? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, ? commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et 6mnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Lætentur cæli, et exsultet terra ante faciem Domini, quoniam venit.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, etexsultate, etpsallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : X moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? simul montes exsultabunt a conspectu Domini :* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Ana. Notum fecit Dominus, allecia, salutare suum, allecia.

> . Ipse invocabit me. R? Pater meus es tu.

Jube domne benedicere. Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio.

K. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio vij. Cap 2

IN illo tempore : Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ (Hem. 8. in Evang.)

QUIA, largiente Domino, Missarum solemnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de evangelica lectione non possumus : sed nos aliquid vel breviter dicere, Redemptoris nostri Nativitas ipsa compellit. Quid est enim, quod nascituro Domino mundus describitur, nisi hoc, quod aperte monstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos adscriberet in æternitate? Quod contra de reprobis per Prophetam dicitur : Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehem nascitur. Bethlehem quippe Domus panis interpretatur. Ipse namque est, qui ait : Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.

R. vij. Beata Dei Genitrix Maria, cujus viscera intacta permanent, * Hodie genuit Salvatorem sæculi. y. Beata, quæ credidit : quoniam perfecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei a Domino. — Hodie genuit Salvatorem sæculi.

Jube domne benedicere. Benedictio. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta.

R7. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio viij. Cap. 2.

IN illo tempore : Pastores loquebantur ad invicem : Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et reliqua.



Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. in cap. 2. Lucæ.)

VIDETE Ecclesiæ surgentis exordium. Christus nascitur et pastores vigilare cœperunt : qui gentium greges, pecudum more ante viventes, in caulam Domini congregarent, ne quos spiritalium bestiarum, per offusas noctium tenebras, paterentur incursus. Et bene pastores vigilant, quos bonus Pastor informat. Grex igitur populus, nox sæculum, pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pastor, cui dicitur : Esto vigilans, et confirma. Quia non solum Episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, sed etiam Angelos destinavit.

viij. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium : et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum : * Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. y. Dies sanctificatus illuxit nobis : venite gentes, et adorate Dominum. — Qui hodie.

Jube domne benedicere. Benedictio. Intellectum sancti Evangelii aperiat nobis virtus Spiritus sancti. . Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio ix. Cap. i.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. 3. in Joann. i.)

CUM Matthæus ab Herode, Lucas a Tiberio Cæsare, Marcus a baptismate Joannis exordiatur, his omnibus Joannes omissis, supra omne tempus et sæculum ascendit. Tu autem dilectissime, cum Verbum hoc in loco audis, noli, quæso, iis acquiescere, qui dicunt id verbum esse, quod ore profertur. Hoc enim Verbum substantia quædam est in persona, ex ipso Patre sine passione proveniens. Quemadmodum autem, In principio erat Verbum, æternitatem significat : ita, Hoc erat in principio apud Deum, coæternitatem nobis ostendit. Numquam enim solus Pater sine Verbo fuit : sed semper Deus apud Deum erat, et in persona quidem propria.

I^7. ix. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre * Plenum gratiæ, et veritatis, y. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. — Plenum gratiæ et veritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Postea sequitur: Dominus vobiscum. R/. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Matthæum.

Gloria tibi Domine.

Cap. i.

LIBER generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Pilares, et Zaram de Thamar. Pilares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson

autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Ahias autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amoti. Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis : Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph' virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Canticum Te Deum., pag.16.

T Finito Te Deum., si Missa immediate non sequatur, dicatur :

f Puer natus est nobis

Et filius datus est nobis.

• X'> D eus in adjutorium meum intende. ^.Domine ad adju P^ Um e me fest,na Gloria ratu... Sicut erat... Alleluia

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus et choros Angelorum collaudantes Dominum, alleluia alleluja. Psalmus Dominus're gnavit cum ceteris, pag. 17.

2. Genuit puerpera Regem i cui nomen æternum : et gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem, alleluia.

3. Angelus ad pastores ait : Annuntio vobis 'gaudium magnum : quia natus est vobis [ hodie Salvator mundi, allecia.

4. Facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus, laudantium Deum, et dicentium : Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluja.

5- Parvulus filius hodie natus est nobis, et vocabitur Deus, Fortis, alleluia, alleluja.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus neque y., sed immediate post quintam Antiphonam dicatur ad Benedictus Ana. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia, alleluja.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem.



Dominus vobiscum. Etj nun spiritu tuo.

Benedicamus Domino. R". Deo gratias.

* prædicto modo dicantur Laudes, quando Missa non celebratur inter Matutinum et Laudes. Quando vero Missa fuerit celebranda, statim post Te Deum. inchoetur; et dicta Communione In splendoribus., absque Versiculo et absque Deus in adjutorium, immediate inchoetur Antiphona j. Laudum. Ad Laudes super Psalmos Ana Quem vidistis., cum ceteris, ut pag. 212.; Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque y., sed immediate post quintam Antiphonam dicatur ad Benedictus Ana. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia, al-1 leluia.

Repetita post Canticum Antiphona prædicta, dicat Sacerdos, qui cantavit Missam : Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster : ut qui NativitatemDomini nostri Jesu Christi mysteriis nos frequentare gaudemus, dignis conversationibus ad ejus mereamur pervenire consortium : Qui tecum vivit.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Subjungat Diaconus : Ite missa est. Deo gratias.

Et sic terminentur simul Missa et Laudes.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. i.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.

T Iste f. dicatur quotidie ad Primam, etiam in festis Sanctorum,usque ad Epiphaniam exclusive.

AD TERTIAM.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Rz Verbum caro factum est, * Alleluia, allecia. Verbum. V. Et habitavit in nobis. Alleluia. Gloria. Verbum.

f. Notum fecit Dominus. Kz. Salutare suum. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem.

Hæc Oratio dicatur etiam ad Sextam,Nonam et ij. Vesperas.

AD SEXTAM.

Capitulum. lir ;3

APP\RUIT benignitas, et humanitas Salvat6ris nostri Dei : non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

Notum fecit Dominus, * Alleluia, alleluja. Notum, y. Salutare suum. Alleluia. Gloria. Notum.

f. Ipse invocabit me. 1^:. Pater meus es tu.

AD NONAM.

Capitulum. Tit. 2.

APPARUIT gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria : sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.

Ipse invocabit me, * Alleluia, alleluia. Ipse.y. Pater meus es tu. Alleluia. Gloria. Ipse.

f. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Ab hac die usque in crastinum Octavæ Epiphaniæ exclusive, quotidie dicuntur Re-sponsoria Horarum cum Alleluia., excepto festo sanctorum Innocentium, secundum quod suo loco notatur.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion :* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus nctorum : * ex utero ante luciferum genui te

Tundit et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech

Dominiis p

Judicabit in nationibiir^ piabit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum

De torrente in via bibet • * propterea exaltabit caput '

Ana. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini ^exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum > * misericors et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabitpopulosuo:

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus : ? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Ana. Redemptionem misit Dominus populo suo : mandavit in æternum testamentum suum.



Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet sermones suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus: * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur; ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Ana. Exortum est in tenebris lumen rectis corde : misericors, et miserator, et justus Dominus.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendentes,* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Aha. Apud Dominum misericordia : et copiosa apud eum redemptio.

Psalmus 131.

MEMENTO Domine David,* et omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernaculum domus meæ, * si ascendero in lectum strati mei :

Si dedero somnum oculis meis, * et palpebris meis dormitationem :

Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacobi.

Ecce audivimus eam in Ephrata : * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus : * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam, * tu et arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam : * et sancti tui exsultent.

Propter David servum tuum,* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veri- i tatem, et non frustrabitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testa mentum meum, * et testimo nia mea hæc, quæ docebo eos :

Et filii eorum usque in sæcu lum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : * elegit eam in habita tionem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : * hic habitabo quo ! iliam elegi eam.

Viduam ejus benedicens be nedicam : * pauperes ejus sa turabo panibus.

Sacerdotes ejus induam sa lutari : * et sancti ejus exsulta tione exsultabunt.

Illuc producam cornu Da vid, * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confu sione : * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Ana. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

T Prædicti Psalmi cum suis Antiphonis dicantur quotidie .ad Vesperas infra Octavam Nativitatis, etiam in festis Sanctorum.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque , modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissi me, diebus istis locutus est no bis in Filio, quem constituit heredem universorum, ner quem fecit et sæcula

Hymnus et f. ut in j. Vespe ris, pag. 200. et pag. 201.

Ad Magnificat Ana. Hodie Christus natus est : hodie Sal vator apparuit: hodie in teri canunt Angeli, lætantur Arch angeli : hodie exsultant justi dicentes : Gloria in excels Deo, allecia. 0n^ ls

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub pec cati jugo vetusta servitus te net. Per eumdem.

Et fiat Memoria de S. Ste phano Protomartyre :

Ana. Tu principatum tenes in choro Martyrum similis an gelo : qui pro te lapidantibus Deum deprecatus es, beate Stephane intercede pro nobis ad Dominum.

V. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constitui sti eum super opera manuum tuarum. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domi ne, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos dili gere : quia ejus natalitia cele bramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare : Do minum nostrum Jesum Chri stum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civi tate David.

Ad Nunc dimittis Ana. Alle luia, Verbum caro factum est, allecia : et habitavit in nobis, alleluja, alleluja.

T Prædictæ Antiphonæ di cantur quotidie in Completorio usque ad Vigiliam Epipha niæ.



PER OCTAVAS NATIVITATIS DOMINI, S. STEPHANI, S. JOANNIS ET SS. INNOCENTIUM.

Antiphonæ, ff. et Oratio nes de ipsis Octavis notatæ sunt suis locis, quoties dicen dæ occurrerint.

T Si festum Nativitatis Do mini, vel S. Stephani, vel S. Joannis, vel SS. Innocen tium, vel S. Thomæ in Domi nica evenerit, illa die de Do minica nihil fiat; sed in crasti no S. Thomæ legatur in Ma tutinis Homilia Dominicæ; et post Memorias de Sanctis, in Laudibus fiat Memoria de Do minica per Anam Dum me dium., f. Notum fecit Domi nus. et Orationem Omnipo tens sempiterne Deus, dirige actus nostros.; in Vesperis vero per Anam Erant Joseph et Maria., f. Verbum caro fa ctum est. et Orationem prædi ctam. Quæ omnia infra per extensum ponuntur.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.

Proxima die post festum S. Thomæ Episcopi et Marty ris, si Dominica fuerit, hoc modo fiat Officium.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christus natus est nobis., Hymnus Christe Redemptor omnium., Anti phonæ, Psalmi et f f. trium Nocturnorum dicantur ut in Nativitate Domini; cetera vero ut infra.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 7.

OCCASIONE autem accepta, peccatum per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum, | occasione accepta per man datum, seduxit me, et per il lud occidit.

f$z. j. Hodie nobis cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cælestia regna revocaret. Gaudet exercitus Angelorum : * Quia salus æterna humano generi apparuit, f. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. — Quia salus æterna.

Lectio ij.

ITaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit, Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bo num operatum est mihi mor tem : ut fiat supra modum peccans peccatum per manda tum. Scimus enim quia lex spiritualis est : ego autem car nalis sum, venumdatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago : sed quod odi malum, illud facio.

ij. Hodie nobis de cælo pax vera descendit : * Hodie per totum mundum melliflui facti sunt cæli. y. Hodie illu- x it dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicia- fis æternæ. — Hodie per to tum mundum.

Lectio iij.

Si autem quod nolo, illud facio : consentio legi, quo- iliam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bo- num. Nam velle adjacet mihi : perficere autem bonum, non invenio. Non enim, quod volo bonum, hoc facio : sed quod nolo malum, hoc ago.

t?. nj. Descendit de cælis Deus verus a Patre genitus; mtroivit in uterum Virginis, mbis ut appareret visibilis, | mdutus carne humana a Pro-1 toparente edita, et exivit per clausam portam, Deus et ho- m ° li- i u £etvlta » c6nditor mundi. f. Tamquam sponsus Dominus procedens de thala mo suo. — Lux et vita. Gloria, lux et vita.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Leonis Papæ.

(Serni. 9. de Nativ Doni )

Lectio iv.

EXCEDIT quidem dilectissi mi, multumque superent net humani eloquii facultatem divini operis magnitudo • et inde oritur difficultas fandi unde adest ratio non tacendi.' noT,ohi hr^t0 ie< UFl'li0 Dei tiam dl Ta amadh m ess6n " " mana '* Dectat n,t ! spectat naturam, quod dictum

f est per Prophetam : Genera tionem ejus quis enarrabit^ Utramque enim substantiam in unam convenisse personam nisi fides credat, sermo non explicat.

iv. Quem vidistis, pasto res dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. * Na f?TM vidimus, et choros Ange lorum collaudantes Dominum, ^. Dicite, quidnam vidistis? et annuntiate Christi Nativita tem ~ Natum vidimus.

Lectio v.

T^T ideo nunquam materia deficit laudis, quia nun quam sufficit copia laudatoris Gaudeamus igitur, quod ad eloquendum tantæ misericor diæ sacramentum impares su mus : et cum salutis nostræ altitudinem promere non va beamus, sentiamus nobis bo num esse, quod vincimur. Ne mo enim ad cognitionem ve litatis magis propinquat,quam qui intelligit, in rebus divinis, etiamsi multum proficiat, sem per sibi superesse quod quærat.

v. O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut anim^lia viderent Domi num natum : * Jacentem in præsepio! beata Virgo, cujus vlscera meruerunt portare Do minum Christum, y. Domine, audivi auditum tuum, et fi mui : consider avi opera tua, et ex Pavl > m m ^ dl ° ^oTM! 11 ammallu m. — Jacentem in Præs epi° : beata Virgo,

Lectio vj.

'XT AM q«i se ad id, in quod - N tendit, pervenisse præsu mit, non quæsita reperit, sed in inquisitione deficit. Ne au



tem infirmitatis nostræ per turbemur angustiis, evangeli cæ nos et propheticæ adju vant voces : quibus ita accen dimur, et docemur, ut nos Na tivitatem Domini, qua Ver bum caro factum est, non tam præteritam recolere, quam præsentem videamur inspi cere.

vj. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. J'. Benedi cta tu in mulieribus, et bene dictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli. Gloria. Quia quem cæli.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Erant Jo seph, et Maria mater Jesu, mirantes super his, quæ dice bantur de illo. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib.2. in cap. 2. Luc.post med.)

VIDES uberem in omnes gra tiam, Domini generatione diffusam, et prophetiam incre dulis negatam esse, non justis. Ecce et Simeon prophetat in ruinam et resurrectionem plu rimorum venisse Dominum Je sum Christum, ut justorum ^quorumque merita discer nat, et pro nostrorum quali tate factorum, judex verus et justus aut supplicia decernat aut præmia. Et tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius.

K. vij. Beata Dei Genitrix Maria, cujus viscera intacta permanent, * Hodie genuit Salvatorem sæculi. JT. Beata, quæ credidit : quoniam per fecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei a Domino. — Hodie.

Lectio viij.

NEC littera, nec historia do cet ex hac vita Mariam corporalis necis passione mi grasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio trans verberatur. Et ideo pruden tiam Mariæ haud ignaram mysterii cælestis ostendit. Vi vum enim verbum Dei, et va lidum, et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ ac spi ritus, artuum quoque et me dullarum, cogitationes cordis et secreta scrutatur animo rum : quia nuda et aperta sunt omnia Dei Filio, quem conscientiæ secreta non fal lunt.

viij. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium : et beata ubera, quæ lactaverunt Chri stum Dominum : * Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. T- D ies sanctificatus illuxit nobis : ve nite gentes, et adorate Domi num. — Qui hodie.

Lectio ix.

P ,ROPHETAVIT itaque Si meon, prophetaverat vir go, prophetaverat copulata conjugio : prophetare debuit etiam vidua : ne qua aut pro fessio deesset, aut sexus. Et ideo Anna et stipendiis vi duitatis et moribus talis indu citur, ut digna plane fuisse credatur quæ Redemptorem omnium venisse nuntiaret.

ix. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre : * Plenum gratiæ, et veritatis. y. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. — Plenum gratiæ et veritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Ante Laudes y. Puer natus est nobis, fy Et filius datus est nobis.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ DE

1. Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus, et choros Angelorum

«SS. ptalL"us cum

2. Genuit puerpera Regem cui nomen æternum • e tS dia matris habens^um vfrgl nitatis honore, nec primam similem visa est, nec habene sequentem, allecia

3- Angelus ad pastores ait • Annuntio vobis gaudTum magnum : quia natus est vobis hodie Salvator mundi alleluia.

4- Facta est cum Angelo multitudo cælestis exercitus laudantium Deum, et dicentium : Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, allecia.

5- Parvulus filius hodie natus est nobis, et vocabitur Deus * ortis, alleluja, alleluja.

Capitulum. Hebr. I.

MULTIFARIAM, multisque modis olim ...

sime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus.

A SOLIS ortus cardine Ad usque terræ limitem, Christum canamus principem Natum Maria Virgine.

BEATUS Auctor sæculi Servile corpus induit : Ut carne carnem liberans, Ne perderet quos condidit.

ceteri JVtrcoTÆr^

ENIM EST puerpera Gabriel Prædixerat : alvo gestiens senserat. Pertulit, Præsepe non abhorruit : lacte pastus est, chorus cælestium, canunt Deo.

Palamque fit pastoribus Pastor, Creator omnium,

GLORIA tibi, Domine, Qui natus es de Virgine, Cum Patre et sancto Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

Ant. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus et illuxit nobis.

Ad Benedictus Ana. Nesciens mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum ...



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei.

f. Corona aurea super caput ejus. tf. Expressa signo sanctitatis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum, ty. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de Ilis : et scimus quia verum est testimonium ejus.

f. Annuntiaverunt opera Dei. fy Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. In Sanctis suis.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Deinde fiat Memoria de Dominica :

Ana. Dum medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit, alleluia.

y. Notum fecit Dominus. Salutare suum.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo; ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare: Qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 2.

IN illo tempore : Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

R?. Verbum caro factum est, * Alleluia, allecia. Verbum. f. Et habitavit in nobis. Alleluia. Gloria. Verbum.

f. Notum fecit Dominus. Rz. Salutare suum.

Oratio Concede, quæsumus., ut supra; et sic ad Sextam, Nonam et ij. Vesperas.

AD SEXTAM.

Capitulum. Tit. 3.

APPARUIT benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei : non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

Notum fecit Dominus, * Alleluia, allecia. Notum. f. Salutare suum. Alleluia. Gloria. Notum.

y. Ipse invocabit me. Pater meus es tu.

AD NONAM.

Capitulum. Tit. 2.

APPARUIT gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria : sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.

Ipse invocabit me, * Alleluia, alleluja. Ipse. y. Pater meusestu. Alleluia. Gloria. Ipse.

T. Benedictus qui venit in nomine Domini. R?. Deus Dominus, et illuxit nobis.

AD VESPERAS.

Antiphonæ et Psalmi de Nativitate Domini, pag. 214.

Capitulum et quæ sequuntur erunt de S. Silvestro. Fiet Memoria de Octavis Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis ac SS. Innocentium ut in j. Vesperis ejusdem S. Silvestri notatum est; ultimo loco fiet Memoria de Dominica :

Ana. Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo.

f. Verbum caro factum est. 1^7. Et habitavit in nobis.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo; ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare : QU1 tecum vivit.

DIE INFRA OCT. NATIVIT. SI DOMINICA AUT SABBATUM NON FUERIT.

Si proxima dies post festum S. Thomæ Episcopi et Martyris Dominica aut Sabbatum non fuerit, hoc modo fiat Officium.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christus natus est nobis, et Hymnus Christe Redemptor omnium., ut in Nativitate Domini, pag. 201.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu : ego h6die genui te. Psalmus Quare fremuerunt gentes, cum octo ceteris ut in Nativitate Domini, pag. 201 et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta f. Verbum caro factum est. Et habitavit in nobis.

T Feria tertia et Feria sexta f. Notum fecit Dominus, ty. Salutare suum.

T Feria quarta f. Ipse invocabit me. Pater meus es tu.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 2.

IN illo tempore : Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et reliqua.



^^Ui^Tsancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in cap. 2. Lucæ post medium.)

F TIDES uberem in omnes graV tiam Domini generatione diffusam, et prophetiam incredulis negatam esse, non justis. Ecce et Simeon prophetat in ruinam et resurrectionem plurimorum venisse Dominum Jesum Christum, ut justorum iniquorumque merita discernat, et pro nostrorum qualitate factorum, judex verus et justus aut supplicia decernat, aut præmia.Et tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius.

Responsoria dicantur secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta, R. j. Hodie nobis cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cælestia regna revocaret : gaudet exercitus angelorum, * Quia salus æterna humano generi apparuit. f. Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. — Quia salus æterna.

T Feria tertia et Feria sexta, R7. j. Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. * Natum vidimus, et choros angelorum collaudantes D6minum. f. Dicite quidnam vidistis, et annuntiate Christi Nativitatem. — Natum vidimus.

T Feria quarta j. Beata Dei Genitrix Maria, cujus viscera intacta permanent, * Hodie genuit Salvatorem sæculi, y. Beata, quæ credidit : quoniam perfecta sunt omnia quæ dicta sunt ei a Domino. — Hodie genuit Salvatorem sæculi.

Benedictio. Divinum auxilium maneat semper nobis cum. Amen.

Lectio ij.

NEC littera nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transverberatur. Et ideo prudentiam Mariæ haud ignaram mysterii cælestis ostendit. Vivum enim verbum Dei, et validum, et acutius omni gladio acutissimo, penetrans usque ad divisionem animæ ac spiritus, artuum quoque et medullarum, cogitationes cordis et secreta scrutatur animorum : quia nuda et aperta sunt omnia Dei Filio, quem conscientiæ secreta non fallunt.

I" Feria secunda et Feria quinta, ij. Hodie nobis de cælo pax vera descendit : * Hodie per totum mundum mellifluì facti sunt cæli. f. Hodie illuxit dies redemptionis novæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.— Hodie per totum mundum.

I Feria tertia et Feria sexta, ty. ij. O magnum mysterium, et admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, * Jacentem in præsepio! beata Virgo, cujus viscera meruerunt portare Dominum Christum. yr Domine audivi auditum tuum, et timui : consideravi opera tua, et expavi, in medio duorum animalium. — Jacentem in præsepio: beata Virgo, cujus viscera.

I Feria quarta, ^z. ij. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium : et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum : *Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. T. Dies sanctificatus illuxit nobis : venite gentes, et adorate Dominum. — Qui hodie.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex angelorum. Amen.

Lectio iij.

PROPHETAVIT itaque Simeon, prophetaverat virgo, prophetaverat copulata conjugio : prophetare debuit etiam vidua : ne qua aut professio deesset, aut sexus. Et ideo Anna et stipendiis viduitatis et moribus talis inducitur, ut digna plane fuisse credatur quæ Redemptorem omnium venisse nuntiaret.

T Feria secunda et Feria quinta, f$z. iij. Descendit de cælis Deus verus a Patre genitus : introivit in uterum Virginis, nobis ut appareret visibilis, indutus carne humana a Protoparente edita, et exivit per clausam portam Deus et homo, *Lux et vita, conditor mundi. y. Tamquam sponsus Dominus procedens de thalamo suo. — Lux et vita. Gloria. Lux et vita.

I Feria tertia et Feria sexta fy iij. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti, f. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli capere non poterant. Gloria. Quia quem cæli capere non poterant.

T Feria quarta, ^z.iij.Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre * Plenum gratiæ et veritatis', y. In principio erat Verbum^ et Verbum erat apud Deum', et Deus erat Verbum. — Plenum gratiæ et veritatis, Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes y. Puer natus est nobis. Et filius datus est nobis.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana.

Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus, et choros angelorum collaudantes Dominum, alleluia, alleluia. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

T Prædicta Ana Quem vidistis. dicatur etiam ad Primam.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus.

A SOLIS ortus cardine
Ad usque terræ limitem,
Christum canamus principem
Natum Maria Virgine.

BEATUS Auctor sæculi
Servile corpus induit:
Ut carne carnem liberans,
Ne perderet quos condidit.



"cIs^Tparentis viscera
Cælestis intrat gratia :
Venter puellæ bajulat
Secreta quæ non noverat.

DOMUS pudici pectoris
Templum repente fit Dei :
Intacta nesciens virum
Verbo concepit Filium.

ENIXA est puerpera
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris alvo gestiens
Clausus Joannes senserat.

FŒNO jacere pertulit,
Præsepe non abhorruit,
Parvoque lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.

GAUDET chorus cælestium,
Et angeli canunt Deo :
Palamque fit pastoribus
Pastor, Creator omnium.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

f. Benedictus qui venit in nomine Domini. f$z. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Ad Benedictus Ana. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat, ubere de cælo pleno.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem.

Memoria de S. Stephano:

Ana. Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei.

^.Corona aurea super caput ejus. kz. Expressa signo sanctitatis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. Amen.

Memoria de S. Joanne:

Aha. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his : et scimus quia verum est testimonium ejus.

y. Annuntiaverunt opera Dei. f$z. Et facta ejus intellexerunt. Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniatsempiterna.Per.

Memoria de SS. Innocentibus:

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. In Sanctis suis. Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Deinde fiat Memoria de Dominica :

Aha. Dum medium silentium tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine a regalibus sedibus venit, alleluia.

f. Notum fecit D6minus. fy Salutare suum.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo; ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare : Qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 2.

IN illo tempore : Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Tu autem Domine.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini, pag. 221. et pag. 222.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in ij. Vesperis Nativitatis Domini, pag. 214.

Capitulum, Hymnus et quæ sequuntur erunt de j. Vesperis S. Silvestri, ut die xxxj. Decembris notatum est.

Memoria fiat de Octavis Nativitatis, S. Stephani, S. Joannis et SS. Innocentium, ut eadem die xxxj. Decembris in j. Vesperis notatum est.

Ultimo fiat Memoria de Dominica infra Octavam Nativitatis Domini :

Ana. Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes super his quæ dicebantur de illo.

f > Verbum caro factum est. E?. Et habitavit in nobis.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne ys Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo; ut in nomine dilecti Filii tui mereamur bonis operibus abundare : Olii tecum vivit. ^

DIE INFRA OCT. NATIVI! SI SABBATUM FUERIT.

Si crastinum S. Thomæ Eoiscopi et Martyris Sabbatum fuerit, hoc modo fiat Officium :

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christus natus est nobis, et Hymnus Christe Redemptor omnium., ut in Nativitate Domini, pag. 201.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu : ego hodie genui te. Psalmus Quare fremuerunt gentes, cum octo ceteris ut in Nativitate Domini, pag. 201. et sequentibus.

71. Ipse invocabit me. Pater meus es tu.

Omissa Homilia in Evangelium Erant Joseph et Maria., dicantur tres Lectiones sequentes :

Benedictio. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat. 1$. Amen.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 7.

OCCASIONE autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, et per illud occidit.



K? i. Beata Dei Genitrix Maria cujus viscera intacta permanent, * Hodie genuit Salvatorem sæculi, f. Beata quæ credidit : quoniam perfecta sunt omnia, quæ dicta sunt ei a Domino. — Hodie genuit Salvatorem sæculi.

Benedictio. Divinum auxilium maneat semper nobiscum, ty. Amen.

Lectio ij.

ITAQUE lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem : ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est : ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo : non enim quod volo bonum, hoc ago : sed quod odi malum, illud facio.

R', ij. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium : et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum, * Qui hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. J. Dies sanctificatus illuxit nobis : venite gentes, et adorate Dominum. — Qui hodie.

.Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex angelorum. Amen.

Sermo sancti Leonis Papæ.

(Serni. 9. de Nativit. Domini.)

Lectio iij.

EXCEDIT quidem, dilectissimi, multumque supereminet humani eloquii facultatem divini operis magnitudo : et inde oritur difficultas fandi, unde adest ratio non tacendi. Quia in Christo Jesu Filio Dei, non solum ad divinam essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam quod dictum est per Prophetam : Generationem ejus quis enarrabit? Utramque enim substantiam in unam convenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat.

Rz. iij. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre, * Plenum gratiæ et veritatis, y. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. — Plenum gratiæ et veritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Puer natus est nobis. Et filius datus est nobis.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Quem vidistis pastores dicite : annuntiate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus, et choros angelorum collaudantes Dominum, allecia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. i7

I Prædicta Afia Quem vidistis. dicatur etiam ad Primam.

Capitulum Multifariam., Hymnus A solis ortus cardine., f. Benedictus qui venit., ad Benedictus Ana Nesciens Mater., Oratio Concede, quæsumus omnipotens Deus, ut nos Unigeniti tui., pag. 224. et pag. 225.

Memoria de Octavis S.Stepha ni, S. Joannis et SS. Innocen tium, ut pag. 225. notatum est.

Memoria vero de Dominica reservetur in crastinum, et fiat in Laudibus S. Silvestri post Memorias de Sanctis.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 2.

IN illo tempore : Pastores lo quebantur ad invicem : Transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Tu autem Do mine.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Dominica infra Octavam Nativitatis Domini pag. 221. et pag. 222.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in ij. Vesperis Nati vitatis Domini, pag. 214.

Capitulum, Hymnus et quæ sequuntur erunt de j. Vesperis S. Silvestri, ut die xxxj. De cembris notatum est.

Memoria fiat de Octavis Na tivitatis, S. Stephani, S. Joan nis et SS. Innocentium, ut in eisdem j. Vesperis S. Silvestri.

Memoria vero de Dominica reservetur in crastinum, et fiat in j. Vesperis Circumci sionis post Memorias de San ctis.

# IN CIRCUMCISIONE DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. O admi rabile commercium! Creator generis humani animatum cor pus sumens de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissi me, diebus istis locutus est no bis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Rz. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unige niti a Patre, * Plenum gratiæ et veritatis, f. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Ver bum. — Plenum gratiæ et ve ritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Hymnus.

VENI Redemptor gentium, Ostende partum Virginis:
Miretur omne sæculum :
Talis decet partus Deum.

NON ex virili semine,
Sed mystico spiramine
Verbum Dei factum caro
Fructusque ventris floruit.



ALVUS tumescit Virginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla virtutum micant,
Versatur in templo Deus.

PROCEDENS de thalamo suo,
Pudoris aula regia,
Geminæ gigas substantiæ
Alacris ut currat viam.

EGRESSUS ejus a Patre,
Regressus ejus ad Patrem :
Excursus usque ad inferos,
Recursus ad sedem Dei.

ÆQUALIS æterno Patri,
Carnis trophæo accingere :
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

PRÆSEPE jam fulget tuum,
Lumenque nox spirat novum,
Quod nulla nox interpolet,
Fideque jugi luceat.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f.Tamquam sponsus. K?. Do minus procedens de thalamo suo.

Ad Magnificat Ana. Qui de terra est de terra loquitur, qui de cælo venit super omnes est : et quod vidit et audivit hoc testatur, et testimonium ejus nemo accipit : qui autem acceperit ejus testimonium si gnavit quia Deus verax est.

Oratio.

DEUS, qui nobis nati Salva toris diem celebrare con cedis octavum : fac nos, quæ simus, ejus perpetua Divini tate muniri, cujus sumus car nali commercio reparati : Qui tecum vivit.

Memoria de S. Silvestro :

Ana. Similabo eum viro sa pienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Silvestri, Confessoris tui atque Pontifi cis, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, et introivit : beatus homo cui cæli pate bant.

y. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constitui sti eum super opera manuum tuarum. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domi ne, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos dili gere : quia ejus natalitia cele bramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Chri stum Dominum nostrum.

fy Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pe ctus Domini in cena recubuit.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. ^Z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis,ad dona perveniat sempiterna. Per.

Memoria de SS. Innocentibus:

Ana. A bimatu et infra occi dit multos pueros Herodes propter Dominum.

y. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloriami ni omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

T Si Circumcisio primas Vesperas in Dominica habuerit, fiat in eis Memoria de Dominica infra Octavam Nativitatis Domini per Anam Erant Joseph et Maria., f. Verbum caro factum est. et Orationem Omnipotens sempiterne Deus dirige actus nostros., pag. 226.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christus natus est nobis : * Venite adoremus.

Hymnus.

CHRISTE, Redemptor omnium,
Ex Patre Patris Unice,
Solus ante principium
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splendor Patris,
Tu spes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.

MEMENTO, salutis Auctor,
Quod nostri quondam corporis
Ex illibata Virgine
Nascendo formam sumpseris

SIC præsens testatur dies,
Currens per anni circulum
Quod solus a sede Patris '
Mundi salus adveneris.

HUNC cælum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis est
Auctorem adventus tui
Laudans exsultat cantico

Nos quoque, qui sancto tuo
i Redempti sanguine sumus
Ob diem natalis tui
Hymnum novum concinimus

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.'

IN I. NOCTURNO.

I Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes,* et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum, * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum :* et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.



Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

6 Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? K ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Aha. In sole posuit tabernaculum suum : et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Præoccupemus faciem Domini, et in psalmis jubilemus ei.
y.Gloria Patri..., Sicut erat... Et in psalmis jubilemus ei. Præoccupemus faciem Domini, et in psalmis jubilemus ei.

Hymnus Nocte surgentes., pag. 2.

### IN I. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 4 -9 .

Incipit liber Genesis.

Lectio j. Cap. i.

IN principio creavit Deus cælum, et terram. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi : et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divisit lucem a tenebris. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem : factumque estvespere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus : Fiat firmamentum in medio aquarum : et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, Cælum : et factum est vespere et mane, dies secundus.

1^. j. In principio fecit Deus cælum, et terram : et creavit in ea hominem * Ad imaginem, et similitudinem suam. f. Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. — Ad imaginem et similitudinem suam.

Lectio ij.

DIXIT vero Deus : Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum : et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait : Germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semet ipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies tertius.

ij.ln principio Deus creavit cælum, et terram : et Spiritus Domini ferebatur super aquas : et vidit Deus cuncta quæ fecerat : * Et erant valde bona. y. Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum. — Et erant valde bona.

Lectio iij.

DIXIT autem Deus : Fiant luminaria in firmamento cæli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies et annos : ut luceant in firmamento cæli, et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna : luminare majus, ut præesset diei : et luminare minus, ut præesset nocti : et stellas. Et posuit eas in firmamento cæli, ut lucerent super terram, et præessent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies quartus.

fy iij. Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum : complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat : * Et requievit Ab omni opere quod patrarat. JT. Vidit Deus cuncta quæ fecerat : et erant valde bona. — Et requievit. Gloria. Ab omni opere quod patrarat.



### IN II. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et J. ut in Psalterio, pagg. 10-13.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lectio iv. Cap. i.

PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater : eis, qui sunt Colossis, sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi semper pro vobis orantes : audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem, quam habetis in sanctos omnes propter spem, quæ reposita est vobis in cælis : quam audistis in verbo veritatis Evangelii : quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit sicut in vobis, ex ea die, qua audistis, et cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra carissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

i v. Formavit igitur Dominus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo * In animam viventem. f. In principio fecit Deus cælum, et terram, et creavit in ea hominem. — In animam viventem.

Lectio v.

IDEO et nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali : ut ambulatis digne Deo per omnia placentes : in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei : in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus in omni patientia, et longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

v. Tulit ergo Dominus hominem, et posuit eum in Paradiso voluptatis, *Ut operaretur, et custodiret illum. ^.Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio : in quo posuit hominem quem formaverat. — Ut operaretur et custodiret illum.

Lectio vj.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum : qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ : quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, et in terra,

Ibi dolores ut parturientis, * f ris P^P^un^tp^i^.^
in spiritu vehementi conteres horum, qui fuerunt in ea.
naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et exsultent filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion, et complectimini eam : * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæculum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Ana. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui.

Psalmus 86.

"PUNDAMENXA ejus in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te * civitas Dei.

f.f TIfI0 R ihab et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus et populus Æthiopum, * hi fuenant illic.

Numquid Sion dicet • Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus? * Dominus narrabit in scriptu

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te

Ana. Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus.

℣. Notum fecit Dominus.
℟. Salutare suum.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serm. 7. de Nativit. Domini.)

Lectio iv.

FESTIVITATIS hodiernæ, dilectissimi, verus venerator est, et pius cultor, qui nec de incarnatione Domini aliquid falsum, nec de Deitate aliquid sentit indignum. Paris enim periculi malum est, si illi aut natura nostræ veritas, aut Paternæ gloriæ negatur æqualitas. Cum ergo ad intelligendum sacramentum Nativitatis Christi, qua de Matre Virgine est ortus, accedimus, abigatur procul terrenarum caligo rationum, et ab illuminatæ fidei oculo mundanæ sapientiæ fumus abscedat.

℟. iv. Nesciens Mater Virgo virum, peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : * Ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno. ℣. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. — Ipsum Regem angelorum.

Lectio v.

DIVINA est enim auctoritas, cui credimus : divina est doctrina, quam sequimur. Quoniam sive legis testificationi, sive oraculis Prophetarum, sive evangelicæ tubæ interiorem admoveamus auditum; verum est quod beatus



Joannes plenus Spiritu sancto intonuit : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Et similiter verum est quod idem prædicator adjecit: Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

℟. v. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio : * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti, ℣. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli.

Lectio vj.

IN utraque ergo natura idem est Dei Filius, nostra suscipiens, et propria non amittens: in homine hominem renovans, in se incommutabilis perseverans. Deitas enim, quæ illi cum Patre communis est, nullum detrimentum omnipotentiæ subiit, nec Dei formam servi forma violavit:quia summa et sempiterna essentia, quæ se ad humani generis inclinavit salutem, nos quidem in suam gloriam transtulit; sed quod erat esse non destitit.

℟. vj. Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria Angelo nuntiante suscepit : quæ Speciosum forma præ filiis hominum castis concepit visceribus : * Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit et hominem. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit Dei : intacta nesciens virum verbo concepit filium. — Et benedicta in æternum. Gloria. Deum nobis protulit et hominem.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Exsultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini, quoniam venit.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram • * nimis exaltatus es super omnes

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suo

vim eo e s manU PCCCat6ris libe

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia et lectis

etL confit1 j USti in D6mi TM:* et confitemini memoriæ sari creationis ejus

sæcula D. Prindpi0 et ^^e sæcula Deus erat Verbum ret

ips^ natus est nobili

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum fecitn ° VUm "* qUia mirabilia

Salvavit sibi dextera ejus • * et brachium sanctum ejus

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam

Recordatus est miseric6rdiæ suæ, * et veritatis suæ d6mui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra • * cantate, et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : K moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, X simul montes exsultabunt a conspectu Domini: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Ana. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie nasci dignatus est.

℣. Ipse invocabit me. Pater meus es tu.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

In illo tempore : Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur Puer : vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.



Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in c. 2. Lucæ post med.)

CIRCUMCIDITUR itaque Puer. Quis est iste Puer, nisi ille, de quo dictum est : Puer natus est nobis, et filius datus est nobis? Factus est enim sub lege, ut eos, qui sub lege essent, lucrifaceret. Sistitur autem in Jerusalem. Circumcisus enim vitiis, Dominico dignus judicatur obtutu : quia oculi Domini super justos. Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum futuri : nam et circumcisio purgationem significat delictorum.

℟. vij. O Regem cæli, cui talia famulantur obsequia! Stabulo ponitur, qui continet mundum : * Jacet in præsepio, et in nubibus tonat. ℣. Qui cælum terramque regit in sæcula solus. — Jacet in præsepio.

Lectio viij.

SED quoniam prona quadam cupiditate peccandi, humanæ carnis et mentis fragilitas inextricabilibus vitiis implicatur, eo per octavum circumcisionis diem culpæ totius futura purgatio, resurrectionis præfigurabatur ætate. Hoc est enim illud : Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. Verbis enim legis promittebatur Virginis partus. Et vere sanctus, quia immaculatus.

℟. viij. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum : quia cum essem parvula, placui Altissimo, * Et de meis visceribus genui Deum et hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. — Et de meis visceribus.

Lectio ix.

DENIQUE ipsum esse, qui lege signetur, in eundem modum ab Angelo repetita verba declarant: Quod nascetur, inquit, Sanctum, vocabitur Filius Dei. Solus enim per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Jesus : qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus novitate non senserit, et cælesti majestate depulerit. Nam si litteram sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat?

℟. ix. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre * Plenum gratiæ et veritatis. ℣. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. — Plenum gratiæ et veritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Ante Laudes ℣. Puer natus est nobis. ℟. Et filius datus est nobis.

AD LAUDES ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt Scripturæ : sicut pluvia in vellus, descendisti, ut salvum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster.

J Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

4- Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob: Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.

5. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluja.

Capitulum. Hebr. i.

ADULTI FARI AM, multisque J-yJ. modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus.

A SOLIS ortus cardine
£>Adus que terræ limitem
Christum canamus principem
Natum Maria Virgine

BEATUS Auctor sæculi
Servile corpus induit :
Ut carne carnem liberans,
Ne perderet quos condidit!

CASTÆ parentis viscera
Cælestis intrat gratia •
Venter puellæ bajulat'
decreta, quæ non noverat

DOMUS pudici pectoris '
i e triplum repente fit Dei •
Intacta nesciens virum
Verbo concepit filium.

ENIXA est puerpera
Quem Gabriel prædixerat
CWnf?1 ^ a * v0 gestiens
Clausus Joannes senserat

FŒNO jacere pertulit, '
præsepe non abhorruit
Parvoque lacte pastus est,
quem nec ales esurit.

GAUDET CHORUSCÆL^FIT^ Um'
Et Angeli canunt D?0
Palamque fit pastoribus
Pastor, Creator omnium

GLORIA tibi Domine '
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

T. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus D6minus, et illuxit nobis

Ad Benedictus Ana. Mirabile mysterium declaratur hodie • innovantur naturæ, Deus homo factus est : id quod fuit permansit, et quod non erat assumpsit, non commistionem passus, neque divisionem.

Oratio.

"pvEus, qui nobis nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum : fac nos, quæ sunt, ejus perpetua Divinitate muniri, cujus sumus carnali commercio reparati : Qui tecum vivit.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei.

V. Corona aurea super caput ejus. fy Expressa signo sanctitatis. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. fi?. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

F- Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.



Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. R. In Sanctis suis. Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

AD PRIMAM.

R?. Jesu Christe. X . Qui natus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum Multifariam., ut in Laudibus.

R. Verbum caro factum est, * Alleluia, alleluia. Verbum. % Et habitavit in nobis. Alleluia. Gloria. Verbum.

f. Notum fecit Dominus. E?. Salutare suum.

AD SEXTAM.

Capitulum. Iit. .V

APPARUIT benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei : non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

Notum fecit Dominus, * Alleluia, alleluja. Notum fecit. f. Salutare suum. Alleluia. Gloria. Notum fecit.

f. Ipse invocabit me. K?. Pater meus es tu.

AD NONAM.

Capitulum. Tit. 2.

APPARUIT gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, et sæcularia desideria : sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.

k\ Ipse invocabit me, * Alleluia, alleluia. Ipse invocabit me. V- Pater meus es tu. Alleluia. Gloria. Ipse invocabit me.

f. Benedictus qui venit in nomine Domini. Rz. Deus Dominus, et illuxit nobis.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Aha. O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Multifariam., Hymnus Veni Redemptor gentium., et f.Tamquam sponsus., ut in j. Vesperis, pag. 228. et pag. 229.

Ad Magnificat Ana. Magnum hereditatis mysterium : templum Dei factus est uterus nesciens virum : non est pollutus ex ea carnem assumens : omnes gentes venient dicentes : Gloria tibi Domine. Oratio.

DEUS, qui nobis nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum : fac nos, quæ sunt, ejus perpetua Divinitate muniri, cujus sumus carnali commercio reparati : Qui tecum vivit.

Memoria de Octava die S. Stephani Protomartyris :

Ana. Tu principatum tenes in choro Martyrum similis angelo : qui pro te lapidantibus Deum deprecatus es, beate Stephane intercede pro nobis ad Dominum.

X. Gloria et honore coronasti eum Domine, ty. Et constitui sti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit.

f. In omnem terram exivit sonus eorum. ^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan- I gelistæ illuminata doctrinis,ad dona perveniat seni piterna. Per.

Memoria de SS.Innocentibus:

Aha. A bimatu et infra occidit i multos pueros Herodes propter Dominum.

f- Lætamini in Domino et' exsultate justi. Et gloriari-1 ni omnes recti corde. Oratio.

T^VEUS, cujus hodierna diei præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed' moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala morti-' hca; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam mo-1 nbus vita fateatur. Per I

## IN VIGILIA EPIPHANIÆ SI DOMINICA FUERIT! '

Si hæc Vig. in Dom. evenerit Invitatorium et Hymnus Matutini, Psalmi, Anæ et W trium Nocturn. ut in Circumcisione; cetera ut infra.

### IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap.'i i.

DICO ergo : Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin : non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura : quemadmodum interpellat Deum adversum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt : et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam.

j. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. * Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil. J. Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum. — Omnia.

Lectio ij.

SED quid dicit illi divinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo et in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus : alioquin gratia jam non est gratia. Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus : electio autem consecuta est.



Benedictus, qui venit in nemine Domini : Deus Dominiis * Et illuxit nobis. f. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. — Et illuxit nobis.

Lectio iij.

CETERI vero excæcati sunt, sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis : oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et David dicit : Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant : et dorsum eorum semper incurva. Dico ergo : Numquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est gentibus ut illos æmulentur,

fy iij. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: ecce de quo dicebam vobis : * Qui post me venit ante me factus est : Cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere. f. Hoc est testimonium, quod perhibuit Joannes dicens. — Qui post me venit. Gloria. Cujus non sum dignus.

### IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serm. 13. de Tempore.)

Lectio iv.

DOMINUS noster Jesus Christus, fratres carissimi, qui in æternum est cunctorum Creator, hodie de matre nascendo factus est nobis Salvator. Natus est nobis hodie in tempore per voluntatem, ut nos perducat ad Patris æterni tatem. Factus est Deus homo, ut homo fieret Deus : ut panem angelorum manducaret homo, Dominus angelorum hodie factus est homo.

i v. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : * Ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno, y. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. — Ipsum Regem angelorum.

Lectio v.

HODIE impleta est prophetia illa, quæ dicit : Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet Salvatorem. Factus est igitur qui fecerat, ut inveniretur qui perierat. Sic enim in Psalmis homo confitetur : Priusquam hu mili a relego peccavi. Peccavit homo, et factus est reus : natus est homo Deus, ut liberaretur reus. Homo igitur cecidit, sed Deus descendit.

v. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : * Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti, f. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli.

Lectio vj.

CECIDIT homo miserabiliter, descendit Deus misericorditer. Cecidit homo per superbiam, descendit Deus cum gratia. O miracula, o prodigia, fratres mei! Naturæ jura mutantur in homine. Deus nascitur, virgo sine viro gravidatur, viri nesciam sermo Dei maritat : simul facta est mater et virgo : mater facta, sed incorrupta; virgo habens filium, nesciens virum

R", vj. Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria Angelo nuntiante suscepit : quæ Speciosum forma præ filiis hominum castis concepit visceribus : * Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit et hominem. J. Domus pudici pectoris templum repente fit Dei : intacta nesciens virum, verbo concepit filium. — Et benedicta in æternum. Gloria. Deum nobis.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(L. i. Coram, in cap. 2. Matth )

Ex hoc loco intelligimus non solum Herodem, sed et Sacerdotes et Scribas eodem tempore necem Domini fuisse meditatos. Qui consurgens accepit Puerum et Matrem ejus. Non dixit, Accepit filium suum et uxorem suam : sed, Puerum et Matrem ejus, quasi nutritius, non maritus.

R. vij. O Regem cæli, cui talia famulantur obsequia! Stabulo ponitur qui continet mundum:. Jacet in præsepio, S t0nat F-Q cælum t cælum terramque regit in Secula solus. Jacet in præsepio"

Lectio viij.

AUDIENS autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre s^o timuit illo ire. Multi lab^S errore, propter ignorant^ historiæ, putantes elimet esse Herodem, a quo in p' sione sua Dominus irridetur" et qui nunc mortuus esse refratur. Ergo Herodes ille ani fpUnl ;;imt0 P^tea amicit^" fecit, hujus Herodis filius est frater Archelai.

fy viij. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum • quia cum essem parvula pla' cui Altissimo, * Et de meis visceribus genui Deum et hominem. f. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus — Et de meis visceribus.

Lectio ix.

QUONIAM Nazaræus vocabitur. Si fixum de Scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret, Quod dictum est per Prophetas, sed simpliciter: Quod dictum est per Prophetam. Nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazaræus Sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat.

R?, ix. Verbum caro factum est, et habitavit in nobis : cujus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre * Plenum gratiæ et veritatis, f. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. - Plenum gratiæ et veritatis. Gloria. Plenum gratiæ et veritatis.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes y. Puer natus est nobis. Et filius datus est nobis.



AD LAUDES

ANTIPHONÆ.

! O admirabile commercium ! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est: et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt Scripturæ : sicut pluvia in vellus, descendisti, ut salvum faceres genus humanum: te laudamus Deus noster.

Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

4. Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.

5. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

Hymnus.

A SOLIS ortus cardine
Ad usque terræ limitem
Christum canamus principem
Natum Maria Virgine.

BEATUS Auctor sæculi
Servile corpus induit :
Ut carne carnem liberans.
Ne perderet quos condidit.

CASTÆ parentis viscera
Cælestis intrat gratia :
Venter puellæ bajulat
Secreta quæ non noverat.

DOMUS pudici pectoris
Templum repente fit Dei :
Intacta nesciens virum
Verbo concepit Filium.

ENIXA est puerpera
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris alvo gestiens
Clausus Joannes senserat.

FŒNO jacere pertulit,
Præsepe non abhorruit,
Parv6que lacte pastus est
Per quem nec ales esurit.

GAUDET chorus cælestium,
Et angeli canunt Deo :
Palamque fit pastoribus
Pastor, creator omnium.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Deus Dominus et illuxit nobis.

Ad Benedictus Ana. Revertere in terram Juda : mortui sunt enim qui quærebant animam Pueri.

Oratio.

CORDA nostra, quæsumus Domine, venturæ festivitatis splendor illustret : quo mundi hujus tenebris carere valeamus, et perveniamus ad patriam claritatis æternæ. Per.

Non fit Memoria B. Mariæ A .

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 2.

IN illo tempore : Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto dicens : Surge et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Ana. O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

Rz. Jesu Christe. )T. Qui natus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Ana. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt Scripturæ : sicut pluvia in vellus, descendisti, ut salvum faceres genus humanum : te laudamus Deus noster.

Capitulum. Hebr. i.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis : novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et sæcula.

R?. Verbum caro factum est, * Alleluia, allecia. Verbum. V. Et habitavit in nobis. Alleluia. Gloria. Verbum.

f. Notum fecit Dominus. Salutare suum.

Oratio.

CORDA nostra, quæsumus, Domine, venturæ festivitatis splendor illustret : quo mundi hujus tenebris carere valeamus, et perveniamus ad patriam claritatis æternæ. Per

T Prædicta Oratio dicatur etiam ad Sextam, Nonam et Vesperas.

AD SEXTAM.

Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

Capitulum. Tit. 3.

APPARUIT benignitas, ei humanitas Salvatoris nostri Dei : non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.

R. Notum fecit Dominus * Alleluia, alleluja. Notum fecit Dominus, f. Salutare suum. Alleluia. Gloria. Notum fecit Dominus.

T. Ipse invocabit me. Rr. pater meus es tu.

AD NONAM.

Ana. Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluja.

Capitulum. Tit. 2.

APPARUIT gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia desideria : sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo.

l^z. Ipse invocabit me, * Alleluia, alleluia. Ipse invocabit me. f. Pater meus es tu. Alleluia. Gloria. Ipse invocabit me.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini, l^z. Deus Dominus, et illuxit nobis.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ, SI DOMINICA NON FUERIT.

Si hac die Dominica non fuerit, ita fiat Officium :

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christus natus est nobis, et Hymnus Christe Redemptor omnium., ut in Circumcisione, pag. 230.



IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalmus Quare fremuerunt gentes, cum octo ceteris ut in Circumcisione, pag. 230. et sequentibus.

f. Notum fecit Dominus, fy Salutare suum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 2.

In illo tempore : Defuncto Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(L. i. Comm. in cap. 2. Matth.)

Ex hoc loco intelligimus non solum Herodem, sed et Sacerdotes et Scribas eodem tempore necem Domini fuisse meditatos. Qui consurgens accepit Puerum et Matrem ejus. Non dixit, Accepit filium suum et uxorem suam : sed, Puerum et Matrem ejus : quasi nutritius, non maritus.

R. j. Confirmatum est cor Virginis, in quo divina mysteria Angelo nuntiante suscepit: quæ Speciosum forma præ filiis hominum castis concepit visceribus : * Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit et hominem, f. Domus pudici pectoris templum repente fit Dei: intacta nesciens virum verbo concepit filium. — Et benedicta in æternum.

Lectio ij.

AUDIENS autem quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Multi labuntur errore, propter ignorantiam historiæ, putantes eumdem esse Herodem, a quo in Passione sua Dominus irridetur, et qui nunc mortuus esse refe ratur. Ergo Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, hujus Herodis filius est, frater Archelai.

ij. O Regem cæli, cui talia famulantur obsequia! Stabulo ponitur qui continet mundum : * Jacet in præsepio, et in nubibus tonat. f. Qui cælum terramque regit in sæcula solus. — Jacet in præsepio.

Lectio iij.

QUONIAM Nazaræus vocabitur. Si fixum de Scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret, Quod dictum est per Prophetas, sed simpliciter : Quod dictum est per Prophetam. Nunc autem pluraliter Prophetas vocans ostendit se, non verba de Scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazaræus Sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis Scriptura commemorat.

R. iij. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum : Quia cum essem parvula, placui Altissimo, * Et de meis visceribus genui Deum et hominem y. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis visceribus. Gloria Et de meis visceribus.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Puer natus est nobis. I^. Et filius datus est nobis.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. O admirabile commercium!Creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Multifariam., Hymnus A solis ortus cardine., y. Benedictus qui venit., ad Benedictus Ana Revertere. et Oratio Corda nostra ut PAG. 243.

Non fit Memoria B. Mariæ V

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Afia O admirabile commercium., ut in Laudibus.

Capitulum Regi sæculorum immortali., Jesu Christe cum f. Qui natus es de Virgine Maria., Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, Rty. et Tf. ut pag. 244. Oratio Corda nostra., ibidem.

# IN EPIPHANIA DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Isaiæ 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

B& In columbæ specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est. Gloria Hic est.

Hymnus.

HOSTIS Herodes impie, Christum venire quid times?
Non eripit mortalia
Qui regna dat cælestia.

IBANT Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam :
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

LAVACRA puri gurgitis
Cælestis Agnus attigit:
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.

NOVUM genus potentiæ :
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque jussa fundere,
Mutavit unda originem.



GLORIA tibi Domine,
nui apparuisti hodie
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

I Hæc Stropha Gloria tibi D6mine, qui apparuisti, dicatur in fine omnium Hymnorum ejusdem metri, etiam de Sanctis per Octavam Epiphaniæ, nisi aliter notetur.

f Reges Tharsis et insulæ munera offerent. ^z.Reges Arabum et Saba dona adducent.

Ad Magnificat Aha. Magi videntes stellam dixerunt ad invicem : Hoc signum magni Regis est : eamus, et inquiramus eum, et offeramus ei munera, aurum, thus et myrrham, alleluia. Oratio.

CORDA nostra, quæsumus Domine, venturæ festivitatis splendor illustret : quo mundi hujus tenebris carere valeamus, et perveniamus ad patriam claritatis æternæ. Per.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aha. Lux de luce apparuisti Christe, cui Magi munera offerunt, alleluja, alleluia, alleluia.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Omnes de Saba venient, alleluia : aurum et thus deferentes, alleluia, alleluia.

T Prædictæ Antiphonæ dicantur quotidie in Completorio usque ad diem Octavam Epiphaniæ inclusive, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD MATUTINUM.

Non dicatur Invitatorium, neque Hymnus, sed statim post Domine labia mea aperies. et Deus in adjutorium, incipiatur

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 28.

AFFERTE Domino filii Dei :* afferte Domino filios arietum :

Afferte Domino gloriam et honorem, X afferte Domino gloriam nomini ejus :* adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, £ Deus majestatis intonuit : * Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute : * vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros : * et confringet Dominus cedros Libani :

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani : * et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam ignis : K vox Domini concutientis desertum : * et i commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, ? et revelabit condensa * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit : * et sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit : * Dominus benedicet populo suo in pace.

Afia Afferte Domino filii Dei : adorate Dominum in aula sancta ejus.

Psalmus 45.

i—v EUS noster refugium, et I) virtus : * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat ci vitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissi mus.

Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, S quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret et confrin get arma : * et scuta comburet igni:

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Ana. Fluminis impetus læti ficat alleluja, civitatem Dei, alleluia.

Psalmus 46.

OMNES gentes plaudite ma nibus : * jubilate Deo in voce exsultationis.

Quoniam Dominus excelsus terribilis : * Rex magnus su per omnem terram.

Subjecit populos nobis • * et gentes sub pedibus nostris

Elegit nobis he^faT St: speciem Jacob

Ascendit Deus in jubilo • * et Dominus in voce tubæ

Psallite Deo nostro, p^iii te : * psallite Regino* psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus : * psallite sapienter

Regnabit Deus super gen tes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congre gati sunt cum Deo Abraham-* quoniam dii fortes terræ, ve hementer elevati sunt.

Ana. Psallite Deo nostro psallite : psallite Regi nostro] psallite sapienter.

f. Reges Tharsis, et insulæ munera offerent, fy. Reges Arabum, et Saba dona addu cent.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 55.

OMNES sitientes venite ad aquas : et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite : venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, et come dite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. IDeo gratias,

fy j. Hodie in Jordane bapti zato Domino aperti sunt cæli: et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Descendit Spi



"jjTsanctus corporali specie init columba in ipsum, et vox de cælo facta est. — Hic est.

Lectio ij.

TNCLINATE aurem vestram, I et venite ad me : audite, et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiter num, misericordias David fi deles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis : et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificavit te. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

,.c

ij. In columbæ specie Spi- rmus sanctus visus est, paterna vox audita est : * Hic est Fi lius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. y.Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est.

Lectio iij.

QUÆRITE Dominum, dum inveniri potest : invocate eum, dum prope est. Derelin quat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserabitur ejus, et ad Deum nostrum : quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia , sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Hæc dicit' Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

iij. Reges Tharsis, et in sulæ munera offerent ^Re ges Arabum, et Saba dona Domino Deo adducent, f. Om nes de Saba venient, aurum et thus deferentes. — Reges Ara bum. Gloria. Reges Arabum.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 65.

rBILATE Deo omnis terra, K psalmum dicite nomini ejus : * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo : quam terribilia sunt opera tua Domine! * in multitudine virtutis tuæ men tientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi : * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei terr{bjiis jn consiliis super fi lios hominum.

Qui convertit mare in ari dam, K in flumine pertrans ibunt pede : * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, * oculi ejus super gentes respiciunt : * qui exa sperant non exaltentur in se metipsis.

Benedicite gentes Deum no strum : * et auditam facite vo cem laudis ejus,

Qui posuit animam meam ad vitam : * et non dedit in commotionem pedes meos. 1.,; ,,p,,

Quoniam probasti nos, Deus; igne nos examinasti, sicut exa minatur argentum,

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra.

'Transivimus per ignem et aquam : * et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis : * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, * in tribulatione mea.

I Holocausta medullata offe ram tibi cum incenso arie tum : * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi, * et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, * non exaudiet Dominus.

Propterea exaudivit Deus, * et attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Ana. Omnis terra adoret te, ' et psallat tibi : psalmum dicat nomini tuo Domine.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam fi lio regis :

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem po pulo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, * et salvos faciet filios paupe- i rum : * et humiliabit calum niatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vel lus : * et sicut stillicidia stil lantia super terram.

Orietur in diebus ejus justi tia et abundantia pacis : * do nec auferatur luna.

I Et dominabitur a marTusm^ admare :*etaflumineuso ad terminos orbis terrarum

Coram illo procident Æthi opes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mil nera offerent : * reges Ara bum, et Saba dona addu cent :

Et adorabunt eum omnes re ges terræ : * omnes gentes servient ei :

! Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : *et animas pauperum salvas fa ciet.

Ex usuris et iniquitate red imet animas eorum : * et ho norabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, X et adorabunt de i ipso semper : * tota die bene dicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, K super extolletur super Libanum fru ctus ejus : * et florebunt de ci vitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem per manet nomen ejus.

I Et benedicentur in ipso om nes tribus terræ : * omnes gen tes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia so lus :

Et benedictum nomen maje statis ejus in æternum : ? et replebitur majestate ejus om nis terra : * fiat, fiat.

Ana. Reges Tharsis, et insu læ munera offerent Regi Do mino.



Psalmus 85.

TNCLINA Domine aurem I tuam, et exaudi me : * quo niam inops, et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quo niam sanctus sum : * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quo niam ad te clamavi tota die : * lætifica animam servi tui, quo niam ad te Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis, et mitis : * et multæ mise ricordiæ omnibus invocanti bus te.

Auribus percipe Domine orationem meam : * et inten de voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ cla mavi ad te : * quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Do mine : * et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti, K venient, et adora bunt coram te Domine : * et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia : * tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, K et ingrediar in veritate tua : * lætetur cor meum ut ti meat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, * et glorificabo nomen tuum in æternum :

Quia misericordia tua magna est super me : * et eruisti ani mam meam ex inferno infe riori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga poten I tium quæsierunt animam meam : * et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator et misericors, * patiens, et multæ misericordiæ, et ve rax,

Respice in me, et miserere mei, X da imperium tuum puero tuo : * et salvum fac filium I ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bo num, X ut videant qui oderunt me, et confundantur : * quo niam tu Domine adjuvisti me, et consolatus es me.

Ana. Omnes gentes quas cumque fecisti, venient, et ad orabunt coram te Domine.

f. Omnes de Saba venient.

1^7. Aurum et thus deferentes.

Sermo sancti Leonis Papæ.

(Serm. 2. de Epiphania.)

Lectio iv.

GAUDETE in Domino, dile clissimi, iterum dico, gau I dete : quoniam brevi interval lo temporis post solemnita tem Nativitatis Christi, festi vitas Declarationis ejus illuxit: et quem in illo die Virgo pe I perit, in hoc mundus agnovit. Verbum enim caro factum sic susceptionis nostræ tempera vit exordia : ut natus Jesus, et credentibus manifestus, et per sequentibus esset occultus. Magos ad eum adorandum prævia stella perduxit : ut a solis ortu usque ad occasum veri Regis generatio corusca ret, cum

rcru f a

Orientis per Magos discerent, et Romanum imperium non lateret

K. iv. Illuminare, illuminare Jerusalem : quia venit lux tua,

* Et gloria Domini super te orta est. f. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini.

Lectio v.

NAM et saevitia Herodis voiens primordia suspecti sibi Regis exstinguere, huic dispensationi nesciens serviebat : ut dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantium cæde per sequitur, annuntiatum cælitus Dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur. Agnoscamus ergo, dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostræ fideique primitias : et exsultantibus animis beatæ spei initia celebremus.

v. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, * Et laudem Domino annuntiantes. f. Reges Tharsis, et insulæ munera offerent : reges Arabum, et Saba dona adducent. — Et laudem Domino annuntiantes.

Lectio vj.

EXINDE enim in æternam hereditatem coepimus introire : exinde nobis Christum loquentia Scripturarum arcana patuerunt; et veritas, quam Judæorum occæcatio non recipit, omnibus nationibus lumen suum invexit. Honoretur itaque a nobis sacratissimus dies, in quo salutis nostræ Auctor apparuit : et quem Magi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentem adoremus in cælis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas Domino munerum species obtulerunt, ita et nos de cordibus nostris quæ Deo sunt diVna promamus.

vj. Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quærentes et dicentes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus * Et venimus adorare Domi! num? y. Vidimus stellam ejus in Oriente. — Et venimus. Gl6ria< Et v^nimus;

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 94.

VENITE, exsultemus Domino : * jubilemus Deo salutari nostro :

Præoccupemus faciem ejus in confessione : * et in psalmis jubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus : * et rex magnus super omnes deos.

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ : * et altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud : * et siccam manus ejus formaverunt.

Venite adoremus, et procidamus : et ploremus ante Dominum, qui fecit nos. * Quia ipse est Dominus Deus noster :

Et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus. * Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra;

Sicut in irritati6ne secundum diem tentationis in deserto : ? ubi tentaverunt me patres vestri, * probaverunt me, et viderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi, * et dixi : Semper hi errant corde.

Et isti non cognoverunt vias meas : ? ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam



Apa Venite adoremus eum : quia ipse est Dominus Deus noster

T prædicta Ana Venite adoremus. cum suo Psalmo Venite exsultemus, hodie tantum di- i ntur Infra Octavam, loco Psalmi Venite exsultemus, di- itur seauens Psalmus Funda-1 catUF m£nta. 4

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis : * diligit JJO- -minus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babybilis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et I yrus, et populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid S1011 dicet : Homo, * et homo natus est in ea : * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scriptu ns populorum, et principum : * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Homo natus est in ea : et ipse fundavit eam Altissimus.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus p6pulis mirabilia ejus.

aeniamMagnus Dominus , et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus ^sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, * afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in ^tria ejuS:* adorate Dominum sancto ejus.

Commove£tur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia D£minus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra^ summoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campj et omnia, quæ in eis sunt

Tu[lc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit judicare terram:

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Adorate Dominum, allecia, in aula sancta ejus, alleluja.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus

Ignis ante ipsum I^f et inflammabit in circuitu micos ejus.

«run Mgu- ^ orb, terræ . viuu, ^ ' terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Adorate Deum, allecia, omnes Angeli ejus, alleluja.

ẏ. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. Psalmum dicat nomini tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

CUM natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. io. in Evang.)

SICUT in lectione evangelica, Fratres carissimi, audistis, cæli Rege nato, rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur Sed quærendum nobis est,quidnam sit, quod Redemptore nato pastoribus in Judæa Angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab Oriente Magos non Angelus, sed stella perduxit Quia videlicet Judæis, tam quam ratione utentibus, rationale animal, id est Angelus, prædicare debuit : Gentiles vero, quia uti ratione nesciebant, ad cognoscendum Dominum non per vocem, sed per signa perducuntur.

vij. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum ubi Puer erat. Videntes autem eam * Gavisi sunt gaudio magno. ẏ. Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. — Gavisi sunt gaudio magno.

Lectio viij.

ET notandum quod Redemptorem nostrum, cum jam perfectæ esset ætatis, eisdem Gentilibus Apostoli prædicant, eumque parvulum, et necdum per humani corporis officium loquentem, stella Gentibus denuntiat : quia nimirum rationis ordo poscebat, ut et loquentem jam Dominum loquentes nobis prædicatores innotescerent, et necdum loquentem elementa muta prædicarent. Omnia quippe elementa Auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam usu humano loquar: Deum hunc cæli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserunt.



ty viij. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. * Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. X. Stella, quam viderant Magi in Oriente,antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis thesauris suis.

Lectio ix.

MARE cognovit, quia sub plantis ejus se calcabile præbuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis ejus scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Judæorum corda Deum esse minime cognoscunt, et duriora saxis scindi ad pœnitendum nolunt.

ty. ix. Tria sunt munera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis potentia : in thure Sacerdotem magnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam, y. Salutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro. Gloria. Et in myrrha Dominicam sepulturam.

Postea sequitur: Dominus vobiscum. IEt cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.Cap. 3.

FACTUM est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato, et orante, apertum est cælum : et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum : et vox de cælo facta est : Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda, qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Metelli, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadam, qui fuit Her, qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ, qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saru^, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,

qui fuit Carnali, qui fuit Arphaxad, qui fuit Seni, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane.

Dicatur Canticum Te Deum.

Ante Laudes f. Vidimus stellam ejus in Oriente. R?. Et venimus adorare eum.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

2. Venit lumen tuum Jerusalem, et gloria Domini super te orta est : et ambulabunt gentes in lumine tuo, alleluja.

3. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi Domino aurum, thus, et myrrham, alleluia.

4. Maria, et flumina benedicite Domino : hymnum dicite fontes Domino, alleluia.

e. Tria sunt munera, quæ obtulerunt Magi Domino, aurum, thus, et myrrham, Filio Dei, Regi magno, alleluja.

Capitulum. Isaiæ 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

A PATRE Unigenitus
Ad nos venit per Virginem,
Baptisma cruce consecrans,
Cunctos fideles generans.

DE cælo celsus prodiit,
Excepit formam hominis :
Facturam morte redimens,
Gaudia vitæ largiens.

Hoc te Redemptor quæsiimus :
Illabere propitius,
Clarumque nostris sensibus
Lumen præbe fidelibus.

MANE nobiscum Domine,
Noctem obscuram remove :
Omne delictum ablue,
Piam medelam tribue,

QUEM jam venisse novimus
Redire item credimus :
Sub sceptro tuo inclyto
Tuum defende p6pulum.

GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Adorate Dominum. Rz. In aula sancta ejus.

Ad Benedictus Ana. Hodie cælesti Sponso juncta est Ecclesia, quoniam in Jordane lavit Christus ejus crimina : currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias : et ex aqua facto vino lætantur convivæ, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cogn6vimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

AD PRIMAM,

fj?. Jesu Christe. J. Qui apparuisti hodie.

T Et dicatur quotidie usque ad diem Octavam inclusive, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD TERTIAM.

Capitulum. Isaiæ 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.



Rz. Reges Tharsis et insulæ munera offerent, * Alleluia, alleluja. Reges Tharsis. f. Reges Arabum et Saba dona adducent. Alleluia. Gloria. Reges Tharsis.

f. Omnes de Saba venient. Aurum et thus deferentes.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaiæ 60.

SUPER te Jerusalem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.

Kz. Omnes de Saba venient, * Alleluia, allecia. Omnes de Saba venient, f. Aurum et thus deferentes. Alleluia. Gloria. Omnes de Saba venient.

f. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. Psalmum dicat nomini tuo.

AD NONAM.

Capitulum. Isaiæ 60.

OMNES de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes.

Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi, * Alleluia, allecia. Omnis terra. J. Psalmum dicat nomini tuo. Alleluia. Gloria. Omnis terra.

f. Adorate Dominum. I^z. In aula sancta ejus.

I" Et sic deinceps usque in crastinum Octavæ diei Epiphaniæ exclusive dicantur quotidie Responsoria Horarum cum duplici Alleluia., etiam in festis Sanctorum.

AD II. VESPERAS.
Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ? misericors et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus ni.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet sermones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, £ confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos

Dispersit, dedit pauperibus: ? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, K dantibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * ' laudate nomen Domini,

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælis P-\6 na ejus. »10"

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat * £ humilia respicit in cælo et in terra? 1

Suscitans a terra inopem *et de stercore erigens pa'unerem : F

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus pomili sui. r

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum omnes populi :

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus : * et veritas Domini manet in æternum.

Ana. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit.

Capitulum. Isaias 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

HOSTIS Herodes impie, Christum venire quid times?
Non eripit mortalia
Qui regna dat cælestia.

IBANT Magi, quam viderant,
Stellam sequentes præviam :
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

LAVACRA puri gurgitis
Cælestis Agnus attigit:
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.



NOVUM genus potentiæ :
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque jussa fundere,
Mutavit unda originem.

GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Ad Magnificat Ana. Ab Oriente venerunt Magi in Bethlehem adorare Dominum: et apertis thesauris suis, pretiosa munera obtulerunt : aurum sicut Regi magno, thus sicut Deo vero, myrrham sepulturæ ejus, alleluia. Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

PER OCTAVAM EPIPHANIÆ, QUANDO DE OCTAVA AGITUR.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christus apparuit nobis : * Venite adoremus.

Hymnus Hostis Herodes impie., ut in ij. Vesperis Pesti, Pag". 258.

IN NOCTURNO.

Psalmi sicut in Eesto, excepto Psalmo Venite exsultemus., qui omitti debet, et loco illius dicendus est Psalmus Fundamenta.

Super Psalmos singulis diebus dicatur una Antiphona, ut suis locis notatum est.

Versiculus ante Lectiones (nisi aliter signetur) et tria Responsoria Festi secundum ordinem Nocturnorum dicantur, ut singulis diebus infra Octavam per extensum posita sunt.

Benedictiones etiam ante Lectiones erunt dicendæ juxta ordinem Nocturnorum. Tres namque primæ 'Benedictione perpetua., Unigenitus Dei Filius, et Spiritus sancti gratia.) in Feria secunda et in Feria quinta dicentur; tres mediæ (Deus Pater omnipotens., Ad gaudia Paradisi, et Ignem sui amoris.) in Feria tertia et in Feria sexta; tres vero ultimæ (Ille nos benedicat., Divinum auxilium, et Ad societatem civium supernorum.) in Feria quarta et in Sabbato.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit.

Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum. Isaiæ 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

A PATRE Unigenitus
Ad nos venit per Virginem,
Baptisma cruce consecrans,
Cunctos fideles generans.

DE cælo celsus prodiit,
Excepit formam hominis :
Facturam morte redimens,
Gaudia vitæ largiens.

Hoc te Redemptor quæsumus :
Illabere propitius,
Clarumque nostris sensibus
Lumen præbe fidelibus.

MANE nobiscum Domine,
Noctem obscuram remove :
Omne delictum ablue,
Piam medelam tribue.

QUEM jam venisse novimus,
Redire item credimus :
Sub sceptro tuo inclyto
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie.
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Adorate Dominum. In aula sancta ejus.

Ad Benedictus vel ad Memoriam in Laudibus Ana. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta est : Hic est Filius meus dilectus, alleluia. Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

T Per Octavam Epiphaniæ fiat quotidie Memoria de B. Maria Virgine in Laudibus et Vesperis, nisi aliter notetur.

Ad Memoriam de B. Maria Virgine in Laudibus Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

f. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Ante luciferum genitus et ante sæcula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit.

Capitulum Regi sæculorum immortali., Jesu Christe.

f. Qui apparuisti hodie. Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo Epiphaniæ, pag. 256. et pag. 257.

AD VESPERAS.

Psalmi, Antiphonasuper Psalmos, Capitulum et Hymnus ut in ij. Vesperis Festi, pag. 257.

f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Ad Magnificat, vel ad Memoriam in Vesperis Ana. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.



Ad Memoriam de B. Maria Virgine in Vesperis Ana. Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.

f. Tamquam sponsus. R. Dominus procedens de thalamo suo. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, perquam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Lux de luce apparuisti Christe, cui Magi munera offerunt, alleluia, alleluja, alleluia.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Omnes de Saba venient, alleluia : aurum et thus deferentes, alleluia, alleluia.

T Si in Vesperis Officium fuerit de Octava, dicantur Preces in Completorio, finita post Canticum Nunc dimittis. Ana Alleluia, Omnes de Saba venient.

PRIMA DIE
INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Afferte Domino filii Dei : adorate Dominum in aula sancta ejus. Psalmi novem ut in Festo (pag. 247. et sequentibus), excepto Psalmo Venite, exsultemus., qui omitti debet; et loco illius dicendus est Psalmus Fundamenta ejus., ut pag. 253. notatum est.

Versiculus secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. I^z. Reges Arabum et Saba dona adducent.

T Feria tertia et Feria sexta y. Omnes de Saba venient. Aurum et thus deferentes.

T Feria quarta et Sabbato f. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. Psalmum dicat nomini tuo.

De Epistola ad Romanos.

Lectio j. Cap. 13.

OMNIS anima potestatibus sublimioribus subdita sit : Non est enim potestas nisi a Deo : quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt : nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac : et habebis laudem ex illa : Dei enim minister est tibi in bonum.

Responsoria dicantur secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta 1$. j. Hodie in Jordane baptizato Domino aperti sunt cæli : et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum et vox de cælo facta est. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta
j. Illuminare, illuminare Jerusalem : quia venit lux tua, * Et gloria Domini super te orta est. Jf. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini super te orta est.

T Feria quarta et Sabbato
1^7. j. Stella, quam viderant .Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum ubi Puer erat. Videntes autem eam * Gavisi sunt gaudio ma gno. X- Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. — Gavisi I sunt gaudio magno.

Lectio ij

Si autem malum feceris, time : non enim sine causa gladium portat. Dei enim mi nister est : vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo necessi tate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa præstatis : ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo om nibus debita : cui tributum, tributum : cui vectigal, vecti gal : cui timorem, timorem : cui honorem, honorem.

T Feria secunda et Feria
quinta ij. In columbæ spe cie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Fi lius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta i
fy ij- Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes * Et1i laudem Domino annuntiantes f. Reges Tharsis et insulæ mu' neta offerent : reges Arabum et Saba dona adducent. — jt laudem Domino annuntiantes

T Feria quarta et Sabbato
ty. rj. Videntes stellam Mairf gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus et procidentes adoraverunt eum : * Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, au rum, thus et myrrham, f. Stel la, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis the sauris suis.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Serm. 2. de Epiph.)
Lectio iij.

AD Partum Virginis adoran dum Magi ab Oriente ve nerunt. Magnum sacramen tum! In præsepio jacebat, et Magos ab Oriente ducebat : abscondebatur in stabulo, et agnoscebatur in cælo : ut agnitus in cælo, manifestare tur in stabulo : ut qui in aper to cælo signis sidereis mon strabatur magnus, in angusto diversorio quæsitus invenire tur invalidus, infantilibus in membris natus, infantilibusque pannis involutus, adoraretur a Magis, timeretur a malis.

^ Feria secunda et Feria
quinta R?, iij. Reges Tharsiset insulæ munera offerent: * Re ges Arabum et Saba dona Do mino Deo adducent, f. Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes. — Reges Arabum et Saba. Gloria. Reges Arabum et Saba.



t Feria tertia et Feria sexta
ty. iij. Magi veniunt ab Oriente jerosolymam,quærentes, et di centes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus, * Et venimus adorare Dominum? V. Vidimus stellam ejus in Oriente.— Et venimus adora re Dominum. Gloria. Et veni mus adorare Dominum.

T Feria quarta et Sabbato
iij. Tria sunt munera pre tiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis poten tia : in thure Sacerdotem ma gnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam. Sa lutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro ostenditur. Gloria. Et in myrrha Dominicam se pulturam.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes V. Vidimus stellam ejus in Oriente, l^z. Et venimus adorare eum.

AD LAUDES,
HORAS, VESPERAS,
ET COMPLETORIUM.

Omnia fiant iit per Octavam, pag. 259. et seq. notatum est.

SECUNDA DIE
INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Flu minis impetus lætificat, alle cia, civitatem Dei, alleluja. Psalmi novem ut in Festo (pag. 247. et sequentibus), ex cepto Psalmo Venite, exsulte mus., qui omitti debet; et loco illius dicendus est Psalmus Fundamenta ejus., ut pag.253. notatum est.

Versiculus secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria
quinta f. Reges Tharsis et in sulæ munera offerent. Rz. Re ges Arabum et Saba dona ad ducent.

T Feria tertia et Feria sexta
y. Omnes de Saba venient. R. Aurum et thus deferentes.

T Feria quarta et Sabbato
y. Omnis terra adoret'te Deus, et psallat tibi. I^z. Psalmum dicat nomini tuo.

De Epistola ad Romanos.
Lectio j. Cap. 14.

INFIRMUM autem in fide as sumite, non in disceptatio nibus cogitationum. Alius enim credit se manducare om nia : qui autem infirmus est, olus manducet. Is, qui mandu cat, non manducantem non spernat: et qui non manducat, manducantem non judicet : Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit : stabit autem : potens est enim Deus statuere illum.

Responsoria dicantur secun dum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria
quinta ty. j. Hodie in Jordane baptizato Domino aperti sunt cæli : et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Fi lius meus dilectus in quo mihi bene complacui. X. Descendit Spiritus sanctus corporali spe cie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta est. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta
R. j. Illuminare, illuminare Je rusalem : quia venit lux tua, * Et gloria Domini super te orta est X - Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini super te orta est

T Feria quarta et Sabbato
j. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum ubi Puer erat Videntes autem eam * Gavisi sunt gaudio ma gno. T- Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes ad oraverunt eum. — Gavisi sunt gaudio magno.

Lectio ij.

NAM alius judicat diem inter diem : alius autem judicat omnem diem : unus quisque in suo sensu abundet Qui sapit diem, Domino sapit: et qui manducat, Domino manducat : gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, et gra tias agit Deo. Nemo enim no strum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus : sive mori mur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

T Feria secunda et Feria quinta i^z. ij. in columbæ spe cie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Fi lius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta
^ U- Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes*^} laudem Domino annuntiantes f.r Reges Tharsis et insulæ munera offerent : reges Ara bum et Saba dona adducent" — Et laudem Domino annun tiantes.

T Feria quarta et Sabbato
i R", lj. Videntes stellam Riam gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum : * Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, au rum, thus et myrrham, f. Stel la, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis the sauris suis.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.
(Serni. 2. de Epiph.)
Lectio iij.

JAM vero, quod eadem stella, quæ Magos perduxit ad lo cum, ubi erat cum matre Vir gine Deus infans, quæ utique poterat eos ad ipsam perduce re civitatem, se tamen subtra xit, nec eis prorsus apparuit, donec de civitate, in qua Chri stus nasceretur, iidem ipsi in terrogarentur Judæi, et ipsi eam secundum divinæ Scri pturæ testimonium nomina rent, ipsi dicerent, In Bethle hem Judæ : quid aliud hic si gnificavit divina providentia, nisi apud Judæos solas divinas litteras remansuras, quibus Gentes instruerentur, illi ex cæcarentur; quas portarent, non ad adjutorium salutis suæ, sed ad testimonium sa lutis nostræ?



«T Feria secunda et Feria quinta ty. iij- Reges Tharsis et insulæ munera offerent :* Re ges Arabum et Saba dona Do mino Deo adducent.^'. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes. — Reges Arabum etSaba. Gloria. Reges Arabum et Saba.

I Feria tertia et Feria sexta
iij. Magi veniunt ab Oriente Jerosoly ruam, quærentes, et di centes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus, * Et venimus adorare Dominum? f. Vidimus stellam ejus in Oriente.— Et venimus adorare Dominum. Gloria. Et venimus adorare Dominum.

T Feria quarta et Sabbato
1$. iij. Tria sunt munera pre tiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis poten tia : in thure Sacerdotem ma gnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam. ^.Sa lutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro ostenditur. Gloria. Et in myrrha Dominicam se pulturam.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Vidimus stel lam ejus in Oriente, ty. Et ve nimus adorare eum.

AD LAUDES,
HORAS, VESPERAS
ET COMPLETORIUM.

Omnia fiant ut per Octa vam, pag. 259.etseq. notatum est.

## TERTIA DIE
## INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Psal lite Deo nostro, psallite : psal lite Regi nostro, psallite sa pienter. Psalmi novem ut in Festo (pag. 247. et sequenti bus), excepto Psalmo Venite, exsultemus., qui omitti debet; et loco illius dicendus est Psal mus Fundamenta ejus., ut pag. 253. notatum est.

Versiculus secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta fi. Reges Tharsis et in sulæ munera offerent.!^. Reges Arabum et Saba dona addu cent.

T Feria tertia et Feria sexta
y. Omnes de Saba venient. 1^?. Aurum et thus deferentes.

T Feria quarta et Sabbato
y. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. R". Psalmum dicat nomini tuo.

De Epistola ad Romanos.
Lectio j. Cap. 14.

NON ergo blasphemetur bo num nostrum. Non est enim regnum Dei esca, et po tus : sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto : qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur : et quæ ædi ficationis sunt, in invicem cu stodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei : omnia quidem sunt munda : sed ma lum est homini, qui per offen diculum manducat.

Responsoria dicantur secun dum Feriam, scilicet :

I Feria secunda et Feria quinta R?, j. Hodie in Jordane baptizato Domino aperti sunt cæli : et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. T. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta est. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta R7, j. Illuminare, illuminare Jerusalem : quia venit lux tua. * Et gloria Domini super te orta est. f. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini super te orta est.

T Feria quarta et Sabbato R. j. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum ubi Puer erat. Videntes autem eam * Gavisi sunt gaudio magno. X. Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. - Gavisi sunt gaudio magno.

Lectio ij.

BONUM est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo : Beatus, qui non judicat semetipsum in eo, quod Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est : quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide peccatum est.

^ Feria secunda et Feria quinta ij. in columbæ specie Spiritus sanctus visus est paterna vox audita est Hic est Filius meus dilectus,'in QUo mihi bene complacui, f. Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta lj. Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes, * Et laudem Domino annuntiantes f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent : reges Arabum et Saba dona adducent — Et laudem Domino annuntiantes.

T Feria quarta et Sabbato lj. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. *Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham, f. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos^ usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis thesauris suis.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serni. i. de Epiph.)
Lectio iij.

CELEBRATO proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Salvatorem, Epiphaniæ nobis, dilectissimi, veneranda festivitas dat perseverantiam gaudiorum ; ut inter cognatarum solemnitatum vicina sacramenta, exsultationis vigor, et fervor fidei non tepescat. Ad omnium enim hominum spectat salutem, quod infantia Salvatoris, ac Mediatoris Dei i et hominum, jam universo de



curabatur mundo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo.

«T Feria secunda et Feria quinta R?, iij- Reges Tharsis et insulæ munera offerent: * Reges Arabum et Saba dona Domino Deo adducent, y. Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes. — Reges Arabum et Saba. Gloria. Reges Arabum et Saba.

T Feria tertia et Feria sexta Rz. iij. Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quærentes, et dicentes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus, * Et venimus adorare Dominum? f. Vidimus stellam ejus in Oriente. — Et venimus adorare Dominum. Gloria. Et venimus adorare Dominum.

T Feria quarta et Sabbato K. iij. Tria sunt munera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis potentia : in thure Sacerdotem magnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam. J. Salutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro ostenditur. Gloria. Et in myrrha Dominicam sepulturam.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Vidimus stellam ejus in Oriente. Et venimus adorare eum.

AD LAUDES,
HORAS, VESPERAS
ET COMPLETORIUM.

Omnia fiant ut per Octavam, pag. 259. et seq. notatum est.

## QUARTA DIE
### INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.
### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Omnis terra adoret te, et psallat tibi : psalmum dicat nomini tuo Domine. Psalmi novem ut in Festo (pag. 247. et sequentibus), excepto Psalmo Venite, exsultemus., qui omitti debet: et loco illius dicendus est Psalmus Fundamenta ejus., ut pag. 253. notatum est.

Versiculus dicatur secundum Feriam, nisi aliter notetur, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta y. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. R. Reges Arabum et Saba dona adducent.

T Feria tertia et Feria sexta V. Omnes de Saba venient. I^z. Aurum et thus deferentes.

T Feria quarta et Sabbato, omisso y. tertii Nocturni Omnis terra., dicatur sequens : y. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Rz. Reges Arabum et Saba dona adducent.

De Epistola ad Romanos.
Lectio j. Cap. 15.

Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum : gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, et nomini tuo cantabo, Et iterum dicit : Lætamini gentes cum plebe ejus. Et iterum : Laudate omnes gentes Dominum : et magnificate eum omnes populi.

Responsoria dicantur secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta R. j. Hodie in Jordane baptizato Domino aperti sunt cæli : et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum : et vox de cælo facta est. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta R7, j. Illuminare, illuminare Jerusalem: quia venit lux tua, * Et gloria Domini super te orta est. f. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini super te orta est.

T Feria quarta et Sabbato R. j. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum ubi Puer erat. Videntes autem eam gavisi sunt gaudio magno. X • Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. — Gavisi sunt gaudio magno.

Lectio ij.

ET rursus Isaias ait : Erit radix Jesse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo : ut abundetis in spe, et virtute Spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia ita ut possitis alterutrum monere.

T Feria secunda et Feria quinta R/, ij. In columbæ specie Spiritus sanctus visus est paterna vox audita est: * Hic es Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, r Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Filius meus dilectus.

T Feria tertia et Feria sexta R?, ij. Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes,* Et laudem Domino annuntiantes T. Reges Tharsis et insulæ munera offerent : reges Arabum et Saba dona adducent. — Et laudem Domino annuntiantes.

T Feria quarta et Sabbato ij. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum : * Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. f. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis thesauris suis.

Sermo sancti Maximi Episcopi.
(Honiil. i. de Epiphan.)
Lectio iij.

IN hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instruimur, multiplici nobis est festivitate lætandum. Ferunt enim, hodie Christum Dominum nostrum, vel stella duce a Gentilibus adoratum: vel invitatum ad nuptias, aquas in vina vertisse; vel suscepto a Joanne baptismate, consecrasse fluenta Jordanis, suumque simul purificasse Baptistam.



1* Feria secunda et Feria quinta iij- Reges Tharsis et insulæ munera offerent : * Reges Arabum et Saba dona Domino Deo adducent, y. Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes. — Reges Arabum et Saba. Gloria. Reges Arabum et Saba.

«T Feria tertia et Feria sexta iij. Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quærentes, et dicentes : Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus, * Et venimus adorare Dominum? f. Vidimus stellam ejus in Oriente.— Et venimus adorare Dominum. Gloria. Et venimus adorare Dominum.

T Feria quarta et Sabbato fy iij. Tria sunt munera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis potentia : in thure Sacerdotem magnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam, y. Salutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro ostenditur. Gloria. Et in myrrha Dominicam sepulturam.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes J. Vidimus stellam ejus in Oriente. R. Et venimus adorare eum.

AD LAUDES ET HORAS.

Omnia fiant ut per Octavam, pag. 259. et seq. notatum est.

Si Inventio D. N. Jesu Christi in crastino Epiphaniæ evenerit, in ij. Vesperis Epiphaniæ nulla fiet de ea Memoria.

T Si in die ix. Januarii evenerit, festum B. Gundisalvi celebrabit j. Vesperis et habebit solam Memoriam in ij. Vesperis Inventionis Domini.

T Si Inventio Domini in die x. Januarii evenerit, festum B. Gundisalvi transferetur in Feriam ij. proxime sequentem, et carebit j. Vesperis, de quibus fiet sola Memoria in ij. Vesperis Inventionis Domini.

T Si Inventio Domini in die xj. Januarii evenerit, carebit j. Vesperis, de quibus fiet sola Memoria in ij. Vesperis B. Gundisalvi.

T Si Inventio Domini in die xij. Januarii evenerit, habebit utrasque Vesperas integras; de primis vero Vesperis Octavæ Epiphaniæ Memoria tantum fiet in ij. Vesperis Inventionis Domini per Ariam Baptizat., f. Reges Tharsis. et Orationem Deus cujus Unigenitus., ut suo loco notatur.

T Si dies Epiphaniæ Dominica fuerit, festum Inventionis fiet in sequenti Feria iv., idest die ix. Januarii; Dominica vero sequenti, quæ erit dies Octava Epiphaniæ, nihil fiet de Dominica, sed Dominica prima post Octavam Epiphaniæ numerabitur illa, quæ præfatam Dominicam in Octava die Epiphaniæ incidentem proxime sequetur, nisi fuerit Septuagesima.

DOMINICA
INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

IN INVENTIONE
D. N. JESU CHRISTI
IN MEDIO DOCTORUM.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris., pag. 145.

Capitulum. Isa. 55.

OMNES sitientes venite ad aquas : et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite : venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac.

1$. Descendit Jesus cum Parentibus, et venit Nazareth : et erat subditus illis. Et Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. *Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum et homines. J. Honora patrem tuum et matrem tuam : sic præceperat Dominus Deus in Lege Moysi, et ita in Filio suo exemplum nobis præbuit.— Et Jesus. Gloria. Et Jesus.

Hymnus.

TESU magister cordium,
I Servos replens dulcedine,
Qui te laborant quærere,
Et invenire gestiunt :
MEMENTO summi gaudii,
Quo recreasti pectora
Castæ Parentis Virginis
Et ejus almi Conjugis.
NON lingua nostra dicere,
Nec mens valet pernoscere
Quanto dolore saucii
Natum requirunt unicum anxiis,
AMISSUS in templo puer
Auges Parentum gaudia,
Inventus in templo sedens
Interque doctores docens.
IN hoc vagantes sæculo
Si cæcus error traxerit,
Fac rite nos te quærere
Et te reperto perfrui.
JESU tibi sit gloria,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Hæc Stropha Jesu tibi. dicitur in fineomniuin Hymnorum.

f. Ecce testem populis dedi eum. Rz. Ducem ac præceptorem gentibus.

Ad Magnificat Ana.Remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus, existimantes illum esse in comitatu : et requirebant eum inter cognatos et notos.

Oratio.

DEUS, qui humilem Filii tui pueritiam cælesti clarere sapientia voluisti; præsta ut spiritu prudentiæ repleti sincera tibi humilitate placeamus. Per eumdem.

Deinde fiat Memoria de Octava Epiphaniæ :

Ana. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

y. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Sajba dona adducent.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinisperducamur. Pereuntem.



I De Dominica vero et de B. Maria Virgine nihil fiat in utrisque Vesperis et in Laudibus festi præsentis.

AD UTRUMQUE
COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Invenerunt Jesum Parentes ejus in templo sedentem in medio doctorum.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Stupebant omnes qui eum audiebant, alleluja, super prudentia et responsis ejus, alleluia, alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitat. Puerum Jesum in templo sedentem in medio doctorum, * Venite adoremus.

Hymnus Jesu magister cordium., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Elevata est magnificentia tua Deus super cælos, qui ex ore Filii tui perfecisti laudem.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus :* nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maxi mo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et medita tio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Eloquia Domini justifi cata in semetipsa, dulciora super mel et favum.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum ver bum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scri bæ, * velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, ? diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æter num.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere proce de, et regna,

Propter veritatem et man suetudinem, et justitiam : *et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit [ te Deus Deus tuus oleo lætf tiæ præ consortibus tuis

Myrrha, et gutta, et cAsia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delecta verunt te filiæ regum in ho nore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circumda ta varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ re gis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietati bus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia et exsul tatione : * adducentur in tem plum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos prin cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene rationem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Diffusa est gratia in la biis pueri Jesu : ideo stupebant omnes, et mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus.

f. Ecce testem populis dedi eum. Ducem ac præcepto rem gentibus.



De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 23.

LOCUTUS est Dominus ad Moysen, dicens : Tribus vicibus per singulos annos mi hi festa celebrabitis. Solemni tatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis novorum, quando egressus es de Ægypto : non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solemnitatem mes sis primitivorum operis tui, quæcumque seminaveris in agro : solemnitatem quoque in exitu anni, quando congre gaveris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum co ram Domino Deo tuo.

R. j. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ, * Ut adimplerent quod præceperat Dominus in Lege Moysi.y.Tri bus vicibus per annum appa rebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit. — Ut adimplerent.

Lectio ij. Cap. 34.

SOLEMNITATEM azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis novo rum : mense enim verni tem poris egressus es de Ægypto. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, et solem nitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni appa rebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Do mini Dei Israel.

ij. Remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus. Existimantes au tem illum esse in comitatu, venerunt iter diei,* Et requi rebant eum inter cognatos, et notos. y. Surgam, et circuibo civitatem : per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea. — Et requirebant eum.

De libro Deuteronomii.

Lectio iij. Cap. 16.

EODEM tempore locutus est Dominus ad Moysen : Tri bus vicibus per annum appa rebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit : in sol emnitate azymorum, in solem nitate hebdomadarum, et in solemnitate tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus : sed offeret unusquis que secundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.

R. iij. Non invenientes Je sum Parentes ejus, * Regressi sunt in Jerusalem, Requiren tes eum. f. Quo abiit dilectus tuus? Et quæremus eum te cum. — Regressi sunt. Gloria. Requirentes eum.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 47.

MAGNUS Dominus, et lau dabilis nimis, in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundatur exsultatione uni versæ terræ mons Sion,*latera aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cogno scetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : * convene runt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commo ti sunt : * tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus I in civitate Domini virtutum, ? ia civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericor diam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et exsul tent filiæ Judæ, * propter ju dicia tua Domine.

Circumdate Sion, et comple ctimini eam : * narrate in tur ribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæcu lum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Aha. Videntes admirati sunt sapientiam, et doctrinam pueri Jesu.

Psalmus 49.

DEUS deorum Dominus lo cutus est : * et vocavit terram,

A solis ortu usque ad occa sum : * ex Sion species decoris ejus.

Deus manifeste veniet • * Deus noster et non silebit.

Ignis in conspectu ejus exar descet : * et in circuitu ejus tempestas valida.

Advocabit cælum desursum-* et terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctosejus-* qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annuntiabunt cæli justi tiam ejus :* quoniam Deus ju dex est

Audi populus meus, et lo quar : ? Israel, et testificabor tibi : * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis ar guam te : * holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos : * neque de gregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ silvarum, * jumenta in montibus et boves.

Cognovi omnia volatilia cæ li: * et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero, non dicam tibi: * meus est enim orbis terræ, et plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum? * aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium lau dis : * et redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribula tionis : * eruam te, et honori ficabis me.

Peccatori autem dixit Deus:* Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?

Tu vero odisti disciplinam : * et projecisti sermones meos retrorsum :

Si videbas furem, currebas cum eo : * et cum adulteris portionem tuam ponebas.



Os tuum abundavit malitia :* I et lingua tua concinnabat de cedens adversus fratrem tuum loquebaris, ? et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum : * hæc fecisti, et tacui.

Existimasti inique quod ero | tui similis : * arguam te, et sta tuam contra faciem tuam.

Intelligite hæc qui obliviscí mini Deum : * nequando ra piat, et non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis honorifi cabit me : * et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

Ana Deus deorum Dominus locutus est : et stupebant om nes, qui audiebant eum, su per prudentia, et responsis ejus.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in ] justitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem po pulo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, ? et salvos faciet filios paupe rum : * et humiliabit calum niatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vel lus : * et sicut stillicidia stil lantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthi opes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mu nera offerent : * reges Ara bum, et Saba dona adducent:

Et adorabunt eum omnes re I ges terræ : * omnes gentes ser vient ei:

Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi: * et animas pauperum salvas fa ciet.

Ex usuris et iniquitate red imet animas eorum : * et hono rabile nomen eorum coram illo.

I Et vivet, et dabitur ei de auro | Arabiæ, ? et adorabunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, ? super extolletur super Libanum fru I ctus ejus : * et florebunt de ci vitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem perma net nomen ejus.

Et benedicentur in ipso om nes tribus terræ : * omnes gen tes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia so lus :

Et benedictum nomen maje statis ejus in æternum : ? et re plebitur majestate ejus omnis I terra : * fiat, fiat.

Ana. Sit nomen Domini be nedictum in sæcula, cui a Deo Patre datum est judicium, et justitia.

f. Stupebant omnes, qui au diebant eum. n- Super pruden tia, et responsis ejus.

I Sermo sancti Bonaventuræ Episcopi.

(Sermo r. in Dominica infra Oct. Epiph.)

Lectio iv.

QUONIAM non sine magno dolore amittitur, quod cum magno amore possidetur, hinc est quod beata Virgo de amissione corporalis præsentiæ dilecti et unici Filii sui, quem tenerrime ac super omnia diligebat, multiplici dolore in animo colaphizabatur. Vix autem dabat somnum oculis, et requiem pedibus, donec inveniret eum in medio doctorum in Jerusalem. Ut autem vidit ejus faciem gratiosissimam, gaudens gaudio magno, et lætitia ineffabili, licet breviter locuta fuerit sicut et virgo, verecundum tamen verbum protulit magnæ providentiæ et magnæ sapientiæ, dicens : Fili, quid fecisti nobis sic? In quo quidem verbo, tamquam virgo prudentissima, primo præmittit dulcedinem benignæ allocutionis in ore, cum dicit, Fili, quid fecisti nobis? Secundo exprimit amaritudinem magnæ tribulationis in corde, cum subdit, Ego, et Pater tuus dolentes. Tertio adjungit sollicitudinem discretæ inquisitionis in opere, cum subinfertur, Quærebamus te. Sic in ipso verbo beata Virgo tamquam prudentissima insinuatur dedisse Deo cogitationem cordis, locutionem oris, et operationem totius corporis. Primo ergo in verbo proposito notatur dulcedo benignæ locutionis in ore, cum dicit, Fili mi. Merito Jesus bonus filius erat dulciter alloquendus. Nam sicut quilibet bonus filius est gaudium e lætitia matris suæ, sic Jesus fuit gaudium et lætitia matris suæ Virginis.

J^?. iv. Post triduum invenerunt Jesum Parentes ejus *In templo sedentem in medio doctorum. X*. Inveni quem diligit anima mea : tenui eum nec dimittam. — In templo.

Lectio v.

SEQUITUR secundo : Ego, et Pater tuus dolentes. Ubi notatur amaritudo profundæ tribulationis in corde. Certe non miror, Virgo gloriosa, si tribularis in corde, si habes amaritudinem, si habes dolorem : mirarer autem si non doleres, eo quod amisisti dilecti tui Filii præsentiam corporalem, quæ multis consolationibus replebat animam tuam. Et licet Virgo gloriosa multos dolores, multas tribulationes et amaritudines habuit in hoc mundo de Filio, possumus tamen dicere ad præsens, quod triplicem habuit dolorem. Doluit enim primo in amissione filialis præsentiæ; secundo in visione Passionis Dominicæ; tertio in compassione obcæcationis Judaicæ.

rf v. Invenerunt Jesum in medio doctorum, * Audientem, et interrogantem eos. y. Auris audiens beatificabat illum : et oculus videns testimonium reddebat ei. — Audientem, et interrogantem eos.

Lectio vj.

TERTIO (Maria) introducit sollicitudinem discretæ inquisitionis in opere, cum dicit, Quærebamus te. Valde



enim fuit sollicita beata Virgo in inquirendo, licet non fuerit negligens in amittendo. Nam consuetudo apud Judæos, secundum expositores, hæc erat, quod in processionibus et itineribus dum ascendebant in templum, et etiam dum morarentur in templo, quod et viri et mulieres non simul, sed pergebant seorsum. Pueri autem non tenebantur hac lege, sed quandoque cum patribus pergebant, quandoque cum mulieribus. Unde Maria et mater putavit ipsum esse cum Joseph in comitatu virorum, etjoseph putavit puerum Jesum esse cum Maria in comitatu feminarum. Et hæc consuetudo introducta erat causa honestatis ad custodiam castitatis. Et sic patet quod non fuit negligens in amittendo, sed valde fuit sollicita, diligens in inquirendo : et quæsivit eum, primo cum rectitudine conscientiæ in credendo; secundo cum latitudine benevolentiæ in diligendo; tertio cum certitudine confidentiæ in exspectando.

R", vj. Stupebant omnes, qui audiebant eum, super prudentia, et responsis ejus : * Et videntes admirati sunt. Jf. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. — Et videntes admirati sunt. Gloria. Et videntes admirati sunt.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 81.

DEUS stetit in synagoga deorum : * in medio autem deos dijudicat.

Usquequo judicatis iniquitatem : * et facies peccatorum sumitis?

Judicate egeno, et pupillo : * humilem, et pauperem justificate.

Eripite pauperem : * et egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neque intellexerunt, ? in tenebris ambulant: * movebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi : Dii estis, * et filii excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini : * et sicut unus de principibus cadetis.

Surge Deus, judica terram :* quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Ana. Quasi nescientes, neque intelligentes, et quasi in tenebris ambulantes confundebantur doctores in templo, dum audiebant sapientiam ex ore Jesu prodeuntem.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate,et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, X simul montes exsultabunt a conspectu Domini :* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æqui tate.

Ana. Notum fecit Dominus salutare suum, et in conspectu gentium revelavit per Filium suum justitiam suam.

Psalmus 98.

DOMINUS regnavit, irascan tur populi : * qui sedet su per Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus : * et excelsus super omnes popu los.

Confiteantur nomini tuo ma gno : £ quoniam terribile, et sanctum est : * et honor regis judicium diligit.

Tu parasti directiones : * ju dicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, X et adorate scabel lum pedum ejus : * quoniam sanctum est.

Moyses, et Aaron in sacerdo tibus ejus : * et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos : * in co lumna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus, * et præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu ex audiebas eos : * Deus tu pro pitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum no strum, V et adorate in monte sancto ejus : * quoniam san ctus Dominus Deus noster.

Ana. Dominus regnavit in medio templi sui : confitear! tur populi nomini suo magno quoniam terribile, et sanctum est.

f. Proficiebat Jesus sapien tia, et ætate. Et gratia apud Deum et homines.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

CUM factus esset Jesus an norum duodecim, ascen dentibus illis Jerosolymam se cundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem. Et reli qua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 2. in cap. 2. Lucæ.)

ADUODECIMO anno, ut legi mus, Dominicæ sumitur disputationis exordium. Hic enim prædicandæ fidei evan gelizantium numerus debeba tur. Nec otiose immemor suo rum secundum carnem Paren tum, qui secundum carnem utique sapientia Dei impleba tur, et gratia, post triduum reperitur in templo : ut esset indicio, quia post triduum triumphalis illius Passionis, in sede cælesti et honore divino, fidei nostræ se suscitatus offer ret, qui mortuus credebatur.

vij. Dixit ad Jesum Mater ejus : Fili, quid fecisti nobis sic?* Ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te. f. Fili mi, lumen oculorum nostrorum, solatium vitæ no stræ. — Ecce Pater tuus et ego.

Lectio viij.

QUID est quod me quære batis? Duæ sunt in Chri sto generationes : una est pa terna, materna altera : pater na illa divinior; materna vero, quæ in nostrum laborem usum que descendit. Et ideo quæ supra naturam, supra ætatem, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignanda vir tutibus, sed divinis referenda sunt potestatibus. Alibi eum ad ministerium Mater impel lit : hic Mater arguitur; quia adhuc quæ humana sunt exi gat.

R?, viij. Quid est quod me quærebatis? dixit Jesus ad Parentes suos. * Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? f. Ser vite Domino in veritate, et inquirite, ut faciatis quæ pla cita sunt illi. — Nesciebatis.

Lectio ix.

SED cum hic duodecim di scribatur annorum, illic di scipulos habere dicatur, vides Matrem didicisse a Filio, ne exigeret a validiore ministe rium, quæ stupebat in juniore miraculum. Et venit Naza reth : et erat subditus illis. Quid enim Magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Et miramur, si Patri defert, qui subditur Matri? Non uti que infirmitatis, sed pietatis ista subjectio est.

1$. ix. Descendit Jesus cum Parentibus, et venit Nazareth : et erat subditus illis. Et Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. * Et Jesus proficiebat sapientia, et ætate, et gratia apud Deum, et homi nes. X- Honora patrem tuum, et matrem tuam : sic præcepe rat Dominus Deus in Lege Moysi, et ita in Filio suo exem plum nobis præbuit. — Et Je sus. Gloria. Et Jesus.

Ante Laudes X- Deus deo rum Dominus locutus est. Rz. Et vocavit terram.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. Psalmus Dominus regnavit, cum cete ris, pag. 17.

2. Cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus.

Non invenientes Jesum, regressi sunt in Jerusalem, re quirentes eum : et post triduum invenerunt illum in templo se dentem in medio doctorum,au dientem, et interrogantem eos.

4. Dixit Mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? ecce Pater tuus et ego dolen tes quærebamus te.

5. Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth : et erat subditus illis.

Capitulum. Isaiæ 55.

OMNES sitientes venite ad aquas : et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite : venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac.

Hymnus.

FECUNDE fons scientiæ, Qui corda, Jesu, dirigis,
Doctor superno lumine
I Doctum superbum judicans :

SoLEMNEcarmen pangimus
Opus Patris quod exsequens,
Docturus in templo puer
Inter magistros assides.

GENUS scholæ mirabile:
Jesus modestus audiens,
Interrogansque prædocet :
Senes stupent prudentiam.

Hoc tu Magister perfice
Infirmus ut non audeat
Docere, ni tu cælitus
Dones prius scientiam.

TUNC omnis error excidet,
Tunc sponsa, tunc et servuli
Secura per vestigia
Viam sequentur regiam.

GENTEM repellent perfidam
Credentium de finibus :
Verax, et omnes unica
Doctrina nos enutriet.

JESU tibi sit gloria,
Qui te revelas anxiis,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

f. Exsultate filii Sion in Domino Deo vestro. ty. Quia dedit vobis doctorem justitiæ.

Ad Benedictus Ana. Fili, quid fecisti nobis sic? Ego et Pater tuus dolentes quærebamus te. Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse ? A Heluia.

Oratio.

DEUS, qui humilem Filii tui pueritiam cælesti clarere sapientia voluisti; præsta ut spiritu prudentiæ repleti, sincera tibi humilitate placeamus. Per eumdem.

Deinde fiat Memoria de Octava Epiphaniæ :

Ana. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta estTlli^tlfc meus dilectus, allecia.

f. Adorate Dominum R- Tn aula sancta ejus. Oratio

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

R?. Jesu Christe, f. Qui inventus es in templo.

AD TERTIAM.

Capitulum. Isaias 55.

OMNES sitientes, venite ad aquas : et qui non habetis argentum properate, emite, et comedite : venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac.

Ecce testem populis dedi eum, * Alleluia, alleluja. Ecce. 71. Ducem ac præceptorem gentibus. Alleluia. Gloria. Ecce.

W. Stupebant omnes qui audiebant eum. ty. Super prudentia et responsis ejus.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. 3.

MOYSES dixit : Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me, ipsum audietis juxta omnia quæcumque locutus fuerit vobis.

R/. Stupebant omnes qui audiebant eum, * Alleluia, alleluja. Stupebant, f. Super prudentia et responsis ejus. Alleluia. Gloria. Stupebant.

f. Proficiebat Jesus sapientia et ætate. Et gratia apud Deum et homines.



AD NONAM.

Capitulum. Sap. 8.

HABEBO propter sapientiam claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis : et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero.

Proficiebat Jesus sapientia et ætate, * Alleluia, allecia. Proficiebat. f. Et gratia apud Deum et homines. Alleluia. Gloria. Proficiebat.

f. Exsultate filii Sion in Domino Deo vestro. Quia dedit vobis doctorem justitiæ.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem in die solemni Paschæ. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris, ut in ij. Vesperis Epiphaniæ, pag. 257. Capitulum Omnes sitientes., Hymnus Jesu magister cordium. et Jf. Ecce testem populis., ut in j. Vesperis Festi præsentis, pag. 270.

Ad Magnificat Ana. Puer Jesus proficiebat sapientia et ætate coram Deo et hominibus. Oratio.

DEUS, qui humilem Filii tui pueritiam cælesti clarere sapientia voluisti; præsta ut spiritu prudentiæ repleti, sincera tibi humilitate placeamus. Per eumdem.

Deinde (nisi Inventio Domini secundas Vesperas in die xij. Januarii habuerit) de Octava Epiphaniæ Memoria sic fiat:

Ana. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Saba dona adducent. Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

T Si vero Inventio Domini secundas Vesperas in die xij. Januarii habuerit, sic fiat in ipsis Memoria de sequenti die Octava Epiphaniæ :

Ana. Baptizat miles Regem, servus Dominum suum, Joannes Salvatorem : aqua J ordinis stupuit: columba protestata est : paterna vox audita est: Hic est Filius meus.

T. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. R- Reges Arabum et Saba dona adducent. Oratio.

T"VEUS, cujus Unigenitus in -L/substantia nostræ carnis apparuit : præsta, quæsumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur. Qui tecum vivit.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ.

SIMPLEX.

AD I. VESPERAS.

T Si Dominica infra Octavam Epiphaniæ in die xij. Januarii evenerit, integræ erunt I ij. Vesperæ de Inventione Domini, et in ipsis fiet Memoria de Octava die Epiphaniæ per Anam Baptizat, f. Reges Tharsis. et Orationem Deus, cujus Unigenitus., ut ibidem notatum est

T Si vero dies xij. Januarii extra Dominicam evenerit, sic fiet in Vesperis Officium :
Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, Ana Ante luciferum., Capitulum Surge illuminare., Hymnus Hostis Herodes impie, et y. Reges Tharsis., ut in ij. Vesperis Epiphaniæ, pag. 257. et sequentibus.
Ad Magnificat Ana. Baptizat miles Regem, servus Dominum suum, Joannes Salvatorem : aqua J ordinis stupuit: columba protestata est : paterna vox audita est : Hic est Filius meus.

Oratio.

DEUS, cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit : præsta, quæsumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur: Qui tecum vivit.

Memoria de B. Maria V. :
Ana. Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.
f. Tamquam sponsus. Dominus procedens de thalamo suo

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, perquam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Lux de • aPPar "i'sti Christe, cui Magi munera offerunt, alleluja, allecia, alleluja.
Ad Nunc dimittis Ana Alleluia, Omnes de Saba venient alleluia : aurum et thus defe' re lites, alleluja, allecia
Finita post Canticum Nunc dimittis. Antiphona, dicantur Preces.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christus apparuit nobis: * Venite adoremus

Hymnus.

HOSTIS Herodes impie
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia
Qui regna dat cælestia.
IBANT Magi,quam viderant,
Stellam sequentes præviam :
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
LAVACRA puri gurgitis
Cælestis Agnus attigit:
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo sustulit.
NOVUM genus potentiæ :
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque jussa fundere,
Mutavit unda originem.
GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Psalmi, Antiphonæ et Versiculi trium Nocturnorum utili Festo, exceptis Psalmo Venite exsultemus, et ejus Ana Venite adoremus., quorum loco Psalmus Fundamenta, et Ana Homo. dicantur, ut pag. 253. notatum est.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. i.

PAULUS vocatus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini Jesu Christi, in omni loco ipsorum, et nostro. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

$ j Hodie in Jordane baptizato Domino, aperti sunt cæli: et sicut columba super eum Spiritus mansit, et vox Patris intonuit : * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, f. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, et vox de cælo facta est. — Hic est Filius meus dilectus.

Lectio ij.

GRATIAS ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : quod in omni bus divites facti estis in illo, in omni verbo, et in omni scientia : sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis : ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, exspectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri Jesu Christi. Fidelis Deus : per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri.

Rz. ij. In columbæ specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. T- Cæli aperti sunt super eum, et vox Patris intonuit. — Hic est Filius meus dilectus.



Lectio iij.

OBSECRO autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi : ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata : sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab iis, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit : Ego quidem sum Pauli : ego autem Apollo : ego vero Cephæ : ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?
I*- "j- Reges Tharsis et insulæ munera offerent: * Reges Arabum et Saba dona Domino Deo addlicent. f. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes. — Reges Arabum. Gloria. Reges Arabum.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Gregorii Nazianzeni.

(Orat. in sancta Lumina.)

Lectio i v.

NON possum cohibere lætitiæ voluptatem, sed mente extollor, et afficior : et propriæ pusillitatis oblitus, officium magni Joannis, immo potius famulatum subire contendo ... et licet non sim præcursor, de eremo tamen venio. Christus ergo illuminatur, immo potius fulgore suo nos illuminat. Christus baptizatur : simul et nos descendamus, ut cum ipso pariter ascendamus.

I R\ iv. Illuminare, illuminare Jerusalem : quia venit lux tua, * Et gloria Domini super te orta est Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui. — Et gloria Domini super te orta est

Lectio v.

JOANNES baptizat, et accedit Jesus, sanctificans quidem et ipsum qui baptizat, præcipue tamen ut et veterem Adam sepeliat in aquis, et ante omnia, ut per hæc sanctificentur aquæ Jordanis : ut sicut erat spiritus et caro, ita et his, qui baptizandi erant, in spiritu et aqua sanctificationis successio traderetur. Non suscipit Baptista, contendit Jesus. Ego, inquit, opus habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solem, et Vox loquitur ad Verbum.

3?. v. Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes : * Et laudem Domino annuntiantes. f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent. — Et laudem Domino annuntiantes.

Lectio vj.

ASCENDIT Jesus de aqua, .secum quodammodo demersum educens et elevans mundum : et vidit non dividi cælum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluserat; sicut et igneo gladio Paradisus fuerat conclusus. Spiritus sanctus testimonium perhibet : similia namque sibi ipsa concurrunt De cælo testimonium defertur inde enim erat ille, cui testimonium perhibetur.

I^.vj.Magi veniunt ab Oriente Jerosolymam, quærentes et dicentes ; Ubi est qui natus est, cujus stellam vidimus *Et venimus adorare Dominum? f. Vidimus stellam eius in Oriente. — Et venimus adorare Dominum. Gloria. Et venimus adorare Dominum.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

I Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 6. in Joann. ante med.)

ANTEQUAM veniret Dominus ut baptizaretur a Joanne in Jordane, noverat eum illis vocibus, ubi ait : Tu ad me venis baptizari! Ego a te debeo baptizari. Sed ecce Dominum noverat, noverat Filium Dei. Unde probamus quod jam noverat quia ipse baptizaret in Spiritu sancto? Antequam veniret ad fluvium, cum multi ad Joannem currerent baptizari, ait illis : Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, major me est, cujus non sum dignus corrigiam calceamenti solvere : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, et igne. Jam et hoc noverat

K?, vij. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi Puer erat. Videntes autem I eam * Gavisi sunt gaudio magno. T' Et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. — Gavisi sunt gaudio magno.



Lectio viij.

QUID ergo per columbam didicit, ne mendax postea inveniatur, (quod avertat a nobis Deus opinari) nisi quamdam proprietatem in Christo talem futuram, ut quamvis multi ministri baptizaturi essent, sive justi, sive injusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi super quem descendit columba, de quo dictum est, Hic est qui baptizat in Spiritu sancto? Petrus baptizet, hic est qui baptizat : Paulus baptizet, hic est qui baptizat.

viij. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum. * Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et myrrham. f. Stella, quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat Puer. — Et apertis thesauris suis.

Lectio ix.

NAM si pro diversitate meritorum baptisma sanctum est : quia diversa sunt merita, diversa erunt baptismata : et tanto quisque aliquid melius putatur accipere, quanto a meliore videtur accepisse. Ipsi sancti (intelligite fratres), boni pertinentes ad columbam, pertinentes ad sortem civitatis illius Jerusalem, ipsi boni in Ecetesia, de quibus dicit Apostolus, Novit Dominus qui sunt ejus, diversarum gratiarum sunt, non omnes paria merita habent

Rz. ix. Tria sunt munera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Domino in die ista, et habent in se divina mysteria : * In auro ostenditur Regis potentia : in thure Sacerdotem magnum considera, Et in myrrha Dominicam sepulturam. Sr. Salutis nostræ Auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. — In auro. Gloria. Et in myrrha Dominicam sepulturam.

Ante Laudes )F. Vidimus stellam ejus in Oriente. R?. Et venimus adorare eum.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Veterem hominem renovans Salvator, venit ad baptismum : ut naturam, quæ corrupta erat, per aquam recuperaret, incorruptibili veste circumamictans nos. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Te, qui in Spiritu et igne purificas humana contagia, Deum ac Redemptorem omnes glorificamus.

3. Baptista contremuit, et non audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cum tremore : Sanctifica me Salvator.

4. Caput draconis Salvator contrivit in Jordanis flumine,et ab ejus potestate omnes eripuit.

5. Magnum mysterium declaratur hodie : quia Creator omnium in Jordane expurgat nostra facinora.

Capitulum. Isa. 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Hymnus.

A PATRE Unigenitus
Ad nos venit per Virginem,
Baptisma cruce consecrans,
Cunctos fideles generans.

DE cælo celsus prodiit,
Excepit formam hominis :
Facturam morte redimens,
Gaudia vitæ largiens.

Hoc te Redemptor quæsumus :
Illabere propitius,
Clarumque nostris sensibus
Lumen præbe fidelibus.

MANE nobiscum Domine,
Noctem obscuram remove :
Omne delictum ablue,
Piam medelam tribue.

QUEM jam venisse novimus,
Redire item credimus :
Sub sceptro tuo inclyto
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Adorate Dominum. Rz. In aula sancta ejus.

Ad Benedictus Ana. Præcursor Joannes exsultat cum Jordane : baptizato Domino facta est orbis terrarum exsultatio, facta est peccatorum nostrorum remissio. Sanctificans aquas, ipsi omnes clamemus, miserere nobis. Oratio.

DEUS, cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit : præsta, quæsumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur : Qui tecum vivit.

T Præcedens Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam et Nonam.

Memoria de B. Maria V. :

Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. i.

IN illo tempore : Vidit Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Capitulum Regi sæculorum immortali.; I^. Jesu Christe, cum f. Qui apparuisti hodie.; Preces (nisi Dominica fuerit] et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Capitulum. Isa. 60.

SURGE, illuminare Jerusalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

Rz. Reges Tharsis et insulæ munera offerent, * Alleluia, allecia. Reges Tharsis.^. Reges Arabum et Saba dona adducent. Alleluia. Gloria. Reges Tharsis.

f. Omnes de Saba venient. I??. Aurum et thus deferentes.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isa. 60.

SUPER te Jerusalem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.

K. Omnes de Saba venient, * Alleluia, alleluja. Omnes. ?. Aurum et thus deferentes. Alleluia. Gloria. Omnes.

f. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. I^Z. Psalmum dicat nomini tuo.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 60.

OMNES de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes.

1$. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi, * Alleluia, alleluia. Omnis. y. Psalmum dicat nomini tuo. Alleluia. Gloria. Omnis.

?. Adorate Dominum. R. In aula sancta ejus.

AD II. VESPERAS.

Psalmi ut in ij. Vesperis Epiphaniæ ; Antiphona super Psalmos, Capitulum, Responsorium, Hymnus, f. Antiphona ad Magnificat et Oratio de j. Vesperis S. Hilarii.

T Si tamen dies Octava Epiphaniæ Dominica fuerit, super Psalmos de ij. Vesperis Epiphaniæ dicetur Ana Veterem hominem. et Officium S. Hilarii incipiet a Capitulo.



Ad Memoriam de Octava die Ana. Fontes aquarum sanctificati sunt, Christo apparente in gloria. Orbis terrarum haurite aquas de fontibus Salvatoris : sanctificavit enim nunc omnem creaturam Christus Deus noster.

X- Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Saba dona adducent. Oratio.

DEUS, cujus Unigenitus in substantia nostræ carnis apparuit : præsta, quæsumus, ut per eum, quem similem nobis foris agnovimus, intus reformari mereamur : Qui tecum vivit.

Non fiat Memoria de B. Maria Virgine.

AD COMPLETORIUM.

Antiphonæ super Psalmos et ad Nunc dimittis ut infra Octavam Epiphaniæ; In manus, cum duplici Alleluia.

In fine Hymni dicatur Stropha Gloria tibi Domine, Qui apparuisti hodie.

Omittantur Preces.

DIE XIV. JANUARII.

Celebratur festum S. Hilarii, in cujus primo Nocturno, si extra Dominicam evenerit, dicentur sequentes Lectiones :

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 3.

ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis : sed nec nunc quidem potestis : adhuc enim carnales estis.

Cum enim sit inter vos zelus, et contentio : nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli; alius autem, Ego Apollo; nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri ejus, cui credidistis, et unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit : sed Deus incrementum dedit.

Lectio ij.

ITAQUE neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat : sed qui incrementum dat, Deus. Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adjutores : Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui : alius autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet.

Lectio iij.

FUNDAMENTUM enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit : Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur : et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur : ipse autem salvus erit • sic tamen quasi per ignem.

T Si vero festum S. Hilarii in Dominica j. post Octavam Epiphaniæ evenerit, dicentur Lectiones j. Nocturni ejusdem Dominicæ : De iis autem pag. 294.

DIE XV. JANUARII.

Incidit festum SS. Nominis Jesu, cujus propriæ Lectiones habentur suo loco.

T Ubi tamen festum SS. Nominis Jesu Dominica j. post Octavam Epiphaniæ celebrari consuevit, dicantur die xv. Januarii (si extra Dominicam evenerit) Lectiones sequentes.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cor. 6.

AUDET aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, et non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur judicia si habueritis : contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad judicandum.

Lectio ij.

AD verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum.' Sed frater cum fratre judicio contendit: et hoc apud infideles? Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, et fraudatis : et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?



Lectio iij.

NOLITE errare : neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis : sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri.

I Aliis diebus usque ad proximam primam Dominicam post Octavam Epiphaniæ, occurrunt festa quæ habent Lectiones signatas pro primo Nocturno.

DE DOMINICA I.

POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

HISTORIA Domine ne in ira., hoc est Responsoria, quæ in hac Dominica dicuntur post Lectiones in Matutinis, legi debent Dominicis diebus ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam exclusive; vero Ferialia infra Hebdomadam, cum de Feria agitur, tam dicto Tempore quam ab Octava Corporis Christi, usque ad Adventum Domini sunt dicenda : nisi quando nulla esset Dominica vacans, in qua dominicalis Historia recitari posset. Tunc enim eadem dominicalis Historia in tribus Feriis recitari debet, ut in Rubricis Generalibus dicitur, et in eis I^z. Ferialia dimitti.

T Si Dominica Septuagesimæ venerit hac Dominica j., tunc Oratio, Homilia et Anæ ad Benedictus et Magnificat Dominicæ j. legantur prima die vacanti earum, quæ erunt inter Octavam Epiphaniæ et Septuagesimam illo anno : et dicentur in Matutinis tria prima Historiæ Domine, ne in ira. Reliqua vero dicentur duobus aliis diebus infra Hebdomadam præfatam in quibus agetur de Feria, si tamen in illis non occurrat festum Simplex vel majus, prout in Rubricis Generalibus plenius dicitur; alioquin dimittentur illo anno.

«T Si vero a Dominica j. post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam Officia quatuor residuarum Dominicarum suis diebus expleri nequeant; tunc illarum Officia eo anno omittuntur, et resumuntur quoad Orationem, Lectiones secundi Nocturni, Homiliam et Anas ad Benedictus et Magnificat dumtaxat, post Dominicam xxj. post Octavam Trinitatis usque ad ultimam exclusive, eo modo et ordine, quo ibi in Rubricis dicitur. Si autem in toto isto Tempore tot non supersint Dominicæ ut in illis possint resumi Officia earum omnium Dominicarum, quæ post Octavam Epiphaniæ omissæ fuerant; tunc Feria vj. aut alia vacante Hebdomadæ ante Septuagesimam, legantur Oratio, Homilia et Anæ ad Benedictus et Magnificat Dominicæ quæ non potest resumi.

T Si tamen in casibus prædi ctis non erit aliqua Feria va cans, in qua possint legi Ho miliæ Dominicales, tunc Feria minoris solemnitatis festo oc cupata infra Hebdomadam ante Septuagesimam, fiat Me moria Dominicæ sive primæ, sive alterius, eo anno omissæ, et non remissæ, per Anas ad Benedictus et Magnificat et Orationem illius Dominicæ pro prias. Quod si aliqua Octava contigerit tunc celebrari, po terit in aliqua die infra Octa vam legi Homilia illius Domi nicæ et de ea quoque eo die fiet Memoria modo dicto.

IN Officio sequentis Domini cæ et ejus Hebdomadæ dica tur Ritus et Ordo dicendi divi num Officium.

DOMINICA I.
POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.
AD I. VESPERAS.

SABBATO præcedenti sic in choentur Vesperæ. Secreto dicatur Pater noster. Quo di cto, clare dicatur f. Deus in adjutorium meum intende. Rz. Domine ad adjuvandum me festina. Et tunc munient se fratres signo crucis, quod etiam facient ad omnes alias Horas.

f. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia, vel infra Septuagesi mam Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

. T Sicque per f. Deus in ad jutorium. inchoentur omnes Horæ, et Laudes, nisi aliter suis locis sit signatum.

Deinde dicantur quinque Psalmi, et totidem Antiphonæ prout positæ sunt in Psalterio pag. 141., quæ etiam dici de' bent in omnibus Sabbatis per annum, cum de Dominica agitur, excepto Tempore Pa schali. Deinde dicatur

Capitulum. 2. Cor. i,

BENEDICTUS Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui con solatur nos in omni tribula tione nostra. Deo gratias.

T Sicque ad omnia Capitula respondeatur semper : Deo gratias.

Deinde dicatur I^z. Deus, qui sedes super thronum, et judi cas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione : * Quia tu solus laborem et dolorem consideras. Postea X- Tibi enim derelictus est pauper : pupillo tu eris adju tor. Deinde repetatur ultima pars Responsorii : Quia tu solus laborem et dolorem con sideras. Postea dicatur f. Glo ria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Ultimo repetatur : Quia tu solus laborem et do lorem consideras. Et hoc mo do dicatur I^7 in j. Vesperis, nisi aliter signetur.

Hymnus O lux beata Trini tas., pag. 144.

X- Vespertina oratio ascen dat ad te Domine. 1$. Et de scendat super nos misericordia tua.

T Capitulum præcedens, Hym nus, et f. dicantur omnibus Sabbatis ad Vesperas usque ad Quadragesimam exclusive, et



Sabbato post Octavam Trini tatis et deinceps omnibus Sab batis usque ad Adventum ex clusive, quando de Dominica agitur. 4 autem Deus, qui sedes, hac die tantum dicatur, tonini vero tempore,quando Historia dominicalis in sua pro pria Dominica inchoatur, ty. quod suo loco notatum erit, dicatur in j. Vesperis post Ca pitulum. Quando vero propter aliquod impedimentum Domi nica non habet j. Vesperas, vel Historia dominicalis non legi tur in Dominica, in qua primo debuit inchoari, tunc ty. in j. Vesperis alterius Dominicæ non dicatur.

T Post X- statim sequitur Can ticum Magnificat., pag. 129. quod per totum annum quo tidie in Vesperis dicitur, mox que subjungitur

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed ante quam vulnera generent in me, sana me Domine medicamen to pœnitentiæ, Deus.

Finita Ana post Canticum Magnificat, sequitur : Domi nus vobiscum. I^z. Et cum spi ritu tuo.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui cælestia simul et terrena moderaris : suppli cationes populi tui clementer exaudi; et pacem tuam nostris concede temporibus. Per Do minum nostrum Jesum Chri stum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spi ritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Dicta Oratione, et responso Amen., quando nulla sequitur alia Memoria facienda, statim subjungitur : Dominus vobis cum. I^z. Et cum spiritu tuo.

* Si is, qui loquitur, non fuerit Sacerdos, vel Diaconus, loco X- Dominus vobiscum, debet dicere X- Domine exaudi ora tionem meam. et I^z. Et cla mor meus ad te veniat.

Deinde dicatur X- Benedica mus Domino, ty. Deo gratias.

T At si Memoria occurrerit facienda, dicta hac prima Ora tione, et responso Amen., sta tim inchoatur Memoria illa per Antiphonam, X- et Ora tionem, quæ sicut et prima Oratio terminabitur, si nulla alia adhuc succedat Memoria facienda : si vero altera sequa tur, per hæc verba respective terminetur : Per Christum Do minum nostrum, vel Per eum dem Christum Dominum no strum., vel Qui tecum vivit et regnat per omnia sæcula sæ culorum., vel etiam Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæ culorum., pro varia occurren tium Orationum dispositione : ac responso Amen., mox altera inchoetur, et sic deinceps, do nec ad ultimam Memoriam perveniatur.

Cum autem ad ultimam Me moriam perventum fuerit, ejus Oratio semper, sicut illa prima Omnipotens, respective termi netur.

Subjunctis XT- Dominus vo biscum. et Benedicamus Do mino. responsoque Deo gra tias., dicatur Fidelium animæ per misericordiam Dei requie scant in pace. R?. Amen. Quod semper dicendum est post quamlibet Horam, nisi in die

Cenæ, et deinceps usque ad Completorium Sabbati sancti exclusive, et nisi in die Ani marum, et post Officium De functorum, in cujus fine di cendum est Requiescant in pace. R". Amen.

T Quando vero plures Horæ simul sunt dicendæ, tunc solum in fine ultimæ Horæ dicatur Fidelium., nisi aliter notetur.

Dicto Fidelium., subjunga tur secreto Pater noster, et deinde Ana Salve Regina., Ana Pie Pater Dominice., JT. Post partum., V. Ora pro nobis., y. Fiat pax., Dominus vobiscum., Oratio Protege., Oratio Concede, quæsumus., Oratio Ecclesiæ tuæ., iit pag. 147. notatum est.

Dictoque secreto Pater no ster. , terminetur illa Hora; qua finita, Conventus recedit a choro, tam de die quam de nocte, excepto Completorio, et præterquam a Matutinis Feriæ quintæ in Cena Domini usque ad Vesperas Sabbati sancti inclusive.

AD COMPLETORIUM.

Dicto Jube domne benedi cere., subjungatur Benedictio. Noctem quietam et finem perfectum tribuat no bis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Postea sequitur Lectio. i. Petri 5.

FRATRES : Sobrii estote, et vigilate : quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret : cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine mise rere nostri. Rz. Deo gratias.

Postea dicat qui praeest^ Ad jutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram. Deinde dicto Pater noster, secreto, dicatur a Præ lato :

CONFITEOR Deo omnipo tenti, et beatæ Mariæ sem per Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis, et vobis fratres : quia peccavi nimis cogitatione, lo cutione, opere et omissione, mea culpa : precor vos orare pro me.

Chorus autem dicat :

MISEREATUR tui omnipo tens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua : libe ret te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducat te ad vitam æternam. Respondeat Præla tus : Amen.

Postea Chorus replicet; Con fiteor. etc. et loco vobis fra tres., dicat tibi Pater., et loco precor vos., dicat precor te. Quo finito, Prælatus dicat Ab solutionem : Misereatur.; et loco tui, dicat vestri., et loco tibi; dicat vobis, et loco te, di cat vos.

T Quando autem frater solus dicit Completorium vel Pri mam, dicat:

CONFITEOR Deo omnipo tenti, et beatæ Mariæ sem per Virgini, et beato Dominico Patri nostro, et omnibus San ctis : quia peccavi nimis cogi tatione, locutione, opere et omissione, mea culpa : precor beatam Mariam semper Virgi nem, et beatum Dominicum Patrem nostrum, et omnes Sanctos orare pro me.



Postea subjungat :

MISEREATUR mei omnipo tens Deus, et dimittat mihi omnia peccata mea : libe ret me ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducat me ad vitam æternam. Amen.

Deinde dicatur y. Converte nos Deus salutaris noster, et Et averte iram tuam a nobis, et f. Deus in adjutorium, etc.

T Et ita semper inchoetur Completorium, nisi Feria quin ta in Cena Domini, et Feria sexta in Parasceve.

Postea dicantur Psalmus 4. Cum invocarem., Psalmus 30. In te Domine., Psalmus 90. Qui habitat in adjutorio., Psal mus 133. Ecce nunc benedicite Dominum., ut in Psalterio, pag. 149. et pag. 150.

Et post Psalmos Ana. Mise rere mihi, Domine, et exaudi orationem meam.

% Prædicta Ana Miserere, et prædicti Psalmi dicantur ad Completorium per totum an num, nisi aliter notetur.

Deinde dicatur Capitulum. Jer. 14.

TU in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum in vocatum est super nos : ne de relinquas nos Domine Deus noster.

fy. In manus tuas Domine * Commendo spiritum meum. In manus tuas. T. Redemisti me Domine Deus veritatis. Commendo. Gloria Patri. In manus tuas.

T Capitulum Tu in nobis es. et ty. In manus tuas. per totum annum dicantur ad Completo rium, nisi aliter signetur.

Postea subjungatur Hymnus Te lucis ante terminum., cum f. Custodi nos Domine, pag. 150.

Hymnus Te lucis, et y. Cu stodi nos Domine, dicantur semper, nisi ubi aliter est si gnatum.

Deinde dicatur Canticum Nunc dimittis., pag. 150.

Quo dicto subjungatur Ana. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes : ut vigilemus cum Christo, et re quiescamus in pace.

T Canticum Nunc dimittis, in Completorio semper dicatur. Ana Salva nos. per totum an num dicatur, nisi alia Antipho na propria de Festo, aut de Octava, aut de Tempore fuerit notata.

Postea dicantur Preces hoc modo : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison, et se creto Pater noster.Deinde sub jungatur alte : Et ne nos in ducas in tentationem. I^z. Sed libera nos a malo.

y/. In pace in idipsum. ty. Dormiam, et requiescam.

Deinde dicatur Credo, se creto. Deinde dicatur alte : Carnis resurrectionem. 1$. Vi tam æternam. Amen.

f. Dignare Domine nocte ista. Sine peccato nos cu stodire.

T Et ita Preces quotidie in Completorio dicantur, nisi die bus notatis in Rubricis Gene ralibus, § xxxix.

Post Preces, vel si hæ non sunt dicendæ, post Ariam Sal va nos., immediate dicitur : Dominiis vobiscum.

Oremus. Oratio.

TTISITA, quæsumus Domine, V habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle : et Angeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiant; et benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum.

Dominus vobiscum.
Benedicamus Domino.

T Oratio Visita, quæsumus. semper dicatur, nisi in Cena Domini, et deinceps usque ad Feriam iij. Paschæ inclusive.

Deinde detur Benedictio hoc modo : Benedictio Dei omni potentis Patris, et Filii, et Spi ritus sancti descendat super (Si Prælatus benedicit, dicat vos.; et si alius, dicat nos ] et maneat semper. I^Z. Amen.

T Benedictio semper detur, nisi in die Cenæ, et Parasceve.

Postea dicatur Ana Salve Regina, jpag. 151.

y .Dignare me laudare te, Vir go sacrata. RzJDa mihi virtutem contra hostes tuos. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sa lute gaudere : et gloriosa bea tæ Mariæ semper Virginis in tercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui læ titia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

T Poterit deinde addi Anti phona, y. et Oratio de Sancto aliquo Ordinis nostri, vel alio, secundum morem Provinciæ, vel Conventus. Deinde dicto Fidelium animæ. etc. et re sponso Amen., dicatur secreto Pater noster, et Credo. Et sic finitur Completorium, nisi ali ter notetur.

AD MATUTINUM.

Dicto Pater noster, et Credo, y. Domine labia, et f. Deus in adjutorium., Gloria Patri. Sicut erat. Alleluia, immediate dicatur

Invitatorium. Venite, exsul tamus Domino : * Jubilemus Deo salutari nostro. Quo dicto sequitur

y. j. Præoccupamus faciem ejus. ut in Psalterio pag. i.

I Hoc Invitatorium et Psal musVenite. dicantur Dominicis diebus ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam ex clusive, et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

T In aliis etiam diebus,quando dicitur quodcumque Invitato rium, dicatur etiam Psalmus Venite, exsultemus, modo, quo supra.

Postea dicatur Hymnus No cte surgentes., pag. 2.

T Isti duo Hymni Nocte sur gentes. ad Matutinum, et sub sequens Ecce jam noctis, ad Laudes dicantur omnibus Do minicis et Feriis per totum annum, quando de Tempore agitur, nisi in Quadragesima, in Paschali Tempore et in Ad ventu Domini.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi in Matutinis dicendi ponuntur per extensum in Psal terio pagg. 4-15. in tria No cturna divisi, quibus statim an nectuntur Antiphonæ diversæ pro qualitate Temporis super Psalmos dicendæ, et Versiculi.

Post f. dicto Pater noster, secreto, subjungatur alte : M ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.



T Et hoc semper observetur ante j. Lectionem et iv. et vij., nisi in triduo ante Pascha, et pisi in Officio- Defunctorum. Quo dicto, sequitur Jube dom ne benedicere. Benedictio. Be nedictione perpetua benedicat nos Pater æternus, ^z. Amen.

T Jube domne benedicere, omnibus semper præmittitur Benedictionibus.

T Hæc Benedictio et octo sequentes erunt dicendæ ante Lectiones Matutinarum eo or dine quo positæ sunt, quando cumque novem dicuntur Le ctiones : nisi in festo Nativita tis Domini, in quo ad viij. et ix. Lectionem sunt propriæ Benedictiones notatæ; et nisi quando Officium est de B. Ma ria V., cujus propriæ Benedi ctiones positæ sunt ante Psal terium : et nisi in Matutinis pro Defunctis et in tribus die bus ante Pascha. Quando au tem dicuntur tantum tres Le ctiones tunc etiam dicendæ sunt tantum tres Benedictiones juxta ordinem Nocturnorum. Tres namque primæ dicentur Feria ij. et Feria v., tres se cundæ Feria iij. et Feria vj., ultimæ vero tres Feria iv. et Sabbato, quando in eo de B. Maria V. non fit Officium.

TTempore vero Paschali, Do minica die, quando non legitur Evangelium et Homilia, tres primæ Benedictiones dentur.

I" Quotiescumque autem in aliqua Feria legitur Homilia, toties dicendæ sunt Benedi ctiones tertii Nocturni, scilicet Evangelica lectio, cum duabus sequentibus, sive communibus, sive propriis si de B. Maria V. fiat Officium. Deinde dicatur :

De Epistola prima ad Corinthios.

T Titulus cuilibet Lectioni præfixus, legi semper debet, nisi cum notatur litteris rubeis.

Lectio j. Cap. 8.

DE iis autem, quæ idolis sa crificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, caritas vero ædificat. Si quis autem se exi stimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum opor teat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus est Deus, nisi unus. Tu autem Domine mise rere nostri. Deo gratias.

T Per hanc clausulam Tu autem, terminantur semper Lectiones, nisi in triduo ante Pascha, in die Animarum, et in Officio Defunctorum, et nisi ubi loco Tu autem, erit signa tum ut dicatur : Hæc dicit Do minus Deus. etc.

Finita Lectione sequitur

Rz. j. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me : * Miserere mei Domine quoniam infir mus sum. y. Timor et tremor venerunt super me, et con texerunt me tenebræ, et dixi. — Miserere mei.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Unigenitus Dei Filius nos benedicere et adjuvare dignetur. Amen.

Lectio ij.

NAM et si sunt qui dicantur dii sive in cælo, sive in terra (siquidem sunt dii multi, et domini multi :) nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo

omnia, et nos in illum : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scien tia. Quidam autem cum con scientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant : et conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo.

R. ij. Deus, qui sedes super thronum, et judicas æquita tem, esto refugium pauperum in tribulatione : * Quia tu so lus laborem et dolorem consi deras. y. Tibi enim derelictus est pauper : pupillo tu eris ad jutor. — Quia tu solus.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Spiritus sancti gratia illuminare dignetur sensus et corda nostra. ty. Amen.

Lectio iij.

"^TEQUE enim si manduca 1M verimus, abundabimus : neque si non manducaverimus, deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offen diculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumben tem : nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua scien tia frater, propter quem Chri stus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, et percu tientes conscientiam eorum in firmam, in Christum peccatis.

nj.A dextris est mihi Domi nus, ne commovear : * Propter hoc dilatatum est cor meum, Et exsultavit lingua mea. X;. Conserva me Domine, quo niam in te speravi : dixi Domi no : Deus meus es tu. — Pro pter hoc. Gloria. Et exsultavit.

IN II. NOCTURNO.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Deus Pater omnino tens sit nobis propitius et cle mens. Rz. Amen.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Ex præ f. in Epist. D. Pauli.)

Lectio iv.

BEATI Pauli Epistolas assidue le [illegible] sculto, perque hebdomadas singulas bis sæpe, et ter, et quater, quotiescumque san ctorum Martyrum memorias celebramus; gaudio exsulto, et excitor, ac tuba illa spirituali perfruens, desiderio incalesce, vocem mihi amicam agno scens, et fere præsentem ipsum intueri, et disserentem audire videor. Sed tamen doleo, et moleste fero, quod virum hunc non omnes, sicut par est, co gnoscunt.

R. iv. Notas mihi fecisti Do mine vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * Delectationes in dextera tua usque in finem. y. Tu es Do mine, qui restitues hereditatem meam mihi. — Delectationes.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Ad gaudia Paradisi perducat nos misericordiaChri sti. Amen.

Lectio v.

TTERUM ita illum nonnulli V ignorant, ut ne Epistola rum quidem ejus numerum plane sciant. Hoc vero non imperitia facit : sed quod no lint beati hujus viri scripta assidue in manibus habere. Neque enim nos, quæ scimus, si quid scimus, ab ingenii bo nitate atque acumine scimus :



sed quod erga hunc virum im pense affecti, ab illius lectione nunquam discedimus : siqui dem qui amant, ii plus quam ceteri omnes eorum facta no runt, quos amant, ut qui de iis ipsis sint solliciti.

v. Diligam te Domine vir tus mea : * Dominus firma mentum meum, et refugium meum. Jf. Laudans invocabo Dominum : et ab inimicis meis salvus ero. — Dominus.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus no stris. Amen.

Lectio vj.

ID quod beatus hic veluti ostendens, ad Philippenses ait: Sicut est mihi justum, ut hoc de vobis omnibus sen tiam, eo quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii. Quapropter, si et vos quoque hujus lectioni di ligenter attendere volueritis, nihil aliud vobis erit requiren dum. Verax est enim Christi sermo dicentis : Quærite, et invenietis : pulsate, et aperie tur vobis.

fy vj. Domini est terra, et plenitudo ejus : * Orbis terra rum, et universi, Qui habitant in eo. y. In manu ejus sunt omnes fines terræ : et altitudi nes montium ipsius sunt. — Orbis terrarum. Gloria. Qui habitant in eo.

IN HI. NOCTURNO.

Jube domne benedicere.

T Si non sequitur Homilia, Benedictio. Ille nos benedicat, qui sine fine vivit et regnat % Amen.

T Si autem sequatur Homilia, sicut modo, Benedictio. Evan gelica lectio sit nobis salus et protectio. E?. Amen. Postea dicatur :

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

T Verba Lectio sancti Evan gelii secundum N. dicantur semper prius quam incipiatur Evangelium ante Homiliam, nisi aliter signetur.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ : et erat Mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 9. in Joan. post init.)

QUOD Dominus invitatus venit ad nuptias, etiam excepta mystica significatione, confirmare voluit quod ipse fecit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apo stolus, prohibentes nubere, et dicentes quod malæ essent nuptiæ, et quod diabolus eas fecisset : cum idem Dominus dicat in Evangelio, interroga tus utrum liceat homini dimit tere uxorem suam ex qualibet causa, nonlicere,excepta causa fornicationis.

vij. Ad te Domine levavi animam meam : * Deus meus in te confido, non erubescam, y. Neque irrideant me inimici mei : etenim universi, qui sus tinent te, non confundentur. — Deus meus.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R?. Amen.

Lectio viij.

IN qui responsione, si homo nisus, hoc ait : Quod Deus I conjunxit, homo non separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catholica, noverunt quod Deus. fecerit nuptias : et sicut conjunctio a Deo,ita divortium a diabolo sit. Sed propterea in causa fornicationis licet uxo- I rem dimittere; quia ipsa esse uxor prior noluit, quæ fidem conjugalem marito non serva vit.

[ viij. Audiam Domine vo cem laudis tuæ, * Ut enarrem universa mirabilia tua. f. Do mine dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis glo riæ tuæ. — Ut enarrem.

Jube domne benedicere. Be nedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Rex angelorum. Amen.

Lectio ix.

AJEC illæ, quæ virginitatem IM Deo vovent, quamquam ampliorem gradum honoris et sanctitatis in Ecclesia teneant, sine nuptiis sunt: nam et ipsæ pertinent ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptiis sponsus est Christus. Ac per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, ut conjugalis castitas firmaretur, et ostende retur sacramentum nuptiarum.

Rz. ix. Abscondi tamquam au rum peccata mea, et celavi in sinu meo iniquitatem meam • * Miserere mei Deus, Secun dum magnam misericordiam tuam. f. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, et deli ctum meum coram me est semper : tibi soli peccavi — Miserere. Gloria. Secundum< magnam.

T Postquam præcedens Hi storia Domine ne in ira. semel in aliqua Dominica recitata fuerit : in reliquis Dominicis post Octavam Epiphaniæ, loco noni Responsorii Abscondi dicatur sequens Responsorium de Trinitate, quando de Domi nica agitur

R. ix. Honor, virtus, et pote stas, et imperium sit Trinitati in Unitate, Unitati in Trinitate, * In perenni sæculorum tem pore. f. Trinitati lux perennis, Unitati sit decus perpetim. — In perenni. Gloria. In perenni.

Deinde dicatur Canticum Te Deum., pag. 16., quod dicen dum erit omnibus Dominicis, præterquam in Adventu et a Septuagesima usque ad Pa scha exclusive, quando fit Offi cium de Dominica.

Ante Laudes X- Excelsus su per omnes gentes Dominus. Rz. Et super cælos gloria ejus.

T Prædictus f. dicatur ante Laudes Dominicis diebus us que ad Quadragesimam ex clusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Re gnavit Dominus præcinctus fortitudine cum decore virtu tum : cujus sedes parata est in æternum.

T Hæc Ana Regnavit Domi nus. sola dicatur in Laudibus super Psalmos usque ad Se ptuagesimam exclusive, et in Dominica j. post Octavam Trinitatis ac deinceps usque ad Adventum exclusive, quan do de Dominica agitur.

O



f Aliis Temporibus (exceptis quatuor Dominicis post Octa vam Paschæ) dicantur in Lau dibus Dominicæ super Psalmos quinque Antiphonæ. Idem fiat in Festis Simplicibus ac supra, et in diebus Octavis Simplici bus ac supra.

T In Dominicis vero Adven tus, et in prædictis Festis aut diebus Octavis Simplicibus ac supra, ad Primam dicatur An tiphona prima Laudum, ad Tertiam secunda, ad Sextam tertia, ad Nonam quinta (præ termissa quarta).

Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, ut in Psalterio, pag. 17.

Psalmus Dominus regna vit., Psalmus Jubilate., Psal mus Deus misereatur nostri, et Psalmus Laudate Dominum in sanctis ejus. terminentur cum f. Gloria Patri. Post reliquos vero Psalmos Laudum et post Canticum Benedicite, f - Glo ria Patri, non dicatur.

T Quando prædicti Psalmi, quando vero alii in Laudibus dicendi sint, in Psalterio, pag. 17. et alibi passim suis locis notatum est.

Capitulum. Apoc. 7.

BENEDICTIO, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, honor, virtus, et fortitu do Deo nostro in sæcula sæcu lorum, amen. Deo gratias.

T Hoc Capitulum Benedictio, dicatur omnibus Dominicis ab Octava die Epiphaniæ usque ad Quadragesimam exclusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur.

Hymnus Ecce jam noctis., pag. 21.

X. Dominus regnavit. De corem induit.

T Hic X- in Dominicis dica tur ad Laudes usque ad Se ptuagesimam exclusive, et in Dominica j. post Octavam Tri nitatis ac deinceps in Domini cis usque ad Adventum exclu sive, quando de Dominica agi tur.

Post X- statim sequitur Can ticum Benedictus., pag. 23. quod per totum annum quoti die dicitur in Laudibus, mox que subjungitur

Ad Benedictus Ana. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ : et erat ibi Jesus cum Maria matre ejus.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui cælestia simul et terrena moderaris : suppli cationes populi tui clementer exaudi, et pacem tuam nostris concede temporibus. Per.

T In omnibus Dominicis per totum annum, quando de sim plici Dominica agitur, fiat Me moria de B. Maria Virgine in Laudibus, ut in Psalterio, pag. 23. notatum est; exceptis Dominicis infra Octavas Sim plices ejusdem beatæ Virginis, in quibus Antiphona, f • et Oratio sunt de Octava.

AD PRETIOSA.

Postea legatur Lectio de Mar tyrologio; qua finita, et re sponso Deo gratias., dicatur Pretiosa., ut pag. 25. notatum est, præter hic posita.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 2.

IN illo tempore : Nuptiæ fa ctæ sunt in Cana Galilææ :

et erat Mater Jesu ibi. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias. Tu autem Domine miserere nostri.

Deo gratias.

T De Evangelio occurrente legendum est omnibus diebus Dominicis, et festis Simplicibus et supra, et in die Octava Octavæ Simplicis, non vero infra Octavam Simplicem. Item in Vigilia Nativitatis Domini, Evangelium de Vigilia legatur, sive fuerit Dominica, sive non. Item Feria iv. in Capite Jejunii, et Feria v. in Cena Domini. Item in Vigilia Paschæ, et Pentecostes, et quotidie infra Octavas Solemnes, et Solemnissimas. Item in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Et in omni prædicto tempore semper legatur de Evangelio festi, nisi aliquando occurrat legi Hom. alterius Evangelii quam festi, de quo agitur : tunc enim in Pretiosa legetur illud Evangelium quod lectum est in Matutinis. Ceteris vero diebus legendum est de Constitutionibus.

T Quando Matutinæ cum Laudibus in sero dicuntur, tunc Pretiosa, reservetur in crastinum, et dicatur immediate post Primam.

## AD PRIMAM.

Dicto secreto Pater noster, et Credo in Deum., inchoatur X • Deus in adjutorium, etc.

T Et sic ad alias Horas diei nisi quod Credo in Deum. aliis Horis non præmittitur.

Hymnus Jam lucis orto sidere., pag. 27.

T Prædictus HyninuFdka^.. per totum annum ad Primam nisi in Cena Domini, et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi in die Animarum.

Psalmus 53. Deus in nomine tuo. pag. 28. Psalmus ng Beati immaculati., Retribue servo tuo. ibidem, Symbolum Quicumque, pag. 29.

T Psalmi isti, et sequentium Horarum, semperdicanturcum Gloria Patri, nisi aliter signetur. Similiter Symbolum Quicumque. cum Gloria Patri, dicatur in festo Trinitatis et hi omni Dominica, nisi festum Totum Duplex in ea evenerit.

T Prædictis autem Psalmis in Septuagesima et deinceps in Dominicis usque ad Ramos palmarum inclusive, adduntur alii, secundum quod in Psalterio, pag. 33. sunt notati; post quos Gloria Patri, respective dicitur vel omittitur ut ibidem est signatum.

Ana. Gloria tibi Trinitas., Pag. 30.

Capitulum. i. Tim. i.

REGI sæculorum immortali, et invisibili, soli Deo honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Jesu Christe Fili Dei vivi, * Miserere nobis. Jesu. T. Qui sedes ad dexteram Patris. Miserere. Gloria Patri. Jesu Christe.

f. Exsurge Domine, adjuva nos. I^z.Et libera nos propter nomen tuum.

T Capitulum Regi sæculorum. dicatur ad Primani omnibus Dominicis et festis etiam trium Lectionum et per omnes Octavas, et in Officiis votivis, nisi in Cena Domini, et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et in die Animarum, in quibus nullum Capitulum dicitur.

T R. Jesu Christe, semper dicatur, nisi a Dominica in Passione et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive quando de Tempore agitur, et nisi in die Animarum, y. Qui sedes, semper dicitur, nisi alius f. sit notatus.

T f. Exsurge, semper dicatur, nisi in die Cenæ, et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive, et nisi in die Animarum.

Deinde dicitur Confiteor, et Misereatur., sicut supra pag. 148. de Completorio dictum est.

T Confiteor, in Prima semper dicatur, nisi in Triduo ante Pascha

Deinde dicatur : Dominus vobiscum. Oratio.

IN hac hora hujus diei tua nos Domine reple misericordia; ut per totum diem exsultantes, in tuis laudibus jugiter delectemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum vivit.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.^. Deo gratias.

T Oratio In hac hora. semper dicatur, quando dicitur Capitulum Regi sæculorum immortali. Dicatur etiam quatuor diebus ultimis in hebdomada Paschæ.

T Ad Tertiam autem, Sextam et Nonam dicatur Oratio Dominicæ, quando de Dominica agitur.



## AD TERTIAM.

Hymnus Nunc sancte nobis Spiritus., pag. 37.

Ps. Legem pone., Memor esto., Bonitatem fecisti., ibidem.

Ana Laus., pag. 39.

Capitulum Deus caritas est., Inclina, et f. Adjutor meus esto., ibidem.

## AD SEXTAM.

Hymnus Rector potens verax Deus., pag. 40.

Ps. Defecit., Quomodo., Iniquos., ibidem.

Ana Gloria laudis., pag. 42.

Capitulum Gratia Domini nostri., In æternum Domine., f. Dominus regit me., ibidem.

## AD NONAM.

Hymnus Rerum Deus tenax vigor., pag. 43.

Ps.Mirabilia., Clamavi., Principes., ibidem.

Ana Ex quo omnia., pag. 45.

Capitulum Tres sunt., ibidem; Clamavi, et f. Ab occultis., pag. 46.

T Prædicti tres Hymni ad Tertiam, Sextam et Nonam semper dicantur, nisi in Cena Domini et deinceps usque ad Dominicam in Albis exclusive; et nisi quod in Hebdomada Pentecostes ad Tertiam, loco Hymni Nunc sancte nobis Spiritus dicitur Hymnus Veni creator Spiritus.; et prætequam in die Animarum. Psalmi vero semper dicantur. Antiphona Gloria tibi Trinitas, ad Primam, et tres suprapositæ ad Tertiam, Sextam et Nonam dicantur omnibus Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica j.

post Octavam Trinitatis ac deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. Tria autem præcedentia Capitula ad Tertiam, Sextam et Nonam dicantur in Dominicis usque ad Dominicam j. Quadragesimæ exclusive, et in Dominica j. post Octavam Trinitatis ac deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. Responsoria autem Horarum dicantur in Dominicis usque ad Septuagesimam exclusive, et in Dominica j. post Octavam Trinitatis ac deinceps in Dominicis usque ad Adventum exclusive, quando de Dominica agitur. Versiculi autem (videlicet Adjutor meus esto. et ceteri) dicantur in Dominicis et Feriis quando de Tempore agitur usque ad j. Dominicam in Quadragesima exclusive. Dicantur etiam in Dominica i post Octavam Trinitatis, et deinceps omnibus Dominicis et Feriis usque ad Adventum exclusive, quando de Tempore agitur.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. i25.etpag. I26. scilicet: Ana Dixit Dominus., Psa mus idem; Ana Fidelia., Psalmus Confitebor. - Ana In mandatis., Psalmus Beatus vir.; Ana Sit nomen., Psalmus Laudate pueri.; Ana Nos qui vivimus., Psalmus In exitu Israel.

Capitulum Dominus dirigat Hymnus Lucis Creator Optime. et f. Dirigatur., pag. I?7.

omnibus Dominicis in VesTMns, quando de simplici Dominica agitur; Antiphonæ vero super Psalmos dicantur in Domimcis usque ad Dominicam in Ramis inclusive, et in Dominica j. post Octavam Trinitatis ac deinceps usque ad Vigiliam Nativitatis Domini quando de simplici Dominica agitur.

T In festis vero Simplicibus et supra, tam de Tempore quam de Sanctis, dicenda est in lj. Vesperis super Psalmos sola Antiphona j. Laudum, nisi aliter notetur.

T Capitulum Dominus dirigat. dicatur omnibus Dominicis in ij. Vesperis, et per Ferias, quando de Tempore agitur, usque ad diem Cinerum exclusive. Dicatur etiam in Dominica j. post Octavam Trinitatis ac deinceps usque ad Adventum exclusive omnibus Dominicis in ij. Vesperis et per Ferias, quando de Tempore agitur.

T Hymnus Lucis Creator optime., et f. Dirigatur, dicantur omnibus Dominicis in ij. Vesperis et per Ferias, quando de Tempore agitur, usque ad Vesperas Sabbati ante j. Dominicam Quadragesimæ exclusive. Dicantur etiam Dominica j. post Octavam Trinitatis et deinceps usque ad Adventum exclusive omnibus Dominicis in ij. Vesperis et per Ferias, quando de Tempore agitur.

Ad Magnificat Ana. Deficiente vino, jussit Jesus impleri hydrias aqua, quæ in vinum conversa est, alleluja.



Oratio.

OMNIPOTENS, sempiterne Deus, qui cælestia simul et terrena moderaris : supplicationes populi tui clementer exaudi, et pacem tuam nostris concede temporibus. Per.

T In omnibus Dominicis per totum annum, quando de simplici Dominica agitur, fiat Memoria de B. Maria V. in ij. Vesperis, ut in Psalterio pag. 130. notatum est; exceptis Dominicis infra Octavas Simplices ejusdem B. Virginis, in quibus Antiphona, et Oratio sunt de Octava.

AD COMPLETORIUM.

Omnia solito more dicantur; sed post Anam ad Nunc dimittis in Dominicis non dicantur Preces.

AD LITANIAS SANCTORUM.

De tempore et modo quo in Choro post Completorium dicendæ sunt Litaniæ Sanctorum dictum est in Rubricis generalibus $ xxxviij.

Litaniæ vero, cum Psalmo Deus in adjutorium, ante ipsas dicendo, ponuntur pag. 156.

FERIA SECUNDA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium,Psalmi, Antiphonæ et f.ut in Psalterio, pag. 47

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 9.

NESCITIS quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant : nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum : sic pugno, non quasi aerem verberans : sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo : ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

I^7. j. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, * Quam abscondisti timentibus te!$r. Et perfecisti eis, qui sperant in te Domine, in conspectu filiorum hominum. — Quam abscondisti.

Lectio ij. Cap. io.

NOLO enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, et in mari : et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eumdem potum spiritalem biberunt : (bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra : petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : nam prostrati sunt in deserto.

ij. Benedicam Dominum in omni tempore : * Semper laus ejus in ore meo.y. In Domino laudabitur anima mea : audiant mansueti, et lætentur — Semper.

Lectio iij.

HÆC autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt : neque idololatræ efficiamini,sicutquidam ex ipsis : quemadmodum scriptum est : Sedit populus

manducare, et bibere, et surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt : et ceciderunt una die viginti tria millia.

1^7. ili. Delectare in Domino : * Et dabit tibi petitiones cordis tui. y. Spera in Domino, et fac bonitatem : et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus. — Et dabit. Gloria. Et dabit.

Ante Laudes V. Fiat misericordia tua Domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 57

Capitulum/ Rom. 13.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.

T• In matutinis Domine meditabor in te. Quia fuisti adjutor meus.

T Capitulum Nox præcessit. dicatur quotiesde Feria agitur, usque ad Feriam iv. Cinerum exclusive; f. autem In matutinis. usque ad Sabbatum post Cineres inclusive.

Ad Benedictus Aha. Benedictus Dominus Deus Israel.

Dicta hac Ana, subjungatur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum. Deinde Oratio.

T Hoc modo dicantur Preces ad Laudes, Tertiam, Sextam et Nonam et ad Vesperas cum de F ena agitur, fiuntque prostrationes : nisi in Parasceve et Sabbato sancto.

Dicatur postea Pretiosa., prout in Dominica dictum est excepto quod dicto Jube domine. datur Benedictio : Regula" ribus disciplinis instruat nos Magister cælestis. 1$. Amen

Et loco Lectionis de Evanjjelio legendum est de Constitutionibus, hoc modo :

Lectio. proiogi

QUONIAM ex præcepto Regulæ jubemur habere cor unum, et animam unam in Domino : justum est ut qui sub una Regula, et unius professionis voto vivimus, uniformes in observantiis canonicæ Religionis inveniamur. Tu autem.

AD HORAS.

Hymni, Psalmi, Antiphonæ, Capitula, etc. ut in Psalterio.

AD VESPERAS.

Psalmi, Antiphonæ etc. ut in Psalterio, pag. 130.

AD DISCIPLINAS.

Absoluto Completorio, et terminatis Orationibus post Litanias Sanctorum, si illa die fit de Feria, fratres prostrati dicant, Confiteor Deo. etc. et Hebdomadarius subjungat : Misereatur vestri, etc. responsoque Amen. dicatur Psalmus 50. Miserere mei. pag. 57. Qui dum dicitur, detur fratribus ab Hebdomadario disciplina, quam etiam a Prælato ipse postea recipiet.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas, etc.

X. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.



Oremus. Oratio.

DEUS, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram : ut quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

FERIA TERTIA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pag. 61.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. io.

CARISSIMI mihi, fugite ab idolorum cultura : ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate quod dico. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus. Videte Israel secundum carnem : nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris ?

p. j. Auribus percipe Domine lacrimas meas : ne sileas a me, remitte mihi :* Quoniam incola ego sum apud te, et peregrinus. f. Dixi : Custodiam vias meas : ut non delinquam in lingua mea. — Quoniam.

Lectio ij.

QUID ergo? dico quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, et non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum : non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum : non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus?

R?, ij. Statuit Dominus super petram pedes meos : et direxit gressus meos Deus meus :* Et immisit in os meum canticum novum. f. Exspectans exspectavi Dominum, et respexit me. — Et immisit.

Lectio iij.

OMNIA mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Omne, quod in macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra, et plenitudo ejus. Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire : omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

I??, iij. Ego dixi : Domine miserere mei : * Sana animam meam, quia peccavi tibi.y. Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.—Sana.Gloria Patri. Sana.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 69.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 133.

FERIA QUARTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Psalmi, Anti phonæ, et X. ut in Psalterio, pag-73

De Epistola prima ad Corinthios.

I Lectio j. Cap. II.

IMITATORES mei estote, sicut et ego Christi. Laudo au tem vos fratres quod per omnia mei memores estis : et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput, Chri stus est : caput autem mulie ris, vir : caput vero Christi, , Deus. Omnis vir orans, aut I prophetans velato capite, de turpat caput suum. Omnis au tem mulier orans, aut prophe tans non velato capite, detur pat caput suum : unum enim est ac si decalvetur.

j. Ne perdideris me, Do mine, cum iniquitatibus meis : * Neque in finem iratus reser ves mala mea. J. Miserere mei Deus, miserere mei : quoniam in te confidit anima mea. — Neque.

Lectio ij.

NAM si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut decal vari, velet caput suum. Vir quidem non debet velare ca put suum : quoniam imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mu lier propter virum. Ideo debet mulier potestatem habere su pra caput propter Angelos

lj. Paratum cor meutr] Deus paratum cor meum m * Cantabo, et psalmum diCam Domino, f. Exsurge gfe mea, exsurge psalterium et ci thara : exsurgam diluculo Cantabo.

Lectio iij.

TTERUMTAMEN neque vir sine | V muliere : neque mulier sine viro in Domino. Nani sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem : omnia autem ex Deo. Vos ipsi judicate • decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comam nu triat, gloria est illi : quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.

iij. Adjutor meus tibi psal lam, quia Deus susceptor meus es : * Deus meus misericordia mea. y. Eripe me de inimicis meis Deus meus : et ab insur gentibus in me libera me. — Deus. Gloria. Deus.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. Si.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 134.

FERIA QUINTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Psalmi, Anti phonæ et f. ut in Psalterio, Pag. 85.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 12.

DE spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis quoniam cum gentes essetis,



ad simulacra muta,prout duce bamini, euntes. Ideo notum vo bis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratia rum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus.

Rz. j. Deus in te speravi, Do mine non confundar in æter num : in tua justitia * Libera me, et eripe me. y. Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum : ut salvum me facias. — Libera.

Lectio ij.

UNICUIQUE autem datur ma nifestatio Spiritus ad uti litatem. Alii quidem per Spiri tum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum alteri fides in eodem Spiritu alii gratia sanitatum in uno Spiritu : alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spi rituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

1$. ij. Repleatur os meum laude, ut hymnum dicam glo riæ tuæ, tota die magnificen tiæ tuæ. Noli me projicere in tempore senectutis : cum de fecerit virtus mea, * Deus ne derelinquas me. i?. Deus ne elongeris a me : Deus meus in auxilium meum respice. — Deus.

Lectio iij.

HÆC autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, om nia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt : ita et Christus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gen tiles, sive servi, sive liberi : et omnes in uno Spiritu potati sumus.

1^7. iij. Gaudebunt labici mea dum cantavero tibi : * Et ani ma mea, quam redemisti Do mine. y. Sed et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. — Et anima. Gloria Patri. Et anima.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 96.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 135.

FERIA SEXTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Psalmi, Anti phonæ et f. ut in Psalterio, pag. 98.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 13.

Si linguis hominum loquar, et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cym balum tinniens. Et si habuero prophetiam, et noverim myste ria omnia, et omnem scien tiam : et si habuero omnem fidem ita ut montes transfe ram, caritatem autem non ha buero, nihil sum. Et si distri buero in cibos pauperum om nes facultates meas, et si tra didero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

j. Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo, et honorificabo nomen tuum in æternum : *Quia misericordia tua, Domine, magna est super me. JT. Et eripuisti animam meam ex inferno inferiori. — Quia.

Lectio ij.

CARITAS patiens est, benigna est. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati : omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet Cantas nunquam excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

ij. Misericordia tua, Domine, magna est super me : * Et liberasti animam meam ex inferno inferiori, f. Deus, iniqui insurrexerunt in me, et fortes quæsierunt animam meam. — Et.

Lectio iij.

px parte enim cognoscimus, •v et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Cum essem parvulus loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem

«J. Factus est mihi Dominus in refugium : et Deus meus In auxilium spei meæ. y- Deus ultionum Dominus • Deus ulti6rum71ibere~epif— In. Gloria Patri. In.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 107.

AD VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 138.

SABBATO.

AD MATUTINUM.

Invitatorium, Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pag. no.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 14.

FRATRES, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote : sensibus autem perfecti estote. In lege scriptum est : Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic : et nec sic exaudient me, dicit Dominus. Ita que linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus : prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

j. Misericordiam et judicium cantabo tibi Domine : * Psallam, et intelligam in via immaculata, quando venies ad me. f. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. — Psallam.

Lectio ij.

Si ergo conveniat universa ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles : nonne dicent quod insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus : occulta cordis ejus manifesta fiunt : et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit.



ij. Domine exaudi orationem meam : et clamor meus ad te perveniat : * Quia non spernis Deus preces pauperum. f - De profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi vocem meam. — Quia.

Lectio iij.

QUID ergo est, fratres? Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet : omnia ad ædificationem fiant. Sive lingua quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres, et per partes, et unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur, et Deo.

ty. iij. Velociter exaudi me, Domine : * Quia defecerunt sicut fumus dies mei. X- Dies mei sicut umbra declinaverunt : et ego sicut fœnum arui. — Quia. Gloria. Quia.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 121.

T Sciendum quod ordo præcedentis hebdomadæ de Invitatoriis, Antiphonis, Psalmis et Canticis, Capitulis, Versiculis et Horarum Responsoriis, ita servandus est quando de Feria agitur, videlicet : ut Invitatoria dicantur ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam in Passione, Capitula usque ad Feriam quartam in Capite jejunii exclusive, Versiculi, Anæ et Responsoria ad Horas usque ad Dominicam j. Quadragesimæ; singula prædictorum quatuor a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Adventum. Item Antiphonæ et Psalmi de Nocturnis usque ad Cenam Domini exclusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Nativitatem Domini. Item Antiphonæ Laudum usque ad Ramos palmarum et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad feriam in qua incipiuntur Antiphonæ Laudum notatæ ante Vigiliam Nativitatis Domini exclusive. Item Psalmi et Cantica Laudum usque ad Sabbatum sanctum exclusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive. Item Antiphonæ ad Vesperas usque ad Cenam Domini exclusive, et a Dominica j. post Octavam Trinitatis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive. Item Psalmi ad Vesperas usque ad Cenam Domini exclusive et a Sabbato in Albis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive. Item Antiphonæ ad Benedictus et ad Magnificat dicantur usque ad Septuagesimam et ab Octava Trinitatis usque ad Adventum exclusive.

AD VESPERAS.

Psalmi, Antiphonæ, Hymnus et f. ut in Psalterio, pag. 141. et sequentibus.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed antequam vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœnitentiæ Deus.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice; atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per.

## DOMINICA SECUNDA POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

### IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 15.

NOTUM autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod prædicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis, per quod et salvamini: qua ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi : quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas : et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas : et quia visus est Cephæ, et post hoc undecim.

W. ex Dominica præcedenti.

Lectio ij.

"pvEiNDE visus est plus quam U quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt : deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus : novissime autem omnium tamquam abortivo, visus est et mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum, ejus in me vacua non fuit sed abundantius illis omnibus laboravi : non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Lectio iij.

SIVE enim ego, sive illi : sic prædicamus, et sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio no' stra, inanis est et fides vestra: invenimur autem et falsi testes Dei : quoniam testimonium diximus adversus Deum quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

### IN II. NOCTURNO.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio iv. Cap. 15.

NAM si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.

Lectio v,

ET sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus : deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt. Deinde finis : cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissima autem inimica destruetur mors.



Lectio vj.

OMNIA enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat: Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia : tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid et baptizantur pro illis? Ut quid et nos periclitamur omni hora?

### IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo tempore : Cum descendisset Jesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ : et ecce leprosus veniens, adorabat eum. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. I. Comment. in e. 8. Matth.)

DE monte Domino descendente, occurrunt turbæ : quia ad altiora ascendere non valuerunt. Et primus ei occurrit leprosus : necdum enim poterat cum lepra tam multiplicem in monte Salvatoris audire sermonem. Et notandum, quod hic primus specialiter curatus sit: secundo, puer centurionis : tertio, socrus Petri febriens in Capharnaum : quarto loco, qui oblati sunt ei a dæmonio vexati : quorum spiritus verbo ejiciebat, quando et omnes male habentes curavit.

Lectio viij.

ET ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens. Recte post prædicationem atque doctrinam, signi offertur occasio, ut per virtutem miraculi præteritus apud audientes sermo firmetur. Domine, si vis, potes me mundare. Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens : Volo. Mundare. Extendente manum Domino, statim lepra fugit. Simulque considera, quam humilis, et sine jactantia responsio.

Lectio ix.

ILLE dixerat, Si vis : Dominus respondit, Volo. Ille præmiserat, Potes me mundare : Dominus jungit, et dicit, Mundare. Non ergo, ut plerique Latinorum putant, jungendum est, et legendum. Volo mundare : sed separatim, ut primum dicat, Volo : deinde imperet, Mundare. Et ait illi Jesus : Vide, nemini dixeris. Et revera quid erat necesse ut sermone jactaret,quod corpore præferebat? Sed vade, ostende te sacerdoti. Mittit eum ad sacerdotem : primum propter humilitatem, ut sacerdotibus deferre honorem videatur.

Erat enim lege præceptum, ut qui mundati fuerant a lepra, offerrent munera sacerdotibus. Deinde, ut mundatum videntes leprosum, aut crederent Sal vatori, aut non crederent : si crederent, salvarentur : si non crederent, inexcusabiles fo rent. Et simul, ne (quod in eo sæpissime criminabantur) le gem videretur infringere.

Ad Benedictus Ana. Cum autem descendisset Jesus de monte, ecce leprosus veniens adorabat eum dicens : Domi ne, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum dicens : Volo. Mundare.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, infirmitatem no stram propitius respice; atque ad protegendum nos dexte ram tuæ majestatis extende. Per.

Ad Magnificat Ana. Domine, si vis, potes me mundare. Et ait Jesus : Volo. Mundare.

FERIA SECUNDA.

De Epistola prima ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 16.

DE collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut or dinavi ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit : ut non, cum venero, tunc collectæ fiant. Cum autem præsens fuero : quos probaveritis per episto las, hos mittam perferre gra tiam vestram in Jerusalem. Quod si dignum fuerit ij7t ego eam, mecum ibunt.

Lectio ij.

VENIAM autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero nam Macedoniam pertransibo Apud vos autem forsitan mal nebo, vel etiam hiemabo : ut vos me deducatis quocumque lero. Nolo enim vos modo in transitu videre, spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permise rit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est ma gnum, et evidens : et adver sarii multi.

Lectio iij.

Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos : opus enim Domini operatur, sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat : deducite autem illum in pace, ut veniat ad me : exspecto enim illum cum fratribus. De Apollo au tem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratri bus : et utique non fuit volun tas ut nunc veniret: veniet au tem, cum ei vacuum fuerit.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. i.

PAULUS Apostolus Jesu Chri sti per voluntatem Dei, et Timotheus frater, ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi cum omnibus sanctis, qui sunt in universa Achaia. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domi



no Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misereor- diarum, et Deus totius conso lationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra : ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhorta mur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Chri sti in nobis : ita et per Christum abundat consolatio nostra.

Lectio ij.

SIVE autem tribulamur pro vestra exhortatione et sa lute, sive consolamur pro ve stra consolatione, sive exhor tamur pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur tole- rantiam earumdem passionum, quas et nos patimur : ut spes nostra firma sit pro vobis : scientes quod sicut socii pas- sionum estis, sic eritis et con solationis.

Lectio iij.

NON enim volumus igno rare vos fratres de tribu latione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra mo dum gravati sumus supra vir tutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habui mus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos : qui de tantis peri culis nos eripuit, et eruit : in quem speramus quoniam et adhuc eripiet, adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis : ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

FERIA QUARTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap, 3.

INCIPIMUS iterum nosmet ipsos commendare ? aut numquid egemus (sicut qui dam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, et legitur ab omnibus homini bus : manifestati quod epistola estis Christi, ministrata a no bis, et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi : non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Lectio ij.

FIDUCIAM autem talem ha bemus per Christum ad Deum : non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis : sed sufficien tia nostra ex Deo est : qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti : non littera, sed Spiritu : littera enim oc cidit, Spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis lit teris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non pos sent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur : quomodo non magis ministra tio Spiritus erit in gloria?

Lectio iij.

NAM si ministratio damna tionis gloria est : multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellen tem gloriam. Si enim quod evacuatur, per gloriam est :

multo magis quod manet, in gloriaest.Habentesigiturtalem spem, multa fiducia utimur : et non sicut Moyses ponebat ve lamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum.

### FERIA QUINTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 5.

SCIMUS enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habe mus, domum non manufa # etam, æternam in cælis. Nam et in hoc ingemiscimus, habi tationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, non nudi in veniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemisci mus gravati reo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita.

Lectio ij.

AUDENTES igitur semper, scientes quoniam dum su mus in corpore, peregrinamur a Domino : (per fidem enim ambulamus, et non per spe ciem) audemus autem, et bo nam voluntatem habemus ma gis peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus sive abs entes, sive præsentes placere illi. Omnes enim nos manife stari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

Lectio iij.

SCIENTES ergo timorem Do mini hominibus suademus Deo autem manifesti sumus' Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis : ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, et non in corde. Sive enim mente excedimus Deo : sive sobrii sumus, vobis! Caritas enim Christi urgetnos!

### FERIA SEXTA.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 7.

HAS ergo habentes promis siones carissimi, munde mus nos ab omni inquinamen to carnis, et spiritus, perficien tes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læ simus, neminem corrupimus,ne minem circumvenimus. Non ad condemnationem vestramdico: prædiximus enim quod in cor dibus nostris estis ad commo riendum, et ad convivendum.

Lectio ij.

MULTA mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum conso latione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed# om nem tribulationem passi su mus : foris pugnæ, intus timo res. Sed qui consolatur humi les, consolatus est nos Deus in adventu Titi.



Lectio iij.

NON solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis ve strum desiderium, vestrum fle tum, vestram æmulationem pro me, ita ut magis gaude rem. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœ nitet : et si pœniteret, videns quod epistola illa (etsi ad ho ram) vos contristavit, nunc gaudeo : non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

### SABBATO.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 8.

N'ºOTAM autem facimus vo . bis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in ecclesiis Ma cedoniæ : quod in multo expe rimento tribulationis abun dantia gaudii ipsorum fuit, et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplici tatis eorum : quia secundum virtutem testimonium illis red do, et supra virtutem volunta rii fuerunt, cum multa exhor tatione obsecrantes nos gra tiam, et communicationem mi nisterii, quod fit in sanctos.

Lectio ij.

ET non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt pri mum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita ut ro garemus Titum : ut quemad modum cœpit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abunda tis fide, et sermone, et scientia, et omni sollicitudine, insuper et caritate vestra in nos, ut et in hac gratia abundetis.

Lectio iij.

NON quasi imperans dico : sed per aliorum sollicitu dinem, etiam vestræ caritatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius ino pia vos divites essetis. Et con silium in hoc do : hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle cœpistis ab anno priore.

### AD VESPERAS.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed ante quam vulnera generent in me, sana me Domine medicamen to pœnitentiæ Deus. Oratio.

DEUS, qui nos in tantis peri culis constitutos pro hu mana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis et corporis; ut ea quæ pro peccatis nostris patimur te adjuvante vincamus. Per.

## DOMINICA TERTIA POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

### IN I. NOCTURNO.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio j. Cap. io.

IPSE autem ego Paulus obse cro vos per mansuetudinem, et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos ne præsens audeam per eam con fidentiam, qua existimor au dere in quosdam, qui arbitrae

tur nos tamquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

Lectio ij.

NAM arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundum faciem sunt, videte.

Lectio iij.

Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se : quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Nam, et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in destructionem vestram: non erubescam. Ut autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes : præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis : hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et præsentes in facto.

IN II. NOCTURNO.

De Epistola secunda ad Corinthios.

Lectio iv. Cap. io.

NON enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant : sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua men nobis « ' mensam "i?® « vo, N. ad vos%uperextendimuf nos, ad* *• H ~V lvcl » mus in Evangelio Christi.

Lectio v.

NON in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam, etiam in illa, quæ ultra vos sunt, evangelizare, non in aliena regula in his quæ præparata sunt gloriari. Qui autem glorij£tur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est : sed quem Deus commendat.

Lectio vj. Cap. II.

UTINAM sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed et supportate me: æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Hevam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quæ est in Christo. Nam si is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus, aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud Evangelium, quod non recepistis : recte pateremini.



IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo tempore : Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus : et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i. Comm. in e. 8. Matth.)

QUINTUM signum fecit, quando ascendens navim de Capharnaum, ventis imperavit, et mari. Sextum, quando in regione Gerasenorum dedit potestatem dæmonibus in porcos. Septimum, quando ingrediens civitatem suam, paralyticum secundum curavit in lectulo. Primus enim paralyticus, est puer centurionis.

Lectio viij.

IPSE vero dormiebat : et accesserunt ad eum, et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, salva nos. Hujus signi typum in Jona legimus, quando ceteris periclitantibus, ipse securus est, et dormit, et suscitatur, et imperio ac sacramento passionis suæ liberat suscitantes. Tunc surgens imperavit ventis, et mari. Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturæ sentiant Creatorem. Quas enim increpavit, et quibus imperavit, sentiunt imperantem : non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed majestate Conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

Lectio ix.

PORRO homines mirati sunt, dicentes : Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? Non discipuli, sed nautæ et ceteri, qui in navi erant, mirabantur. Sin autem quis contentiose voluerit eos, qui mirabantur, fuisse discipulos : respondebimus, recte homines appellatos, qui necdum noverant potentiam Salvatoris.

Ad Benedictus Ana. Ascendente Jesu in naviculam, ecce motus magnus factus est in mari: et suscitaverunt eum discipuli ejus, dicentes : Domine salva nos, perimus.

Oratio.

DEUS, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis et corporis; ut ea quæ pro peccatis nostris patimur te adjuvante vincamus. Per.

Ad Magnificat Ana. Domine salva nos, perimus : impera, et fac Deus tranquillitatem.

FERIA SECUNDA.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio j. Cap. i.

PAULUS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis : et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. Gratia vobis, et pax a Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei et Patris nostri, cui est gloria in sæcula sæculorum : Amen.

Lectio ij.

MIROR quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud Evangelium : quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Chri sti. Sed licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis præ terquam quod evangelizavi mus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus, et nunc iterum dico : Si quis vobis evangeli zaverit præter id, quod acce pistis, anathema sit.

Lectio iij.

MODO enim hominibus sua deo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Notum enim vobis facio, fratres, Evange lium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem : neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.

## FERIA TERTIA.

De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap-3#

INSENSATI Galatas, quis v^ vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est in vobis crucifixus? Hoc so lum a vobis volo discere • Ex operibus legis Spiritum acce pistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, ut cum spiritu cœ peritis, nunc carne consumme a " ta Passi estis sine causa.-' si tamen sine causa.

Lectio ij.

QUI ergo tribuit vobis Spi ritum, et operatur vir tes in vobis : ex operibus legi* an ex auditu fidei? Sicut scri ptum est : Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt fii» Abrahæ. Providens autem Scriptura quia ex fide justifi cat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ : quia benedicentur in te omnes gentes.

Lectio iij.

IGITUR qui ex fide sunt, be nedicentur cum fideli Abra ham. Quicumque enim ex ope ribus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim : Ma ledictus omnis, qui non per manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est : quia justus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed, Qui fecerit ea, vivet in illis.

## FERIA QUARTA.

De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap. 3.

ABRAHÆ dictæ sunt promis siones, et semini ejus. Non dicit : Et seminibus, quasi in multis : sed quasi in uno : Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo : quæ post quadringentos et triginta an nos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promis sionem. Nam si ex lege here ditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromis sionem donavit Deus.



Lectio ij.

QUID igitur lex? Propter transgressiones posita est donec veniret semen, cui pro miserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est : Deus autem unus est. Lex ergo ad versus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, vere ex lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Chri sti daretur credentibus.

Lectio iij.

PRIUS autem quam veniret fides, sub lege custodieba mur conclusi in eam fidem, quæ revelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justifice mur. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. Qui cumque enim in Christo bapti zati estis, Christum induistis.

## FERIA QUINTA.

De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap. 4.

Dico autem : Quanto tem pore heres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit dominus omnium : sed sub tutoribus, et actoribus est us que ad præfinitum tempus a patre : ita et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi ve nit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redi meret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

Lectio ij.

QUONIAM autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra claman tem : Abba, Pater. Itaque jam non est servus, sed filius : quod si filius : et heres per Deum. Sed tunc quidem igno rantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogniti sitis a Deo : quomodo convertimini iterum ad infirma, et egena elementa, quibus denuo servire vultis?

Lectio iij.

DIES observatis, et menses, et tempora, et annos. Ti meo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos: fratres obsecro vos : Nihil me læsistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangeli zavi vobis jam pridem :et ten tationem vestram in carne mea non sprevistis, neque re spuistis : sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Chri stum Jesum.

## FERIA SEXTA.

De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap. 5.

Dico autem : Spiritu ambu late, et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum : spiritus autem adversus car nem : hæc enim sibi invicem adversantur : ut non quæcum que vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Lectio ij.

MANIFESTA sunt autem opera carnis : quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ,homicidia,ebrietates, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi : quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Lectio iij.

FRUCTUS autem Spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam cruci fixerunt cum vitiis, et concupiscentiis. Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

SABBATO.

De Epistola ad Galatas.

Lectio j. Cap. 6.

FRATRES, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimpleatis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit.' Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.

Lectio ij.

COMUNICET autem is, qui catechizatur verbo, ei in, qui se catechizat, in omnibus bo! nis Nolite errare : Deus non irridetur. Quæ enim semovent homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne sua de carne et metet corruptionem : qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus : tempore enim suo metemus non deficientes.

Lectio iij.

ERGO dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt : sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.

AD VESPERAS.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed ante quam vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœnitentiæ Deus.

Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsimus Domine, continua pietate custodi : ut quæ in sola spe gratiæ cælestis innititur, tua semper protectione muniatur. Per.



## DOMINICA QUARTA POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio j. Cap. i.

PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in caritate.

Lectio ij.

Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum : secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis in omni sapientia, et prudentia : ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt, in ipso.

Lectio iij.

IN quo etiam et nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ : ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo : in quo et vos, cum audissetis verbum veritatis, (Evangelium salutis vestræ) in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

IN II. NOCTURNO.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio iv. Cap. 2.

ET vos, cum essetis mortui delictis, et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, et cogitationum, et eramus natura filii iræ, sicut et ceteri.

Lectio v.

DEUS autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, (cujus gratia estis salvati) et conresuscitavit, et consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu : ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

Lectio vj.

GRATIA enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis : Dei enim donum est,

non ex operibus, ut ne quis
glorietur. Ipsius enim sumus
factura, creati in Christo Jesu
in operibus bonis, quæ præpa
ravit Deus ut in illis ambule
mus. Propter quod memores
estote, quod aliquando vos
gentes in carne, qui dicimini
præputium ab ea, quæ dicitur
circumcisio in carne, manu fa
cta : quia eratis illo in tempore
sine Christo, alienati a con
versatione Israel, et hospites
testamentorum, promissionis I
spem non habentes, et sine
Deo in hoc mundo. Nunc au
tem in Christo Jesu vos, qui
aliquando eratis longe, facti
estis prope in sanguine Christi.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus
turbis parabolam hanc : Si-
mile factum est regnum cælo
rum homini, qui seminavit bo
num semen in agro suo. Et reli
qua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi.
(Lib. Quæst. 17. in Evang.
secundum Matth. cap. II.)

CUM negligentius agerent
præpositi Ecclesiæ, aut
cum dormitionem mortis acci
perent Apostoli, venit diabolus,
et superseminavit eos, quos
malos filios Dominus interpre
tatur. Sed quæritur, utrum
hæretici sint, an male viventes
Catholici. Possunt enim dici
filii mali etiam hæretici : quia
c ?^ d em Evangelii semine,
et Christi nomine procreati
pravis opinionibus ad falsa
dogmata convertuntur.

Lectio viij

CED quod dicit eos in
O dio tritici seminatos ouaJ
videntur illi significari,^
unius communionis sunt Ve
rumtamen. quoniam Dominus
agrum ipsum, non Ecclesiam
sed hunc mundum interere'
fatus est : bene intelligantur
hæretici, quia non societate
unius Ecclesiæ, vel unius fidei
sed societate solius nominis
Christiani in hoc mundo per
miscentur bonis. At illi, qui in
eadem fide mali sunt, palea po
tius quam zizania reputantur:
quia palea etiam fundamentum
ipsum habet cum frumento,
radicemque communem.

Lectio ix.

IN illa plane sagena, qua con
cluduntur et mali et boni
pisces, non absurde mali Ca
tholici intelliguntur. Aliud est
enim mare, quod magis mun
dum istum significat : aliud
sagena, quæ unius fidei, vel
unius Ecclesiæ communionem
videtur ostendere. Inter hære
ticos et malos Catholicos hoc
interest, quod hæretici falsa
credunt: illi autem vera creden
tes, non vivunt ita ut credunt.

Ad Benedictus Ana. Domine,
nonne bonum semen seminasti
in agro tuo? Unde ergo habet
zizania? Et ait illis : Hoc fecit
inimicus homo.

Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsumus
Domine, continua pietate
custodi : ut quæ in sola spe
gratiæ cælestis innititur, tua
semper protectione muniatur.
Per.

Ad Magnificat Ana. Colligite
primum zizania, et alligate ea
in fasciculos ad comburen
dum : triticum autem congre



^ate in horreum meum, dicit
Dominus.

FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. Cap. 4.

OBSECRO itaque vos, ego
vinctus in Domino, ut di
gne ambuletis vocatione, qua
vocati estis, cum omni humili
tate, et mansuetudine, cum pa
tientia, supportantes invicem
in caritate, solliciti servare uni
tatem Spiritus in vinculo pacis.
Unum corpus, et unus Spiritus
sicut vocati estis in una spe
vocationis vestræ. Unus Do
minus, una fides, unum ba
ptisma. Unus Deus et Pater
omnium, qui est super omnes, et
per omnia, et in omnibus nobis.

Lectio ij.

UNICUIQUE autem nostrum
data est gratia secundum
mensuram donationis Christi.
Propter quod dicit: Ascendens
in altum captivam duxit ca
ptivitatem : dedit dona homi
nibus. Quod autem ascendit,
quid est, nisi quia et descendit
primum in inferiores partes
terræ? Qui descendit, ipse est
et qui ascendit super omnes
cælos, ut impleret omnia.

Lectio iij.

ET ipse dedit quosdam qui
dem Apostolos, quosdam
autem Prophetas, alios vero
Evangelistas, alios autem pa
stores, et doctores ad consum
mationem sanctorum in opus
ministerii, in ædificationem
corporis Christi : donec occur
ramus omnes in unitatem fidei,
et agnitionis Filii Dei, in vi
rum perfectum, in mensuram
ætatis plenitudinis Christi.

FERIA TERTIA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. Cap. 4.

Hoc igitur dico, et testificor
in Domino, ut jam non
ambuletis, sicut et gentes am
bulant in vanitate sensus sui,
tenebris obscuratum habentes
intellectum, alienati a vita Dei
per ignorantiam, quæ est in
illis, propter cæcitatem cordis
ipsorum, qui desperantes, se
metipsos tradiderunt impudi
citiæ, in operationem immun
ditiæ omnis, in avaritiam.

Lectio ij.

RENOVAMINI autem spiritu
mentis vestræ, et induite
novum hominem, qui secun
dum Deum creatus est in ju
stitia, et sanctitate veritatis.
Propter quod deponentes men
dacium, loquimini veritatem
unusquisque cum proximo suo:
quoniam sumus invicem mem
bra. Irascimini, et nolite pec
care : sol non occidat super
iracundiam vestram. Nolite
locum dare diabolo.

Lectio iij.

QUI furabatur, jam non fu
retur: magis autem labo
ret, operando manibus suis,
quod bonum est, ut habeat
unde tribuat necessitatem pa
tienti. Omnis sermo malus ex
ore vestro non procedat : sed
si quis bonus ad ædificationem
fidei, ut det gratiam audien
tibus. Et nolite contristare Spi
ritum sanctum Dei : in quo
signati estis in diem redem
ptionis.

## FERIA QUARTA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. CaP- 5

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi : et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos : aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet : sed magis gratiarum actio.

Lectio ij.

Hoc enim scitote intelligentes : quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi, et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis : propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ : nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate.

Lectio iij.

FRUCTUS enim lucis est in omni bonitate, et justitia, et veritate : probantes quid sit beneplacitum Deo : et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem, quæ arguuntur, a lumine manifestantur : omne enim, quod manifestatur, lumen est

## FERIA QUINTA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. Cap. 5.

VIDETE itaque fratres, quomodo caute ambuletis ; non quasi insipientes, sed ut sapientes : redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes : sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes, et psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri.

Lectio ij.

SUBJECTI invicem in timore Christi. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino; quoniam vir caput est mulieris : sicut Christus caput est Ecclesiæ : Ipse, salvator corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea.

Lectio iij.

Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit : sed nutrit, et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam : quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem, et matrem suam, et adhærebit uxori



suæ : et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia.

## FERIA SEXTA.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. Cap. 6.

FILII, obedite parentibus vestris in Domino : hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione : ut bene sit tibi, et sis longævus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros : sed educate illos in disciplina, et correptione Domini.

Lectio ij.

SERVI obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo : non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus : scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber.

Lectio iij.

ET VOS domini eadem facite illis, remittentes minas : scientes quia et illorum, et vester Dominus est in cælis : et personarum acceptio non est apud eum. De cetero fratres confortamini in Domino, et in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.

## SABBATO.

De Epistola ad Ephesios.

Lectio j. Cap. 6.

NON est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem : sed adversus principes, et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.

Lectio ij.

IN omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere : et galeam salutis assumite : et gladium spiritus (quod est verbum Dei) per omnem orationem, et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu : et in ipso vigilantes in omni instantia, et obsecratione pro omnibus sanctis : et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii : pro quo legatione fungor in catena, ita ut in ipso audeam, prout oportet me, loqui.

Lectio iij.

UT autem et vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam : omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater, et fidelis minister in Domino : quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt et consoletur corda vestra. Pax fratribus, et caritas cum fide a Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

AD VESPERAS.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed ante quam vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœnitentiæ Deus. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita et dictis exsequamur et factis. Per.

## DOMINICA QUINTA POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.

### IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Lectio j. Cap. i.

PAULUS et Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, et Diaconibus. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens, super communicatione vestra in Evangelio Christi a prima die usque nunc. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.

Lectio ij.

SICUT est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis : eo quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione, et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro ut caritas vestra magis ac magis abundet in scientia, et in omni sensu : ut probetis potiora ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi, repleti fructu justitiæ per Jesum Christum, in gloriam et laudem Dei.

Lectio iij.

SCIRE autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii : ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, et in ceteris omnibus, et plures e fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem et propter invidiam, et contentionem : quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant : quidam ex caritate : scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum.

### IN II. NOCTURNO.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio iv. Cap. i.

QUIDAM autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur : et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi, secundum exspectationem, et spem meam, quia in nullo confundar.



Lectio v.

SED in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus : desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multo magis melius : permanere autem in carne,necessarium propter vos.

Lectio vj.

ET hoc confidens scio quia manebo, et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, et gaudium fidei : ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos. Tantum digne Evangelio Christi conversamini : ut sive cum venero, et videro vos, sive absens audiam de vobis quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii ret in nullo terreamini ab adversariis.

### IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i. Comm. in e. 13. Matth.)

REGNUM cælorum prædicatio Evangelii est, et notitia Scripturarum, quæ ducit ad vitam, et de qua dicitur ad Judæos : Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. Simile est ergo hujusmodi regnum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Homo, qui seminat in agro suo, a plerisque Salvator intelligitur, quod in animis credentium seminet : ab aliis, ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso, et in corde suo.

Lectio viij.

Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster, et animus; qui suscipiens granum prædicationis, et fovens sementem, humore fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Prædicatio Evangelii minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum, Christum mortuum, et scandalum crucis prædicans. Confer huiuscemodi doctrinam dogmatibus philosophorum, et libris eorum, et splendori eloquentiæ, et compositioni sermonum : et videbis quanto minor sit ceteris seminibus sementis Evangelii.

Lectio ix.

SED illa, cum creverint, nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrant : sed totum flaccidum, marcidumque, et mollitum, ebullit in olera et in herbas, quæ cito arescunt et corruunt. Hæc autem prædicatio, quæ parva videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit, non exsurgit in olera, sed crescit in arborem : ita ut volucres cæli (quas vel animas credentium, vel forti

tudines Dei servitio mancipa tas, sentire debemus) veniant, et habitent in ramis ejus.

Ad Benedictus Ana. Simile est regnum cælorum grano si napis : quod minimum est om nibus seminibus : cum autem creverit, majus est omnibus oleribus.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omni potens Deus : ut semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita et dictis exse quamur et factis. Per.

Ad Magnificat Ana. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscon dit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.

FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 2.

Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiri tus, si qua viscera miseratio nis : implete gaudium meum ut idem sapiatis, eamdem ca ritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per ina nem gloriam : sed in humili tate superiores sibi invicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.

Lectio ij.

Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed se metipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudi nem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem au tem crucis.

Lectio iij.

PROPTER quod et Deus exal tavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur cæle stium, terrestrium, et inferno rum, et omnis lingua confi teatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Pa tris. Itaque carissimi mei (sicut semper obedistis :) non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore ve stram salutem operamini.

FERIA TERTIA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 2.

OMNIA autem facite sine murmurationibus, et hæ sitationibus : ut sitis sine que rela, et simplices filii Dei, sine reprehensione in medio natio nis pravæ, et perversæ : inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ conti nentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in va cuum cucurri, neque in va cuum laboravi.

Lectio ij.

SED et si immolor supra sa crificium, et obsequium fidei vestræ, gaudeo, et con gratulor omnibus vobis. Id ipsum autem et vos gaudete, et congratulamini mihi. Spero autem in Domino Jesu, Timo theum me cito mittere ad vosi: ut et ego bono animo sim, eo



gnitis quæ circa vos sunt. Ne minem enim habeo tam una nimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.

Lectio iij.

OMNES enim, quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servi vit in Evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino quoniam et ipse veniam ad vos cito.

FERIA QUARTA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 3.

DE cætero fratres mei gau dete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem ne cessarium. Videte canes, vi dete malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servi mus Deo, et gloriamur in Chri sto Jesu, et non in carne fidu ciam habentes, quamquam ego habeam confidentiam et in carne.

Lectio ij.

Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, cir cumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, He bræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens Ec clesiam Dei, secundum justi tiam, quæ in lege est, conver satus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbi tratus sum propter Christum detrimenta.

Lectio iij.

VERUMTAMEN existimo om nia detrimentum esse pro pter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei : propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Chri stum lucrifaciam, et inveniar in illo non habens meam justi tiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu : quæ ex Deo est justitia in fide.

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 3.

FRATRES, ego me non arbi tror comprehendisse. Unum autem : quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum perse quor, ad bravium supernæ vo cationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti su mus, hoc sentiamus : et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus ut idem sapiamus, et in eadem perma neamus regula.

Lectio ij.

IMITATORES mei estote fra tres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis for mam nostram. Multi enim am bulant, quos sæpe dicebam vo bis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi : quo rum finis interitus : quorum deus venter est : et gloria in confusione ipsorum, qui terre na sapiunt Nostra autem con versatio in cælis est.

Lectio iij. Cap. 3. et cap. 4.

T TNDE etiam Salvatorem ex U spectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia. Itaque fratres mei carissimi, et desideratissimi, gaudium meum, et corona mea : sic state in Domino, carissimi.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 4.

ETIAM rogo et te germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, et ceteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Domino semper : iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus : Dominus prope est. Nihil solliciti sitis : sed in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

Lectio ij.

ET pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu. De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

Lectio iij.

QUÆ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite : et Deus pacis erit vobiscum. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis : occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico : ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.

SABBATO.

De Epistola ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 4.

SCIO et humiliari, scio et abundare : (ubique et in omnibus institutus sum) et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo, qui me confortat. Verumtamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem et vos Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli : quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis.

Lectio ij.

NON quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, et abundo : repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu.

Lectio iij.

DEO autem et Patri ii gloria in sæcula sæculorum : Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

AD VESPERAS.

Capitulum Benedictus Deus., pag. 144.

Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum : complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat : * Et requievit Ab omni opere quod patrarat, y. Vidit Deus cuncta quæ fecerat : et erant valde bona. — Et requievit. Gloria. Ab omni.

Hymnus O lux., pag. 144.

f. Vespertina oratio ascendat ad te Domine. Rz. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat Ana. Peccata mea, Domine, sicut sagittæ infixa sunt in me : sed antequam vulnera generent in me, sana me Domine medicamento pœnitentiæ Deus. Oratio.

PRECES populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

Dominus vobiscum. I^Z. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, allecia, alleluja, p. Deo gratias, alleluja, alleluia.

T Nec deinceps dicatur Alleluia. usque ad Sabbatum sanctum : sed in principio Horarum, post y. Deus in adjutorium., Gloria Patri., Sicut erat., pro Alleluia, dicatur : Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.



DOM. IN SEPTUAGESIMA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Præoccupemus faciem Domini,* Et in psalmis jubilemus ei.

Psalmus 94.

VENITE exsultemus Domino : jubilemus Deo salutari nostro.

Dicto salutari nostro., resumitur Invitatorium : Præoccupemus faciem Domini, et in psalmis jubilemus ei.

Quo dicto sequitur,

y. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Et in psalmis jubilemus ei.

y. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : venite adoremus et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino, qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.

Præoccupemus faciem Domini, et in psalmis jubilemus ei.

y. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Et in psalmis jubilemus ei.

f. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Præoccupemus faciem Domi ni, et in psalmis jubilemus ei.

X'.Gloria Patri..., Sicut erat... Et in psalmis jubilemus ei.

Præoccupemus faciem Domi ni, et in psalmis jubilemus ei.

Hymnus Nocte surgentes., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 4-9.

Incipit liber Genesis.

Lectio j. Cap. i.

IN principio creavit Deus cælum, et terram. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi : et Spiritus Dei fere batur super aquas. Dixitque Deus : Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divisit lucem a tenebris. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem : factumque estvespere et mane, dies unus. Dixit quoque Deus : Fiat firmamentum in medio aquarum : et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamen tum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamen tum. Et factum est ita. Vo cavitque Deus firmamentum, Cælum : et factum est vespere et mane, dies secundus.

ty. j.In principio fecit Deus cælum, et terram : et creavit in ea hominem * Ad imagi nem, et similitudinem suam. X - Formavit igitur Deus homi nem de limo terræ, et inspira vit in faciem ejus spiraculum v. ^. A d imaginem et simi litudinem suam.

Lectio ij.

DIXIT vero Deus : Congre gentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum • et appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam Terram, congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum Et ait : Germinet terra her bam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semet ipso sit super terram. Et fa ctum est ita. Et protulit terra herbam virentem, et facien tem semen juxta genus suum, lignumque 'faciens fructum, et habens unumquodque semen tem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bo num. Et factum est vespere et mane, dies tertius.

1^7. ij. In principio Deus crea vit cælum, et terram : et Spi ritus Domini ferebatur super aquas : et vidit Deus cuncta quæ fecerat : * Et erant valde bona. X- Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum. — Et erant valde bona.

Lectio iij.

DIXIT autem Deus : Fiant luminaria in firmamento cæli, et dividant diem ac no ctem, et sint in signa et tem pora, et dies et annos : ut lu ceant in firmamento cæli, et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo lu minaria magna : luminare ma jus, ut præesset diei : et lumi nare minus, ut præesset no cti : et stellas. Et posuit eas in firmamento cæli, ut lucerent super terram, et præessent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere et mane, dies quartus.



iij. Igitur perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eo rum : complevitque Deus die septimo opus suum quod fece rat : * Et requievit Ab omni opere quod patrarat. J. Vidit Deus cuncta quæ fecerat : et erant valde bona. — Et re quievit. Gloria. Ab omni opere quod patrarat.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 10-13.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lectio iv. Cap. i.

PAULUS Apostolus Jesu Chri sti per voluntatem Dei, et Timotheus frater : eis, qui sunt Colossis, sanctis et fide libus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis, et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi semper pro vobis oran tes : audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectio nem, quam habetis in sanctos omnes propter spem, quæ re posita est vobis in cælis : quam audistis in verbo veritatis Evan gelii : quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit sicut in vobis, ex ea die, qua audi stis, et cognovistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra carissimo conser vo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestavit nobis dile ctionem vestram in spiritu.

1^7. i v. Formavit igitur Domi nus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spi raculum vitæ, et factus est homo * In animam viventem, y. In principio fecit Deus cæ lum, et terram, et creavit in ea hominem. — In animam viventem.

Lectio v.

IDEO et nos ex qua die audi vimus, non cessamus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione vo luntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali : ut am buletis digne Deo per omnia placentes : in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei : in omni virtute confortati secundum poten tiam claritatis ejus in omni pa tientia, et longanimitate cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

fy v. Tulit erg;o Dominus ho minem, et posuit eum in Para diso voluptatis, * Ut operare tur, et custodiret illum. ^.Plan taverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a princi pio : in quo posuit hominem quem formaverat. — Ut ope raretur et custodiret illum.

Lectio vj.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redem ptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum : qui est imago Dei invisibilis, pri mogenitus omnis creaturæ : quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, et in terra,

visibilia, et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates : omnia per ipsum, et in ipso creata sunt : et ipse est ante omnes, et omnia in ipso con stant. Et ipse est caput corpo ris Ecclesiæ, qui est princi pium, primogenitus ex mor tuis.

fy vj. Dixit Dominus Deus : Non est bonum hominem esse solum : * Faciamus ei adjuto rium simile sibi. y. Adæ vero non inveniebatur adjutor simi- i lis sibi : dixit quoque Deus. — Faciamus ei. Gloria. Facia mus ei.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et T. ut in Psalterio, pagg. 13-15.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cæ lorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane condu cere operarios in vineam suam. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ (Hom. io. in Evang. post init.)

REGNUM cælorum homini patrifamilias simile dici tur, qui ad excolendam vi neam suam operarios condu cit. Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet, quam Conditor noster, qui re git quos condidit, et electos suos sic in hoc mundo possidet quasi subjectos dominus in do mo? Qui habet vineam, uni- I versilem scilicet Ecclesiam quæ ab Abel justo usque ad ultimum electum, qui in fing mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot pal. mites misit.

I^z. vij. Immisit Dominus so porem in Adam, et tulit unam de costis ejus : et ædificavit costam.quam tulerat de Adam in mulierem, et adduxit eam' ad Adam, ut videret quid vo caret eam : * Et vocavit no men ejus Virago, quia de viro sumpta est. ^-Cumque obdor misset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. — Et vocavit nomen ejus Virago.

Lectio viij.

Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona, et undecima operarios condu cit : quia a mundi hujus initio usque in finem, ad erudien dam plebem fidelium, prædi catores congregare non desti tit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noe : hora vero tertia a Noe usque ad Abraham : sexta quoque ab I Abraham usque ad Moysen : nona autem a Moyse usque ad adventum Domini : undecima vero ab adventu Domini usque ad finem mundi. In qua præ dicatores sancti Apostoli missi sunt, qui mercedem plenam et tarde venientes acceperunt,

^z. viij. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bo num, et malum : * Videte ne forte sumat de ligno vitæ, et vivat in æternum, f. Cheru bim collocavit Dominus, et flammeum gladium, atque ver satilem, ad custodiendam viam ligni vitæ, et ait. — Videte ne forte.



Lectio ix.

AD erudiendam ergo plebem suam Dominus, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit opera rios mittere : quia et prius per Patres, et postmodum per legis Doctores et Prophetas, ad ex tremum vero per Apostolos, dum plebis suæ mores exco luit, quasi per operarios in vi neæ cultura laboravit : quam vis in quolibet modulo, vel mensura, quisquis cum fide recta bonæ prædicator actio nis exstitit, hujus vineæ ope rarius fuit.

ix. Ubi est Abel frater tuus? dixit Dominus ad Cain. Nescio Domine : numquid cu stos fratris mei sum ego? Et dixit ad eum : Quid fecisti? * Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. f. Maledictus eris super ter ram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. — Ecce vox. Glo ria. Ecce vox. R:. Ubi est Abel.

T Non dicatur Te Deum. us que ad Pascha, exceptis festis Duplicibus, et supra : sed ix. Responsorium repetatur usque ad y. exclusive.

Ante Laudes f. Excelsus su per omnes gentes Dominus. R. Et super cælos gloria ejus.

AD LAUDES

ANTIPHONÆ.

1. Miserere mei Deus, et a delicto meo munda me, quia tibi soli peccavi. Psalmus Mi serere. cum ceteris, pag. 24.

2. Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me.

3. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, quia factus es ad jutor meus.

4. Benedictus es in firmamen to cæli, et laudabilis in sæ cula, Deus noster.

5.LaudateDominum de cælis.

Capitulum Benedictio, et Hymnus Ecce jam noctis., pag. 21.

y. Domine refugium factus es nobis. A generatione et progenie.

Ad Benedictus Ana. Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, dicit Dominus.

Oratio.

PRECES populi tui, quæsu mus Domine, clementer exaudi : ut qui juste pro pec catis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericordi ter liberemur. Per.

Ad Memoriam de B. Maria V. Ana. Sub tuum., Post par tum., Oratio Protege.,pag. 23.

AD PRIMAM.

Pater noster, et Credo in Deum., Deus in adjutorium., Hymnus Jam lucis orto sidere.

Ana. Conventione autem fa cta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Psalmus Deus Deus meus respice., cum ceteris, pag. 33

AD TERTIAM.

Ana. Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit dabo vobis.

Capitulum. i. Joan. 4.

DEUS caritas est : et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.

Spes mea Domine * A juventute mea.

Non repetatur Rz. (et sic in aliis quæ ad Tertiam, Sextam et Nonam deinceps notabuntur in Dominicis usque ad Dominicam in Ramis palmarum inclusive), sed immediate sequitur

y. In te confirmatus sum ex utero : de ventre matris meæ tu es meus protector. A juventute mea. Gloria Patri. Spes mea Domine a juventute mea.

y. Adjutor meus esto Domine : ne derelinquas me. R:. Neque despicias me Deus salutaris meus.

AD SEXTAM.

Ana. Quid hic statis tota die otiosi? Responderunt et dixerunt : Quia nemo nos conduxit.

Capitulum. 2. Cor. 13.

GRATIA Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis. Amen.

R?. Esto nobis Domine* Turris fortitudinis, f. A facie inimici. Turris. Gloria. Esto.

f. Dominus regit me, et nihil mihi deerit. Rz. In loco pascuæ ibi me collocavit.

AD NONAM.

Ana. Voca operarios, et redde illis mercedem suam, dicit Dominus.

Capitulum. i. Joan. 5.

TRES sunt qui testimonium dant in cælo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus : et hi tres unum sunt.

1$. Educ de carcere animam meam, * Ut confiteatur nomini tuo Domine, f. Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam. Ut confiteatur Gloria. Educ.

f. Ab occultis meis munda me Domine. p>z. Et ab alienis parce servo tuo.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Dominus dirigat, et Hymnus Lucis Creator opti*, me., pag. 127.

J. Dirigatur Domine oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Ana. Dixit paterfamilias operariis suis : Quid hic statis tota die otiosi? At illi respondentes, dixerunt: Quia nemo nos conduxit. Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit dabo vobis.

Ad Memoriam de B. Maria V. Ana Regali.Ora pro nobis., Oratio Protege., pag. 130.

PER HEBDOMADAM,

QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Aha. Hi novissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et æstus.

Ad Magnificat Aha. Erunt primi novissimi, et novissimi primi : multi enim sunt vocati, pauci vero electi, dicit Dominus.

FERIA SECUNDA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 2.

IGITUR perfecti sunt cæli et terra, et omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat : et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo; et sanctificavit illum : quia in ipso cessaverat ab omni opere



suo quod creavit Deus ut faceret. Istæ sunt generationes cæli et terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum et terram : et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret.

fl^z. matutinae præcedentis Dominicæ et aliarum subsequentium usque ad Pascha, dicantur etiam per Hebdomadam in profestis diebus secundum ordinem Nocturnorum et Feriarum qui præscribitur in Rubricis generalibus §. vij. num. i.

Lectio ij.

NON enim pluerat Dominus Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram : sed fons ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terræ. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem. Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio : in quo posuit hominem quem formaverat.

Lectio iij.

PRODUXITQUE Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave : lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni et mali. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita. Nomen uni Phison: ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum : et aurum terræ illius optimum est : ibi invenitur bdellium, et lapis onychinus.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 2.

TULIT ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum : præcepitque ei dicens : Ex omni ligno Paradisi comede : de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque Dominus Deus : Non est bonum esse hominem solum : faciamus ei adjutorium simile sibi.

Lectio ij.

FORMATIS igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cæli, et omnes bestias terræ. Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus.

Lectio iij.

-T MM ISIT ergo Dominus Deus I soporem in Adam : cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem : et adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam : Hoc nunc, os ex ossibus meis, et caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.

## FERIA QUARTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 3.

SED et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem : Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Cui respondit mulier : De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso, vescimur:de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus : et ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

Lectio ij.

DIXIT autem serpens ad mulierem : Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri : et eritis sicut Dii, scientes bonum et malum. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile : et tulit de fructu illius, et comedit :deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum.

Lectio iij.

CUMQUE cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam et uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni Paradisi. Vocavitque Dominus Deus Adam et dixit ei :Ubi es?Qui ait : Vocem tuam audivi in Paradiso; et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me.

## FERIA QUINTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 3.

ET ait Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia, et bestias terræ : super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus. Mulieri quoque dixit : Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos : in dolore paries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.

Lectio ij.

ADÆ vero dixit : Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es : quia pulvis es, et in pulverem reverteris.

Lectio iij. Cap. 3. et cap. 4.

ET vocavit Adam nomen uxoris suæ, Heva : eo quod mater esset cunctorum viventium. Adam vero cognovit uxorem suam Hevam : quæ concepit et peperit Cain, dicens : Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem ejus Abel. Euit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.



## FERIA SEXTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 4.

TRACTUM est autem post mul r tos dies ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum : et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus. Ad Cain vero, et ad munera illius non respexit : iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus ejus.

Lectio ij.

DIXITQUE Dominus ad eum : Quare iratus es? et cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum : Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, et interfecit eum.

Lectio iij.

ET ait Dominus ad Cain : Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit : Nescio. Num custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum : Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos : vagus et profugus eris super terram.

## SABBATO.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 4.

DIXITQUE Cain ad Dominum : Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra : omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus : Nequaquam ita fiet : sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum.

Lectio ij.

EGRESSUSQUE Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Henoch, et ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui, Henoch. Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviael, et Maviael genuit Mathusael, et Mathusael genuit Lamech, qui accepit duas uxores.

Lectio iij. Cap. 5.

HIC est liber generationis Adam. In die, qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum et feminam creavit eos, et benedixit illis : et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis : et genuit filium ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.

AD VESPERAS.

Benedicens ergo Deus Noe ait : Nequaquam ultra maledicam terræ propter hominem : * Ad imaginem quippe Dei factus est homo. y. Hoc erit signum fœderis inter me et terram : arcum meum ponam in nubibus cæli. — Ad imaginem. Gloria. Ad imaginem.

Ad Magnificat Ana. Erunt primi novissimi, et novissimi primi : multi enim sunt vocati, pauci vero electi, dicit Dominus.

Oratio.

DEUS, qui conspicis quia ex nulla nostra actione confidimus; concede propitius ut contra adversa omnia, Doctoris Gentium protectione muniamur. Per.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Præoccupemus faciem Domini, et Psalmus Venite exsultemus Domino, ut in Septuagesima, pag. 331.

Hymnus Nocte surgentes., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f; ut in Psalterio, pag. 4-9.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 6.

CUMQUE cœpissent homines multiplicari super terram et filias procreassent, videntes "lu Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus • Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est : eruntque dies illius centum viginti annorum Gigantes autem erant super terrani in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque o-enu£ runt, isti sunt potentes a^sæculo viri famosi.

^ j. Noe vir justus atque perfectus, cum Deo ambulavit : * Et fecit omnia, quæcumque præcepit ei Deus y. Noe autem invenit gratiam ante Dominum Deum. - Et fecit omnia.

Lectio ij.

VIDENS autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset adtalum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terræ, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cæli : pœnitet enim me fecisse eos. Noe vero invenit gratiam coram Domino.

ij. Quadraginta dies et noctes aperti sunt cæli, et ex omni carne habente spiritum vitæ, * Ingressi sunt in arcam: et clausit a foris ostium Dominus. f - Noe vero et filii ejus, uxor ejus et uxores filiorum ejus'. — Ingressi sunt in arcam.

Lectio iij.

HÆ sunt generationes Noe : Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, et Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam,



(omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe : Finis universæ carnis venit coram me : repleta est terrainiquitate a facie eorum,et ego disperdam eos cum terra,

fy iij. Requievit arca mense septimo super montes Armeniæ:*Etaquæibant et decrescebant usque ad decimum mensem. T- Decimo enim mense, primo die mensis, cacumina montium apparuerunt. — Et aquæ ibant. Gloria. Et aquæ ibant.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 10-13.

De Epistola ad Colossenses.

Lectio i v. Cap. 2.

VOLO enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et pro iis, qui sunt Laodiciæ, et quicumque non viderunt faciem meam in carne ; ut consolentur corda ipsorum, instructi in caritate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu : in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, et scientiæ absconditi. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ.

fy iv. Volens Noe scire si jam cessassent aquæ, emisit columbam : quæ ramum virentis olivæ in ore suo deferens, * Ad arcam reversa est. J. Deferens autem signum clementiæ Dei columba in ore suo. — Ad arcam reversa est.

Lectio v.

T TIDETE ne quis vos decipiat V per philosophiam, et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum : quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter : et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, et potestatis : in quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi : consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.

v. Ædificavit Noe altare Domino, offerens super illud holocaustum : odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et benedixit eis dicens : * Crescite, et multiplicamini, et replete terram. J. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos. — Crescite, et multiplicamini.

Lectio vj.

ET VOS cum mortui essetis in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta : delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci : et exspolians principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

1$. vj. Ponam arcum meum in nubibus cæli, dixit Dominus ad Noe : * Et recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum.

℣. Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus. — Et recordabor fœderis mei, quod pepigi te cum. Gloria. Et recordabor.

### IN III. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et ℣. ut in Psalterio, pagg. 13-15.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo tempore : Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus properarent ad Je sum, dixit per similitudinem : Exiit qui seminat, seminare semen suum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 15. in Evang.) "

LECTIO sancti Evangelii, quam modo, fratres caris simi, audistis, expositione non indiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam Veritas exposuit, hanc discu tere humana fragilitas non præsumat. Sed est quod solli cite in hac ipsa expositione Dominica pensare debeamus : quia, si nos vobis semen ver bum, agrum mundum, volu cres dæmonia, spinas divitias significare diceremus : ad cre dendum nobis mens forsitan vestra dubitaret.

vij. Per memetipsum jura vi, dicit Dominus, non adjiciam ultra aquas diluvii super ter ram : pacti mei recordabor, *Ut non perdam aquis diluvii omnem carnem, ℣. Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me, et inter terram. — Ut non per dam.

Lectio viij.

UNDE et idem Dominus ne semetipsum dignatus es exponere quod dicebat- u sciatis rerum significatione quærere in iis etiam, quæ per semetipsum noluit explanare Exponendo ergo quod dixit figurate se loqui innotuit: qua' tenus certos nos redderet, cum vobis nostra fragilitas verbo rum illius figuras aperiret Quis enim mihi unquam cre deret, si spinas divitias inter pretari voluissem, maxime cum illæ pungant, istæ delectent?

viij. Ecce ego statuam pa ctum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos : * Ne que erit deinceps diluvium dis sipans terram, ℣. Erit arcus meus in nubibus, et videbo il lum, et recordabor fœderis mei sempiterni. — Neque erit dein ceps.

Lectio ix.

ET tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum pun ctionibus mentem lacerant: et cum usque ad peccatum per trahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Evangelistatestante, nequaquam Dominus divitias, sed fallaces divitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ no biscum diu permanere non pos sunt : fallaces sunt, quæ men tis nostræ inopiam non expel lunt. Solæ autem divitiæ veræ sunt, quæ nos divites virtuti bus faciunt.

℟. ix. Benedicens ergo Deus Noe ait : Nequaquam ultra maledicam terræ propter ho minem : * Ad imaginem quip pe Dei factus est homo. ℣. Hoc



erit signum fœderis inter me et terra^ : arcum meum ponam in nubibus cæli. — Ad imagi nem. Gloria. Ad imaginem. R. Benedicens ergo.

Ante Laudes ℣. Excelsus su per omnes gentes Dominus. ℟. Et super cælos gloria ejus.

### AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

1. Secundum multitudinem miserationum tuarum Domine, dele iniquitatem meam. Psal mus Miserere, cum ceteris, Pag. 24

2. Deus meus es tu, et confi tebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te.

3. Ad te de luce vigilo Deus, ut videam virtutem tuam.

4. Hymnum dicite, et super exaltate eum in sæcula.

5. Omnes Angeli ejus laudate Dominum de cælis.

Capitulum Benedictio, et Hymnus Ecce jam noctis., pag. 21.

℣. Domine refugium factus es nobis. A generatione et progenie.

Ad Benedictus Ana. Cum tur ba plurima convenirent ad Je sum, et de civitatibus propera rent ad eum, dixit per simili tudinem : Exiit qui seminat seminare semen suum.

Oratio.

DEUS, qui conspicis quia ex nulla nostra actione con fidimus, concede propitius ut contra adversa omnia Docto ris Gentium protectione mu niamur. Per.

### AD PRIMAM.

Ana. Semen cecidit in terram bonam : et attulit • fructum, aliud centesimum, et aliud sexagesimum.

Psalmus Deus Deus meus respice in me. cum ceteris, pag. 33

### AD TERTIAM.

Ana. Semen cecidit in terram bonam, et attulit fructum in patientia.

Capitulum. i. Joan. 4.

DEUS caritas est: et qui ma net in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.

℟. Spes mea Domine * A ju ventute mea. ℣. In te confir matus sum ex utero : de ven tre matris meæ tu es meus protector. A juventute mea. Gloria. Spes mea Domine a juventute mea.

℣. Adjutor meus esto Domine: ne derelinquas me. ℟. Neque despicias me Deus salutans meus.

### AD SEXTAM.

Ana Jesus hæc dicens cla mabat : Qui habet aures au diendi audiat.

Capitulum. 2. Cor. 13.

GRATIA Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis. Amen.

℟. Esto nobis Domine * Tur ris fortitudinis. ℣. A facie ini mici. Turris. Gloria. Esto.

℣. Dominus regit me, et nihil mihi deerit. R. In loco pascuæ ibi me collocavit.

### AD NONAM.

Ana Qui verbum Dei reti nent corde perfecto et optimo, fructum afferunt in patien tia.

Capitulum. i. Joan. 5.

TRES sunt qui testimonium dant in cælo : Pater, Verbum, et Spiritus sanctus : et hi tres unum sunt.

Educ de carcere animam meam, * Ut confiteatur nomini tuo Domine, y. Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam. Ut confiteatur. Gloria. Educ.

y. Ab occultis meis munda me Domine. Et ab alienis parce servo tuo.

## AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Dominus dirigat, et Hymnus Lucis Creator optime., nag. 127.

f. Dirigatur Domine oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Aha. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, dixit Jesus discipulis suis.

Oratio. Deus, qui conspicis., pag. 343

## PER HEBDOMADAM, QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Aha. Semen est verbum Dei, sator autem Christus ; omnis qui audit eum manebit in æternum.

Ad Magnificat Aha. Quod autem cecidit in terram bonam : hi sunt, qui in corde bono et optimo verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

## FERIA SECUNDA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 7

FECIT ergo Noe omnia, quæ mandaverat ei Dominus. Eratque sexcentorum annorum quando diluvii aquæ inundaverunt super terram. Et ingressus est Noe et filii ejus uxor ejus et uxores filiorum ejus cum eo in arcam propter aquas diluvii. De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus, et ex omni,' quod movetur super terram', duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus et femina, sicut præceperat Dominus Noe.

Lectio ij.

CUMQUE transissent septem dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram. Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cæli apertæ sunt: et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

Lectio iij.

IN articulo diei illius ingressus est Noe, et Sem, et Cham, et Japheth filii ejus: uxor illius, et tres uxores filiorum ejus cum eis in arcani: ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque jumenta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universæ aves, omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam.



## FERIA TERTIA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 7.

FACTUMQUE est diluvium quadraginta diebus super terram : et multiplicatæ sunt aquæ, et elevaverunt arcam in sublime a terra. Vehementer enim inundaverunt : et omnia repleverunt in superficie terræ : porro arca ferebatur super aquas. Et aquæ prævaluerunt nimis super terram : opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cælo.

Lectio ij.

QUINDECIM cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat. Consumptaque est omnis caro quæ movebatur I super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram : universi homines, et cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

Lectio nj.

ET delevit omnem substantiam, quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres cæli : et deleta sunt de terra : remansit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Obtinueriintque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

## FERIA QUARTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 8.

CUMQUE transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit corvum : qui egrediebatur, et non revertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoque columbam post eum, ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ. Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam : aquæ enim erant super universam terram -.extenditque manum, et apprehensam intulit in arcam.

Lectio ij.

EXSPECTATIS autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aquæ super terram. Exspectavitque nihilominus septem alios dies : et emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum.

Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terram.

Lectio iij.

ET aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ. Mense secundo, septimo et vigesimo die mensis arefacta est terra. Locutus est autem Deus ad Noe, dicens : Egredere de arca, tu et uxor tua, filii tui et uxores filiorum tuorum tecum : cuncta animantia, quæ sunt apud te, ex omni carne.

## FERIA QUINTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 8.

EGRESSUS est ergo Noe, et filii ejus : uxor illius, et uxores filiorum ejus cum eo.

Sed et omnia animantia, jumenta, et reptilia quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Ædificavit autem Noe altare Domino : et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.

Lectio ij.

ODORATUSQUE est Dominus odorem suavitatis, et ait: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines : sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua : non igitur ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci. Cunctis diebus terræ, sementis et messis, frigus et æstus, æstas et hiems, nox et dies non requiescent.

Lectio iij. Cap. 9.

BENEDIXITQUE Deus Noe et filiis ejus. Et dixit ad eos : Crescite, et multiplicamini, et replete terram. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, et super omnes volucres cæli, cum universis quæ moventur super terram : omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et omne, quod movetur et vivit, erit vobis in cibum : quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis.

FERIA SEXTA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 9.

DIXITQUE Deus : Hoc signum fœderis quod do inter me et vos, et ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas: Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me, et inter terram. Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus in nubibus : et recordabor fœderis mei vobiscum, et cum omni anima vivente quæ carnem vegetat : et non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem.

Lectio ij.

ERITQUE arcus in nubibus, et videbo illum, et recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter Deum et omnem animam viventem universæ carnis quæ est super terram. Dixitque Deus ad Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me et omnem carnem super terram. Erant ergo filii Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, et Japheth.

Lectio iij.

CŒPITQUE Noe vir agricola exercere terram, et plantavit vineam. Bibensque vinum inebriatus est, et nudatus in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras. At vero Sem et Japheth pallium imposuerunt humeris suis, et incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui : faciesque eorum aversæ erant, et patris virilia non viderunt.

SABBATO.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. II.

ERAT autem terra labii unius, et sermonum eorumdem. Cumque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum : Venite, faciamus lateres, et coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, et bitumen pro cæmento : et dixerunt : Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cujus culmen pertingat ad cælum : et celebremus nomen nostrum antequam dividamur in universas terras.

Lectio ij.

DESCENDIT autem Dominus ut videret civitatem et turrim, quam ædificabant filii Adam, et dixit: Ecce, unus est populus, et unum labium omnibus : cœperuntque hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

Lectio iij.

ATQUE ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, et cessaverunt ædificare civitatem. Et idcirco vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ : et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum. Hæ sunt generationes Sem : Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium.

AD VESPERAS.

Dum staret Abraham ad ilicem Mambre, vidit tres viros ascendentes per viam : tres vidit, * Et unum adoravit. y. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes juxta eum. Et unum. Gloria. Et unum.

Ad Magnificat Ana. Quod autem cecidit in terram bonam : hi sunt, qui in corde bono et optimo verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi; atque a peccatorum vinculis absolutos ab omni nos adversitate custodi. Per.



DOM. IN QUINQUAGESIMA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Præoccupemus faciem Domini, et Psalmus Venite exsultemus, ut in Septuagesima, pag. 331.

Hymnus Nocte surgentes., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et ℣. ut in Psalterio, pagg. 4-9.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 12.

DIXIT autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstrabo tibi. Faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, et ivit cum eo Lot.

j. Locutus est Dominus ad Abram dicens : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram, quam mon stravero tibi: et faciam te cre scere * In gentem magnam. f. Benedicens benedicam tibi, et multiplicabo te. — In gen tem magnam.

Lectio ij.

SEPTUAGINTA quinque anno rum erat Abram cum egre deretur de Haran. Tulitque Sarai uxorem suam, et Lot fi lium fratris sui, universamque substantiam quam possede rant, et animas quas fecerant in Haran : et egressi sunt ut irent in terram Chanaan. Cum que venissent in eam, pertrans ivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad con vallem illustrem : Chananæus autem tunc erat in terra.

ij. Revertenti Abram a cæ de quatuor regum, occurrit rex Salem Melchisedech, offerens panem et vinum, erat enim Dei sacerdos : * Et benedixit illi. J. Benedictus Abram Deo altissimo, qui creavit cælum et terram. — Et benedixit illi.

Lectio iij.

APPARUIT autem Dominus Abram, et dixit ei : Se mini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Do mino, qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Be titi, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai. Ædi ficavitquoque ibi altare Domi no, et invocavit nomen ejus. Perrexitque Abram vadens, et ultra progrediens ad meri diem.

iij. Dixit autem Dominus ad Abram : Ego sum, et ra ctum meum tecum : sanctis cetur in vobis omne masculi num :* Et erit signum inter me, et semen tuum. J. £x te namque egredietur, in quo omnes gentes benedicentur. Et erit signum. Gloria. Et erit signum.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 10-13.

De Epistola ad Colossenses.
Lectio iv. Cap. 3.

IGITUR, si consurrexistis cum Christo : quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sur sum sunt sapite, non quæ su per terram. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita ve stra : tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortifica te ergo membra vestra, quæ sunt super terram : fornicatio nem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacro rum servitus : propter quæ venit ira Dei super filios incre dulitatis : in quibus et vos am bulastis aliquando, cum vive retis in illis.

iv. Dum staret Abraham ad ilicem Mambre, vidit tres viros ascendentes per viam : tres vidit, * Et unum adoravit. f. Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stan tes juxta eum. — Et unum adoravit.



Lectio v.

NUNC autem deponite et vos omnia : iram, indi gnationem, malitiam, blasphe miam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invi cem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum eum, qui re novatur in agnitionem secun dum imaginem ejus, qui crea vit illum. Ubi non est Gentilis, et Judæus, circumcisio,et præ putium, Barbarus, et Scytha, servus, et liber : sed omnia, et in omnibus Christus.

R. v. Clamor, inquit Domi nus, Sodomorum et Gomor rhæ venit ad me : * Descen dam, et videbo utrum clamo rem opere compleverint. f. Abraham stabat coram Deo, et ait: Absit a te, Domi ne, ut perdas justum cum im piis. — Descendam.

Lectio vj.

INDUITE vos ergo sicut electi Dei, sancti, et dilecti, visce ra misericordiæ,benignitatem, humilitatem, modestiam, pa tientiam : supportantes invi cem, et donantes vobismet ipsis si quis adversus aliquem habet querelam : sicut et Do minus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem hæc, caritatem habete, quod est vinculum perfectionis : et pax Christi exsultet in cordibus ve stris, in qua et vocati estis in uno corpore : et grati estote,

fy vj. Ascendens ergo Deus ab Abraham, pluit ignem et sulphur super Sodomam : * Abraham mane consurgens stetit, et eversas urbes a lon ge conspexit, f. Recordatus est Deus Abraham, et libera vit Lot de subversione Sodo mæ.— Abraham. Gloria.Abra- ! ham.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et y. ut in Psalterio, pagg. 13-15.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 18.

IN illo tempore : Assumpsit Jesus duodecim, et ait illis : Ecce ascendimus Jerosoly mam, et consummabuntur om nia, quæ scripta sunt per pro phetas de Filio hominis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Hom. 2. in Evang.)

REDEMPTOR noster, prævi dens ex Passione sua disci pulorum animos perturban dos, eis longe ante, et ejusdem Passionis pœnam, et Resurre ctionis suæ gloriam prædixit: ut cum eum morientem, sicut prædictum est, cernerent; etiam resurrecturum non du bitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo va lebant capere verba mysterii, venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cæcus lumen re cepit : ut qui cælestis mysterii verba non caperent, eos ad fidem cælestia facta solidarent.

vij. Tentavit Deus Abra ham, et dixit ad eum : * Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac : et offeres illum ibi in holocaustum super unum mon tium quem dixero tibi. f. Vo catus quoque a Domino re spondit : Adsum : et ait ei Do minus. — Tolle filium tuum.

Lectio viij.

ECCE enim, quis juxta histo riam cæcus iste fuerit, igno ramus : sed tamen quid per mysterium significet, novimus. Cæcum quippe est genus hu manum, quod in parente pri mo a Paradisi gaudiis expul sum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ te nebras patitur. Sed tamen per Redemptoris sui præsentiam illuminatur : ut internæ lucis gaudia jam per desiderium vi deat, atque in via vitæ boni operis gressus ponat.

viij. Angelus Domini vo cavit Abraham, dicens : * Ne extendas manum tuam super puerum, eo quod timeas Do minum. y. Cumque extendis set manum, ut immolaret fi lium, ecce Angelus Domini de cælo clamavit, dicens. — Ne extendas.

Lectio ix.

NOTANDUM vero est, quod cum Jesus Jericho appro pinquare dicitur, cæcus illumi natur. Jericho quippe luna interpretatur; luna autem in sacro eloquio pro defectu car nis ponitur : quia dum men struis momentis decrescit, de fectum nostræ mortalitatis de signat. Dum igitur Conditor noster appropinquat Jericho, cæcus ad lumen redit : quia dum Divinitas defectum no stræ carnis suscepit, humanum genus lumen, quod amiserat, recepit. Unde enim Deus hu mana patitur, inde homo ad divina sublevatur.

fy. ix. Deus domini mei Abraham, dirige viam meam : *.Ut cum salute revertar In domum domini mei. y.Obse ero Domine, fac misericordiam cum servo tuo. — Ut cum sa lute. Gloria. In domum. Deus domini mei.

Ante Laudes f. Excelsus su per omnes gentes Dominus ^Z. Et super cælos gloria ejus!

AD LAUDES ANTIPHONÆ.

1. Averte Domine faciem tuam a peccatis meis : et om nes iniquitates meas dele. Psal mus Miserere, cum ceteris, pag. 24.

2. Fortitudo mea et laus mea Dominus, factus est mihi in salutem.

3. In matutinis Domine me ditabor in te : quia factus es adjutor meus.

4. Benedicamus Patrem et Filium in sæcula cum sancto Spiritu.

5. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini.

Capitulum Benedictio, et Hymnus Ecce jam noctis., pag. 2T.

f. Domine refugium factus es nobis. A generatione et progenie.

Ad Benedictus Ana. Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia quæ scripta sunt de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur : et postquam fla gellaverint, occident eum et tertia die resurget. Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Domine, clementer exau di ; atque a peccatorum vincu lis absolutos ab omni nos ad versitate custodi. Per.



AD PRIMAM.

Ana. Iter faciente Jesu, dum appropinquaret Jericho,cæcus clamabat ad eum, ut lumen re cipere mereretur. Psalmus Deus Deus meus respice in me. cum ceteris, pag. 33.

AD TERTIAM.

Ana. Transeunte Domino, clamabat cæcus ad eum : Mi serere mei Fili David.

Capitulum. i. Joan. 4.

DEUS caritas est : et qui ma net in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.

Spes mea Domine* A ju ventute mea. J. In te confir matus sum ex utero : de ven tre matris meæ tu es meus protector. A juventute mea. Gloria. Spes mea Domine a juventute mea.

f. Adjutor meus esto Domi ne : ne derelinquas me. I^Z. Ne que despicias ine Deus salu taris meus.

AD SEXTAM.

Ana. Cæcus sedebat secus viam et clamabat : Miserere mei fili David.

Capitulum. 2. Cor. 13.

GRATIA Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis. Amen.

Esto nobis Domine * Tur ris fortitudinis, f. A facie ini mici. Turris. Gloria. Esto.

f. Dominus regit me, et nihil mihi deerit. In loco pascuæ ibi me collocavit.

AD NONAM.

Ana. Cæcus magis ac magis clamabat, ut eum Dominus illuminaret.

Capitulum. i. Joan. 5.

TRES sunt qui testimonium dant in cælo : Pater, Ver bum, et Spiritus sanctus : et hi tres unum sunt.

Educ de carcere animam meam, * Ut confiteatur nomi ni tuo Domine, f. Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam. Ut confitea tur. Gloria. Educ.

f. Ab occultis meis munda me Domine. I^z. Et ab alienis parce servo tuo.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per an num, pag. 124.

Capitulum Dominus dirigat, et Hymnus Lucis Creator opti me. pag. 127.

f. Dirigatur Domine oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Aha. Stans autem Jesus jussit cæcum ad duci ad se, et ait illi : Quid vis ut faciam tibi? Domine ut vi deam. Et Jesus ait illi : Re spice, fides tua te salvum fe cit. Et confestim vidit, et se quebatur illum magnificans Deum.

FERIA SECUNDA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 13.

ASCENDIT ergo Abram de Ægypto, ipse et uxor ejus, et omnia quæ habebat, et Lot cum eo ad australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri et argenti. Reversusque est per iter, quo venerat, a meridie in Bethel usque ad locum ubi

prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai : in loco altaris quod fecerat prius, et invocavit ibi nomen Domini.

Lectio ij.

SED et Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, et armenta, et tabernacula. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul : erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter. Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Eo autem tempore Chananæus et Pherezæus habitabant in terra illa.

Lectio iij.

DIXIT ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos, et pastores tuos : fratres enim sumus. Ecce universa terra coram te est : recede a me, obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Elegitque sibi Lot regionem circa Jordanem, et recessit ab oriente.

Ad Benedictus, quando de Tempore agitur, Ana. Tradetur enim Gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum.

Ad Magnificat, quando de Tempore agitur, Ana. Omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

## FERIA TERTIA.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 15.

FACTUS est sermo Domini ad Abram per visionem dicens : Noli timere Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. Dixitque Abram : Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis : et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. Addiditque Abram : Mihi autem non dedisti semen: et ecce vernaculus meus, heres meus erit.

Lectio ij.

STATIMQUE sermo Domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic heres tuus : sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis heredem. Eduxitque eum foras, et ait illi: Suspice cælum, et numera stellas, si potes. Et dixit ei: Sic erit semen tuum. Credidit Abram Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

Lectio iij.

DICTUMQUE est ad eum : Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subjicient eos servituti, et affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo : et post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertentur huc.

Ad Benedictus et ad Magnificat, quando de Tempore agitur, Antiphonæ ut in præcedenti Feria secunda.

## FERIA IV. CINERUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. In manu tua Domine * Omnes fines terræ.



Hymnus.

NOCTE surgentes vigilemus omnes,
Semper in psalmis meditemur, atque
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

UT pio Regi pariter canentes,
Cum suis sanctis mereamur aulam
Ingredi cæli, simul et beatam
Ducere vitam.

PRÆSTET hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

IN NOCTURNO.

Psalmus 52. Dixit insipiens, et ceteri cum suis Antiphonis de Feria quarta ut in Psalterio, pag. 73.

℣. Deus vitam meam annuntiavi tibi. ℟. Posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 6.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Et reliqua.

Homilia sancti Maximi Episcopi.

(Homilia in die Cinerum )

QUIA nobis consuetudo, carissimi, est advenientes Quadragesimæ dies devotiore jejunio prævenire, necessario præsens Evangelii decursa est lectio, in qua Dominus noster, virtutum spiritualium retributor, sanctam nobis perfectamque dedit regulam jejunandi, dicens : Cum jejunatis, non eritis sicut hypocritæ tristes : exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunare. Non enim Deo jejunat, sed hominibus, quicumque ostentatione jejunii sui gloriam requirit humanam.

℟. j. Tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum : * Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac : et offeres illum ibi in holocaustum super unum montium, quem dixero tibi. ℣. Vocatus quoque a Domino respondit : Adsum : et ait ei Dominus. — Tolle filium tuum.

Lectio ij.

EXTERMINANT autem facies suas qui, mærore simulato, religiosum vultum populorum oculis mentiuntur. Non vult enim disciplinæ cælestis Magister irreligiose agi quod fieri pro religione præcipitur : nec patitur invocantium se laborem, quibus æternam parat mercedem,infructuosæ jactantiæ vitio deperire. Non eritis, inquit, sicut hypocritæ tristes. Si enim vere mæstus et tristis es quia jejunas, nullam tibi ut ingratus apud Deum gratiam reservabis : quia, quamvis opus facias bonum, pravitate tamen degeneris animi, invitus operaris.

℟. ij. Angelus Domini vocavit Abraham dicens : * Ne extendas manum tuam super puerum, eo quod timeas Dominum. ℣. Cumque extendisset manum ut immolaret filium, ecce Angelus Domini de cælo clamavit dicens : — Ne extendas manum tuam super puerum,

Lectio iij.

Si autem pro quadam sancti tatis imagine tristitiam si mulas, omnem fructum pro missionis divinæ, obsequii tui ostentator, amittis. Quod si Deo jejunium tuum defers, cur illud hominibus pari tecum conditione viventibus, vanæ gloriæ sectator, ostentas? Hanc Apostolus secutus sen tentiam dicebat : Nolite fieri inanis gloriæ cupidi. Inane est enim et vanum, quidquid nul lius ponderis aut virtutis firmi tate consistit. Inane est, quod cum sæculo prætereunte defi ciens, ad vitam non transit æternam.

l^.iij. Deus domini mei Abra ham dirige viam meam : * Ut cum salute revertar In domum domini mei. ^ Obse cro Domine, fac misericordiam cum servo tuo. — Ut cum sa lute. Gloria. In domum domi ni mei.

Ante Laudes f. Fiat miseri cordia tua Domine super nos. R?. Quemadmodum speravi mus in te.

AD LAUDES.

Psalmi et Antiphonæ de Fe ria quarta ut in Psalterio, P ag. 81.

Capitulum. Joel. 2.

CONVERTIMINI ad me in toto corde vestro in jejunio, et fletu, et planctu : et scindite corda vestra, et non vestimen ta vestra, ait Dominus omni potens.

Hymnus.

ECCE jam noctis tenuatur umbra,
Lucis aurora rutilans coru scat :
Nisibus totis rogitemus omnes Cunctipotentem.

UT Deus noster miseratus omnem
Pellat languorem, tribuat sa lutem,
Donet et nobis pietate Patris Regna polorum.

PRÆSTET hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni Gloria mundo. Amen.

f. In matutinis Domine me ditabor in te. Quia fuisti adjutor meus.

Ad Benedictus Ana. Cum je junatis, nolite fieri sicut hypo critæ tristes.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

Et ne nos inducas in tenta tionem. 1$. Sed libera nos a malo.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

PRÆSTA Domine fidelibus tuis : ut jejuniorum vene randa solemnia et congrua pie tate suscipiant, et secura de votione percurrant Per.

T Ab hac die et deinceps usque ad Cenam Domini ex clusive, Orationes in singulis Feriis ad Laudes positæ dican tur ad Tertiam, Sextam et No nam, cum de Tempore agitur; ad Vesperas autem dicantur propriæ per singulas Ferias notatæ.

Dicta in Laudibus Oratione de Feria Præsta Domine fide libus tuis., ut supra, fiat Me moria de Officio votivo in fe riis quartis celebrari solito.



AD PRETIOSA.

Evangelium Cum jejunatis., ut in Nocturno, pag.353.

AD PRIMAM.

Ana. Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba oris mei.

Psalmi consueti Deus in no mine tuo., Beati immaculati., Retribue.

Capitulum Pacem., Preces et Oratio Domine Deus omnipo tens.

AD TERTIAM.

Ana. Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum.

Capitulum Convertimini., ut in Laudibus.

Sana animam meam, * Quia peccavi tibi. Sana. f. Ego dixi : Domine miserere mei. Quia. Gloria. Sana.

f. Adjutor meus esto Domi ne : ne derelinquas me. Rz. Ne que despicias me Deus saluta ris meus.

Kyrie eleison, et reliqua ut in Laudibus.

AD SEXTAM.

Ana. Adjuva me, et salvus ero Domine.

Capitulum. Isa. 55.

DERELINQUAT impius viam suam, et vir iniquus cogi tationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur ejus: et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

Benedicam Dominum * In omni tempore. Benedicam. T- Semper laus ejus in ore meo. In omni. Gloria. Benedi cam.

f. Dominus regit me, et nihil mihi deerit. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Kyrie eleison., et reliqua ut in Laudibus.

AD NONAM.

Ana.Aspice in me Domine, et miserare mei.

Capitulum. Isa. 58.

FRANGE esurienti panem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam : cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris, ait Dominus omnipotens.

Redime me Domine, * Et miserere mei. Redime me. jF. Pes enim meus stetit in via recta : in ecclesiis benedicam te Domine. Et miserere mei. Gloria. Redime me.

y Ab occultis meis munda me Domine. Et ab alienis parce servo tuo.

Kyrie eleison., et reliqua ut in Laudibus.

T Ab hac die usque ad Fe riam iv. ante Cenam Domini inclusive, quando fit Officium de Feria, non omittantur Pre ces (se. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.) ad Nonam, etiam in Sabbato et in Vigilia festi no vem Lectionum.

Hodie, finita Nona, Fratres in choro prostrati dicant septem Psalmos Pœnitentiales, termi nando quemlibet per Gloria Patri., et in fine Anam Ne re miniscaris., uti pag. 193*. ha betur. Exsistentes vero extra chorum ad eos recitandos non teneantur. Deinde dicatur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ouo finito dicat Prior. Et ne nos inducas, cum ff.9 Oratio ne et Absolutione, utpag.198*. notatum est.

"^^^^Tdeinceps usque ad Sabbatum sanctum inclu sive dicantur Vesperæ ante prandium, exceptis Dominicis diebus.

AD VESPERAS.

Psalmi Feriales cum suis Anti phonis ut in Psalterio, pag.134.; Capitulum Convertimini., ut supra; Hymnus Lucis Creator.,

y. Dirigatur Domine oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat Ana. Thesau rizate vobis thesauros in cælo : ubi nec ærugo, nec tinea de molitur.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

INCLINANTES se Domine ma jestati tuæ propitiatus in tende : ut qui divino munere sunt refecti cælestibus semper nutriantur auxiliis. Per.

T Si Vesperæ de Feria non fuerint, fiet de ea Memoria per Anam Thesaurizate. ,y.Di rigatur.et Orationem Inclinan tes se., ut supra.

T Ordo hujus Feriæ servetur usque ad Vesperas proximi Sabbati exclusive, præter In vitatorium, Psalmos, Antipho nas super Psalmos et No cturni, Psalmos et Antiphonas super Psalmos Laudum, Psal mos et Antiphonas super Psal mos Vesperarum, quæ acci piantur ex Psalterio pro Feria occurrente, et præter ea quæ propriis locis notantur. Ad Pre tiosa, vero legatur de Constitu tionibus, et post Nonam omit tantur Psalmi pœnitentiales.

T Prædicta vero tria Capitu la dicantur quotidie ad Horas diebus Profestis usque ad Do minicam in Passione.

FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 8.

IN illo tempore : Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum centurio, ro gans eum, et dicens : Domine, puer meus jacet in domo pa ralyticus, et male torquetur. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Lib. 2. de Consensu Evangelistarum, cap, 20.)

VIDEAMUS, utrum sibi de hoc servo centurionis Mat thæus Lucasque consentiant. Matthæus enim dicit : Acces sit ad eum centurio, rogans eum, et dicens : Puer meus ja cet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare, quod ait Lucas : Et cum audisset de Je su, misit ad eum seniores Ju dæorum, rogans eum ut veni ret, et sanaret servum ejus. At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eum sollicite, dicen tes ei : Quia dignus est ut hoc illi præstes : diligit enim gen tem nostram, et synagogam ipse ædificavit nobis.

Responsoria j. Nocturni Do minicæ præced. pag. 34&

Lectio ij.

JESUS autem ibat cum illis. Et cum jam non longe esset a domo, misit ad eum centu rio amicos, dicens : noli vexari : non enim dignus



sum ut sub tectum meum in-1 tres. Si enim hoc ita gestum est, quomodo erit verum quod Matthæus narrat, Accessit ad eum quidam centurio, cum ipse non accesserit, sed ami cos miserit ? Nisi diligenter ad vertentes intelligamus, Mat thæum non omnino deseruisse usitatum morem loquendi.

Lectio ii).

NON ergo absurde Mat thæus, etiam quod vulgo possit intelligi, per alios facto accessu centurionis ad Domi num, compendio dicere voluit: Accessit ad eum centurio. Ve rumtamen non negligenter in tuenda est etiam sancti Evan gelistæ altitudo mysticæ locu tionis, secundum quam scri ptum est in Psalmo : Acce dite ad eum, et illuminamini. Proinde quia fidem centurio nis, qua vere acceditur ad Je sum, ipse ita laudavit, ut dice ret, Non inveni tantam fidem in Israel : ipsum potius acces sisse ad Christum dicere voluit prudens Evangelista, quam illos, per quos verba sua mi serat.

Ad Benedictus Ana. Domine, puer meus jacet paralyticus in domo,et male torquetur. Amen dico tibi, ego veniam, et curabo eum. Oratio.

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris : pre ces populi tui supplicantis pro pitius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per.

Ad Magnificat Ana. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus.

Oratio.

PARCE Domine, parce popu lo tuo : ut dignis flagella ti6nibus castigatus, in tua mi seratione respiret. Per.

FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimi cum tuum. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i. Comm. in cap. 5. et 6. Matth.)

EGO autem dico vobis : Dili gite inimicos vestros, be I nefacite his, qui oderunt vos. Multi præcepta Dei, imbecilli tate sua, non sanctorum viri bus æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt: et dicunt sufficere virtu tibus, non odisse inimicos ^ce terum diligere, plus præcipi, quam humana natura patia tur. Sciendum est ergo, Chri stum non impossibilia præci pere, sed perfecta. Quæ fecit David in Saul, et in Absalom.

Responsoria ij. Nocturni Do Jminicæ præcedentis, pag. 348.

Lectio ij.

STEPHANUS siquidem martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est: et Paulus ana thema cupit esse pro persecu toribus suis. Hæc autem Jesus et docuit, et fecit, dicens : Pa ter, ignosce illis, quod enim faciunt, nesciunt. Ut sitis tibi Patris vestri, qui in cælis est.

Si Dei præcepta custodiens, filius quis efficitur Dei : ergo non est natura filius, sed arbitrio suo. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab hominibus.

Lectio iij.

Qui tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Qui jejunans demolitur faciem suam, ut ventris inanitatem monstret in vultu, et hic hypocrita est. Qui in synagogis, et in angulis platearum orat, ut videatur ab hominibus, hypocrita est. Ex quibus omnibus colligitur hypocritas esse, qui quodlibet faciunt, ut ab hominibus glorificentur. Mihi videtur et ille, qui dicit fratri suo, Dimitte, ut tollam festucam de oculo tuo : nam propter gloriam hoc facere videtur, ut ipse justus esse videatur.

Ad Benedictus Aria. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Oratio.

INCHOATA jejunia, quæsumus Domine, benigno favore prosequere : ut observantiam, quam corporaliter exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

Ad Magnificat Ana. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum.

Oratio.

TUERE Domine populum tuum, et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adversitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per.



SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio j. Cap. 6.

IN illo tempore : Cum sero esset, erat navis in medio mari, et Jesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Lib. 2. cap. 28. in e. 6. Marci,)

LABOREM discipulorum in remigando, et contrarius eis ventus, labores sanctæ Ecclesiæ varios designat, quæ inter undas sæculi adversantis, et immundorum flatus spirituum, ad quietem patriæ cælestis, quasi ad fidam litoris stationem, pervenire conatur. Ubi bene dicitur quia navis erat in medio mari, et ipse solus in terra : quia nonnunquam Ecclesia tantis Gentilium pressuris non solum afflicta, sed et fœdata est, ut (si fieri posset) Redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur.

Responsoria ut in Feria iv. præcedenti, pag. 354.

Lectio ij.

UNDE est illa vox ejus inter undas procellasque tentationum irruentium deprehensæ, atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore quærentis : Ut quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione. Quæ pariter vocem inimici persequentis exponit, in sequentibus Psalmi subjiciens : Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat usque in finem.



Lectio iij.

VERUM ille non obliviscitur orationem pauperum, neque avertit faciem suam a sperantibus in se : quin potius et certantes cum hostibus, ut vincant, adjuvat, et victores in æternum coronat. Unde hic quoque aperte dicitur, quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe Dominus laborantes in mari, quamvis ipse positus sit in terra : quia etsi ad horam differre videatur auxilium tribulatis impendere, nihilominus eos, ne in tribulationibus deficiant, suæ respectu pietatis corroborat.

Ad Benedictus Ana. Quare jejunavimus, et non aspexisti? humiliavimus animas nostras, et nescisti? Oratio.

ADESTO Domine, supplicationibus nostris ; et concede ut hoc solemne jejunium, quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est, devoto servitio celebremus. Per.

AD VESPERAS.

Capitulum. 2. Cor. C.

HORTAMUR vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Rz. Emendemus in melius quæ ignoranter peccavimus : ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, et invenire non possimus : * Attende Domine, et miserere, quia peccavimus tibi. f- Peccavimus cum patribus nostris : injuste egimus, iniquitatem fecimus. — Attende. Gloria. Attende.

Hymn. Audi benigne., p. 128.

f. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis : in his ergo diebus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in vigiliis, in jejuniis, et in caritate non ficta. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam annua Quadragesimali observatione purificas; præsta familiæ tuæ : ut quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exsequatur. Per.

AD COMPLETORIUM.

In pace in idipsum., Hymnus Christe, qui lux es., ad Nunc dimittis Ana Evigila., ut in Psalterio, pag. 152.

TRz. In pace. dicatur tantum in Sabbatis et Dominicis diebus, in festis Duplicibus et Totis Duplicibus ad utrumque Completorium et infra Octavas Solemnes usque ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive. Ceteris autem diebus dicatur Rz. In manus tuas.

T Hymnus Christe, qui lux es. dicatur quotidie usque ad diem Cenæ exclusive, etiam in festis Sanctorum.

T Ana Evigila, dicatur ad Nunc dimittis quotidie usque ad Sabbatum ante Dominicam iij. Quadragesimæ exclusive, exceptis festis B. Mariæ V. et diebus infra Octavam Annuntiationis, quando infra hoc tempus evenerint. Si tamen Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato aut in Dominica, dicatur ad Nunc dimittis Ana Evigila., etiam infra Octavam Annuntiationis.

DOM. I. QUADRAGESIMÆ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Non sit vobis vanum mane surgere ante lu cem : *Quia promisit Domi nus coronam vigilantibus.

HymnusSummi largitor præ mii., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 4-9.

f. Dicet Domino., pag. 9.

De Joele Propheta.

Lectio j. Cap. 2.

CANITE tuba in Sion, sancti ficate jejunium, vocate cœ tum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadu nate senes, congregate parvu los, et sugentes ubera : egre diatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. In ter vestibulum et altare plora bunt sacerdotes ministri Do mini : et dicent : Parce Domi ne, parce populo tuo : et ne des hereditatem tuam in oppro brium ut dominentur eis natio nes. Quare dicunt in populis : Ubi est Deus eorum? Zelatus est Dominus terram suam, et pepercit populo suo. Hæc di cit Dominus Deus : Converti mini ad me, et salvi eritis.

I??. Deo gratias.

1$. j. Ecce nunc tempus acce ptabile, ecce nunc dies salutis : commendemus nosmetipsos in multa patientia, in jejuniis multis, *Per arma justitiæ vir tutis Dei. J. In omnibus exhi beamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia. — Per arma.

De Jona Propheta.

Lectio ij. Cap. 3.

ET pervenit verbum ad re gem Ninive : et surrexit de solio suo, et abjecit vestimen tum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamavit, et dixit in Ninive ex ore regis et principum ejus, dicens : Homines, et jumenta! et boves, et pecora non gu stent quidquam : nec pascan tur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines, et jumenta, et clament ad Domi num in fortitudine, et conver tatur vir a via sua mala, et ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si converta tur, et ignoscat Deus : et re vertatur a furore iræ suæ, et non peribimus? Tu autem.

1$. ij.In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in mul ta patientia ; * Ut non vitupe retur ministerium nostrum.

Ecce nunc tempus accepta bile, ecce nunc dies salutis : nemini dantes ullam offensio nem. — Ut non vituperetur.

De Isaia Propheta.

Lectio iij. Cap. 58.

NOLITE jejunare, sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Num quid tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere homi nem animam suam? Numquid contorquere quasi circulum ca put suum, et saccum et cine rem sternere? Numquid istud vocabis jejunium, et diem ac ceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejunium, qu°d elegi? dissolve colligationes im pietatis, solve fasciculos depri mentes,dimitte eos, qui confra



cti sunt, liberos, et omne onus dirumpe. Frange esurienti pa nem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam : cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lu men tuum, et sanitas tua citius orietur. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias,

ty. iij. Emendemus in melius, quæ ignoranter peccavimus : ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, et invenire non possimus : * Attende Domine, et miserere, quia peccavimus tibi. f. Peccavimus cum patri bus nostris : injuste egimus, iniquitatem fecimus. — Atten de. Gloria. Attende.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 10-13.

f. Ipse liberavit me.,pag. 13.

Sermo sancti Basilii Episcopi.

(Hom. 2. de jejunio.)

Lectio iv.

EST quidem omni tempore jejunium utile volentibus ipsum. Neque enim dæmonum insultus jejunantem impetere audet : et custodes vitæ no stræ Angeli libentius perseve rant apud eos, qui animam ha bent per jejunium purgatam. Nunc vero multo amplius, cum in omnem terrarum orbem præconium ipsius annuntiatur, et neque insula aliqua, neque terra firma, non civitas, non gens, non extremitas est, ad quam prædicatio ipsius non perveniat : sed et exercitus, et viatores,et navigatores^ mer catores, omnes æqualiter et præceptum audiunt, et cum gaudio suscipiunt. Quare nemo seipsum ex jejunantium cata logo eximat : in quo omnia genera, et omnis ætas, et om nes dignitatum differentiæ re censentur.

E?, i v. Paradisi portas aperiat nobis jejunii tempus : susci piamus illud orantes et depre cantes,* Ut in die Resurrectio nis cum Domino gloriemur. f. Ecce nunc tempus accepta bile, ecce nunc dies salutis : commendemus nosmetipsos in multa patientia. — Ut in die Resurrectionis.

Lectio v.

ANGELI sunt, qui per singu las ecclesias jejunantes describunt. Vide ne propter parvam eduliorum voluptatem damnum incurras : ut ne ab Angelo in numerum adscribe ns, et te ipsum criminis deser toris reum apud exercitus lu stratores! statuas. Minus peri culum esset, si abjecto scuto in acie fugitivus deprehende reris, quam si magno scuto jejunio abjecto appareas.Dives es? Ne afficias contumelia jeju nium, dedignatus ipsum com mensalem suscipere : ne ali quando te apud jejuniorum Le gislatorem accuset. Pauper ca villis non impetat jejunium, jam olim ipsum contubernale habens. Mulieribus autem vel ut respirare, ita etiam jejuna re proprium est, et secundum naturam. Pueri velut plantæ virides jejunii aqua irrigantur. Senibus assuetudo ac familia ritas ab antiquo ad ipsum, le vem facit laborem.

Ri. V. Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra :* Et convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus et misericors est. f. Reverti mini unusquisque a via sua mala, et a pessimis cogitatio nibus vestris. — Et converti mini.

Lectio vj.

JEJUNIUM, Angelorum simi litudo, justorum contuber nalis, vitæ castigatio. Hoc Moysen legislatorem fecit. Je junii fructus est Samuel. Hoc magnum Samsonem instar nu tricis enutrivit : et donec viro ipsum adhærebat, per millia ria hostes cadebant, et portæ inimicorum divellebantur, et leones manuum robur non su stinebant. Ubi vero ebrietas et scortata ipsum apprehendis sent : jam hostibus captu faci lis erat. Elias jejunans conclu sit cælum per annos tres, ac menses sex. Cum enim multam injuriam ex satietate nasci nosset, necessario ipsis invi tum ex fame jejunium induxit : per quod peccatum ipsorum, jam ad immodestiam diffu sum, compescuit ac finivit: per jejunium, velut per cauterii ustionem aut sectionem, mali progressu ampliore interce pto.

vj. Abscondite eleemosy nam in sinu pauperis, et ipsa orabit pro vobis ad Dominum : * Quia sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna exstin guit peccatum. JF. Date eleemo synam, dicit Dominus : et ecce omnia munda sunt vobis. — Quia sicut aqua. Gloria. Quia sicut aqua.

IN ni. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 13-15. Scapulis suis., pag. ^

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 4.

IN illo tempore : Ductus est Jesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, post ea esuriit. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 16. in Evang.)

DUBITARI a quibusdam so let, a quo spiritu ductus sit Jesus in desertum, propter hoc, quod subditur : Assum psit eum diabolus in sanctam civitatem : et rursum : Assum psit eum in montem excelsum valde. Sed vere, et absque ulla quæstione convenienter acci pitur, (ut a sancto Spiritu in desertum ductus credatur; ut illuc eum suus Spiritus duce ret, ubi hunc ad tentandum malignus spiritus inveniret.

vij.In jejunio et fletu ora bunt sacerdotes, dicentes : * Parce Domine, parce populo tuo : et ne des hereditatem tuam in perditionem. Inter i vestibulum et altare plorabunt sacerdotes, dicentes. — Parce.

Lectio viij.

SED ecce, cum dicitur Deus homo vel in excelsum mon tem, vel in sanctam civitatem a diabolo assumptus, mens re fugit credere, humanæ hoc au dire aures expavescunt, tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo et^



alia facta pensamus. Certe ini quorum omnium caput diabo lus est : et hujus capitis mem bra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Judæi persequentes, et milites cruci figentes Christum fuerunt?

viij. Tribularer, si nesci rem misericordias tuas Domi ne. Tu dixisti : Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat : * Qui Chananæam et Publicanum vocasti ad pœ nitentiam. f. Et Petrum lacri mantem suscepisti, miseri cors Domine. — Qui Chana næam.

Lectio ix.

QUID ergo mirum, si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit 6tiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat, ut sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Tentari ergo per suggestionem potuit; sed ejus mentem peccati dele ctatio non momordit.

R?, ix. Ductus est Jesus in de sertum a Spiritu, ut tentare tur a diabolo :* Et accedens tentator dixit ei : Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. y. Et cum jejunasset qua draginta diebus, et quadra ginta noctibus, postea esuriit. — Et accedens tentator. Glo ria. Si Filius Dei es. fy Du ctus est Jesus.

Ante Laudes f. In manibus portabunt te. ££.Ne forte offen das ad lapidem pedem tuum.

AD LAUDES

ANTIPHONÆ.

1. Cor mundum crea in me Deus : et spiritum rectum in nova in visceribus meis. Psal mus Miserere, cum ceteris, pag. 24.

2. O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare.

3- Sic benedicam te in vita mea Domine : et in nomine tuo levabo manus meas.

4. In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur Domine a te : et sic fiat sacri ficium nostrum, ut a te susci piatur hodie, et placeat tibi Domine Deus.

5. Laudate Deum cæli cælo rum et aquæ omnes.

Capitulum Hortamur vos., et Hymnus Jam Christe., pag. 21.

y. Scuto circumdabit te veri tas ejus. Non timebis a timore nocturno.

Ad Benedictus Ana. Ductus est Jesus in desertum a Spiri tu, ut tentaretur a diabolo : et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta nocti bus, postea esuriit. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam annua Quadragesimali ob servatione purificas; præsta familiæ tuæ; ut quod a te obti nere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exsequatur. Per.

Ad Memoriam de B. Maria V. Ana Sub tuum., f. Post par tum., Oratio Protege., pag. 23.

AD PRIMAM.

Ana. Jesus autem cum jeju nasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. Psalmus Deus, Deus meus respice in me., cum ceteris, pag. 33.

## AD TERTIAM.

Ana. Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR VOS ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Participem me fac Deus omnium timentium te : * Et custodientium mandata tua.
y. Aspice in me, et miserere mei, secundum judicium diligentium nomen tuum. Et custodientium. Gloria. Participem.

f. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. Et refugium meum, Deus meus.

## AD SEXTAM.

Ana. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum.

Capitulum. 2. Cor. 6.

ECCE nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis : nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.

I??. Ab omni via mala prohibui pedes meos : * Ut custodiam mandata tua Domine.
f. A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi. Ut custodiam. Gloria. Ab omni.

y. Ipse liberavit me de laqueo venantium. Et a verbo aspero.

## AD NONAM.

Ana. Vade Satana : non tentabis Dominum Deum tuum.

Capitulum 2. Cor. 6.

IN omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in jejuniis multis, per arma justitiæ

R'. Septies in die laudem dixi tibi Domine Deus meus : * Ne perdas me. f. Erravi, sicut ovis quæ perierat: require servum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus. Ne perdas me. Gloria. Septies,

y. Scapulis suis obumbrabit tibi. Et sub pennis ejus sperabis.

## AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Hortamur vos. et Hymnus Audi benigne Conditor., pag. 128.

T. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Reliquit eum tentator : et accesserunt angeli, et ministrabant ei.

Oratio Deus, qui Ecclesiam tuam., ut in Laudibus, pag.363.

Ad Memoriam de B. Maria V. Ana Regali., J. Ora pro nobis., Oratio Protege., pag. 130.

T Prædicta tria Capitula dicantur deinceps ad Horas in quibus notata sunt in Dominicis diebus usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Passione exclusive. Hymni pariter et Versiculi ad utrasque Vesperas, Matutinum et Laudes dicantur usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam in Passione exclusive, quando de Tempore agitur. Responsoria Horarum nonnisi usque ad



Dominicam iij. Quadragesimæ exclusive dicantur cum de Tempore agitur; Versiculi tamen post prædicta Responsoria (id est Dicet Domino, et ceteri) dicantur usque ad Dominicam in Passione.

## FERIA SECUNDA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum venerit Filius hominis in majestate sua, et omnes Angeli ejus cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ : et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Lib. de fide et operibus, cap. 15.)

Si mandatis non servatis, ad vitam venire potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est : illud deinde quomodo verum erit, quod eis, quos ad sinistram positurus est, dicet : Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus? Nec increpat, quia in eum non crediderunt ; sed quia bona opera non fecerunt. Nam propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permistæ eisdem pascuis utebantur : ut appareat, eos illi dicturos : Domine, quando te vidimus illa et illa patientem, et non ministravimus tibi ? qui in eum crediderant, sed bona operari non curaverant : tamquam de ipsa fide mortua ad vitam perveniretur aeternam.

Lectio ij.

AN forte ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiæ non fecerunt: et non ibunt, qui aliena rapuerunt? vel corrumpendo in setemplum Dei, in se ipsos immisericordes fuerunt? Quasi opera misericordiæ prosint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo : ! Si distribuam omnia mea pauperibus, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Aut diligat quisquam proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam.

Lectio iij.

NEQUE illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, ignem æternum dictum, non ipsam combustionem æternam. Per ignem quippe, qui æternus erit, transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem : ut videlicet ipse ignis æternus sit, combustio vero eorum, hoc est, operatio ignis, non sit in eos æterna : cum et hoc prævidens Dominus, sententiam suam conclusit, ita dicens : Sic ibunt illi in combustionem æternam, justi autem in vitam æternam.

T Psalmi Laudum ut in Psalterio; et sic in Feriis usque ad Sabbatum sanctum exclusive. Super Psalmos Antiphonæ ut in Psalterio; et sic in Feriis usque ad Dominicam in Ramis "palmarum.

Capitulum Convertimini., pag. 60.; Hymnus Jam Christe., pag. 21.

f. Scuto circumdabit te veritas ejus. ty. Non timebis a timore nocturno.

Ad Benedictus Ana. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Oratio.

CONVERTE nos Deus salutaris noster : et ut nobis jejunium Quadragesimale proficiat, mentes nostras cælestibus instrue disciplinis. Per.

T Ad Horas diei Anæ et Capitula in Profestis diebus dicenda usque ad Dominicam in Passione ponuntur in Psalterio post Psalmos cujuslibet Horæ.

T Psalmi Vesperarum cum suis Antiphonis ut in Psalterio; et sic in Feriis usque ad Cenam Domini.

Capitulum Convertimini., pag. 132; Hymnus Audi benigne., pag. 128.

f. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, dicit Dominus.

Oratio.

A BSOLVE, quæsumus Domine, nostrorum vincula peccatorum ; et quidquid pro eis meremur propitiatus averte. Per.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 21.

IN illo tempore : Cum intrasset Jesus Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.
(Hom. 7. in Quadrag.)

QUOD maledicendo ficum infructuosum per figuram fecit Dominus, hoc idem mox apertius ostendit, ejiciendo improbos de templo. Neque enim aliquid peccavit arbor, quod esuriente Domino poma non habuit, quorum necdum tempus advenerat : sed peccavere sacerdotes, qui in domo Domini negotia sæcularia gerebant, et fructum pietatis, quem debuerant, quemque in eis Dominus esuriebat, ferre supersederant.

Lectio ij.

AREFECIT Dominus arborem maledicto, ut homines hoc videntes, sive audientes, multo magis intelligerent se divino condemnandos esse judicio, si absque operum fructu, de plausu tantum sibi religiosi sermonis, velut de sonitu ettegumento viridantium blandirentur foliorum. Verum quia non intellexerunt, in ipsos consequenter districtionem meritæ ultionis exercuit: et ejecit commercia rerum humanarum de domo illa, in qua divinas tantum res agi, hostias et orationes Deo offerri, verbum Dei legi, audiri, et decantari præceptum erat.

Lectio iij.

ET quidem credendum est quia ea tantum vendi vel emi reperere in templo, quæ ad ministerium necessaria essent ejusdem templi, juxta hoc, quod alias factum legimus, cum idem templum ingrediens, invenit in eo vendentes et ementes oves, et boves, et columbas : quia nimirum hæc omnia, nonnisi ut offerrentur in domo Domini, eos, qui de longe venerant, ab indigenis comparare credendum est. Si ergo Dominus nec ea volebat venumdari in templo, quæ in templo volebat offerri, videlicet propter studium avaritiæ, sive fraudis, quod proprium solet esse negotiantium facinus ; quanta putas animadversione puniret, si invenisset ibi aliquos risui vel vaniloquio vacantes, aut alii cuilibet vitio mancipatos?



Ad Benedictus Ana. Intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes, et ementes : et mensas nummulariorum, et cathedras vendentium columbas evertit.

Oratio.

RESPICE Domine familiam tuam : et præsta, ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per.

Ad Magnificat Ana. Scriptum est enim, quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus : vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo.

Oratio.

ASCENDANT ad te Domine preces nostræ : et ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

FERIA QUARTA
QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 12.

IN illo tempore : Responderunt Jesu quidam de Scribis et Pharisæis dicentes : Magister, volumus a te signum videre. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 7. in Luc. cap. II.)

JUDÆORUM plebe damnata, Ecclesiæ mysterium evidenter exprimitur, quæ in Ninivitis per pœnitentiam, et in regina Austri per studium percipiendæ sapientiæ, de totius orbis finibus congregatur, ut pacifici Salomonis verba cognoscat. Regina plane, cujus regnum est indivisum, de diversis et distantibus populis in unum corpus assurgens.

Lectio ij.

ITAQUE sacramentum illud magnum est de Christo, et Ecclesia : sed tamen hoc majus est, quia illud in figura ante præcessit, nunc autem plenum in veritate mysterium est. Ex duobus igitur constat Ecclesia : ut aut peccare nesciat, aut peccare desinat. Pœnitentia enim delictum abolet, sapientia cavet.

Lectio iij.

CETERUM Jonæ signum, ut typus Dominicæ Passionis, ita etiam gravium, quæ Judæi commiserant, testificatio peccatorum est. Simul advertere licet, et majestatis oraculum, et pietatis indicium. Namque Ninivitarum exemplo et denuntiatur supplicium, et remedium demonstratur. Unde etiam Judæi debent non desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam.

Ad Benedictus Ana. Generatio hæc prava et perversa signum quærit : et signum non dabitur ei, nisi signum Jonas prophetæ.

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi; et contra cuncta nobis adversantia dexteram tuæ majestatis extende. Per.

Ad Magnificat Ana. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita erit Filius hominis in corde terræ.

Oratio.

MENTES nostras, quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra; ut videre possimus quæ agenda sunt, et quæ recta sunt agere valeamus. Per.

## FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 15.

IN illo tempore: Egressus Jesus secessit in partes Tyri, et Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. 2. Cornili, in e. 15. Matth.)

SCRIBIS et Pharisæis calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri et Sidonis, ut Tyrios Sidoniosque curaret. Mulier autem Chananæa egreditur de finibus pristinis, ut clamans filiæ impetret sanitatem. Observa quod in quintodecimo loco filia Chananam sanetur. Miserere mei Domine fili David. Inde novit vocare filium David, quia egressa jam fuerat de finibus suis, et errorem Tyriorum ac Sidoniorum, loci ac fidei commutatione dimiserat.

Lectio ij.

FILIA mea male a dæmonio vexatur. Ego filiam Chananææ puto animas esse credentium, quæ male a dæmomo vexabantur, ignorantes Creatorem, et adorantes Unidem. Qui non respondit ei ver* bum. Non de superbia Phari" saica, nec de Scribarum supercilio: sed ne ipse sententiæ suæ videretur esse contrarius per quam jusserat: In viam Gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis.

Lectio iij.

NOLEBAT enim occasionem calumniatoribus dare perfectamque salutem Gentium Passionis et Resurrectionis tempori reservabat. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos. Discipuli illo adhuc tempore mysteria Domini nescientes, vel misericordia commoti, rogabant pro Chananæa muliere, quam alter Evangelista Syrophœnissam appellat.

Ad Benedictus Ana. Egressus Jesus secessit in partes Tyri, et Sidonis: et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa clamabat dicens: Miserere mei fili David.

Oratio.

DEVOTIONEM populi tui, quæsumus Domine, benignus intende: ut qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per.

Ad Magnificat Ana. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti.

Oratio.

DA, quæsumus Domine, populis Christianis et quæ profitentur agnoscere; et cæleste munus diligere, quod frequentant. Per.



## FERIA SEXTA
### QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 5.

IN illo tempore: Erat dies festus Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 17. in Joan. post init.)

VIDEAMUS illud voluit significare in illo uno, quem etiam ipse, servans unitatis mysterium, de tot languentibus unum sanare dignatus est. Invenit in annis ejus numerum quemdam languoris. Triginta et octo annos habebat in infirmitate. Hic numerus quomodo magis ad languorem pertineat quam ad sanitatem, paulo diligentius exponendum est. Intentos vos volo: aderit Dominus, ut congrue loquar, et sufficienter audiatis.

Lectio ij.

QUADRAGENARIUS numerus sacratus nobis in quadam perfectione commendatur. Notum esse arbitror caritati vestræ: testantur sæpissime divinæ Scripturæ: jejunium hoc numero consecratum esse bene nostis. Sive ergo in Lege, sive in Prophetis, sive in Evangelio, quadragenarius numerus nobis in jejunio commendatur. Jejunium autem magnum et generale est abstinere ab iniquitatibus. Caritas implet Legem: ad plenitudinem Legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus.

Lectio iij.

IN caritate autem duo præcepta nobis commendantur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua: et, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis tota Lex pendet, et Prophetæ. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem Legis, et Lex non impletur nisi in gemino præcepto caritatis: quid miraris quia languebat, qui ad quadraginta, duo minus habebat?

Ad Benedictus Ana. Angelus Domini descendebat de cælo, et movebatur aqua, et sanabatur unus.

Oratio.

ESTO Domine propitius plebi tuæ: et quam tibi facis esse dev6tam, benigno refove miseratus auxilio. Per.

Ad Magnificat Ana. Qui me sanum fecit, ille mihi præcepit: Tolle grabatum tuum, et ambula in pace.

Oratio.

EXAUDI nos misericors Deus; et mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per.

## SABBATO
### QUATUOR TEMPORUM.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap 17.

IN illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus, et duxit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Homilia sancti Leonis Papæ.

(Homil. de Transfigi Domini.;

E VANGELICA lectio, dilectis sinu, quæ per aures corporis interiorem mentium nostrarum pulsavit auditum, ad magni sacramenti nos intelligentiam vocat : quam, aspirante gratia Dei, facilius assequemur, si considerationem nostram ad ea, quæ paulo superius sunt narrata, referamus. Salvator enim humani generis Jesus Christus, condens eam fidem, quæ et impios ad justitiam, et mortuos revocat ad vitam, ad hoc discipulos suos doctrinæ monitis et operum miraculis imbuebat, ut idem Christus, et Unigenitus Dei, et hominis Filius crederetur.

Lectio ij.

NAM unum horum sine altero non proderat ad salutem : et æqualis erat periculi, Dominum Jesum Christum, aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse; cum utrumque esset pariter confitendum : quia sicut Deo vera humanitas, ita homini inerat vera divinitas. Ad confirmandam ergo hujus fidei saluberrimam cognitionem interrogaverat discipulos suos Dominus, inter diversas aliorum opiniones quid ipsi de eo crederent, quidve sentirent.

Lectio iij.

UBI Petrus Apostolus, per revelationem summi Patris corporea superans, et humana transcendens, vidit mentis oculis Filium Dei vivi, et confessus est gloriam Deitatis : quia non ad solam respexit substantiam carnis et sanguinis. Tantumque in hac fidei sublimitate complacuit, ut beatitudinis felicitate donatus, sacram inviolabilis petræ acciperet firmitatem : super quam fundata Ecclesia, portis inferi et mortis legibus prævaleret : nec in solvendis aut ligandis quorumcumque causis, aliud ratum esset in cælis quam quod Petri sedisset arbitrio.

Ad Benedictus Ana. Assumpsit Jesus discipulos suos, et ascendit in montem : et transfiguratus est ante eos. Oratio.

POPULUM tuum, quæsumus Domine, propitius respice, atque ab eo flagella tuæ iracundiæ clementer averte. Per.

AD VESPERAS.

Det tibi Deus de rore cæli et de pinguedine terræ abundantiam : serviant tibi tribus et populi : *Esto dominus fratrum tuorum. JF. Et incurventur ante te filii matris tuæ. — Esto. Gloria. Esto.

Ad Magnificat Ana. Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum. Oratio.

DEUS, qui conspicis, omni nos virtute destitui; interius exteriusque custodi : ut ab omnibus adversitatibus m uniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

DOM. II. QUADRAGESIMÆ.
AD MATUTINUM

Invitatorium. Quoniam Deus magnus Dominus, * Et Rex magnus super omnes deos.



Psalmus 94.

VENITE, exsultemus Domino : jubilemus Deo salutari nostro : præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, Et Rex magnus super omnes deos.

Quo dicto sequitur :

f. Quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Et Rex magnus super omnes deos.

f. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : venite adoremus, et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.

Quoniam Deus magnus Dominus, Et Rex magnus super omnes deos.

f. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Et Rex magnus super omnes deos.

f. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas: quibus juravi in ira mea: Si introibunt^ requiem meam.

Quoniam Deus magnus Dominus, Et Rex magnus super omnes deos.

$-GloriaPatri... Sicut erat...

Et Rex magnus super omnes deos.

Quoniam Deus magnus Dominus, Et Rex magnus super omnes deos.

Hymnus Summi largitor præmii., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 4-9.

f. Dicet Domino.,pag. 9.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 27.

SENUIT autem Isaac, et caligaverunt oculi ejus, et videre non poterat : vocavitque Esau filium suum majorem, et dixit ei : Fili mi? Qui respondit : Adsum. Cui pater : Vides, inquit, quod senuerim, et ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram,et arcum, et egredere foras : cumque venatu aliquid apprehenderis,fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, et affer ut comedam : et benedicat tibi anima mea antequam moriar.

j. Tolle arma tua, pharetram, et arcum, et affer de venatione tua, ut comedam : * Et benedicat tibi anima mea. ^.Cumque venatu aliquid attuleris,fac mihi inde pulmentum, ut comedam. — Et benedicat tibi anima mea.

Lectio ij.

QUOD cum audisset Rebecca, et ille abiisset in agrum ut jussionem patris impleret, dixit filio suo Jacob : Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, et dicentem ei : Affer mihi de venatione tua, et fac cibos ut comedam,

et benedicam tibi coram Do-1 IN II. NOCTURNO
mino antequam moriar. Nunc Psalmi et Antiphonæ ut •
ergo fili mi, acquiesce consiliis Psalterio, pagg I0.n In
meis : et pergens ad gregem, jm Ipse liberavit me nae- r
affer mihi duos hædos opti T?y A
mos, ut faciam ex eis escas F J5* Sanctl Abstini
patri tuo, quibus libenter ve- Episcopi contra mendacium.
scitur : quas cum intuleris, et lv ' S ap ' l0
comedent,benedicat tibi prius- T^A r??^B »'* TM atre Jf^ au
quam moriatur. p J c!? re Patr , e TM ^Uerc vi

R. ij. Ecce odor filii mei sicut fTM*TM' «diligenter et fideli
odor agri pleni, cui benedixit rfnf ten datur » n est
Dominus : crescere te faciat sed
Deus meus sicut arenam ma- , mysterium. Quæsi
ris : *Et donet tibi de rore cæli mendacia dixerimus omnes
benedictionem. y. Qui male- ^ tiam Par,abolæ > ac %uræ si
dixerit tibi, sit ille maledictus : g nifi candarum quarumcumque
et qui benedixerit tibi, benedi- f^ ^ per Pineta
ctionibus repleatur. ahudex fv , -T{,'•^ ? 6ls
net tibj Et do alio est intelligendum,
dicentur esse mendacia : quod
J.... absit omnino. Nam qui hoc
putat, tropicis etiam tam mul
Lectio nj. tjs locutionibus omnibus potest

Cui ille respondit : Nosti hanc im PortAre calumniam.
quod Esau frater meusho- A lv QU1S 1 ^ ltur ille est
mo pilosus sit, et ego lenis • du ?um captam venationem al
si attrectaverit me pater meus tullt m !hl > et comedi ex omitt
et senserit, timeo ne putet mg bus priusquam tu venires? *Be
sibi voluisse illudere, et indu nedlxK lue ei ' et erit benedi '
eam super me maledictionem ctus ' f • Dominum tuum illum
pro benedictione. Ad quem ma constltui > et omnes fratres ejus
ter : In me sit, ait, ista male- servituti lllius subjugavi.;- Be
dictio, fili mi : tantum audi nedlxl que ei, et erit benedictus,
vocem meam, et pergens affer Lectio v.
quæ dixi. Abiit, et attulit, de- /^VUÆ significantur enim, liti
ditque matri. Paravit illa cibos, que ipsa dicuntur; putan
sicut velle noverat patrem tur autem mendacia, quoniam
illius. Et vestibus Esau valde non ea, quæ vere significan
dis, quas apud se habebantur, dicta intelliguntur : sed
domi, induit eum. ea, quæ falsa sunt, dicta esse
K:, iij. Det tibi Deus de rore creduntur. Hoc ut exemplis
cæli et de pinguedine terræ fiat planius, idipsum, quod Ja
abundantiam : serviant tibi cob fecit, attende. Hædinis cer
tius et populi : * Esto domi- te pellibus membra contexit,
nus fratrum tuorum, f. Et Si causam proximam requiri
ante te filii ma- mus, mentitum putabimus: hoc
tris tuæ. — Esto dominus. Glo- enim fecit, ut putaretur esse,
na. Esto dominus. J qui non erat. Si autem hoc fa



etam ad illud, propter quod significandum revera factum est, referatur : per hædinas pelles, peccata; per eum vero, qui eis se operuit, ille signifi catus est, qui non sua, sed aliena peccata portavit.

v. Dum exiret Jacob de terra sua, vidit gloriam Dei, et ait : Quam terribilis est locus iste! * Non est hic aliud nisi do mus Dei, et porta cæli. f. Vere Deus est in loco isto, et ego nesciebam.—Non est hic aliud.

Lectio vj.

T TERAX ergo significatio nullo V modo mendacium recte di çi potest : ut autem in facto, ita et in verbo. Nam cum ei pater dixisset, Quis es tu fili ? ille respondit : Ego sum Esau primogenitus tuus. Hoc si re feratur ad duos illos geminos, mendacium videbitur : si au tem ad illud, propter quod si gnificandum ista gesta dicta que conscripta sunt; ille est hic intelligendus in corpore suo, quod est ejus Ecclesia, qui de hac re loquens, ait : Cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob, et omnes pro phetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

Kz. vj. Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via ista, per quam ego ambulo, et custo dierit me, et dederit mihi pa nem ad edendum, et vestimen tum quo operiar, et revocave rit me cum salute : *Erit mihi Dominus in refugium, Et lapis iste in signum, f. Surgens ergo mane Jacob, tulit lapidem, et erexit in titulum, fundensque oleum desuper, ait : — Erit mihi. Gloria. Et lapis iste in signum.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 13-15.
y. Scapulis suis., pag. 15.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 17.

IN illo tempore : Assumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus, et duxit illos in montem excel sum seorsum : et transfigura tus est ante eos. Et reliqua.

Homilia sancti Leonis Papæ.
(Homilia de Transfigi.)

ASSUMPSIT Jesus Petrum, et Jacobum, et fratrem ejus Joannem; et conscenso cum eis seorsum monte præcelso, claritatem suæ gloriæ demon stravit : quia licet intellexis sent in eo majestatem Dei, ipsius tamen corporis, quo Divinitas tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo proprie si gnante^ ue promiserat, quos dam de astantibus discipulis non prius gustare mortem, quam viderent Filium hominis venientem in regno suo, id est, in regia claritate, quam spiri taliter ad naturam suscepti hominis pertinentem,his tribus viris voluit esse conspicuam.

Kz. vij. Erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei : et de universis, quæ de deris mihi, * Decimas, et ho stias pacificas offeram tibi. y. Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via ista, per quam ego ambulo, et custodi erit me. — Decimas et hostias pacificas offeram tibi.

Lectio viij.

NAM illam ipsius Deitatis ineffabilem et inaccessi bilem visionem, quæ in æter nam vitam mundis corde ser vatur, nullo modo, mortali ad huc carne circumdati, intueri poterant et videre. Dicente Patre, Hic est Filius meus di lectus, in quo mihi bene com placui, ipsum audite : nonne evidenter auditum est, Hic est Filius meus, cui ex me, et mecum esse sine tempore est? Quia nec genitor genito prior, nec genitus est genitore poste rior. Hic est Filius meus dile ctus, quem a me non separat Deitas, non dividit potestas, non discernit æternitas.

R?, viij. Dixit Angelus ad Ja cob : Dimitte me, aurora est. Respondit ei : Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. * Et benedixit ei in eodem loco. f. Nequaquam vocaberis Ja cob, sed Israel erit nomen tuum. — Et benedixit ei in eodem loco.

Lectio ix.

Hic est Filius meus, non adoptivus, sed proprius; non aliunde creatus, sed ex me genitus; nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essentia mihi natus æqualis. Hic est Filius meus, per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil : qui omnia, quæ facio, similiter fa cit, et quidquid operor, inse parabiliter mecum atque indif ferenter operatur. Hunc ergo, in quo mihi per omnia bene complaceo, et cujus prædica tione manifestor, cujus humili tate clarificor, incunctanter au dite .- quia ipse est veritas et vita, ipse virtus mea atque sa pientia.

Xf. ix. Oravit Jacob, et dixit • Domine qui dixisti mihi Re' vertere in terram nativitatis tuæ :* Erue me de manu fra tris mei, quia valde eum timeo J. Deus in cujus conspectu ambulaverunt patres nostri Domine qui pascis me a juven tute mea. — Erue me. Gloria Erue me. Oravit Jacob.

Ante Laudes f. In manibus portabunt te. Ne forte offen das ad lapidem pedem tuum.

AD LAUDES

ANTIPHONÆ.

1. Domine labia mea ape ries : et os meum annuntiabit laudem tuam. Psalmus Mise rere. cum ceteris, pag. 24.

2. Dextera Domini fecit vir tutem: dextera Domini exalta vit me.

3. Factus est adjutor meus Deus meus.

4. Trium Puerorum cantemus hymnum : quem cantabant in camino ignis benedicentes Dominum.

5. Statuit ea in æternum et in sæculum sæculi : præceptum posuit, et non præteribit.

Capitulum. Hortamur vos., Hymnus Jam Christe sol justi tiæ. et f. Scuto circumdabit te., pag. 21.

Ad Benedictus Ana. Assum psit Jesus discipulos suos, et ascendit in montem : et trans figuratus est ante eos.

Oratio.

DEUS, qui conspicis omni nos virtute destitui, inte rius exteriusque custodi: ut ab



omnibus adversitatibus munia mur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

AD PRIMAM.

Ana. Domine bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum et Eliæ unum. Psalmus Deus Deus meus re spice in me. cum ceteris, pag- 33

AD TERTIAM,

Ana. Domine bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum et Eliæ unum.

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR VOS ne in va cuum gratiam Dei reci piatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Participem me fac Deus omnium timentium te : * Et custodientium mandata tua. f. Aspice in me, et miserere mei, secundum judicium dili gentium nomen tuum. Et cu stodientium. Gloria. Partici pem me fac Deus.

f. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. R?. Et refugium meum, Deus meus.

AD SEXTAM.

Ana. Faciamus hic tria ta bernacula, tibi unum, Moysi unum et Eliæ unum.

Capitulum. 2. Cor. 6.

ECCE nunc tempus accepta bile, ecce nunc dies salu tis : nemini dantes ullam offen sionem, ut non vituperetur mi nisterium nostrum.

Ab omni via mala prohi bui pedes meos : * Ut custo diam mandata tua Domine. X". A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi. Ut custodiam. Gloria. Ab omni.

T". Ipse liberavit me de la queo venantium. 1$. Et a verbo aspero.

AD NONAM.

Ana. Visionem, quam vidi stis, nemini dixeritis, donec a mortuis resurgat Filius homi nis.

Capitulum. 2. Cor. 6.

IN omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in jejuniis multis, per arma justitiæ.

1$. Septies in die laudem dixi tibi Domine Deus meus : * Ne perdas me. J. Erravi, sicut ovis, quæ perierat : require servum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus. Ne perdas me. Gloria. Septies in die.

f. Scapulis suis obumbrabit tibi. I#.Et sub pennis ejus spe rabis.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Hortamur vos. et Hymnus Audi benigne Condi tor., pag. 128.

f. Angelis suis Deus manda vit de te. Rz. Ut custodiant te in omnibus'viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Visio nem, quam vidistis, nemini di xeritis, donec a mortuis resur gat Filius hominis.

Oratio Deus, qui conspicis.,^ in Laudibus.

## FERIA SECUNDA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 8.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis Judæorum: Ego vado, et quæretis me, et in peccato vestro moriemini. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 38. in Joann. post init.)

LOCUTUS est Dominus Judæis, dicens : Ego vado. Christo enim Domino mors profectio fuit illo, unde venerat. Ego, inquit, vado, et quæretis me : non desiderio, sed odio. Nam illum, posteaquam discessit ab oculis hominum, inquisierunt, et qui oderant, et qui amabant : illi persequendo, isti habere cupiendo. In Psalmis ait ipse Dominus per Prophetam : Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam. Et iterum in alio Psalmo : Confundantur et revereantur requirentes animam meam.

Lectio ij.

CULPAVIT qui non requirerent : damnavit requirentes. Bonum est enim quærere animam Christi, sed quo modo eam quæsierunt discipuli : et malum est quærere animam Christi, sed quo modo eam Judæi quæsierunt : illi enim ut haberent, isti ut perderent. Denique istis, quia sic quærebant more malo, corde perverso, quod sequitur adjunxit: Quæretis me : et ne putetis quia bene me quæretis, in peccato vestro moriemini.

Lectio iij.

Hoc est Christum male quærere, in peccato suo mori: hoc est illum odisse, per quem possit solum salvus esse. Cum enim homines, quorum spes in Deo est, non debeant mala reddere, nec pro malis : reddebant isti mala pro bonis. Prænuntiavit ergo illis Dominus, dixitque sententiam præscius, quod in suo peccato morerentur. Deinde adjunxit : Quo ego vado, vos non potestis venire. Hoc et discipulis suis alio loco dixit: nec tamen eis dixit, In peccato vestro moriemini.

Ad Benedictus Ana. Ego principium, qui et loquor vobis.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut familia tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet; sectando justitiam, a culpa jejunet. Per.

Ad Magnificat Ana. Qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum : quia quæ placita sunt ei, facio semper.

Oratio.

ADESTO supplicationibus nostris omnipotens Deus : et quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

## FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 23.

IN illo tempore : Locutus est Jesus ad turbas, et ad discipulos suos, dicens : Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, et Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, et facite : secundum opera vero eorum nolite facere. Et reliqua.



Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. 4. Comm. in cap. 23. Matth.)

QUID mansuetius, quid benignius Domino? Tentatur a Pharisæis, confringuntur insidiæ eorum, et secundum Psalmistam, Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum : et nihilominus propter sacerdotii et nominis dignitatem hortatur populos ut subjiciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes. Quod autem ait, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, et Pharisæi : per cathedram, doctrinam Legis ostendit.

Lectio ij.

ERGO et illud, quod dicitur in Psalmo, In cathedra pestilentiæ non sedit: et, Cathedras vendentium columbas evertit : doctrinam debemus accipere. Alligant enim onera gravia et importabilia, et imponunt in humeros hominum : digito autem suo nolunt ea movere. Hoc generaliter adversus omnes magistros dictum est, qui gravia jubent, et minora non faciunt.

Lectio iij.

DILATANT enim phylacteria sua, et magnificant fimbrias. Dominus, cum dedisset mandata Legis per Moysen, ad extremum intulit : Ligabis ea in manu tua, et erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur : sint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi male interpretantes, scribebant in membranis Decalogum Moysi, id est, decem verba Legis, complicantes ea et ligantes in fronte, et quasi coronam capiti facientes, ut semper ante oculos moverentur.

Ad Benedictus Ana. Unus est enim Magister vester, qui in cælis est, dicit Dominus.

Oratio.

PERFICE, quæsumus Domine, benignus in nobis observantiæ sanctæ subsidium : ut quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus. Per.

Ad Magnificat Ana. Qui major est vestrum, erit minister vester : quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, dicit Dominus.

Oratio.

PROPITIARE Domine supplicationibus nostris : et animarum nostrarum medere languoribus; ut remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur. Per.

## FERIA QUARTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 20.

IN illo tempore : Ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, et ait illis : Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, et Scribis, et condemnabunt eum morte. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 5. de fide ad Gratianum, cap. 2.)

CONSIDERATE, quid mater filiorum Zebedæi, una cum filiis et pro filiis petat. Mater est utique, cui pro filiorum honore

sollicitæ, immoderatior quidem, sed tamen ignoscenda mensura votorum est. Atque mater ætate longæva, studio religiosa, solatio destituta : quæ tunc temporis, quando vel juvanda, vel alenda foret validæ prolis auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, et voluptati suæ mercedem sequentium Christum prætulerat filiorum.

Lectio ij.

HÆC igitur, studio maternæ sedulitatis indulgentior, obsecrabat Salvatorem, dicens : Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et alter ad sinistram in regno tuo. Etsi error, pietatis tamen error est. Nesciunt enim materna viscera patientiam. Etsi voti avara, tamen veniabilis cupiditas, quæ non pecuniæ est avida,sed gratiæ. Nec inverecunda petitio, quæ non sibi, sed liberis consulebat. Matrem considerate, matrem cogitate.

Lectio iij.

CONSIDERABAT Christus matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandævam solabatur senectam, et desideriis licet fessa maternis, carissimorum pignorum tolerabat absentiam. Considerate etiam feminam, hoc est, sexum fragiliorem, quem Dominus propria nondum confirmaverat Passione. Considerate, inquam, Hevæ illius primæ mulieris heredem,transfusa in omnes immoderatæ cupiditatis successione labentem : quam Dominus adhuc proprio sanguine non redemerat. Hereditario igitur mulier delinquebat errore.

Ad Benedictus Ana. Ecce ascendimus Jerosolymam et Filius hominis tradetur ad cru^figendum.

Oratio

POPULUM tuum, quæsumus Domine, propitius respice : et quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, a noxiis quoque vitiis cessare concede Per.

Ad Magnificat Ana. Sedere autem mecum non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

Oratio.

DEUS innocentiæ restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum : ut spiritus tui fervore concepto, et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces. Per.

## FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, et bysso : et epulabatur quotidie splendide. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Homilia 40. in Evang.)

QUEM, fratres carissimi, dives iste, qui induebatur purpura, et bysso, et epulabatur quotidie splendide, nisi Judaicum populum significat; qui cultum vitæ exterius habuit, qui acceptæ Legis deliciis ad nitorem usus est, non ad utilitatem? Quem vero Lazarus ulceribus plenus, nisi Gentilem populum figuraliter exprimit." Qui dum conversus ad Deum peccata confiteri sua non erubuit, huic vulnus in cute fuit



Lectio ij.

rj cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur, et foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum, quod in nobis latebat, aperimus?

Lectio iij.

SED Lazarus vulneratus, cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat : quia Gentilium quemque ad cognitionem Legis admittere superbus ille pópulus despiciebat. Qui dum doctrinam Legis non ad caritatem habuit, sed ad elationem; quasi de acceptis opibus tumuit : et quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa.

Ad Benedictus Ana. Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam.

Oratio.

PRÆSTA nobis, quæsumus Domine, auxilium gratiæ tuæ : ut jejuniis et orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per.

Ad Magnificat Ana. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala.

Oratio.

ADESTO Domine famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus : ut iis, qui te auctore et gubernatore gloriantur, et congregata restaures, et restaurata conserves. Per.

## FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 21. I

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis Judæorum, et Principibus sacerdotum parabolam hanc : Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, et sepem circumdedit ei. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 9. in cap. 21. Lucæ.)

PLERIQUE varias significationes de vineæ appellatióne derivant : sed evidenter Isaias vineam Domini Sabaoth, domum Israel esse memoravit. Hanc vineam quis alius, nisi Deus, condidit? Hic est ergo, qui eam locavit colonis, et ipse peregre fuit: non quia ex loco ad locum profectus est Dominus, qui ubique semper præsens est; sed quia est præsentior diligentibus, negligentibus abest.

Lectio ij.

MULTIS autem temporibus abfuit, ne præpropera videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior pervicacia. Unde bene secundum Matthæum habes, quia et sepe circumdedit eam : hoc est, divinæ custodiæ munitione vallavit, ne facile spiritalium pateret incursibus bestiarum. Et fodit in ea torcular. Quomodo mtelli

gimus, quid sit torcular, nisi quia forte Psalmi pro Torcularibus inscribuntur; eo quod in his mysteria Dominicæ Passionis, modo musti sancto fervenits Spiritu, redundantes æstuaverint?

Lectio iij.

DENIQUE ebrii putabantur, quibus Spiritus sanctus inundabat. Ergo et hic fodit torcular, in quod uvæ rationabilis fructus interior spiritali infusione deflueret. Ædificavit turrim, verticem scilicet Legis attollens : atque ita hanc vineam munitam, instructam, ornatam locavit Judæis. Et tempore fructuum servulos suos misit. Bene tempus fructuum posuit, non proventuum. Nullus enim fructus exstitit Judæorum, nullus vineæ hujus proventus, de qua Dominus ait : Exspectavi ut faceret uvas; fecit autem spinas.

Ad Benedictus Ana. Malos male perdet : et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut sacro nos purificante jejunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire. Per.

Ad Magnificat Ana. Quærentes eum tenere timuerunt turbam : quia sicut prophetam eum habebant. Oratio.

DA, quæsumus Domine, populo tuo salutem mentis et corporis : ut bonis operibus inhærendo,tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per.

SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam

Lectio j. Cap. ic

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis, et Scribis parabolam istam : Homo quidam" habuit duos filios : et dixit adolescentior ex illis patri • Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 7. Comm. in e. 15. Lucæ post init.)

VIDES quod divinum patrimonium petentibus datur. Nec putes culpam patris, quod adolescentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ætas : nec fides gravatur annis. Ipse certe se judicavit idoneum, qui poposcit. Atque utinam non recessisset a patre! Impedimentum nescisset ætatis. Sed postea quam domum patriam derelinquens, peregre profectus est, cœpit egere.

Lectio ij.

MERITO ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab Ecclesia. Et peregre profectus est in regionem longinquam. Quid enim longinquius, quam a se recedere, nec regionibus, sed moribus separari; studiis discretum esse, non terris; et quasi interfuso luxuriæ sæcularis æstu, divortia habere sanctorum? Etenim qui se a Christo separat, exsul est patriæ, civis est mundi. Sed nos non sumus advenæ atque peregrini; sed cives sumus sanctorum, et domestici Dei. Qui enim eramus longe, facti sumus prope in sanguine Christi.



Lectio iij

NON videamur remoti regionibus: quia et nos fuimus in regione longinqua, sicut Isaias docet, dicens : Qui sedebant in regione umbræ mortis, lux orta est illis. Regio ergo longinqua, umbra est mortis. Nos autem, quibus spiritus ante faciem Christus est Dominus, in umbra vivimus Christi. Et ideo dicit Ecclesia : In umbra ejus concupivi, et sedi. Ille igitur, vivendo luxuriose, consumpsit omnia ornamenta naturæ.

Ad Benedictus Aria. Vadam ad Patrem meum, et dicam ei : Pater, fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Oratio.

DA, quæsumus Domine, nostris effectum jejuniis salutarem; ut castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per.

AD VESPERAS.

Loquens Joseph fratribus suis dixit : * Pax vobis, nolite timere : Pro salute enim vestra misit me Dominus ante vos. f. Elevavitque vocem cum fletu : quam audierunt Ægyptii, omnisque domus Pharaonis : et dixit fratribus suis. — Pax vobis. Gloria. Pro salute.

Ad Magnificat Ana. Dixit autem pater ad servos suos : Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date anulum in manu ejus, et calceamenta in pedibus ejus. Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus, vota humilium respice; atque ad defensionem nostram dexteram tuæ majestatis extende. Per.

IN COMPLETORIO.

Ad Nunc dimittis Ana. Media vita in morte sumus: quem quærimus adjutorem, nisi te Domine, qui pro peccatis nostris juste irasceris? * Sancte Deus, sancte fortis, sancte et misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos. y. Ne projicias nos in tempore senectutis : cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine. Sancte Deus, sancte fortis....

I Hæc Antiphona cum suo y. dicatur quotidie ad Nunc dimittis usque ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive, exceptis festis Beatæ Mariæ V. et diebus infra Octavam Annuntiationis, si eo tempore occurrerint. Si tamen Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato aut in Dominica dicatur ad Nunc dimittis Ana Media vita., etiam infra Octavam Annuntiationis.

DOM. III. QUADRAGESIMÆ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ploremus coram Domino Deo nostro,*Qui fecit nos.

Hymnus Summi largitor præmii., pag. 2.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 4-9.

f. Dicet Domino., pag. 9

De libro Genesis.

Lectio j. 37

JOSEPH, cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer : et erat cum filiis Baiæ et Zelphæ uxorum patris sui : accu

savitque fratres suos apud pa trem crimine pessimo. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum : fe citque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres ejus quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

j. Videntes Joseph a lon ge, loquebantur mutuo fratres, dicentes : Ecce somniator ve nit : * Venite, occidamus eum, et videamus si prosint illi somnia sua. f. Cumque vidissent Joseph fratres sui, quod a patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pa cifice loqui : unde et dicebant. — Venite.

Lectio ij.

ACCIDIT quoque ut visum somnium referret fratri bus suis : quæ causa majoris odii seminarium fuit. Dixit que ad eos : Audite somnium meum quod vidi: putabam nos ligare manipulos in agro : et quasi consurgere manipulum meum, et stare, vestrosque ma nipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responde runt fratres ejus : Numquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, invidiæ et odii fomitem mini stravit.

K?, ij. Dixit Judas fratribus suis : Ecce Ismaelitæ trans eunt : venite, venumdetur, et manus nostræ non polluantur: * Caro enim et frater noster est. X- Quid enim prodest si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus sanguinem in' sius? Melius est enim ut ve numdetur. — Caro enim et frater noster est.

Lectio iij.

ALIUD quoque vidit som nium, quod narrans fra tribus, ait : Vidi per somnium quasi solem, et lunam, et stel las undecim adorare me. Quod cum patri suo, et fratribus re tulisset, increpavit eum pater suus, et dixit : Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua, et fra tres tui adorabimus te super terram? Invidebant ei igitur fratres sui : pater vero rem tacitus considerabat.

iij. Videns Jacob vesti menta Joseph, scidit vesti menta sua cum fletu, et dixit: *Fera pessima devoravit Fi lium meum Joseph. )T. Con gregatis autem cunctis liberis ejus ut delineent dolorem pa tris, noluit eos audire, sed dixit. — Fera pessima. Gloria. Filium meum Joseph.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 10-13.

$Mpse liberavit me.) pag. 13.

Ex libro sancti Ambrosii Episcopi de sancto Joseph.

Lectio i v. Cap. 2.

XTEC libertatem auferre pos iN sumus parentibus, ne eos plus diligant, quos plus cre dunt mereri; nec filiis resecare debemus studium plus placen di. Denique et Jacob illi"[11] plus amabat, in quo majora virtutum insignia prævidebat: ut non tam filium pater præ tulisse videatur, quam pro pheta mysterium. Meritoque variam tunicam fecit ei, quo significaret eum diversarum virtutum amictu fratribus præ ferendum.



iv. Joseph, dum intraret in terram Ægypti, linguam, quam non noverat, audivit : * Manus ejus in laboribus ser vierunt, et lingua ejus inter principes loquebatur sapien tiam. f. Divertit ab oneribus dorsum ejus. — Manus ejus.

Lectio v.

DENIQUE in puero adhuc refulsit divina gratia : si quidem somniavit, quod cum alligasset (ut sibi videbatur per visum) manipulos cum fra tribus suis, surrexerit manipu lus ejus, et steterit erectus : conversi autem fratrum mani puli adoraverint manipulum suum. In quo utique Domini Jesu futura Resurrectio reve lata est, quem et Jerosolymis cum vidissent, undecim adora vere discipuli; et omnes sancti, cum resurrexerint, adorabunt, fructus bonorum operum pro ferentes, sicut scriptum est : Venientes autem venient cum exsultatione portantes mani pulos suos.

ty. v. Memento mei, dum bene tibi fuerit: * Ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere : quia furtim sublatus sum, et hic innocens in lacum missus sum. f Tres enim ad huc dies sunt, post quos recor dabitur Pharao ministerii tui, et restituet te in gradum pri stinum : tunc memento mei — Ut suggeras Pharaoni.

Lectio vj.

VIDIT autem aliud somnium, et narravit illud patri suo, et fratribus suis, eo quod sol, et luna, et undecim stellæ adorarent eum : unde objur gavit eum pater ejus. Quis est ille, quem parentes et fratres adoraverunt super terram, nisi Christus Jesus, quando eum Maria et Joseph cum discipu lis adoraverunt, Deum verum esse in illo corpore confiten tes? De quo solo dictum est : Laudate eum sol, et luna : et, Laudate eum omnes stellæ, et lumen. Objurgatio autem patris quid significat, nisi duri tiam populi Israel, ex quibus Christus secundum carnem, quem hodieque Deum esse non credunt, nec volunt ado rare quasi Dominum?

ty vj. Dixit Ruben fratribus suis : Numquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum : et non audistis me? *En sanguis ejus exquiritur, f. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes an gustiam animæ ejus, dum de precaretur nos, et non audivi mus. — En sanguis ejus exqui ritur. Gloria. En sanguis ejus exquiritur.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 13-15

f. Scapulis suis., pag. 15

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Erat Jesus ejiciens dæmonium, et illud erat mutum. Et cum ejecisset dæmonium, locutus est mutus, et admiratæ sunt turbæ. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.
(Lib. 4. e. 48. in cap. 11. Lucæ.)

DÆMONIACUS iste apud Matthæus! non solum mutus, sed et cæcus fuisse narratur : curatusque dicitur a Domino, ita ut loqueretur, et videret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt : cæcus videt, mutus loquitur, possessus a dæmone liberatur. Quod et tunc quidem carnaliter factum est, sed et quotidie completur in conversione credentium : ut expulso primum dæmone, fidei lumen aspiciant : deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur.

fy vij. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ ejus, dum deprecaretur nos, et non audivimus : * Idcirco venit super nos tribulatio. f. Dixit Ruben fratribus suis: Numquid non dixi vobis : Nolite peccare in puerum : et non audistis me? — Idcirco.

Lectio viij.

QUIDAM autem ex eis dixerunt : In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Non hæc aliqui de turba, sed Pharisæi calumniabantur et Scribæ, sicut alii Evangelistæ testantur. Turbis quippe, quæ minus eruditæ videbantur, Domini semper facta mirantibus : illi contra, vel negare hæc, vel quæ negare nequiverant, sinistra interpretatione pervertere laborabant: quasi non hæc Divinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent.

1^?. viij. Tollite hinc vobiscum munera, et ite ad dominum terræ; et dum inveneritis adorate eum super terram * Deus autem meus faciat vobis eum placabilem : et remittat et hunc fratrem vestrum vobiscum, et eum quem tenet in vinculis, y. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, et deferte viro munera. — Deus autem meus.

Lectio ix.

ET alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo : vel in morem Eliæ ignem de sublimi venire cupiebant: vel in similitudinem Samuelis tempore æstivo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere : quasi non possent et illa calumniari, et dicere, ex occultis et variis aeris passionibus accidisse. At tu, qui calumniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, utilitate sentis; quid feceris de iis quæ de cælo venerint? Utique respondebis, et magos in Ægypto multa signa fecisse de cælo.

ix. Loquens Joseph fratribus suis, dixit : * Pax vobis, nolite timere : Pro salute enim vestra misit me Dominus ante vos. f. Elevavitque vocem cum fletu : quam audierunt Ægyptii, omnisque domus Pharaonis : et dixit fratribus suis. — Pax vobis. Gloria. Pro salute enim vestra. 1$. Loquens Joseph.

Ante Laudes f. In manibus portabunt te. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

AD LAUDES ANTIPHONÆ.

i. Fac benigne in bona voluntate tua : ut ædificentur Domine muri Jerusalem. Psalmus Miserere, cum ceteris, pag. 24



2.Dominus mihi adjutor est : non timebo quid faciat mihi homo.

3. Deus misereatur nostri, et benedicat nobis.

4. Vim virtutis suæ oblitus est ignis : ut pueri tui liberarentur illæsi.

5. Sol et luna laudate Deum : quia exaltatum est nomen ejus solius.

Capitulum Hortamur vos., Hymnus Jam Christe sol justitiæ. et f. Scuto circumdabit te., pag. 21.

Ad Benedictus Ana. Et cum ejecisset dæmonium, locutus est mutus, et admiratæ sunt turbæ.

Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus, vota humilium respice; atque ad defensionem nostram dexteram tuæ majestatis extende. Per.

AD PRIMAM.

Ana. Si in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Psalmus Deus Deus meus respice in me., pag. 33

AD TERTIAM.

Ana. Dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.

Bonum mihi Domine quod humiliasti me : * Bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti. J. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me : da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Bonum mihi lex oris tui. Gloria. Bonum mihi Domine quod.

fi. Dicet Domino : Susceptor meus es tu. Et refugium meum, Deus meus.

AD SEXTAM.

Ana. Qui non colligit mecum dispergit : et qui non est me cum contra me est.

Capitulum. 2. Cor. 6.

ECCE nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis : nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum.

Servus tuus ego sum : * Da mihi intellectum Domine, y. Ut discam mandata tua. Da mihi. Gloria. Servus.

f. Ipse liberavit me de laqueo venantium. Et a verbo aspero.

AD NONAM.

Ana. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, et non invenit.

Capitulum. 2. Cor. 6.

IN omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in jejuniis multis, per arma justi

Declara super nos Deus * Tuam misericordiam, f. Declaratio sermonum tuorum dat intellectum Domine.Tuam misericordiam. Gloria. Declara.

f. Scapulis suis obumbrabit tibi. Et sub pennis ejus sperabis.

I" Hæc Responsoria dicantur quotidie ad Horas, quando de Tempore agitur, usque ad Dominicam in Passione exclusive.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Hortamur vos. et Hymnus Audi benigne Conditor., pag. 128.

y. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Extollens quædam mulier vocem de turba dixit : Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. At Jesus dixit ei : Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

Oratio Quæsumus omnipotens Deus., ut in Laudibus.

FERIA SECUNDA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 4.

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Utique dicetis mihi hanc similitudinem : Medice cura teipsum : quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 3. in cap. 4. Lucæ.)

NON mediocris invidia proditur, quæ civicæ caritatis oblita, in acerba odia causas amoris inflectit. Simul hoc exemplo pariter et oraculo declaratur, quod frustra opem misericordiæ cælestis exspectes, si alienæ fructibus virtutis invideas. Aspernator enim Dominus invidorum est; et ab iis, qui divina beneficia in aliis persequuntur, miracula suæ potestatis avertit.

Lectio ij.

DOMINICÆ quippe carnis actus, Divinitatis exemplum est : et invisibilia nobis ejus, per ea, quæ sunt visibilia, demonstrantur. Non otiose itaque Salvator excusat, quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit : ne fortassis aliquis viliorem patriæ nobis esse debere putaret affectum. Neque enim cives poterat non amare, qui amaret omnes : sed ipsi se caritate patriæ, dum invident, abdicarunt.

Lectio iij.

ET multi leprosi erant in Judæa temporibus Elisæi Prophetæ : et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Evidenter hic sermonos Domini salutaris informat, et ad studium venerandæ Divinitatis hortatur : quod nemo sanatus ostenditur, et maculosi morbo corporis absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Non enim dormientibus divina beneficia, sed observantibus deferuntur.

Ad Benedictus Ana. Amen dico vobis,quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

Oratio.

CORDIBUS nostris quæsumus Domine, gratiam tuam benignus infunde : ut sicut ab escis carnalibus abstinemus; ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per.

Ad Magnificat Ana. Jesus autem transiens per medium illorum, ibat. Oraria

SUBVENIAT nobis Domine misericordia tua : ut ab imminentibus peccatorum no



strorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Per.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 18.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Serm. 16. de verbis Dom.)

QUARE illum corripis? Quia doles, quod peccaverit in te? Absit. Si amore tui id facis, nihil facis : si amore illius facis, optime facis. Denique in ipsis verbis attende, cujus amore id facere debeas, utrum tui, an illius. Si te audierit, inquit, lucratus es fratrem tuum. Ergo propter illum fac, ut lucreris illum. Sic faciendo lucraris : nisi fecisses, perierat Quid est ergo, quod plerique homines ista peccata contemnunt, et dicunt, Quid magnum feci? In hominem peccavi. Noli contemnere, quod in hominem peccasti.

Lectio ij.

Vis nosse, quia in hominem peccando peristi ? Si te ille, in quem peccasti, corripuerit inter te, et ipsum solum, et audieris illum, lucratus est te. Quid est, Lucratus est te, nisi quia perieras, si non lucraretur te ? Nam si non perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim in quodam loco Apostolus : Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis; ideo, quia membra Christi omnes facti sumus.

Lectio iij.

QUOMODO non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi? N emo ergo dicat, Quia non peccavi in Deum, sed peccavi in fratrem : in hominem peccavi; leve, vel nullum peccatum est. Forte inde dicis, Leve est, quia cito curatur. Peccasti in fratrem : fac satis, et sanatus es. Cito fecisti rem mortiferam, sed remedium cito invenisti.

Ad Benedictus Ana. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cælis est, dicit Dominus.

Oratio.

EXAUDI nos omnipotens et misericors Deus; et continentiæ salutaris propitius nobis dona concede. Per.

Ad Magnificat Ana. Ubi duo, vel tres^ congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum, dicit Dominus.

Oratio,

TUA nos Domine protectione defende; et ab omni semper iniquitate custodi. Per.

FERIA QUARTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 15.

IN illo tempore : Accesserunt ad Jesum ab Jerosolymis Scribæ, et Pharisæi, dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.
(Lib. 2. Com. in e. 15. Matth.)

MIRA Pharisæorum Scribarumque stultitia. Dei Filium arguunt, quare discipuli ejus hominum traditiones et præcepta non servent. Non enim lavant manus suas, cum panem manducant Manus, id est opera, non corporis utique sed animæ, lavandæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei. Ipse autem respondens, ait illis : Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Falsam calumniam vera responsione confutat.

Lectio ij.

CUM, inquit, vos propter traditionem hominum præcepta Domini negligatis; quare discipulos meos arguendos putatis, quod seniorum jussa parvipendant, ut Dei scita custodiant? Nam Deus dixit : Honora patrem et matrem, et, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri aut matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit : et non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Honor in Scripturis non tantum in salutationibus et officiis deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur.

Lectio iij.

HONORA, inquit Apostolus, viduas, quæ vere viduæ sunt. Hic honor donum intelligitur. Et in alio loco : Presbyteri duplici honore honorandi sunt, maxime qui laborant in verbo, et doctrina Dei. f Et per hoc mandatum jubemur bovi trituranti os non claudere : et dignus sit operarius mercede sua. Præceperat Dominus, vel imbecillitates vel ætates, vel penurias parentum considerans, ut filii honorarent, etiam in vitæ necessariis ministrandis, parentes suos.

Ad Benedictus Ana. Audite et intelligite traditiones, quas Dominus dedit vobis. Oratio.

PRÆSTA, nobis, quæsumus Domine : ut salutaribus jejuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per.

Ad Magnificat Ana. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus; liberati a malis omnibus, secura tibi mente serviamus. Per.

## FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 4.

IN illo tempore : Surgens Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 4. in e. 4. Lucæ prope finem.)

VIDE clementiam Domini Salvatoris. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec injuria violatus Judæam deserit : quin etiam



immemor injuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando, infidæ plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas virum a spiritu nequitiæ liberatum ante præmisit, et subdidit feminæ sanitatem. Utrumque enim sexum Dominus curaturus advenerat.

Lectio ij.

SED prior sanari debuit, qui prior creatus est : nec prætermitti illa, quæ mobilitate magis animi, quam pravitate peccaverat. Sabbato medicinæ Dominicæ opera cœpta significat, ut inde nova creatura cœperit, ubi vetus creatura ante desivit: nec sub lege esse Dei Filium, sed supra legem in ipso principio designaret : nec solvi legem, sed impleri. Neque enim per legem, sed verbo factus est mundus, sicut legimus : Verbo Domini cæli firmati sunt.

Lectio iij.

NON solvitur ergo lex, sed impletur : ut fiat renovatio hominis jam labentis. Unde et Apostolus ait : Exspoliantes vos veterem hominem, induite novum, qui secundum Deum creatus est Et bene sabbato cœpit, ut ipsum se ostenderet Creatorem, qui opera operibus intexeret, et prosequeretur opus, quod ipse jam cœperat : ut si domum faber renovare disponat, non a fundamentis, sed a culminibus incipit solvere vetustatem. Ita que ibi prius manum admovet, ubi ante desierat.

Ad Benedictus Ana. Exibant autem dæmonia a multis clamantia, et dicentia, Quia tu es Filius Dei : et increpans non sinebat ea loqui : quia sciebant ipsum esse Christum.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut jejuniorum nobis sancta devotio, et purificationem tribuat, et majestati tuæ nos reddat acceptos. Per.

Ad Magnificat Ana. Omnes, qui habebant infirmos, ducebant illos ad Jesum, et curabantur. Oratio.

SUBJECTUM tibi populum, quæsumus Domine, propitiatio cælestis amplificet; et tuis semper faciat servire mandatis. Per.

## FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 4.

IN illo tempore : Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar : juxta prædium, quod dedit Jacob Joseph filio suo. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 15. in Joann. post initium.)

JAM incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Jesus : non enim frustra fatigatur virtus Dei : non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur : non enim frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo præsente firmamur. Fatigatur tamen Jesus, et fatigatur ab itinere, et sedet, et juxta puteum sedet, et hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid : intentos nos faciunt; ut pulsemus hortantur.

Lectio ij.

IPSE ergo aperiat et nobis et vobis, qui dignatus est ita hortari, ut diceret : Pulsate, et aperietur vobis. Tibi fatigatus est ab itinere Jesus. Invenimus virtutem Jesum, et invenimus infirmum Jesum : fortem, et infirmum. Fortem : quia in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum : hoc erat in principio apud Deum. Vis videre, quam iste Filius Dei fortis sit ? Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: et sine labore facta sunt.

Lectio iij.

QUID ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Fortitudo Christi te creavit : infirmitas Christi te recreavit. Fortitudo Christi fecit, ut quod non erat, esset : infirmitas Christi fecit, ut quod erat, non periret. Condidit nos fortitudine sua : quæsivit nos infirmitate sua. Nutrivit ergo ipse infirmus infirmos, tamquam gallina pullos suos : huic enim se similem fecit.

Ad Benedictus Ana. Domine, ut video, propheta es tu : patres nostri in monte hoc adoraverunt.

Oratio.

JEJUNIA nostra, quæsumus Domine, benigno favore prosequere : ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore, ita a vitiis jejunemus in mente. Per.

Ad Magnificat Ana. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia, te adjuvante, vincamus. Per.

SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 8.

IN illo tempore : Perrexit Jesus in montem Oliveti : et diluculo iterum venit in templum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

33. in Joann. post init.)

Jesus perrexit in montem Oliveti, in montem fructuosum, in montem unguenti, in montem chrismatis. Ubi enim decebat docere Christum, nisi in monte Oliveti ? Christi enim nomen a chrismate dictum est: chrisma autem græce, latine unctio nominatur. Ideo autem nos unxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, et omnis populus venit ad eum, et sedens docebat eos : et non tenebatur, quia nondum pati dignabatur.

Lectio ij.

NUNC jam attendite, ubi ab inimicis tentata sit Domini mansuetudo. Adducunt autem illi Scribæ, et Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam : et statuerunt eam in medio, et dixerunt ei : Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Unde accusare? Numquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur?

Lectio iij.

INTELLIGAMUS, fratres, admirabilem mansuetudinem Domini fuisse. Animadverterunt eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat ante prædictum : Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna, propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate et mansuetudine, ejus inimici livore et invidia torquerentur : in tertio, id est justitia, scandalum posuerunt.

Ad Benedictus Ana. Inclinavit se Jesus, et scribebat in terra : Si quis sine peccato est, mittat in eam lapidem.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui se, affligendo carnem, ab alimentis abstinent; sectando justitiam, a culpa jejunent. Per.

AD VESPERAS.

Audi Israel præcepta Domini, et ea in corde tuo quasi in libro scribe : * Et dabo tibi terram fluentem lac et mel.

℣. Observa igitur, et audi vocem meam : et inimicus ero inimicis tuis.— Et dabo. Gloria.' Et dabo.

Ad Magnificat Ana. Nemo te condemnavit mulier? Nemo, Domine. Nec ego te condemnabo : jam amplius noli peccare.



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per.

DOM. IV. QUADRAGESIMÆ.

Inv tatonun ;L D' Domi et ,P asc J. *Ve ador lmus Dominum. nmus Summl lar Sltor Præ miL pag * INL

NOCTURNO,

Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pagg. 4-9.

℣. Dicet Domino., pag. 9.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 3.

MOYSES autem pascebat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian : cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi : et videbat quod rubus arderet, et non combureretur. Dixit ergo Moyses : Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait : Moyses, Moyses. Qui respondit : Adsum. At ille : Ne appropies, inquit, huc : solve calceamentum de pedibus tuis : locus enim, in quo stas, terra sancta est.

℟. j. Locutus est Dominus ad Moysen dicens : Descende in Ægyptum, et dic Pharaoni ut dimittat populum meum : induratum est cor Pharaonis : non vult dimittere populum meum nisi * In manu forti.

f. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægy pto : et gemitum ejus audivi, et descendi liberare eum. — In manu forti,

Lectio ij.

ET ait : Ego sum Deus pa tris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Abscondit Moyses faciem suam : non enim audebat aspi cere contra Deum. Cui ait Do minus : Vidi afflictionem po puli mei in Ægypto, et cla morem ejus audivi propter duritiam eorum qui præsunt operibus. Et sciens dolorem ejus, descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in ter ram quæ fluit lacte et melle.

ij. Stetit Moyses coram Pharaone, et dixit: Hæc dicit Dominus : * Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in de serto. f. Dominus Deus He bræorum misit me ad te, di cens : — Dimitte populum meum.

Lectio iij.

CLAMOR ergo filiorum Israel venit ad me : vidique affli ctionem eorum, qua ab Ægy ptiis opprimuntur. Sed veni, et mittam te ad Pharaonem, ut educaspopulum meum,filios Israel de Ægypto. Dixitque Moyses ad Deum : Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel deÆgy- pto? Qui dixit ei : Ego ero te cum : et hoc habebis signum, quod miserim te : Cum eduxe ris populum meum de Ægy pto, immolabis Deo super montem istum.

fy iij. Cantemus Domino : gloriose enim honorificatus est equum et ascensorem projecit in mare. * Adjutor, et prote ctor factus est mihi Dominus In salutem, f. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens no men ejus. Adjutor. Gloria In salutem.

IN II. NOCTURNO.

I Psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio pagg. 10-13.

T' Ipse liberavit me., pag. 13.

Sermo sancti Basilii Magni.

(Hom. i. de jejunio, ante med.)

Lectio iv.

MOYSEN per jejunium novi mus in montem ascen disse : neque enim aliter au sus esset verticem fumantem adire, atque in caliginem in gredi, nisi jejunio munitus. Per jejunium mandata digito Dei in tabulis conscripta suscepit. Item supra montem jejunium legis latæ conciliator fuit : inferius vero gula ad idolola triam populum deduxit, ac contaminavit. Sedit, inquit, populus manducare, et bibere, et surrexerunt ludere.

iv. In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis: deduxisti sicut oves populum tuum, * In manu Moysi et Aaron. f. Transtulisti illos per Mare rubrum, et trans vexisti eos per aquam nimiam. — In manu Moysi et Aaron.

Lectio v.

QUADRAGINTA dierum la borem ac perseverantiam, Dei servo continuo jejunante ac orante, una tantum populi ebrietas cassam irritamque reddidit. Quas enim tabulas Dei digito conscriptas jeju nium accepit, has ebrietas con



trivit; Propheta sanctissimo indignum existimante, vino lentum populum a Deo legem accipere. Uno temporis mo mento, ob gulam, populus ille, per maxima prodigia Dei cul tum edoctus, in Ægyptiacam idololatriam turpissime devo- lutus est.

It. v. Qui persequebantur po- pulum tuum Domine, demer- sisti eos in profundum : * Et in columna nubis ductor eo rum fuisti, y. Deduxisti sicut oves populum tuum in manu M6ysi et Aaron. — Et in co lumna nubis.

Lectio vj.

Ex quo, si utrumque simul conferas, videre licet, jeju nium ad Deum ducere, deli cias vero salutem perdere.Quid Esau inquinavit, servumque fratris reddidit? Nonne esca una, propter quam primoge nita vendidit? Samuelem vero nonne per jejunium oratio lar gita est matri? Quid fortissi mum Samsonem inexpugnabi lem reddidit? Nonne jejunium, cum quo in matris ventre con ceptus est? Jejunium concepit, jejunium nutrivit, jejunium vi rum effecit. Jejunium Prophe tas genuit, potentes confirmat, atque roborat.

fy vj. Moyses famulus Do mini jejunavit quadraginta diebus et quadraginta nocti bus : * Ut legem Domini me reretur accipere, f. Ascendit Moyses in montem Sinai. — Ut legem Domini. Gloria. Ut legem Domini.

IN HI. NOCTURNO,

psalmi et Antiphonæ ut in Psalterio, pag. 13-15.

A - Scapulis suis., pag. 15.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 6.

IN illo tempore : Abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis : et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur, Et reliqua,

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 24. in Joannem.)

MIRACULA, quæ fecit Do minus noster Jesus Chri stus, sunt quidem divina ope ra, et ad intelligendum Deum de visibilibus admonent huma nam mentem. Quia enim ille non est talis substantiæ, quæ videri oculis possit; et mira cula ejus, quibus totum mun dum regit, universamque crea turam administrat, assiduitate viluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera Dei mira et stupenda in quolibet seminis grano : secundum ipsam suam misericordiam ser vavit sibi quædam, quæ face ret opportuno tempore præter usitatum cursum ordinemque naturæ : ut non majora, sed insolita videndo stuperent, qui bus quotidiana viluerant,

fy vij. Splendida facta est facies Moysi, dum aspiceret in eum Dominus : * Videntes seniores claritatem vultus ejus, admirantes timuerunt valde. f. Descendit Moyses de mon te, portans duas tabulas lapi deas in manibus suis, scriptas utrasque digito Dei. — Viden tes seniores.

Lectio viij.

MAJUS enim miraculum est gubernatio totius mundi,
quam saturatio quinque mil
lium hominum de quinque
panibus : et tamen hoc nemo
miratur. Illud mirantur ho
mines, non quia majus est, sed
quia rarum est. Quis enim et
nunc pascit universum mun
dum, nisi ille, qui de paucis
granis segetes creat ? Fecit
ergo quo modo Deus : unde
enim multiplicat de paucis
granis segetes, inde in mani
bus suis multiplicavit quinque
panes.

Rj. viij. Ecce mitto Angelum
meum, qui præcedat te, et cu
stodiat semper : observa, et
audi vocem meam : et inimicus
ero inimicis tuis, et affligentes
te affligam : * Et præcedet te
Angelus meus. J. Israel, si
me audieris, non erit in te
Deus recens, neque adorabis
Deum alienum : ego enim
Dominus. — Et præcedet te
Angelus meus.

Lectio ix.

POTESTAS enim erat in manibus Christi; panes au
tem illi quinque, quasi semina
erant, non quidem terræ man
data, sed ab eo, qui terram
fecit, multiplicata. Hoc ergo
admotum est sensibus, quo
erigeretur mens : et exhibitum
oculis, ubi exerceretur intelle
ctus : ut invisibilem Deum per
visibilia opera miraremur; et
erecti ad fidem, et purgati per
fidem, etiam ipsum invisibilem
videre cuperemus, quem de
rebus visibilibus invisibilem
nosceremus.

R}. ix. Audi Israel præcepta
Domini, et ea in corde tuo
quasi in libro scribe : * jt
dabo tibi terram fluentem lac
et mel. y. Observa igitur, et
audi vocem meam : et inimi
cus ero inimicis tuis. — £t
dabo tibi. Gloria. Et dabo tibi
Audi Israel.

Ante Laudes y. In manibus
portabunt te. Ne forte
offendas ad lapidem pedem
tuum.

AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

1. Tunc acceptabis sacrifi
cium justitiæ, si averteris fa
ciem tuam a peccatis meis.
Psalmus Miserere, cum ceteris,
pag. 24.

2. Bonum est sperare in Do
mino quam sperare in princi
pibus.

3. Benedicat nos Deus, Deus
noster, benedicat nos Deus.

4. Potens es Domine eripere
nos de manu mortis : libera
nos Deus noster.

5. Reges terræ et omnes po
puli laudate Deum.

Capitulum Hortamur vos.,
Hymnus Jam Christe, sol ju
stitiæ. et Scuto circumda
bit te., pag. 21.

Ad Benedictus Ana. Abiit
Jesus trans mare Galilææ,
quod est Tiberiadis : et seque
batur eum multitudo magna,
quia videbant signa super his,
qui infirmabantur. Subiit ergo
in montem Jesus : et ibi sede
bat cum discipulis suis. Erat
autem proximum Pascha dies
festus Judæorum. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui ex
merito nostræ actionis affligi
mur, tuæ gratiæ consolatione
respiremus. Per.

AD PRIMAM.

Ana. Accepit ergo Jesus pa
nes : et cum gratias egisset,
distribuitdiscumbentibus.Psal
mus Deus Deus meus respice
in me. cum ceteris, pag. 33.

AD TERTIAM.

Ana. De quinque panibus et
duobus piscibus saturavit Do
minus quinque millia homi
num.

Capitulum. 2. Cor. 6.

HORTAMUR VOS, ne in vacuum gratiam Dei reci
piatis. Ait enim : Tempore
accepto exaudivi te, et in die
salutis adjuvi te.

Bonum mihi Domine quod
humiliasti me : * Bonum mihi
lex oris tui super millia auri
et argenti, y. Manus tuæ fe
cerunt me, et plasmaverunt
me : da mihi intellectum, ut
discam mandata tua. Bonum
mihi lex oris tui. Gloria. Bo
num mihi Domine, quod hu
miliasti me.

f. Dicet Domino : Susceptor
meus es tu. ^z. Et refugium
meum Deus meus.

AD SEXTAM.

Ana. Satiavit Dominus quin
que milliahominum de quinque
panibus et duobus piscibus.

Capitulum. 2. Cor. 6.

ECCE nunc tempus accepta
bile, ecce nunc dies salu
tis ^nemini dantes ullam of
fensionem, ut non vituperetur
ministerium nostrum.

fy Servus tuus ego sum :
* Da mihi intellectum Do
mine. y. Ut discam mandata
tua. Da mihi. Gloria Patri.
Servus.

y. Ipse liberavit me de la
queo venantium. Et a ver
bo aspero.

AD NONAM.

Ana. Illi ergo homines, cum
vidissent signum, quod factum
fuerat, glorificabant Deum, et
dicebant : Quia hic est Salva
tor mundi.

Capitulum. 2. Cor. 6.

IN omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei mini
stros, in multa patientia, in
jejuniis multis, per arma justi
tiæ.

^z. Declara super nos Deus
* Tuam misericordiam. JT. De
claratio sermonum tuorum dat
intellectum Domine. Tuam
misericordiam. Gloria. De
clara.

y. Scapulis suis obumbrabit
tibi. Et sub pennis ejus spe
rabis.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et
Psalmi ut in Dominicis per
annum, pag. 124.

Capitulum Hortamur vos. et
Hymnus Audi benigne Con
ditor., pag. 128.

y. Angelis suis Deus manda
vit de te. Ut custodiant te
in omnibus viis tuis.

Ad Magnificat Ana. Cum
sublevasset oculos Jesus, et
vidisset maximam multitudi
nem venientem ad se, dixit ad
Philippum : Unde ememus
panes, ut manducent hi? Hoc
autem dicebat tentans eum :
ipse enim sciebat quid esset
facturus.

Oratio Concede, quæsumus.,
ut in Laudibus.

FERIA SECUNDA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 2.

IN illo tempore : Prope erat Pascha Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam : et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. io. in Joann. post init.)

QUID audivimus, fratres? Ecce templum illud figura adhuc erat, et ejecit inde Dominus omnes, qui sua quære bant, qui ad nundinas vene rant. Et quæ ibi vendebant illi? Quæ opus habebant ho mines in sacrificiis illius tem poris. Novit enim caritas ve stra, quod sacrificia illi populo pro ejus carnalitate, et corde adhuc lapideo, talia data sunt, quibus teneretur, ne in idola deflueret : et immolabant ibi sacrificia, boves, et oves, et columbas. Nostis, quia legistis.

Lectio ij.

NON ergo magnum pecca tum, si hoc vendebant in templo,quod emebatur ut offer retur in templo : et tamen eje cit inde illos. Quid si ibi ebrio sos inveniret, quid faceret Do minus, si vendentes ea, quæ licita sunt, et contra justitiam non sunt, (quæ enim honeste emuntur, non illicite vendun tur) expulit tamen, et non est passus domum orationis fieri domum negotiationis?

Lectio iij.

Si negotiationis domus non debet fieri domus Dei; po tationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, strident dentibus suis adversus nos : et consolatur nos Psalmus, quem audistis : Striderunt in me dentibus suis. Novimus et nos audire unde curemur : etsi in geminantur flagella Christo, quia flagellatur sermo ipsius! Congregata sunt, inquit, in me flagella, et nesciebam. Fla gellatus est flagellis Judæo rum : flagellatur blasphemiis falsorum Christianorum.

Ad Benedictus Ana. Auferte ista hinc, dicit Dominus : et nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus, ut observatio nes sacras annua devotione recolentes; et corpore tibi pla ceamus, et mente. Per.

Ad Magnificat Ana. Solvite templum hoc, dicit Dominus, et post triduum reædificabo illud : hoc autem dicebat de templo corporis sui.

Oratio.

D ^PRECATIONEM nostram, quæsumus Domine, beni gnus exaudi: et quibus suppli candi præstas affectum, tribue defensionis auxilium. Per.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 7

IN illo tempore : Jam die festo mediante, ascendit Jesus in templum, et docebat. Et mirabantur Judæi. Et re liqua.



Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 29. in Joann. sub initio.)

ILLE, qui latebat, docebat, et palam loquebatur, et non tenebatur. Illud enim ut lateret, erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cum doce ret, mirabantur Judæi. Omnes quidem, quantum arbitror, mi rabantur, sed non omnes con vertebantur. Et unde admira tio? Quia multi noverant ubi natus, quemadmodum fuerat educatus. Nunquam eum vi derant litteras discentem : au diebant autem de Lege dispu tantem, Legis testimonia pro ferentem, quæ nemo posset proferre, nisi legisset; nemo legere, nisi litteras didicisset : et ideo mirabantur.

Lectio ij.

EORUM autem admiratio, magistro facta est insi nuandæ altius veritatis occa sio. Ex eorum quippe admira tione et verbis, dixit Dominus profundum aliquid, et diligen tius inspici et discuti dignum. Quid ergo Dominus respondit eis admirantibus quomodo sci ret litteras, quas non didice rat? Mea, inquit, doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Hæc est profunditas prima. Videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus.

Lectio iij.

NON enim ait, Ista doctri na non est mea : sed, Mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quo modo non tua? Tu enim dicis utrumque : et mea doctrina, et non mea. Quæ est doctrina Patris, nisi Verbum Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris, si Verbum est Patris. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicujus : et suam doctrinam dixit seipsum, et non suam, quia Patris est Verbum. Quid enim tam tuum quam tu? Et quid tam non tuum quam tu, si alicujus es, quod es?

Ad Benedictus Ana. Quid me quæritis interficere, hominem, qui vera locutus sum vobis?

Oratio.

SACRÆ nobis, quæsumus Do mine, observationis jejunia; et piæ conversationis augmen tum, et tuæ propitiationis con tinuum præstent auxilium.Per.

Ad Magnificat Ana. Unum opus feci, et omnes admira mini : quia totum hominem sanum feci in sabbato.

Oratio.

MISERERE Domine populo tuo, et continuis tribula tionibus laborantem propitius respirare concede. Per.

FERIA QUARTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 9.

IN illo tempore : Præteriens Jesus vidit hominem cæ cum a nativitate : et interro gaverunt eum discipuli ejus : Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasce retur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 44. in Joannem circa initium.)

EA, quæ fecit Dominus noster Jesus Christus, stu penda atque miranda, et ope

ra, et verba sunt : opera, quia facta sunt : verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc, quod factum est, cogitemus; genus humanum est iste cæcus. Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas, et illuminatio fides : quem fidelem, quando venit Christus, invenit? Quandoquidem Apostolus natus in gente Prophetarum, dicit : Fuimus et nos aliquando natura filii iræ, sicut et ceteri.

Lectio ij.

Si natura filii iræ : filii vindictæ, filii pœnæ, filii gehennæ. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine vitium pro natura inolevit? Si vitium pro natura inolevit, secundum mentem omnis homo cæcus natus est. Venit Dominus : quid fecit? Magnum mysterium commendavit. Exspuit in terram, de saliva sua lutum fecit, quia Verbum caro factum est : et inunxit oculos cæci.

Lectio iij,

INUNCTUS erat, et nondum videbat. Misit illum ad piscinam, quæ vocatur Siloe. Pertinuit autem ad Evangelistam commendare nobis nomen hujus piscinæ, et ait : Quod interpretatur Missus. Jam quis sit missus, cognoscitis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Lavit ergo oculos in ea piscina, quæ interpretatur Missus : baptizatus est in Christo.

Ad Benedictus Ana. Rabbi quis peccavit, hic, aut parentes ejus, quod cæcus natus est? Respondit Jesus, et dixit' Neque hic peccavit, neque pa' Tentes ejus : sed ut manifestitur opera Dei in illo. Oratio

DEUS, qui et justis præmia meritorum, et peccatoribus per jejunium veniam præbes : miserere supplicibus tuis ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per.

Ad Magnificat Ana. Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit ex sputo : et linivit oculos meos, et modo video.

Oratio.

PATEANT aures misericordiæ tuæ Domine precibus supplicantium : et ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per.

## FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 7.

IN illo tempore : Ibat Jesus in civitatem, quæ vocatur Naim : et ibant cum eo discipuli ejus, et turba copiosa. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 5. Comm. in cap. 7. Lucæ.)

ET hic locus ad utramque redundat gratiam : ut et cito flecti divinam misericordiam matris viduæ lamentatione credamus, ejus præcipue, quæ unici filii vel labore, vel morte frangatur; cui tamen viduæ gravitatis maritum exsequiarum turba conciliet : et



hanc viduam populorum turba septam, plus videri esse quam feminam, quæ resurrectionem unici et adolescentis filii suis lacrimis meruerit impetrare : eo quod sancta Ecclesia populum juniorem a pompa funeris, atque a supremis sepulcri, suarum revocet ad vitam contemplatione lacrimarum.

Lectio ij.

Q^JÆ flere prohibetur eum, cui resurrectio debebatur. Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulcrum ferebatur elementis : sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. Quod etsi nobis ante non proderat, tamen posteaquam Jesus id tetigit, proficere cœpit ad vitam : ut esset indicio, salutem populo per crucis patibulum refundendam. Audito igitur Dei verbo, steterunt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanum letali fluxu naturæ materialis urgebant.

Lectio iij.

QUID enim aliud, nisi quasi in quodam feretro, hoc est,'supremi funeris instrumento jacemus exanimes, cum vel ignis immodicæ cupiditatis exæstuat, vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam terreni corporis habitudine vigor hebetatur animorum, vel concreta noster spiritus labe, puræ lucis vacuus mentem alit? Hi sunt nostri funeris portitores.

Ad Benedictus Ana. Accessit Jesus, et tetigit loculum. Hi autem, qui portabant, steterunt. Et ait : Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, et cœpit loqui.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut quos jejunia votiva castigant, ipsa quoque devotio sancta lætificet; ut terrenis affectibus mitigatis, facilius cælestia capiamus. Per.

Ad Magnificat Aha. Propheta magnus surrexit in nobis : et quia Deus visitavit plebem suam.

Oratio.

POPULI tui Deus institutor et rector : peccata, quibus impugnatur, expelle; ut semper tibi placitus, et tuo munimine sit securus. Per.

## FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. II.

IN illo tempore : Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ, et Marthæ sororis ejus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 49. in Joannem post initium.)

IN superiori lectione meministis, quod Dominus exiit de manibus eorum, qui lapidare illum voluerant, et discessit trans Jordanem, ubi Joannes baptizabat. Ibi ergo Domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Jerosolymis. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ejus ad eum. Jam intelligimus quo miserunt, ubi erat Jesus : quoniam absens erat, trans Jordanem scilicet.

Lectio ij.

MISERUNT ad Dominum, nuntiantes quod ægrotaret frater earum; ut si dignaretur, veniret, et eum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sanare, ut posset resuscitare. Quid ergo nuntiaverunt sorores ejus? Domine, ecce quem amas infirmatur. Non dixerunt, Veni : amanti enim tantummodo nuntiandum fuit. Non ausæ sunt dicere, Veni, et sana : non ausæ sunt dicere, Ibi jube, et hic fiet. Cur enim non et istæ, si fides illius centurionis inde laudatur?

Lectio iij.

AIT enim : Non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nihil horum ' istæ, sed tantummodo : Domine, ecce quem amas infirmatur. Sufficit enim ut noveris : non enim amas, et deseris. Dicit aliquis : Quomodo per Lazarum peccator significabatur, et a Domino sic amabatur? Audiat eum dicentem : Non veni vocare justos, sed peccatores. Si enim peccatores Deus non amaret, de cælo ad terram non descenderet.

Ad Benedictus Ana. Lazarus amicus noster dormit : eamus, et a somno excitemus eum.

Oratio.

TPYEUS, qui ineffabilibus muli dum renovas sacramentis: præsta quæsumus, ut Ecclesia tua et æternis proficiat institutis, et temporalibus non destituatur auxiliis. Per.

Ad Magnificat Ana. Domine, si fuisses hic, Lazarus non esset mortuus : ecce jam fœtet quatriduanus in monumento.

Oratio.

TV nobis ' ^æsumus omni Impotens Deus : ut qui infi ' natatis nostræ conscii^ de Z virtute confidimus; sub Z semper pietate gaudeamus

SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Lectio j. Cap. 8.

IN illo tempore : Locutus est Jesus turbis Judæorum dicens : Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 34. in Joannem post initium.)

QUOD ait Dominus, Ego sum lux mundi, clarum puto esse eis, qui habent oculos, unde hujus lucis participes fiant : qui autem non habent oculos, nisi in sola carne, mirantur quod dictum est a Domino Jesu Christo, Ego sum lux mundi. Et forte non desit, qui dicat apud semetipsum : Numquid forte Dominus Christus est sol iste, qui ortu et occasu peragit diem? Non enim defuerunt hæretici, qui ista senserunt.

Lectio ij.

MANICHÆI solem istum oculis carnis visibilem, expositum, et publicum non tantum hominibus, sed etiam pecoribus ad videndum, Christum Dominum esse putaverunt. Sed catholicæ Ecclesiæ recta fides improbat tale commentum, et diabolicam doctrinam esse cognoscit: nec solum agnoscit credendo, sed in quibus potest, convincit etiam disputando. Improbemus itaque hujusmodi errorem, quem sancta ab initio anathematizavit Ecclesia.

Lectio iij.

NON est Dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est. Est ergo lux, quæ fecit hanc lucem. Hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus, ut ad ipsam, duce ipsa, aliquando veniamus : et in illa ita vivamus, ut nunquam omnino moriamur. Ista enim lux est, de qua prophetia olim præmissa ita in Psalmo cecinit: Quoniam apud te est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen.

Ad Benedictus Ana. Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus.

Oratio.

FIAT, Domine quæsumus, per gratiam tuam fructuosus nostræ devotionis affectus : quia tunc nobis proderunt suscepta jejunia, si tuæ sint placita pietati. Per.

AD VESPERAS.

Capitulum. Jer. II.

TU autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam, Domine Deus meus.

fy Multiplicati sunt qui tribulant me, et dicunt: Non est salus illi in Deo ejus : * Exsurge Domine, salvum me fac Deus meus. f. Nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum. — Exsurge. Non dicatur Gloria Patri., sed repetatur Multiplicati sunt. usque ad f. Nequando, exclusive.

TEt ab hac die usque ad Pascha exclusive, cum de Tempore agitur, in nullo ^z. dicitur Gloria Patri, nec ad Matutinum, nec ad alias Horas : sed loco Gloria Patri, repetatur Responsorium, festis Sanctorum exceptis.

Hymnus Vexilla Regis prodeunt., pag. 128.

y. Eripe me Domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me.

Ad Magnificat Ana. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso : et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus, familiam tuam propitius respice : ut te largiente regatur in corpore; et te servante custodiatur in mente. Per.

IN COMPLETORIO.

In manus tuas Domine * Commendo spiritum meum. In manus tuas. f. Redemisti me Domine, Deus veritatis. Commendo spiritum meum. In manus tuas.

Ad Nunc dimittis Ana. O Rex gloriose inter sanctos tuos, qui semper es laudabilis, et tamen ineffabilis : tu in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos Deus noster; ut in die judicii nos collocare digneris inter sanctos et electos tuos, Rex benedicte.

T Hæc Antiphona dicatur quotidie ad Nunc dimittis usque ad Cenam Domini exclusive, exceptis festis B. Mariæ V. et diebus infra Octavam Annuntiationis ejusdem, si eo tempore occurrerint. Si tamen Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato aut in Dominica, dicatur ad Nunc dimittis Aha O Rex gloriose.

## DOMINICA IN PASSIONE.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Hodie si vocem Domini audieritis, * Nolite obdurare corda vestra.

Psalmus 94.

TTENITE, exsultemus Domi V no : Jubilemus Deo salutari nostro : præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

Hodie si vocem Domini audieritis, Nolite obdurare corda vestra.

f. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipse conspicit.

Nolite obdurare corda vestra.

f. Quoniam ipsius est marej et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : venite adoremus, et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino, qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Hodie si vocem Domini audieritis, Nolite obdurare corda vestra.

Quo dicto sequitur .

| f. Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Nolite obdurare corda vestra

f. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi : Semper hi errant corde • ipsi vero non cognoverunt vias meas : quibus juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam.

Non dicatur Gloria Patri j sed post ultimum Versum bis ex integro repetatur Invitatorium :

Hodie si vocem Domini audieritis, Nolite obdurare corda vestra. Hodie....

Hymnus Pange lingua gloriosi., pag. 3.

### IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9.; super Psalmos sola Ana Quid molesti estis., pag. 9., X- Erue a framea., pag. io.

Incipit liber Jeremias Prophetæ.

Lectio j. Cap. i.

VEREA Jeremiæ filii Helciæ, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiæ filii Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni ejus. Et factum est in diebus Joakim filii Josiæ regis Juda, usque ad consummationem undecimi anni Sedecim filii Josiæ regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto. Et factum est | verbum Domini ad me, dicens •



Priusquam te formarem in utero, novi te : et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus dedi te. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me et salvi eritis. Deo gratias.

ty. j. Isti sunt dies, quos observare debetis temporibus suis. * Quartadecima die ad vesperum, Pascha Domini est: et in quintadecima solemnitatem celebrabitis altissimo Domino. y. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos. — Quartadecima.

Lectio ij.

ET dixi : A a a, Domine Deus : ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me : Noli dicere, Puer sum : quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis : et universa, quæcumque mandavero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum : quia tecum ego sum ut eruam te, dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum : et dixit Dominus ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constitui te hodie super gentes, et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ædifices, et plantes. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. 1^?. Deo gratias.

R. ij. Multiplicati sunt qui tribulant me, et dicunt : Non est salus illi in Deo ejus :* Exsurge Domine, salvum me fac Deus meus. f. Nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum. — Exsurge Domine.

Lectio iij.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens : Quid tu vides Jeremia? Et dixi : Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me : Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud. Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens : Quid tu vides? Et dixi : Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me : Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait Dominus. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, ^z. Deo gratias.

iij. Qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum, dicentes :* Deus dereliquit eum, persequimini et comprehendite eum : quia non est qui liberet eum. Deus meus ne elongeris a me : Deus meus in adjutorium meum intende. f. Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi : verbum iniquum mandaverunt adversum me, dicentes. — Deus dereliquit eum. 3Z. Qui custodiebant.

### IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 10-13.; super Psalmos sola Ana Mittens hæc mulier., pag. 13., f. De ore leonis., ibidem.

Sermo sancti Leonis Papæ. (Serm. 9. de Quadragesima.) Lectio iv.

IN omnibus, dilectissimi, solemnitatibus Christianis, non ignoramus Paschale sacrandi

tum esse præcipuum; cui con digne et congrue suscipiendo, totius quidem nos temporis in stituta reformant : sed devo tionem nostram præsentes vel maxime dies exigunt, quos illi sublimissimo divinæ miseri cordiæ sacramento scimus esse contiguos. In quibus merito a sanctis Apostolis per doctri nam Spiritus sancti majora sunt ordinata jejunia; ut per commune consortium crucis Christi, etiam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus, sicut Apostolus ait: Si compatimur, et conglorifi cabimur.

^Z. iv. Deus meus es tu, ne discedas ame:* Qu6niam tri bulatio proxima est, et non est qui adjuvet. $\Deus Deus meus respice in me. — Quoniam.

Lectio v.

C2RTA atque secura est ex spectatio promissæ beati tudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis. Nemo est, dilectissimi, cui per conditio nem temporis societas hujus gloriæ denegetur, tamquam tranquillitas pacis vacua sit occasione virtutis. Apostolus enim prædicat,dicens : Omnes, qui pie volunt vivere in Chri sto, persecutionem patientur. Et ideo nunquam deest tribu latio persecutionis, si nunquam desit observantia pietatis.

r^ v. Tota die contristatus ^ Domine quoniam anima mea impleta est illusio nibus : * Et vim faciebant qui quærebant animam meam. f. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates • et dolos tota die meditabantur. — Et vim faciebant.

Lectio vi.

DOMINUS enim in exhorta tionibus suis dicit • Qui non accipit crucem suam e sequitur me,non est me dignus Nec dubitare debemus hanc vocem non solum ad discipulos Christi, sed ad cunctos fideles totamque Ecclesiam pertinere' quæ salutare suum in his, qui aderant,universaliteraudtebat Sicut ergo totius est corporis pie vivere, ita totius est tempo ris crucem ferre : quæ merito ferri unicuique suadetur, quia propriis modis atque mensuris ab unoquoque toleratur.

vj. Deus meus eripe mede manu peccatoris, et de manu contra legem agentis et ini qui : *Quoniam tu es patientia mea. X'. Eripe me de inimicis meis Deus meus : et ab insur gentibus in me libera me. — Quoniam, Deus meus.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, Pagg- 13-15.; super Psalmos sola Ana Magister dicit., pag. 15., X". Ne perdas cum im piis., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo tempore : Dicebat Jesus turbis Judæorum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vo bis, quare non creditis mihi? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homilia 18. in Evang.)

PENSATE, fratres carissimi, mansuetudinem Dei. Re laxare peccata venerat, et di cebat : Quis ex vobis arguet me de peccato ? Non dedigna



tur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute Divinitatis poterat pec catores justificare. Sed terri bile est valde quod subditur : Qui ex Deo est, verba Dei au dit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si enim ipse verba Dei audit, qui ex Deo est, et audire verba ejus non potest, quisquis ex illo non est : interroget se unus quisque, si verba Dei in aure cordis percipit; et intelliget unde sit.

vij. Adjutor, et susceptor meus es tu Domine : et in ver bum tuum speravi: *Declinate a me maligni : et scrutabor mandata Dei mei. y. Iniquos odio habui : et legem tuam dilexi. — Declinate.

Lectio viij.

CELESTEM patriam deside rare Veritas jubet, carnis desideria conteri, mundi glo riam declinare, aliena non ap petere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque ve strum, si hæc vox Dei in cor dis ejus aure convaluit; et quia jam ex Deo sit, agnoscet. Nam sunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure corporis perci pere dignantur. Et sunt non nulli, qui hæc quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectun tur. Et sunt nonnulli, qui liben ter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compun gantur; sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem red eunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, qui hæc exercere in opere contemnunt.

r fy viij. In te jactatus sum ex utero : de ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discedas a me : * Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet, f. Salva me ex ore leonis : et a cornibus unicor nium humilitatem meam. — Quoniam.

Lectio ix.

VITAM ergo vestram, fratres carissimi, ante mentis ocu los revocate, et alta conside ratione pertimescite hoc, quod ex ore Veritatis sonat : Pro pterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Sed hoc, quod de reprobis Veritas lo quitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt: nam sequitur : Re sponderunt igitur Judæi, et dixerunt ei : Nonne bene dici mus nos quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes?

ix. In proximo est tribu latio mea Domine, et non est qui adjuvet: ut fodiant manus meas et pedes meos : libera me de ore leonis : * Ut enarrem nomen tuum fratribus meis. y. Erue a framea Deus ani mam meam : et de manu ca ilis unicam meam. — Ut enar rem. R?. In proximo est.

Ante Laudes JT. Intende ani mæ meæ, et libera eam. ^.Pro pter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

1. Vide Domine afflictionem meam : quoniam erectus est inimicus meus. Psalmus Mise rere, cum ceteris, pag. 24.
2. In tribulatione invocavi Dominum : et exaudivit me in latitudine.
3. Judicasti Domine causam animæ meæ : defensor vitæ meæ, Domine Deus meus.

4. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? Respon de mihi.

5. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ?

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth, et Hymnus Lustris sex qui jam peractis., pag. 22.

y. Eripe me de inimicis meis Deus meus. Et ab insurgen tibus in me libera me.

Ad Benedictus Ana. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit : pro pterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus, familiam tuam pro pitius respice : ut te largiente regatur in corpore, et te ser vante custodiatur in mente. Per.

AD PRIMAM.

Ana. Ego dæmonium non habeo : sed honorifico Patrem meum, dicit Dominus. Psal mus Deus Deus meus respice in me. cum ceteris, pag. 33.

T Ab hac die usque ad Domi nicam in Albis exclusive, non dicatur ad Primam Rz. Jesu Christe, nisi in festis Sancto rum : sed usque ad Cenam Do mini exclusive, cum de Tem pore agitur, post Capitulum immediate subjungatur y. Exsurge Domine, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

AD TERTIAM.

Ana. Ego gloriam meam non quæro : est qui quærat, et ju dicet.

Capitulum. Jer

T«u autem Domine Sabaoth ± qui judicas juste, et pro' has renes et corda, videam ultionem tuam ex eis • tibi l-enim revelavi causam meam Domine Deus meus.

IErue a framea Deus ani mammeam:*Etdemanu canis unicam meam. f. Salva me ex ore leonis : et a corni bus unicornium humilitatem meam. Et de manu. Erue.

y. De ore leonis libera me Domine. 37. Et a cornibus uni cornium humilitatem meam.

AD SEXTAM.

Ana. Amen, amen dico vo bis : si quis sermonem meum servaverit, mortem non gusta bit in æternum.

Capitulum. Isa. 50.

FACIEM meam non averti ab increpantibus, et conspuen tibus in me : Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus.

13?. De ore leonis libera me Domine :* Et a cornibus uni cornium humilitatem meam. y. Erue a framea Deus ani mam meam : et de manu ca nis unicam meam. Et a corni bus. ^7. De ore.

y. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. R?. Et cum viris sanguinum vitam meam.

AD NONAM.

Ana. Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum : vidit, et gavisus est.

Capitulum. Jerem. 17.

CONFUNDANTUR qui me per sequuntur, et non confun dar ego : paveant illi, et non paveam ego : induc super eos



diem afflictionis, et duplici contritione contere eos Do mine Deus noster.

Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis for midavit cor meum :* Lætabor ego super eloquia tua. JT. Quasi qui invenit spolia multa. Læ tabor. 1^7. Principes.

y. Eripe me de inimicis meis Deus meus. R?. Et ab insur gentibus in me libera me.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth, et Hymnus Vexilla Regis prodeunt., pag. 128.

f. Eripe me Domine ab ho mine malo. A viro iniquo eripe me.

Ad Magnificat Ana. Tulerunt lapides Judæi, ut jacerent in eum : Jesus autem abscondit se, et exivit de templo.

Oratio Quæsumus omnipo tens., ut in Laudibus.

T Prædicta Capitula, Hymni, ff. et ad Horas, dicun tur usque ad Cenam Domini exclusive, cum de Tempore agitur.

FERIA SECUNDA.
AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Do minum,* Qui nos redemit per crucem.

T Hoc Invitatorium deinceps quotidie dicatur usque ad Ce nam Domini ferialibus diebus : et in fine Psalmi Venite, bis ex integro repetatur, prætermisso Gloria Patri.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 7.

IN illo tempore : Miserunt principes, et Pharisæi mi nistros ut apprehenderent Je sum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 31. in Joan. circa med.)

QUOMODO apprehenderent adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehen dere nolentem, missi sunt ut audirent docentem. Quid do centem? Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum tempus vobis cum sum. Quod modo vultis facere, facturi estis; sed non modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia ad huc modicum tempus vobis cum sum, et tunc vado ad eum, qui me misit. Implere debeo dispensationem meam, et sic pervenire ad Passionem meam.

Lectio ij.

QUÆRETIS me, et non inve nietis : et ubi sum ego, vos non potestis venire. Hic jam Resurrectionemsuam præ dixit. Noluerunt enim eum agnoscere præsentem, et post ea quæsierunt, cum viderent in eum multitudinem jam cre dentem. Magna enim signa fa cta sunt, etiam cum Dominus resurrexit, et ascendit in cæ lum. Tunc per discipulos facta sunt signa magna : sed ille per illos, qui et per seipsum. Ipse quippe illis dixerat : Sine me nihil potestis facere.

Lectio iij.

QUANDO claudus ille, qui sedebat ad portam, ad vocem Petri surrexit, et suis pedibus ambulavit, ita ut homines mirarentur, sic eos allocutus est Petrus : Quia non in sua potestate ista fecit, sed in virtute illius, quem ipsi occiderunt. Multi compuncti dixerunt : Quid faciemus ? Viderunt enim se ingenti crimine impietatis adstrictos, quando illum occiderunt, quem venerari et adorare debuerunt : et hoc putabant esse inexpiabile. Magnum enim facinus erat, cujus consideratio illos faceret desperare : sed non debebant desperare, pro quibus in cruce pendens Dominus dignatus est orare.

Ad Benedictus Ana. In die magno festivitatis stabat Jesus, et clamabat, dicens : Si quis sitit, veniat ad me, et bibat

Oratio.

SANCTIFICA, quæsumus Domine, nostra jejunia, et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per.

AD HORAS.

T Anæ et reliqua diebus Profestis usque ad Cenam Domini ad Horas ante Orationem dicenda ponuntur in Psalterio post Psalmos cujuslibet Horæ.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Si quis sitit, veniat ad me, et bibat : et de ventre ejus fluent aquæ vlvæ

Oratio.

DA, quæsumus Domine, populo tuo salutem mentis et corporis : ut bonis operibus inhærendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Lectio J Cap. 7

IN illo tempore : Ambulabat Jesus in Galilæam : non enim volebat in Judæam ambulare, quia quaerebant eum Judæi interficere. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 28. in Joann. ab initio.)

IN isto Evangelii capitulo, fratres, Dominus noster Jesus Christus secundum hominem se plurimum commendavit fidei nostræ. Etenim semper hoc egit dictis et factis suis, ut Deus credatur, et homo : Deus, qui nos fecit: homo, qui nos quæsivit : Deus cum Patre semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quæreret quem fecerat, nisi fieret ipse quod fecerat. Verum hoc mementote, et de cordibus vestris nolite dimittere : sic esse Christum hominem factum, iit non destiterit Deus esse.

Lectio ij.

MANENS Deus accepit hominem, qui fecit hominem. Quando ergo latuit ut homo, non potentiam perdidisse putandus est, sed exemplum infirmitati præbuisse. Ille enim, quando voluit, detentus est; quando voluit, occisus est Sed quoniam futura erant membra ejus, id est, fideles ejus, qui non haberent illam potestatem,quam habebat ipse Deus noster : quod latebat, quod se, tamquam ne occideretur, occultabat; hoc indicabat factura esse membra sua, in quibus utique membris suis ipse erat.



Lectio iij.

NON enim Christus in capite, et non in corpore : sed Christus totus in capite et in corpore. Quod ergo membra ejus, ipse : quod autem ipse, non continuo membra ejus. Nam si ipsi non essent membra ejus, non diceret Saulo : Quid me persequeris ? Non enim Saulus ipsum, sed membra ejus, id est, fideles ejus, in terra persequebatur. Noluit tamen dicere, Sanctos meos, Servos meos, postremo honorabilius, Fratres meos; sed Me, hoc est membra mea, quibus ego sum caput.

Ad Benedictus Ana. Tempus meum nondum advenit : tempus autem vestrum semper est paratum.

Oratio.

NOSTRA tibi, Domine, quæsumus, sint accepta jejunia : quæ nos et expiando gratia tua dignos efficiant, et ad remedia perducant æterna. Per.

Ad Magnificat Ana.Vos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascendam, quia tempus meum nondum advenit.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, perseverantem in tua voluntate famulatum; ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi serviens augeatur. Per.

FERIA QUARTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. io.

IN illo tempore : Facta sunt Encænia in Jerosolymis : et hiems erat. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 48. in Joan. circa init.)

ENCÆNIA festivitas erat Dedicationis templi. Græce enim cœnon dicitur novum. Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, Encænia vocantur. Jam et usus habet hoc verbum. Si quis nova tunica induatur, encæniare dicitur. Illum enim diem, quo templum dedicatum est, Judæi solemniter celebrabant. Ipse dies festus agebatur, cum ea, quæ lecta sunt,locutus est Dominus.

Lectio ij.

HIEMS erat, et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Judæi, et dixerunt ei : Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Hiems erat, et ideo frigidi erant : ad illum enim divinum ignem accedere pigri erant. Si accedere est credere : qui credit, accedit : qui negat, recedit. Non movetur anima pedibus, sed affectibus.

Lectio iij.

FRIGUERANT a diligendi caritate, et ardebant nocendi cupiditate. Longe aberant, et ibi erant: non accedebant credendo, et premebant persequendo. Quærebant audire a Domino, Ego sum Christus : et fortasse de Christo secundum hominem sapiebant. Prædicaverunt enim Prophetæ Christum; sed divinitatem

Christi et in Prophetis, et in ipso Evangelio nec hæretici intelligunt : quanto minus Judæi, quamdiu velamen est super cor eorum!

Ad Benedictus Ana. Oves meæ vocem meam audiunt : et ego Dominus agnosco eas.

Oratio.

SANCTIFICATO hoc jejunio, Deus, tuorum corda fidelium miserator illustra : et quibus devotionis præstas affectum, præbe supplicantibus pium benignus auditum. Per.

Ad Magnificat Ana. Multa bona opera operatus sum vobis : propter quod opus vultis me occidere? Oratio.

ADESTO supplicationibus nostris omnipotens Deus : et quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges; consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per.

FERIA QUINTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 7.

IN illo tempore : Rogabat Jesum quidam de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 33. in Evang.)

COGITANTI mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet quam aliquid dicere. Cujus enim vel saxeum pectus illæ hujus peccatricis lacrimæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? Consideravit namque quid fecit, et noluit moderari quid faceret. Super convivantes ingressa est, non jussa venit, inter epulas lacrimas obtulit. Discite quo dolore ardet, quæ flere et inter epulas non erubescit.

Lectio ij.

HANC vero, quam Lucas peccatricem mulierem Joannes Mariam nominat, illam esse Mariam credimus,'de qua Marcus septeni dæmonia ejecta fuisse testatur. Et quid per septem dæmonia, nisi universa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ universis vitiis plena fuit.

Lectio iij.

SED ecce, quia turpitudinis suæ maculas aspexit, lavanda ad fontem misericordiæ cucurrit, convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus, nihil esse credidit, quod vere cundaretur foris. Quid igitur miramur, fratres? Mariam venientem, an Dominum suscipientem ? Suscipientem dicam, an trahentem ? Sed melius trahentem dicam, et suscipientem : quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris.

Ad Benedictus Ana. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut dignitas conditionis humanæ, perimmoderantiam sauciata; medicinalis parsimoniæ studio reformetur. Per.



Ad Magnificat Ana. Mittens hæc mulier in corpus meum hoc unguentum, ad sepeliendum me fecit. Oratio.

ESTO, quæsumus Domine, propitius plebi tuæ : ut quæ tibi non placent respuentes ; tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per.

FERIA SEXTA.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. II.

IN illo tempore : Collegerunt Pontifices et Pharisæi concilium adversus Jesum, et dicebant : Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi. (Tract. 49. in Joan. sub fine.)

PONTIFICES et Pharisæi sibi consulebant : nec tamen dicebant, Credamus. Plus enim perditi homines cogitabant quomodo nocerent, ut perderent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent. Et tamen timebant, et quasi consulebant. Dicebant enim : Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum : et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem.

Lectio ij.

TEMPORALIA perdere timuerunt, et vitam æternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt. Nam et Romani post Domini Passionem et glorificationem, tulerunt eis locum et gentem, expugnando et transferendo : et illud eos sequitur, quod alibi dictum est : Filii autem regni hujus ibunt in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret, qui adversus Romanos civitatem Dei templumque defenderet; quoniam contra ipsum- templum, et contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant.

Lectio iij.

UNUS autem ex ipsis, Caiphas, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis : Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit ; sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit. Hic docemur, etiam homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere. Quod tamen Evangelista divino tribuit sacramento, quia Pontifex fuit, id est, summus Sacerdos.

Ad Benedictus Ana. Appropinquabat autem dies festus : et quærebant Principes sacerdotum quomodo Jesum interficerent : sed timebant plebem.

Oratio.

CORDIBUS nostris, quæsumus Domine,gratiam tuam benignus infunde : ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes; temporaliter potius maceremur, quam suppliciis deputemur æternis. Per.

Ad Magnificat Ana. Principes sacerdotum consilium fecerunt, ut Jesum occiderent : dicebant autem : Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

Oratio.

CONCEDE quæsumus omnipotens Deus : ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus; liberati a malis omnibus, secura tibi mente serviamus. Per.

SABBATO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 12.

IN illo tempore : Cogitaverunt Principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent : quia multi propter illum abibant ex Judæis, et credebant in Jesum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 50. in Joan. in fine.)

VISO Lazaro resuscitato, quia tantum miraculum Domini tanta erat evidentia diffamatum, tanta manifestatione declaratum, ut non possent vel occultare quod factum est, vel negare : quid invenerunt? videte. Cogitaverunt autem Principes sacerdotum ut et Lazarum interficerent. O stulta cogitatio, et cæca sævitia! Dominus Christus, qui suscitare potuit mortuum, non posset occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, numquid auferebatis Domino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus, aliud occisus : ecce Dominus utrumque fecit, et Lazarum mortuum, et seipsum suscitavit occisum.

Lectio ij.

(Tract. 51. in Joannem.)

IN crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Jerosolymam : acceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant : Hosanna! Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Rami palmarum laudes sunt, significantes victoriam : quia erat Dominus mortem moriendo superaturus et trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.

Lectio iij.

HAS ei laudes turba dicebat : Hosanna! Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. Quam crucem mentis invidentia principum Judæorum perpeti potuerat, quando Regem suum Christum tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit Domino, Regem esse Israel? Quid magnum fuit Regi sæculorum, regem fieri hominum? Non enim Rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hostesque visibiliter debellandos; sed Rex Israel, quod mentes regat, quod in æternum consulat, quod in regnum cælorum credentes, sperantes, amantesque perducat.

Ad Benedictus Ana. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Oratio.

PROFICIAT, quæsumus Domine, plebs tibi dicata piæ devotionis affectu : ut sacris actionibus erudita, quanto majestati tuæ fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per.

AD VESPERAS.

Capitulum. Jer. II.

Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam, Domine Deus meus.



Circumdederunt me viri mendaces : sine causa flagellis ceciderunt me. * Sed tu Domine defensor vindica me. ^.Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet. — Sed tu. ^z. Circumdederunt.

Hymnus Vexilla Regis., pag. 128.

f. Eripe me Domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me.

Ad Magnificat Ana. Clarifica me Pater, apud temetipsum, claritate, quam habui prius quam mundus fieret. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui humano generi adimitandum humilitatis exemplum,Salvatorem nostrumcarnem sumere, et crucem subire fecisti; concede propitius : ut et patientiæ ipsius habere documenta, et resurrectionis consortia mereamur. Per eumdem.

DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ipsi vero non cognoverunt vias meas :* Quibus juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam.

Dicto ultimo Versu Psalmi Venite exsultemus, usque ad verba Semper hi errant corde, inclusive, prætermisso Gloria Patri., bis ex integro repetatur Invitatorium : Ipsi vero non cognoverunt vias meas:Quibus juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam. Ipsi vero...

Hymnus Pange lingua gloriosi., pag. 3.

IN I. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 4-9 -; super Psalmos sola Aha Quid molesti estis., pag. 9, f. Erue a framea., pag. io.

De Jeremia Propheta.

Lectio j. Cap. 12.

JUSTUS quidem tu es Domine, si disputem tecum : verumtamen justa loquar ad te : Quare via impiorum prosperatur : bene est omnibus,qui prævaricantur, et inique agunt? Plantasti eos, et radicem miserunt : proficiunt et faciunt fructum : Prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum. Et tu Domine nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum. Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. R?. Deo gratias,

fy j. In die, qua invocavi te Domine, dixisti: Noli timere : judicasti causam meam, et liberasti me, * Deus meus. y. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me. — Deus meus.

Lectio ij.

USQUEQUO lugebit terra, et herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? Consumptum est animal, et volucre, quoniam dixerunt : Non videbit novissima nostra. Si cum peditibus currens laborasti quomodo contendere poteris cum equis? Cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis? Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce : ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.

Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis, ty. Deo gratias.

^z. ij. Fratres mei elongaveruntseame:etnotimei * Quasi alieni recesserunt a me. y. Dereliquerunt me proximi mei: et qui me noverunt. — Quasi alieni.

Lectio iij.

RELIQUI domum meam, dimisi hereditatem meam : dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus. Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silva : dedit contra me vocem, ideo odivi eam. Numquid avis discolor hereditas mea mihi? Numquid avis tincta per totum? Venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad devorandum. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam : dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. Deo gratias.

fy iij. Attende Domine ad me, et audi voces adversariorum meorum :* Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? T. Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis. — Numquid redditur pro bono malum. Attende Domine ad me.

IN II. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. 10-13.; super Psalmos sola Ana Mittens hæc mulier., pag. 13., f. De ore leonis., ibidem.

Sermo sancti Athanasii Episcopi.

(De Passione et Cruce Domini e veteri versione.)

Lectio i v.

Si causam discamus, et quam ob rem passus fuerit unigenitus Dei Filius consideremus non jam erubescamus, sed mirabimur bonitatem, humanitatemque ejus, et gloriabimur nos quoque, quemadmodum Paulus, in cruce. Non enim Dominus ipse propter seipsum, sed nos in illo patiebamur! Nam hominum peccatum ingens erat, et hoc malum totum occupaverat orbem. Cum autem et antea maximum esset, ac paulatim deinde crevisset; intolerabile factum est hominibus. Nam et mors in omnes et in omnibus invaluit regnando.

1$. iv. Conclusit vias meas inimicus, insidiator factus est mihi, sicut leo in abscondito : replevit et inebriavit me amaritudine : deduxerunt in lacum mortis vitam meam, et posuerunt lapidem contra me. * Vide Domine iniquitates illorum : et judica causam animæ meæ, defensor vitæ meæ. X- Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. — Vide Domine.

Lectio v.

DOMINUS autem noster immortalis et incorruptibilis est, et quemadmodum immortalis et incorruptibilis est, ita bonus quoque et humanus. Nam boni patris bonus est sermo, eoque non dissimulavit perire,quod factum erat; neque sustinuit, ut eorum, quæ ipse condiderat, alius fieret dominus. Verum cum aspiceret ad



malitiam intolerabilem, humanum genus non satis erat idoneum ad resistendum morti : neque poterat pœnam pro peccatis dissolvere. Superabat enim omnem pœnam malitiæ magnitudo.

v. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam : ne avertas faciem tuam a me : quoniam tribulor, exaudi me, *Deus meus. y. Intende animæ meæ, et libera eam. — Deus.

Lectio vj.

RURSUS, cum respiceret et Patris bonitatem, et suam potentiam ac virtutem, (Christus enim Dei virtus, et Dei sapientia) commotus est humamtate; et miseratus infirmitatem nostram, hanc induit, Ipse enim, ut ait Propheta, infirmitates nostras portavit, morbosque gestavit : ac miseratus nostram mortalitatem, induit illam. Ait enim Paulus : Humiliavit semetipsum usque ad mortem,mortem autem crucis : ut ipse patiens, eum, qui vere patiebatur, redderet innocuum, et parva magnis permutaret.

ty. vj. Noli esse mihi, Domine, alienus, parce mihi in die mala : confundantur omnes, qui me persequuntur, *Et non confundar ego. ^.Confundantur omnes inimici mei, qui animam meam, ut auferant eam. — Et non confundar ego. ^z. Noli esse mihi, bomine, alienus.

IN III. NOCTURNO.

Psalmi ut in Psalterio, pagg. J3-I5-; super Psalmos sola Ana Magister dicit, pag.i5.;y.Ne Perdas cum impiis., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo tempore : Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, et venisset Bethphage ad Montem oliveti : tunc misit duos discipulos, dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea : solvite, et adducite mihi. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(In Dominica Palmarum.)

J^JEDIATOR Dei et hominum, IVI homo Christus Jesus (qui pro humani generis salute pas[ Surus de cælo descenderat ad terras) appropinquante hora Passionis, appropinquare voluit loco Passionis, ut etiam f per hoc claresceret, quia non invitus, sed sponte pateretur, In asino venire, et a turbis Rex appellari, ac laudari voluit, ut etiam per hoc eruditus quisque cognosceret ipsum esse Christum, quem sic illo venturum prophetia olim præmissa signaverat. Ante quinque dies Paschæ venire voluit, sicut ex Joannis Evangelio didicimus : ut etiam per hoc ostenderet se esse Agnum immaculatum,qui peccata tolleret mundi.

vij. Dominus mecum est tamquam bellator fortis : propterea persecuti sunt me, et intelligere non potuerunt : Domine probans renes et corda, * Tibi revelavi causam meam. y. Vidisti Domine iniquitates eorum adversum me : judica judicium meum. — Tibi revelavi causam meam.

Lectio viij.

AGNUS quippe Paschalis, cujus immolatione popu lus Israel est ab Ægyptia ser vitute liberatus, ante quinque dies Paschæ, id est, decima luna, domum inferri, et ipsa die Paschæ, id est, quarta de cima luna, ad vesperam jussus est immolari: significans eum, qui nos suo sanguine redem pturus, ante quinque dies Pa schæ, id est, hodierna die, magno præcedentium sequen tiumque populorum gaudio ac laudatione deductus, venit in templum Dei: et erat quotidie docens in eo.

3Z. viij. Dixerunt impii apud se non recte cogitantes : Cir cumveniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris: promittit se scientiam Dei ha bere, filium Dei se nominat, et gloriatur Patrem se habere Deum : videamus si sermones illius veri sunt. Et si est verus filius Dei, liberet illum de ma nibus nostris : * Morte tur pissima condemnemus eum. ^.Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tamquam ab im munditiis,et præfert novissima justorum. — Morte turpissima condemnemus eum.

Lectio ix.

QUINTA demum peracta die, ubi veteris Paschæ sacra menta hactenus observata con summavit; ac novi deinceps observanda discipulis sacra menta contradidit : egressus in Montem oliveti, detentus est a Judæis, et mane crucifi xus : ipsa nos die a dæmoniaca dominatione redemit, qua anti quus ille Hebræorum populus per immolationem agni,jugum Ægyptiæ servitutis abjecit Ergo Dominus instar agni Pa schalis,ante quinque dies quam pati inciperet, locum Passionis adiit : ut se insinuaret esse illum, de quo prædixit Isaias: Sicut ovis ad occisionem duce tur ; et quasi agnus coram ton dente se obmutescet, et non aperiet os suum.

I^.ix.Circumdederunt me viri mendaces : sine causa flagellis ceciderunt me : * Sed tu Do mine defensor vindica me. ^.Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet — Sed tu. Circumdederunt me viri mendaces.

Ante Laudes )T. Intende ani mæ meæ, et libera eam. ^.Pro pter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

1. Dominus Deus auxiliator meus : et ideo non sum confu sus. Psalmus Miserere, cum ce teris, pag. 24.
2. Circumdantes circumdede runt me : et in nomine Domini vindicabor in eis.
3. Judica causam meam : de fende, quia potens es Domine.
4. Cum angelis et pueris fide les inveniamur, triumphatori mortis clamantes : Hosanna in excelsis!
5. Confundantur qui me per sequuntur, et non confundar ego, Domine Deus meus.

Capitulum Tu autem., Hym nus Lustris sex., et f. Eripe me de inimicis., pag. 21. et pag. 22

Ad Benedictus Ana. Turba multa,quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino : Benedictus qui venit in nomine Domini : hosanna in excelsis.



Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui, humano gene ri ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem no strum carnem sumere, et cru cem subire fecisti, concede propitius : ut et patientiæ ipsius habere documenta, et re surrectionis consortia merea mur. Per eumdem Dominum.

Ad Memoriam de B. MariaV.: Ana. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Geni trix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus : sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo benedicta.

f. Post partum Virgo invio lata permansisti. I^Z. Dei Geni trix intercede pro nobis.

Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cun ctis hostibus redde securos. Per Dominum.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum.Cap.21.

IN illo tempore : Cum appro pinquasset Jesus Jerosoly mis, et venisset Bethphage ad montem Oliveti : tunc misit duos discipulos, dicens eis : Ite in castellum, quod contra vos est, et statim invenietis asi nam alligatam, et pullum cum ea : solvite, et adducite mihi. lu autem Domine.

AD PRIMAM.

Ana. Hosanna Filio David : benedictus qui venit in nomine domini!

Deus Deus meus re spice in me. cum ceteris, pag.33.

Post Capitulum Regi sæculo rum., omisso Jesu Christe., statim dicatur :

f. Exsurge Domine, adjuva nos. ^z. Et libera nos propter nomen tuum.

AD TERTIAM.

Ana. Pueri Hebræorum ve stimenta prosternebant in via, et clamabant, dicentes : Ho sanna filio David : benedictus qui venit in nomine Domini!

Capitulum. Jer. II.

Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultio nem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam, Do mine Deus meus.

Erue a framea Deus ani mam meam:* Etde manu canis unicam meam. T* Salva me ex ore leonis : et a corni bus unicornium humilitatem meam. Et de manu canis. Erue.

T* De ore leonis libera me Domine. Et a cornibus uni cornium humilitatem meam.

AD SEXTAM.

Ana. Pueri Hebræorum tol lentes ramos olivarum, obvia verunt Domino, clamantes, et dicentes : Hosanna in excelsis!

Capitulum. Isa. 50.

FACIEM meam non averti ab increpantibus, et conspuen tibus in me : Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus.

I^Z. De ore leonis libera me Domine : * Et a cornibus uni cornium humilitatem meam.

Erue a framea Deus ani mam meam : et de manu canis unicam meam. Et a cornibus. De ore.

$ . Ne perdas cum impiis Deus animam meam. Et cum viris sanguinum vitam meam.

AD NONAM.

Ana. Occurrunt turbæ cum floribus et palmis Redemptori obviam, et victori triumphanti digna dant obsequia : Filium Dei ore gentes prædicant, et in laudem Christi voces tonant per nubila : Hosanna!

Capitulum. Jerem. 17.

CONFUNDANTUR qui me persequuntur, et non confundar ego : paveant illi, et non paveam ego : induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos, Domine Deus noster.

1$. Principes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum : ^Lætabor ego super eloquia tua. f. Quasi qui invenit spolia multa. Lætabor ego. Principes.

f. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ty. Et ab insurgentibus in me libera me.

AD VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Vexilla Regis prodeunt, et f. Eripe me Domine., pag. 128.

Ad Magnificat Ana. Cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes : Benedictus, qui venit rex in nomine Domini : pax in cælo, et gloria in excelsis.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui, humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem subire fecisti; concede propitius : ut et patientiæ ipsius habere documenta, et resurrectionis consortia mereamur. Per eumdem Dominum.

Ad Memoriam de B. Maria V.:

Ana. Regali ex progenie Maria exorta refulget: cujus precibus nos adjuvari mente et spiritu devotissime poscimus.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. f^.Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis hostibus redde securos. Per Dominum.

AD LITANIAS SANCTORUM.

Hodie post Completorium, a Fratribus genuflexis usque ad ultimam Orationem Deus a quo sancta desideria, inclusive, dicatur in Choro Psalmus Deus in adjutorium meum intende. (addito Gloria Patri.) cum Litaniis Sanctorum, Precibus, Versiculis et Orationibus, ut pagg. 156-159. notatum est.

T Qui autem tunc non fuerint in Choro ad ea recitanda minime teneantur.

FERIA SECUNDA.
AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Dominum, * Qui nos redemit per Crucem.



Hoc Invitatorium in fine Psalmi Venite exsultemus, bis ex integro repetatur, prætermisso Gloria Patri.

Hymnus Pange lingua gloriosi., pag.3.

IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et ut in Psalterio, pagg. 47-56.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 12.

ANTE sex dies Paschæ venit Jesus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 50. in Joan. post init.)

NE putarent homines phantasma esse factum, quia mortuus resurrexit, Lazarus unus erat ex recumbentibus : vivebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Judæorum confundebatur. Discumbebat ergo Jesus cum Lazaro et ceteris : ministrabat Martha, una ex sororibus Lazari.

fy j. In die, qua invocavi te, Domine dixisti : Noli timere : judicasti causam meam, et liberasti me* Deus meus.f. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me. — Deus meus.

Lectio ij.

MARIA vero, altera soror Lazari, accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, et unxit pedes Jesu, et extersit capillis suis pedes ejus, et domus impleta est ex odore unguenti. Factum audivimus : mysterium requiramus. Quæcumque anima fidelis vis esse, cum Maria unge pedes Domini pretioso unguento.Unguentum illud justitia fuit,ideo libra fuit.

ij. Fratres mei elongaverunt se a me : et noti mei * Quasi alieni recesserunt a me. f. Dereliquerunt me proximi mei : et qui me noverunt. — Quasi alieni recesserunt a me.

Lectio iij.

ERAT autem unguentum nardi pistici pretiosi. Pistis græce, fides latine dicitur. Quærebas operari justitiam? Justus ex fide vivit. Unge pedes Jesu bene vivendo : Dominica sectare vestigia. Capillis terge : si habes superflua, da pauperibus, et Domini pedes tersisti : capilli enim superflua corporis videntur. Habes quod agas de superfluis tibi. Tibi superflua sunt, sed Domini pedibus necessaria sunt.

iij. Attende Domine ad me, et audi voces adversariorum meorum :* Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis. — Numquid redditur.]^. Attende Domine.

Ante Laudes f. Intende animæ meæ, et libera eam. 1$. Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

I. Faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me. Psalmi ut in Feriis ij. per annum, pag. 57.

2. Framea suscitare adversus eos qui dispergunt gregem meum.

3. Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, qui bus appretiatus sum ab eis.

4. Inundaverunt aquæ super caput meum : dixi : Perii; in vocabo nomen tuum Domine Deus.

5. Labia insurgentium et co gitationes eorum vide Domine.

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Lustris sex qui jam peractis, et Eripe me de inimicis meis., pag. 21. et pag. 22.

Ad Benedictus Ana. Non ha beres in me potestatem, nisi desuper datum tibi fuisset.

Kyrie eleison.Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui in tot ad versis ex nostra infirmitate de ficimus, intercedente unigeniti Filii tui Passione respiremus : Qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitu tionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Animæ impiorum fre mebant adversum me : et gra vatum est cor meum super eos. Psalmi Deus in nomine tuo., Beati immaculati, et Retribue servo tuo.

Capitulum. Zach. 8.

PACEM, et veritatem diligite, ait Dominus omnipotens. Non dicatur Jesu Christe., sed post Capitulum immediate subjungatur

J. Exsurge Domine, adjuva nos. ^z. Et libera nos propter nomen tuum.

Deinde dicantur Preces et Oratio Domine Deus omnipo tens., ut ad Primam in Psalte rio, p ag. 32. et pag. 33. nota tum est.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, I^zfy, Jf. et Preces quæ post Psal mos cujusque Horæ a Feria secunda post Dominicam in Passione ad Cenam Domini respective dicenda ponuntur. Oratio Da, quæstuus., ut in Laudibus.

AD VESPERAS.

Psalmus Dilexi, et ceteri cum suis Antiphonis ut in Psalterio, pag. 130.

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Vexilla Re gis prodeunt, et f. Eripe me Domine., pag. 128.

Ad Magnificat Ana. Potesta tem habeo ponendi animam meam,et iterum sumendi eam.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

ADJUVA nos Deus salutaris noster : et ad beneficia re colenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gau dentes. Per.

Ad Memoriam de S. P. N. Dominico :

Ana. Magne Pater sancte Dominice mortis hora nos te cum suscipe, et hic semper nos pie respice.

Ora pro nobis beate Pater Dominice. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.



Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confesso ris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctri nis : concede ut ejus interces sione temporalibus non desti tuatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

IN COMPLETORIO.

T Hodie et cras, finita ad Nunc dimittis Ana O Rex glo riose. .dicantur Preces pag. 151, signatæ.

Post Orationem Visita, dicto Dominus vobiscum., Benedi camus Domino, et data Bene dictione, recitetur Completo rium de B. Maria V., ut pag. 173*. notatum est.

AD LITANIAS SANCTORUM.

T Hodie et cras post Com pletorium, a Fratribus prostra tis usque ad ultimam Oratio nem Deus a quo sancta desi deria. inclusive, dicatur in Choro Psalmus Deus in adju torium meum intende, (addito Gloria Patri.) cum Litaniis Sanctorum, Precibus, Versicu lis et Orationibus, ut pagg. 156-159. notatum est.

T Qui autem tunc non fuerint in Choro ad ea recitanda mi nime teneantur.

AD DISCIPLINAS.

Terminatis Litaniis Sancto rum cum suis Orationibus, dentur Disciplinæ, utpag. 16©. notatum est.

FERIA TERTIA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Do minum, * Qui nos redemit per Crucem.

Hoc Invitatorium in fine Psalmi Venite exsultemus, bis ex integro repetatur, præter misso Gloria Patri.

Hymnus Pange lingua glo riosi., pag. 3.

IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et f. ut in Psalterio, pagg. 61-69.

Ante Lectiones dantur Bene dictiones ij. Nocturni Deus Pa ter omnipotens, etc.

De Jeremia Propheta.

Lectio j. Cap. 20.

SEDUXISTI me Domine, et seductus sum : fortior me fuisti, et invaluisti : factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito : et fa ctus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die. Et dixi : Non recordabor ejus, neque loquar ultra in no mine illius : et factus est in corde meo quasi ignis exæ stuans, claususque in ossibus meis : et defeci, ferre non su stinens. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis. 1$. Deo gratias.

37. j. Conclusit vias meas ini micus, insidiator factus est mihi, sicut leo in abscondito : replevit et inebriavit me ama ritudine : deduxerunt in lacum mortis vitam meam, et posue runt lapidem contra me. * Vide Domine iniquitates illorum : et judica causam animæ meæ, defensor vitæ meæ. f. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. — Vide Domine.

Sermo sancti Athanasii Episcopi.
(De Pass. et Cruce Domini e veteri versione.)

Lectio ij.

POSTQUAM sese exuisset ad congressum Dominus, quo trophæum adversus diabolum paratum fieret omnibus con spicuum; protinus induerunt eum, quemadmodum Joannes dicit, purpura : ut vero Mat thæus et Marcus, chlamyde coccinea; coronamque de spi nis super caput illius, et arun dinem in manum dabant : at que ita accedentes genua fle ctebant ei. Tu autem.

13?. ij. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ us que ad animam meam : ne avertas faciem tuam a me : quoniam tribulor, exaudi me, *Deus meus. f. Intende ani mæ meæ, et libera eam. — Deus meus.

Lectio iij.

MBACULUM novum et in credibile, magnæque vi ctoriæ revera documentum. Quem enim ut hominem con demnarant, hunc morientem deinceps ut Deum adorabant : et quem pro nihilo duxerant ceu vilem, hunc confitebantur regem :et a quo vulgaria vesti menta abstulerant, huic pur puram imponebant : et quem inscientes contumeliis afficie bant, hunc nolentes prophetam appellabant : et quem illuse rant verberantes, huic victoriæ præmia tribuerunt, coccineam chlamydem, et spinis contex tam coronam cum arundine. Quamquam enim per contu meliam ista faciebant, tamen ignorabant, quod etiam no lentes spoliabantur ab eo. Tu autem.

R. iij. Noli esse mihi Domine alienus, parce mihi in die mala : confundantur omnes qui me persequuntur, * Et non confundar ego. f. Confundan tur omnes inimici mei,qui quæ runt animam meam, ut aufe rant eam. — Et non confundar ego. Noli esse mihi Domine alienus.

Ante Laudes J. Intende ani mæ meæ, et libera eam. ty. Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES ANTIPHONÆ.

1. Vide Domine, et considera quoniam tribulor : velociter exaudi me. Psalmi ut in Fe riis iij. per annum, pag. 69.
2. Discerne causam meam Domine : ab homine iniquo et doloso eripe me.
3. Dum tribularer, clamavi ad Dominum de ventre inferi: et exaudivit me.
4. Domine, vim patior, re sponde pro me : quia nescio quid dicam inimicis meis.
5. Dixerunt impii : Opprima mus virum justum, quoniam contrarius est operibus nostris.

Capitulum Tu autem., Hym nus Lustris sex. et f. Eripe me de inimicis., pag. 21. et pag. 22.

Ad Benedictus Ana. Nemo tollet animam meam; sed ego pono eam, et iterum sumo eam.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum.



Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, da nobis ita Domi nicæ Passionis sacramenta peragere; ut indulgentiam per cipere mereamur. Per eum dem.

Ad Memoriam de S. P. N. Dominico :

Ana. Benedictus Redemptor omnium, qui saluti providens hominum, mundo dedit san ctum Dominicum.

f. Justus germinabit sicut li lium. Et florebit in æter num ante Dominum.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confesso ris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctri nis : concede ut ejus interces sione temporalibus non desti tuatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitu tionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Animæ impiorum fre mebant adversum me : et gra vatum est cor meum super eos. Psalmi Deus in nomine tuo., Beati immaculati, et Re tribue servo tuo.

Capitulum. Zach. 8.

PACEM, et veritatem diligite, ait Dominus omnipotens.

Non dicatur ^z. Jesu Christe., sed post Capitulum immediate subjungatur

f. Exsurge Domine adjuva nos. fy Et libera nos propter nomen tuum.

Deinde dicantur Preces et Oratio Domine Deus omnipo tens., ut ad Primam in Psalte rio, pag. 32. et pag. 33 nota tum est.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, ff. et Preces, quæ post Psal mos cujusque Horæ a Feria secunda post Dominicam in Passione ad Cenam Domini respective dicenda ponuntur.

Oratio Omnipotens sempi terne Deus., ut in Laudibus.

AD VESPERAS.

Psalmus Lætatus sum. et ce teri cum suis Antiphonis ut in Psalterio, pag. 133.

Capitulum Tu autem., Hym nus Vexilla Regis, et y. Eripe me Domine., pag. 128.

Ad Magnificat Ana. Quotidie apud vos eram in templo do cens, et non me tenuistis : et ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

TUA nos misericordia Deus et ab omni subreptione vetustatis expurget : et capa ces sanctæ novitatis efficiat. Per.

Fiat Memoria de Officio vo tivo in Feriis quartis celebrari solito.

IN COMPLETORIO ET AD LITANIAS SANCTORUM.

Omnia fiant ut in præcedenti Feria, pag. 421.

AD DISCIPLINAS.

Terminatis Litaniis Sancto rum cum suis Orationibus, dentur Disciplinæ, ut pag. 160. notatum est.

FERIA QUARTA.
AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Do minum, * Qui nos redemit per Crucem.

Hoc Invitatorium in fine Psalmi Venite exsultemus, bis ex integro repetatur, prætermisso Gloria Patri.

HymnusPange lingua.,pag.3.

IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et JT.ut in Psalterio, pagg. 73-80.

Ante Lectiones dantur Benedictiones iij. Nocturni Ille nos benedicat, etc.

De Jeremia Propheta.

Lectio j. Cap. 26.

CUMQUE complesset Jeremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, et prophetæ, et omnis populus, dicens : Morte moriatur. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens : Sicut Silo erit domus hæc : et urbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversus Jeremiam in domo Domini. Et audierunt principes Juda verba hæc : et ascenderunt de domo regis in domum Domini, et sederunt in introitu portæ I domus Domini novæ. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

Deo gratias,

j. Dominus mecum est tamquam bellator fortis : propterea persecuti sunt me, et intelligere non potuerunt : Domine probans renes et corda, * Tibi revelavi causam meam. J. Vidisti Domine iniquitates eorum adversum me • judica judicium meum. — Tibi revelavi causam meam.

Sermo sancti Athanasii Episcopi.
(De Pass. et Cruce Domini, e veteri versione.)

Lectio ij.

CUM omnia jam circa Passionem Domini sic essent facta, venit festinans ad locum, ubi erat illi conscendenda crux: i ut chirographum,quod erat adversus nos, ab hostibus abreptum affigeret cruci; ac spoliatos principatus potestatesque confidenter traduceret ligno, i triumphum agens adversus illas, ostendens ex ore leonis revulsum hominem, mox proprio sanguine rigans purgansque terram. Hoc autem facturus exuebat vestimenta. Oportebat enim eum, qui reduceret hominem in Paradisum, exuere tunicas, quas acceperat Adam, cum e Paradiso ejiceretur. Postquam enim peccaverat, restabat ut etiam moreretur. Acceperat autem tunicas pelliceas ex animantibus mortuis factas, signum mortificationis, quæ illi per peccatum accesserat. Tu autem.

fy. ij. Dixerunt impii apud se non recte cogitantes : Circumveniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris: promittit se scientiam Dei habere, filium Dei se nominat, et gloriatur Patrem se habere Deum : videamus si sermones ejus veri sunt. Et si est verus filius Dei, liberet illum de manibus nostris : * Morte turpissima condemnemus eum. Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris tamquam ab immunditiis, et præfert novissima justorum. — Morte turpissima condemnemus eum.

Lectio iij.

VERUM Dominus, qui omnia nostra propter nos in se recepit, induit hæc, ut exueret, proque his nos indueret vitam et immortalitatem. Induit autem cum iis etiam tunicam, quæ fuit desuper contextas per totum, quo vel hinc credere possint Judæi, quis esset, et unde esset, qui hæc induit : quod Verbum erat non a terra, sed e cælis veniens : quodque non divisibile,sed indivisibile Verbum est Patris, quodque factus homo habuit corpus ex Virgine, sola contextum Spiritus gratia : unde milites cetera tantum vestimenta partiti sunt. Poterant enim dividi, et dividunt in partes quatuor, eo quod pro peccatis mundi quadrifariam divisi, ad exortum, occasum, septentrionem, ac meridiem gestabat illa. Tu autem.

iij. Circumdederunt me viri mendaces : sine causa flagellis ceciderunt me : *Sed tu Domine defensor vindica me. f. Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet. — Sed tu Domine. Circumdederunt me.

Ante Laudes f - Intende animæ meæ, et libera eam. ^.Propter inimicos meos eripe me.

AD LAUDES
ANTIPHONÆ.

i. Libera me de sanguinibus Deus, Deus meus : et exsultabit lingua mea justitiam tuam. Psalmi ut in Feriis iv. per annum, pag. 81.



2. Contumelias et terrores passus sum ab eis : et Dominus mecum est tamquam bellator . fortis.

3. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ.

4. Omnes inimici mei audierunt malum meum, Domine : lætati sunt, quoniam tu fecisti.

5. Alliga Domine in vinculis nationes gentium, et reges earum in compedibus.

CapitulumTu autem Domine Sabaoth., Hymnus Lustris sex qui jam peractis, et f - Eripe me de inimicis meis., pag. 21. et pag. 22.

Ad Benedictus Ana. Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare mecum?

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui nostris excessibus incessanter affligimur, per unigeniti Filii tui Passionem liberemur : Qui tecum vivit.

Fiat Memoria de Officio Votivo in Feriis quartis celebrari solito.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Animæ impiorum fremebant adversum me : et gravatum est cor meum super eos. Psalmi Deus in nomine tuo., Beati immaculati, et Retribue servo tuo.

Capitulum. Zach. 8.

FÆEM et veritatem diligite, ait Dominus omnipotens.

Non dicatur ty. Jesu Christe., sed post Capitulum immediate subjungatur

f. Exsurge Domine adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Deinde dicantur Preces et Oratio Domine Deus omnipotens., ut ad Primam in Psalterio, pag. 32. et pag. 33. notatum est.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, yry. et Preces, quæ post Psalmos cujusque Horæ a Feria secunda post Dominicam in Passione ad Cenam Domini respective dicenda ponuntur.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui nostris excessibus incessanter affligimur, per unigeniti Filii tui Passionem liberemur : Qui tecum vivit.

AD VESPERAS.

Non dicatur Officium beatæ Mariæ Virginis, nec fiant Prostrationes.

Psalmus Nisi Dominus, et ceteri cum suis Antiphonis ut in Psalterio, pag. 134.

Capitulum Tu autem Domine Sabaoth., Hymnus Vexilla Regis prodeunt, et f. Eripe me Domine., pag. 128.

Ad Magnificat Ana. Tanto tempore vobiscum eram docens in templo, et non me tenuistis : et modo flagellatum ducitis ad crucifigendum.

Non dicantur Preces.

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum : Qui tecum vivit.

Non fiat aliqua Memoria. Dominus vobiscum. R?* Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. fyDeo gratias. Fidelium., etc.

AD COMPLETORIUM.

Completorium more solito absque Prostrationibus et absque Precibus dicatur, et Benedictio post Completorium detur, et Aquæ benedictæ aspersio fiat. Non dicatur Salve Regina., sed post Benedictionem dicto Fidelium animæ., Pater noster, et Credo in Deum., Completorium terminetur.

FERIA V. IN CENA DOMINI.

AD MATUTINUM.

Officium celebratur ad modum festi Duplicis.

T Hoc triduo ante Matutinum non dicatur Domine labia mea aperies., nec Deus in adjutorium., neque Invitatorium, neque Hymnus; sed dicto Pater noster, et Credo in Deum., postquam versis vultibus ad altare signaverint se Fratres, statim incipiatur.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 68.

SALVUM me fac Deus : * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi : * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris : * et tempestas demersit me.



Laboravi clamans, ? raucæ factæ sunt fauces meæ : * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei injuste : * quæ non rapui, tunc exsolvebam.

Deus tu scis insipientiam meam:*etdelicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant iti me qui exspectant te Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me * qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium : * operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, * et peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me : * et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam : * et factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium : * et factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta: * et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te Domine : * tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ :

Eripe me de luto, ut non tongar : * libera me ab iis, qui oderunt me, et de profundis Quarum.

Non me demergat tempestas aquæ, ? neque absorbeat me profundum : * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua : * secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo : * quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, et libera eam : * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, et confusionem meam, * et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * improperium exspectavit cor meum, et miseriam.

Et sustinui qui simul contristaretur, et non fuit : * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel: * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum corani ipsis in laqueum, * et in retributiones, et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant : * et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam : * et furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta : * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt : * et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : * et non intrent in justitiam tuam.

Deleantur de Libro viven tium : * et cum justis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens : * salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico : * et magnificabo eum in laude :

Et placebit Deo super vitu lum novellum : * cornua pro i ducentem et ungulas.

I Videant pauperes et læten tur : * quærite Deum, et vivet anima vestra :

Quoniam exaudivit pauperes Dominus : * et vinctos suos non despexit.

Laudent illum cæli et terra, * mare, et omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion : * et ædificabuntur civi tates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * et here ditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus pos sidebit eam, * et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

I Non dicatur Gloria Patri. in fine Psalmorum et Canti corum.

Ana. Zelus domus tuæ com edit me : et opprobria expro brantium tibi ceciderunt su per me.

Psalmus 69.

DEUS in adjutorium meum intende : * Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur, et reverean tur, * qui quærunt animam meam :

Avertantur retrorsum, et eru bescant, * qui volunt mihi mala :

Avertantur statim erubescen I tes, * qui dicunt mihi : Euge euge.

Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te, * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salu tare tuum.

I Ego vero egenus, et pauper sum : * Deus adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meusestu :*Dominenemo reris.

Ana. Avertantur retrorsum, et erubescant, qui cogitant mihi mala.

Psalmus 70.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum : * in justitia tua libera me, et eripe me.

Inclina ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum prote ctorem, ? et in locum muni tum : * ut salvum me facias,

Quoniam firmamentum me um, * et refugium meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris, * et de manu con tra legem agentis et iniqui:

Quoniam tu es patientia mea Domine : * Domine spes mea a juventute mea.

I In te confirmatus sum ex utero : * de ventre matris meæ tu es protector meus :

In te cantatio mea semper :* tamquam prodigium factus sum multis : et tu adjutor fortis.

Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam : * tota die magnitudinem tuam.

Ne projicias me in tempore senectutis : * cum defecerit virtus mea, ne derelinquas I me.



Quia dixerunt inimici mei mihi : * et qui custodiebant animam meam, consilium fece runt in unum,

Dicentes : Deus dereliquit eum, * persequimini, et com prehendite eum : * quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me : * Deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur, et deficiant detrahentes animæ meæ : * operiantur confusione, et pu dore qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper spera bo : * et adjiciam super om nem laudem tuam.

Os meum annuntiabit justi tiam tuam : * tota die salutare tuum.

Quoniam non cognovi litte raturam, introibo in potentias Domini : * Domine memora bor justitiæ tuæ solius.

Deus docuisti me a juventute mea : * et usque nunc pronun tiabo mirabilia tua :

Et usque in senectam et se nium : * Deus ne derelinquas me,

Donec annuntiem brachium tuum * generationi omni, quæ ventura est :

Potentiam tuam, et justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti magnalia : * Deus quis similis tibi ?

Quantas ostendisti mihi tri bulationes multas, et malas : ? et conversus vivificasti me : * et de abyssis terræ iterum re duxisti me :

Multiplicasti magnificentiam tuam : * et conversus consola tus es me.

.Nam et ego confitebor tibi In vasis psalmi veritatem tuam : * Deus psallam tibi in cithara, sanctus Israel.

Exsultabunt labia mea cum cantavero tibi : * et anima mea, quam redemisti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam : * cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Ana. Deus meus eripe me de manu peccatoris.

T- Exsurge Domine, ty. Et judica causam meam.

Dicto Pater noster, secreto, non pronuntietur Et ne nos., sed facto signo a Prælato, Lector incipiat legere; et hoc etiam fiat ante quartam et septimam Lectionem. Jube domne, et Tu autem, non di cantur, sed finita Lectione sive Lamentatione, immediate in choetur Responsorium.

Incipit Lamentatio Jeremias Prophetæ.

Lectio j. Aleph. Thren. i.

QUOMODO sedet sola civitas plena populo : facta est quasi vidua domina gentium : princeps provinciarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans ploravit in no cte, et lacrimæ ejus in maxil lis ejus : non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus : omnes amici ejus spreverunt eam, et facti sunt ei inimici.

Ghimel. Migravit Judas pro pter afflictionem, et multitu dinem servitutis : habitavit inter gentes, nec invenit re quiem : omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

Jerusalem, Jerusalem, con vertere ad Dominum Deum tuum.

T Et ita usque ad Sabbatum sanctum inclusive, terminentur Lectiones Jeremias.

ty. j. In monte Oliveti oravit ad Patrem : Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma : *Fiat voluntas tua. f. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. — Fiat voluntas tua.

j Lectio ij. Daleth.

VIÆ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem : omnes portæ ejus destructæ : sacerdotes ejus gementes : virgines ejus squalidæ, et ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt : quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus : parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.

Vau. Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus : facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua : et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

ij. Tristis est anima mea usque ad mortem : sustinete hic, et vigilate mecum : nunc videbitis turbam, quæ circumdabit me : * Vos fugam capietis, et ego vadam immolari pro vobis. J. Ecce appropinquat hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. — Vos fugam capietis.

| Lectio iij. iam.

Re hTMTA est Jerusalem IV dierum afflictionis suæ et prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis cum caderet populus ejus in manu hostili, et non esset auxiliator • viderunt eam hostes, et deriserunt sabbata ejus.

Heth. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est : omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus : ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

Teth. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui : deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

I??, iij. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem : aspectus ejus in eo non est : hic peccata nostra portavit, et pro nobis dolet : ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras : * Cujus livore sanati sumus. f. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. — Cujus livore sanati sumus. Ecce vidimus eum.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in judicio.



Suscipiant montes pacem populo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, ?et salvos faciet filios pauperum: * et humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : * et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ munera offerent : * reges Arabum, et Saba dona adducent:

Et adorabunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes servient ei :

Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : * et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum : * et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, ? et adorabunt de ipso semper : * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, ? superextolletur super Libanum fructus ejus : * et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

.Sit nomen ejus benedictum ʲn sæcula : * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia solus :

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : ? et replebitur majestate ejus omnis terra : * fiat, fiat.

Ana. Liberavit Dominus pauperem a potente : et inopem, cui non erat adjutor.

Psalmus 72.

QUAM bonus Israel Deus! * his, qui recto sunt corde!

Mei autem pene moti sunt pedes : * pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, * pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum : * et firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt,* et cum hominibus non flagellabuntur :

Ideo tenuit eos superbia, * operti sunt iniquitate et impietate sua.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum : * transierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt, et locuti sunt nequitiam : * iniquitatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in cælum os suum : * et lingua eorum transivit in terra.

Ideo convertetur populus meus hic : * et dies pleni invenientur in eis.

Et dixerunt : Quomodo scit Deus, * et si est scientia in excelso ?

Ecce ipsi peccatores, et abundantes in sæculo, * obtinuerunt divitias.

Et dixi : ? Ergo sine causa justificavi cor meum, * et lavi inter innocentes manus meas :

Et fui flagellatus tota die, * et castigatio mea in matutinis.

Si dicebam : Narrabo sic : * ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.

Existimabam ut cognoscerem hoc, * labor est ante me :

Donec intrem in Sanctuarium Dei : * et intelligam in novissimis eorum.

Verumtamen propter dolos posuisti eis : * dejecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt : * perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium Domine, * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum, X et renes mei commutati sunt : * et ego ad nihilum redactus sum, et nescivi.

Ut jumentum factus sum apud te : * et ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam : ? et in voluntate tua deduxisti me, * et cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cælo?* et a te quid volui super terram?

Defecit caro mea, et cor meum : * Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt : * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: * ponere in Domino Deo spem meam :

Ut annuntiem omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

r Ana. Cogitaverunt impii et locuti sunt nequitiam : iniquitatem in excelso locuti sunt

Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem? * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ"

Memor esto congregationis tuæ* quam possedisti ab initio

Redemisti virgam hereditatis tuæ : * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem :* quanta malignatus est inimicus in sancto!

Et gloriati sunt qui oderunt te: * in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa :* et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum : * in securi, et ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum : * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : * quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, ? jam non est propheta : * et nos non cognoscet amplius.

Usquequo Deus improperabit inimicus : * irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula : * operatus est salutem in medio terrae.

Tu confirmasti in virtute tua mare : * contribulasti capita draconum in aquis.



Tu confregisti capita draconis : * dedisti eum escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, et torrentes : * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox : * tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ : * æstatem et ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino : * et populus insipiens incitavit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, * et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus : * pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exsurge Deus, judica causam tuam : * memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum : * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

. Ana. Exsurge Domine, et judica causam meam.

f. Deus meus eripe me de manu peccatoris, ^z. Et de contra legem agentis et iniqui.

Pater noster, secreto.

Sermo sancti Leonis Papæ.

(Serm. 7. de Passione.)

Lectio iv.

INCIPIENTES, dilectissimi, de * Passione Domini tractare, lno intelligimus dispositum fuisse consilio, ut sacrilegi Judæorum principes, et impii sacerdotes, qui sæviendi in Christum occasiones sæpe quæsiverant, nonnisi in solemnitate Paschali exercendi furoris sui acciperent potestatem. Oportebat enim ut manifesto implerentur effectu, quæ diu fuerant figurato promissa mysterio : et uno expleretur sacrificio variarum differentia victimarum. Ut ergo umbræ cederent corpori, et cessarent imagines sub præsentia veritatis : antiqua observantia novo excluditur sacramento. Hostia in hostiam transit, et sanguine sanguis aufertur : et legalis festivitas, dum mutatur, impletur.

I??, iv. Amicus meus osculi me tradidit signo. Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium. * Infelix prætermisit pretium sanguinis, et in fine laqueo se suspendit, y. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo : væ autem homini illi, per quem tradetur. — Infelix.

Lectio v.

INCIPIENTE enim festivitate Paschali, qui ornare templum, vasa mundare, victimas providere debuerant, in unum facinus conjurant : ut et nova mysteria non apprehenderent, et antiqua violarent. Providentibus ergo ne in die sancto tumultus oriretur, non festivitati, sed facinori studebatur : metuebantque, non ut populus non peccaret, sed ne Christus evaderet. At Jesus consilii sui

certus, vetus testamentum consummabat, et novum Pa scha condebat. Et cum in Cai phæ atrio tractaretur, quomo do Christus deberet occidi : ille Corporis et Sanguinis sui ordinans sacramentum, doce bat qualis Deo hostia deberet offerri: nec traditore submoto, ut ostenderetur nulla injuria exasperatus.

R/, v. Unus ex vobis tradet me hodie : væ illi, per quem tradar ego : * Melius illi erat, si natus non fuisset. X- Qui intingit mecum manum in paropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. — Melius illi erat, si natus non fuisset.

Lectio vj.

DICENS quoque: Unus vestrum me traditurus est, notam sibi traditoris ac prodi toris conscientiam demonstra vit : non aspera, nec aperta impium increpatione confun dens, sed leni ac tacita admoni tione conveniens : ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformasset abjectio. Cur, infelix Juda, tanta beni gnitate non uteris? Ecce par cit ausibus tuis Dominus, et nulli te, nisi tibi, indicat Chri stus. Nec nomen tuum, nec persona detegitur : sed verita tis et misericordiæ verbo, cor dis tui tantum arcana tangun tur. Non Apostolici ordinis honor, non sacramentorum tibi communio denegatur. Redi in integrum, et deposito furore resipisce. Clementia in vitat, salus pulsat : ad vitam te vita revocat.

fy. vj.Eram quasi agnus inno cens : ductus sum ad immolan dum, et nesciebam : consilium fecerunt inimici mei adversum me, dicentes : * Venite, mitta mus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viven tium. f. Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala mihi : verbum iniquum man daverunt adversum me, dicen tes. — Venite, ^z. Eram quasi agnus innocens.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 74.

CONFITEBIMUR tibi Deus : * confitebimur, et invocabi mus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua : * cum accepero tempus, ego ju stitias judicabo.

Liquefacta est terra, et om nes qui habitant in ea : * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis : Nolite inique agere : * et delinquentibus: Nolite exaltare cornu :

Nolite extollere in altum cor nu vestrum : * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus : * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, et hunc exal tat : * quia calix in manu Do mini vini meri plenus misto.

Et inclinavit ex hoc in hoc : verumtamen fæx ejus non est exinanita : * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum : * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam : * et exaltabuntur cornua justi.

Ana.Dixi iniquis: Nolite loqui adversus Deum iniquitatem.



Psalmus 75.

NOTUS in Judæa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias ar cuum, * scutum, gladium, et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum : * et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judi cium: * terra tremuit et quievit,

Cum exsurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret om nes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro : * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spi ritum principum, * terribili apud reges terræ.

Ana. Terra tremuit et quie vit, dum resurgeret in judi cium Deus.

Psalmus 76.

VOCE mea ad Dominum clamavi : * voce mea ad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum : * et non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, ? memor fui Dei, et de lectatus sum, et exercitatus sum: * et defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei : * turbatus sum, et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos : * et annos æternos in mente ha bui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * et exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Numquid in æternum proji ciet Deus : * aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, * a genera tione in generationem?

Aut obliviscetur misereri Deus? * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Etdixi :Nunc cœpi :* hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Memor fui operum Domini : * quia memor ero ab initio mi rabilium tuorum,

Et meditabor in omnibus operibus tuis : * et in adinven tionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua : ? quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis vir tutem tuam : * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, et Joseph.

Viderunt te aquæ Deus, ? viderunt te aquæ : * et timue runt, et turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ trans eunt : * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : * commota est et contremuit terra.

In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis : * et ve stigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves popu lum tuum, * in manu Moysi et Aaron.

Ana. In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis.

f. Homo pacis meæ, in quo speravi. Ampliavit adver sum me supplantationem.

Pater noster, secreto.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. de proditione Judæ.)

Lectio vij.

TUNC abiit, inquit. Non invi tatus a principibus: sponte processit Unus de duodecim. Septuaginta discipulis non tam interiora commissa sunt. Hæc erat caterva regalis : de hoc choro Judas egressus est. Ju das, inquit, Iscariotes. Quid mihi ejus patriam dicis? Uti nam ipsum quoque nescire licuisset! Et dixit eis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? O puniendæ vocis temeritatem! Ideo Ma gister te divitias debere con temnere prædicabat? O cru delitatem ! Dic, quæ causa proditionis? Forsitan quod tibi dæmonum tradidit potestatem, quod fecit languentibus sub venire, quod mortuos suscitare didicisti? O verbum totius su perbiæ ! Tradis eum, qui cun cta conservat, qui dæmonibus imperat, cui obtemperant ma ria, cui omnes subjacent pote states.

vij. Una hora non potuistis vigilare mecum, qui exhorta bamini mori pro me? * Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tra dere me Judæis, y. Dormite jam, et requiescite : ecce ap propinquat, qui me tradet. — Vel Judam non videtis.

Lectio viij.

QUANDO Judas de tradi tione tractabat, dicunt di scipuli : Ubi vis paremus tibi Pascha manducare? Vide di scipulos : vide discipulum. Isti sunt de præparatione solliciti: ille Dominici sanguinis merca tor exsistit. Et illud quidem Pa scha Judæorum discipuli præ parabant : istud autem, quod nostrum est, ipse Christus con stituit. Et dixit : Hoc est cor pus meum, quod pro vobis tra detur. Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur. O Christi misericordia! O Judæ dementia! Ille eum paciscebatur, ut venderet : Christus ei sanguinem, quem vendidit, offerebat, ut haberet remissio nem peccatorum, si tamen im pius exsistere noluisset. Nam sacrificii communicationem meruit, et pedes ejus lavit Christus : ut excusationem suæ malitiæ non haberet.

1$. viij. Seniores populi con silium fecerunt, * Ut Jesum dolo tenerent, et occiderent: cum gladiis, et fustibus exie runt tamquam ad latronem. f. Collegerunt ergo Pontifi ces et Pharisæi concilium. — Ut Jesum dolo tenerent.

Lectio ix.

SED jam ad terribilem men sam cum debita reverentia, cum congrua vigilantia, op portunum tempus invitat pul lus ibi Judas reperiatur, nullus malignus accedat: nec insidiæ



mente condantur. Nullus fictus accedat, nullus fucato animo, pura igitur sit mens, pura cogitatio : quia et sacrificium purum est. Dominus quidem noster, corpus assumptum ablaturus ex oculis nostris, et sideribus illaturus, in hac die sacramentum C6rporis et San guinis sui consecravit : ut perennis illa victima viveret in memoria, et semper præsens esset in gratia. Cum igitur ad reverendum altare ascendis, sacrum Dei tui Corpus et San guinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, et gustu inte riori assume.

ix. Revelabunt cæli iniqui tatem Judæ, et terra adversus eum consurget : et manifestum erit peccatum illius in die fu roris Domini : * Cum eis, qui dixerunt Domino Deo: Recede a nobis, scientiam viarum tua rum nolumus. JT. In diem per ditionis servabitur, et ad diem ultionis ducetur. — Cum eis. 1$. Revelabunt cæli.

T Hoc triduo, finito ix. ^7., non dicatur f. ante Laudes, sed statim inchoetur

AD LAUDES

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * se cundum magnam miseri cordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele Æquitatem meam.

Amplius lava me ab iniqui tate mea : * et a peccato meo n]unda me.

Quoniam iniquitatem meam Jp> cognosco : * et peccatum mum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in pecca tis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta, et occulta sa pientiæ tuæ manifestasti mi hi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pecca tis meis : * et omnes iniquita tes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam saluta ris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies :* et os meum annuntiabit lau dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi cium, dedissem utique : * holo caustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus :* cor contritum, et humiliatum Deus non despi cies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædi ficentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Ana. Justificeris Domine in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Psalmus 89.

DOMINE, refugium factus es nobis : * a generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, et orbis:*asæculoetusquein sæculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem : * et dixisti : Convertimini filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, * tamquam dies hesterna, quæ præteriit,

Et custodia in nocte, * quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, ? mane floreat, et transeat : * vespere decidat, induret, et arescat.

Quia defecimus in ira tua, * et in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : * sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt : * et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditabuntur : * dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Si autem in potentatibus, octoginta anni : * et amplius eorum, labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo : * et corripiemur.

Quis novit potestatem iræ tuæ : * et præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac : * et eruditos corde in sapientia.

Convertere Domine usque quo? * et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua : * et exsultavimus, et delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti : * annis, quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos, et in opera tua : * et dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos : * et opus manuum nostrarum dirige.

Ana. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est, et non aperuit os suum.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea,*quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : ? sic in sancto apparui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea : * et labiis exsultationis laudabit os meum.



Si memor fui tui super stratum meum, * in matutinis meditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exsultabo, ? adhæsit anima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, * introibunt in inferiora terræ : * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, ? laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exsultent gentes : ? quoniam judicas populos in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: X confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, % benedicat nos Deus; * et metuant eum omn es fi n es terræ.

. Ana. Contritum est cor meum in medio mei : contremuerunt Omnia ossa mea.

Canticum Moysis. Exodi 15.

/CANTEMUS Domino : glo ^ riose enim magnificatus Jst;f* equum et ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, et laus mea Dominus, * et factus est mihi in salutem :

Iste Deus meus, et glorificabo eum : * Deus patris mei, et exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen ejus. * Currus Pharaonis et exercitum ejus projecit in mare :

Electi principes ejus submersi sunt in Mari rubro. * Abyssi operuerunt eos,* descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine : ? dextera tua, Domine, percussit inimicum. * Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos :

Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam. * Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ :

Stetit unda fluens, * congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus : Persequar et comprehendam,? dividam spolia, * implebitur anima mea :

Evaginabo gladium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare : * submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? * quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, % et devoravit eos terra. * Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti :

Et portasti eum in fortitudine tua, * ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, et irati sunt : * dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor : * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido et pavor, * in magnitudine brachii tui :

Fiant immobiles quasi lapis, ? donec pertranseat populus tuus Domine, * donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuæ, * firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine :

Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ. * Dominus regnabit in æternum et ultra.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus ejus in mare : * et reduxit super eos Dominus aquas maris :

Filii autem Israel ambulaverunt per siccum * in medio ejus.

Ana. Exhortatus es in virtute tua, et in refectione sancta tua, Domine.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cædis : * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum :* et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra,* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi : * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus i suis.



Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

L AUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

I Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

I Laudate eum in cymbalis benesonantibus : % laudate eum in cymbalis jubilationis :* ] omnis spiritus laudet Dominum.

Ana. Oblatus est, quia ipse voluit : et peccata nostra ipse portavit.

Capitulum non dicitur, nec Hymnus, nec Versiculus; sed finita quinta Antiphona, in choetur

Canticum Zacharias. Lue. i.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ :

Et erexit cornu salutis no to* : * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum,* daturum se nobis :

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Ana. Traditor autem dedit eis signum dicens : Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

Finita Antiphona post Benedictus, duo Fratres stantes ante gradus Altaris dicant:

Kyrie eleison. Et Choro respondente Kyrie eleison iterum illi duo Fratres dicant : Kyrie eleison.

Deinde alii duo Fratres stantes in medio Chori dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat: Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres qui sunt ante gradus cantent Versum : Qui passurus advenisti propter nos. Et Chorus dicat : Christe eleison.

Item Fratres ante gradus yi. Qui expansis in cruce ma nibus traxisti omnia ad te sæ cula. Item Chorus : Christe eleison.

Item Fratres ante gradus f. Qui prophetice prompsisti : Ero mors tua, o mors. Item Chorus : Christe eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respon deat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres ante gradus di cant : Kyrie eleison. Et Cho rus : Kyrie eleison. Et Fratres ante gradus : Kyrie eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respon deat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres ante gradus di cant alta voce : Mortem autem crucis.

Interim dum hæc cantantur, Fratres stent versi ad Altare.

Finito Versu Mortem autem crucis., prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce al ternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus., pag. 437.

Deinde, absque Dominus vo biscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domi ne, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Non dicatur Qui tecum., ne que Amen., neque Benedica mus Domino., neque Fide lium.; sed dicto post Oratio nem Pater noster.,facto signo surgant omnes, et sic termi nentur Matutinæ hoc triduo.

T Hac die non fiant prostra tiones ad Horas, propter so lemnitatem Cenæ, nisi in hac Hora Laudum tantum.

T Usque ad Completorium Sabbati exclusive, non dicatur Deus in adjutorium, in prin cipio Horarum; nec Converte nos. ad Completorium; nec Gloria Patri in fine Psalmo rum et Canticorum, nisi in Vesperis Sabbati; nec Capitu lum, nec Hymnus, nec nec Versiculus, nec Dominus vobis cum., nec Oremus., nec Qui tecum vivit., nec Benedicamus Domino., nec Fidelium, post Horas. More tamen solito dica tur Pater noster.

T Antiphonæ vero Salve Re gina. et Pie Pater Dominice, cum Versiculis et Orationibus in terminatione Horarum dici solitis omittantur usque ad Pascha exclusive.

AD PRIMAM.

Dicto Pater noster, et Credo in Deum., postquam versis vultibus ad Altare Fratres se signaverint, dicantur tres Psal mi consueti absque Gloria Pa tri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Dicta post Psalmos Antipho na, absque Kyrie eleison, et Precibus, et sine Psalmo Mi serere. dicatur



Oratio.

T)ESPICE, quæsumus Domi XV ne, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Confiteor, non dicatur usque ad Completorium Sabbati ex clusive.

AD PRETIOSA.

Pronuntiatis Luna et quæ de Calendario et Martyrologio pronuntianda sunt, et respon so Deo gratias., dicatur Pre tiosa. hoc modo :

f. Pretiosa est in conspectu Domini. I^z. Mors Sanctorum ejus.

Oratio absque Oremus.

SANCTA Maria et omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum : ut mereamur adjuvari ab eo, qui vivit et regnat per omnia sæcula sæ culorum. Amen.

f. Deus in adjutorium meum intende. 1$. Domine ad adju vandum me festina.

Hic y. Deus in adjutorium, cum Domine ad adjuvan dum. ter dicatur.

Deinde, omisso Gloria Patri., subjungatur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster... Et ne nos indu cas in tentationem, ^z. Sed libera nos a malo.

f. Respice Domine in servos tuos, et in opera tua, et dirige filios eorum. Et sit splen dor Domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostra rum dirige super nos : et opus manuum nostrarum dirige.

Oratio absque Oremus.

DIRIGERE et sanctificare di gneris Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, hodie corda et corpora nostra in lege tua, et in operi bus mandatorum tuorum, ut hic, et in æternum, te auxi liante, semper salvi esse me reamur. Per Christum Domi num nostrum. Amen.

Jube domne benedicere.

Benedictio. Divinum auxi lium maneat semper nobiscum. ^Z. Amen.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 13.

ANTE diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem : cum di lexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Tu autem Domine miserere nostri. ty. Deo gratias.

Commemoratio Fratrum, So rorum, Familiarium, Benefa ctorum defunctorum Ordinis nostri.

Requiescant in pace.^z. Amen.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est su per nos misericordia ejus :*et veritas Domini manet in æter num.

Deinde,omisso Gloria Patri., sequitur :

f. Ostende nobis Domine mi sericordiam tuam. ty. Et sa lutare tuum da nobis.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ACTIONES nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni et adjuvando prosequere : ut cuncta nostra operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

JF. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Non dicatur Fidelium animæ.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Dicto Pater noster., postquam versis vultibus ad Altare Fratres se signaverint, dicantur Psalmi consueti, absque Gloria Patri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Dicta post Psalmos Antiphona, absque Kyrie eleison, et Precibus, et sine Psalmo Miserere. dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Hodie finita Nona, Fratres in Choro prostrati dicant septem Psalmos Pœnitentiales, pag. i93*.omisso Gloria Patri., subjungendo in fine Anam Ne reminiscaris. Exsistentes vero extra Chorum ad eos Tentandos non teneantur. Deinde dicatur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Quo finito dicat Prior. Et ne nos inducas, cum Oratione et Absolutione, ut pag. 198*. notatum est

AD VESPERAS.

T Si Vesperæ intra Missam cantandæ fuerint, facta post Communionem Fratrum Processione, absque Pater noster, et absque Deus in adjutorium! dicantur.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam :* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus:

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Ana. Calicem salutaris accipiam : et nomen Domini invocabo.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi : * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?



Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : * habitavi cum habitantibus Cedar : multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus : * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ana. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus : cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 139.

ERIPE me Domine ab homine malo : * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * tota die constituebant prœlia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis : * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris : * et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi :

Et funes extenderunt in laqueum : * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu: * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salutis meæ : * obumbrasti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum : * labor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, ? in ignem dejicies eos : in miseriis non subsistent

Vir linguosus non dirigetur in terra : * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : * et vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo : * et habitabunt recti cum vultu tuo.

Ana. Ab hominibus iniquis libera me Domine.

Psalmus 140.

DOMINE clamavi ad te, exaudi me : * intende voci meæ, cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo : * et ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * et non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia et increpabit me : * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum : * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt : * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum : * quia ad te Domine, Domine oculi mei : * in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi : * et a scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores : * singulariter sum ego donec transeam.

Ana. Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi : et a scandalis operantium iniquitatem.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * et tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam : * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me : * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Considerabam ad dexteram, et videbam : et non erat qui cognosceret me.

Finita quinta Antiphona immediate inchoetur

Canticum B. Mariæ V. Lue. i.

MAGNIFICAT * anima mea Dominum.

Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum,* recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros * Abraham, et semini ejus in sæcula.

Ana. Cenantibus autem illis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis.

Dominus vobiscum. Ez. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio.

REFECTI vitalibus alimentis quæsumus Domine Deus noster : ut quod tempore nostræ mortalitatis exsequimur, immortalitatis tuæ munere consequamur. Per.

Dominus vobiscum, etc-; Ite missa est. Deo gratias.

Sic Vesperæ et Missa simul terminentur.

T Ubi Vesperæ extra Missam dicendæ fuerint, præmisso Pater noster., postquam versis ad Altare vultibus Fratres se sio-naverint, Psalmus Credidi, etceteri cum suis Antiphonis ut supra dicantur. Finita post Magnificat Ana Cenantibus., absque Dominus vobiscum., et absque Oremus, sequitur

Oratio.

RESPICE, quæsumus Dormivi super hanc familiam tuam; pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Non dicitur Qui tecum., neque Amen., nec^ue Benedicamus., neque Fidelium., sed solum Pater noster.

AD COMPLETORIUM.

Completorium voce mediocri dicatur, ita tamen quod sonus psalmodiæ clare distincteque resonet (quod etiam abhinc omnibus Horis in psalmodia et cantu usque ad Vesperas Sabbati fiat, exceptis Matutinis, quæ solemnius sunt dicendæ).

Non dicitur Jube domne., nec Benedictio Noctem quietam, necjue Lectio Fratres sobrii estote., neque Confiteor., neque f. Converte nos., neque f. Deus in adjutorium.; sed, præmisso Pater noster., dicuntur Psalmi consueti, pag. 148.

Finito Psalmo Ecce nunc., continuo sequitur Canticum Nunc dimittis., deinde Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, fortem autem crucis.

Absque Dominus vobiscum, et absque Oremus, dicatur

Oratio.

DESPICE, quæsumus Dominae, super hanc familiam tuam; pro qua Dominus noster



Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Non additur Qui tecum., neque Amen., neque Benedicamus. , neque Fidelium., sed solum Pater noster, et Credo.

Benedictio non datur, omittitur Ana Salve Regina, nec aspergitur Aqua benedicta.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

AD MATUTINUM.

Facto signo a Prælato, prosternant se Fratres; et dicto Pater noster, et Credo in Deum., facto signo surgant; et postquam versis vultibus ad Altare signaverint se, statim incipiatur

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, * et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos • * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli con fringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Ana. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Psalmus 21.

DEUS Deus meus respice in me : quare me dereli quisti? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas,* laus Israel.

In te speraverunt patres no stri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium ho minum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, derise runt me : * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti medeventre :*spes meaab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex ute ro : * de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne disces serisame:

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi : * tauri pingues obse derunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tam quam cera liquescens * in me dio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, ? et lingua mea adhæsit faucibus meis : * et in pulve rem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi : * concilium ma lignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pe des meos : * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : * diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sor tem.

Tu autem Domine ne elonga veris auxilium tuum a me: * ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam : * et de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis : * et a cornibus unicornium humili tatem meam.

Narrabo nomen tuum fratri bus meis : * in medio ecclesiæ laudabo te.



nui timetis Dominum lau date eum : * universum semen Iacob glorificate eum :

Timeat eum omne semen Israel: * quoniam non spre vit, neque despexit deprecatio nem pauperis :

Nec avertit faciem suam a me: * et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, et satura buntur : ? et laudabunt Domi num qui requirunt eum : * vi vent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur et converten tur ad Dominum * universi fines terræ :

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familiæ gen tium.

Quoniam Domini est re gnum : * et ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt et adorave runt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet : * et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino gene ratio ventura : * et annuntia bunt cæli justitiam ejus po pulo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Ana. Diviserunt sibi vesti me nta mea, et super vestem Neam miserunt sortem.

Psalmus 26.

FEMINUS illuminatio mea, U et salus mea, * quem ti , Nebo?

Dominus protector vitæ Neas, * a quo trepidabo?

Dum appr6piant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra,* non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium,*in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptatem Do mini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die ma lorum protexit me in abscon dito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in ta bernaculo ejus hostiam voci ferationis : * cantabo, et psal mum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, * ex quisivit te facies mea : * fa ciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:*nedeclinesiniraa servo tuo.

Adjutor meus esto : * ne de relinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et ma ter mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in viatua :*etdirigemeinse mitam rectam propter inimi cos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age : * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Ana. Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

J. Diviserunt sibi vestimenta mea. ^Z. Et super vestem meam miserunt sortem.

Dicto Pater noster, secreto, non pronuntietur Et ne nos., sed facto signo a Prælato, Lector incipiat legere; et hoc etiam fiat ante quartam et septimam Lectionem. Jube domne, et Tu autem, non dicantur, sed finita Lectione sive Lamentatione, immediate inchoetur Responsorium.

De Lamentatione Jeremias Prophetæ.

Lectio j. Aleph. Thren. 2.

QUOMODO obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion : projecit de cælo in terram inclytam Israel, et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

Beth. Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob : destruxit in furore suo munitiones virginis Juda, et dejecit in terram : polluit regnum, et principes ejus.

Ghimel. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel : avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici : et succendit in Jacob quasi ignem flammæ devorantis in gyro.

Jerusalem, Jerusalei^Tc^ vertere ad Dominum Deum tuum.

fy j- Omnes amici mei dereliquerunt me, et prævaluerunt insidiantes mihi : tradidit me quem diligebam : et terribili' bus oculis plaga crudeli percutientes, * Aceto potabant me. y. Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea. — Aceto potabant me.

Lectio ij. Daleth.

TETENDIT arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis: et occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

He. Factus est Dominus velut inimicus : præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia ejus : dissipavit munitiones ejus, et replevit in filia Juda humiliatum et humiliatam.

Vau. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem, et sabbatum : et in opprobrium, et in indignationem furoris sui regem, et sacerdotem.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

^Z. ij. Velum templi scissum est, et omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens : * Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. f. Amen dico tibi : hodie mecum eris in Paradiso. — Memento mei Domine.



Lectio iij Zain

r> EPULIT Dominus altare j\ suum, maledixit sanctificationi suæ : tradidit in manu I inimici muros turrium ejus : . vocem dederunt in domo D6 , mini, sicut in die solemni.

Heth. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion : tetendit funiculum suum, et i non avertit manum suam a ' perditione : luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus' est.

I Teth. Defixæ sunt in terra I portæ ejus : perdidit, et con l trivit vectes ejus : regem ejus et principes ejus in gentibus : non est lex, et prophetæ ejus non invenerunt visionem a I Domino.

Jerusalem, Jerusalem, con I vertere ad Dominum Deum tuum.

| Ri iij. Vinea mea electa, ego te plantavi : * Quomodo conversa es in amaritudinem, ut | me crucifigeres, et Barabbam dimitteres? y. Ego quidem I plantavi te vineam meam ele l etam, omne semen verum. — Quomodo conversa es. I^Z. Vi | nea mea electa.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 37.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

, Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea afacieirætuæ :* non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, * a facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem : * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : * et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis : * rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum : * et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei * adversum me appropinquaverunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : * et vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi : * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando supergaudeant mihi inimici mei : * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me : * et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bo nis, detrahebant mihi : * quo niam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus : * ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum,* Domine Deus salutis meæ.

Ana. Vim faciebant qui quæ rebant animam meam.

Psalmus 39.

EXSPECTANS exspectavi Do minum, * et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : * et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fæcis.

Et statuit super petram pe des meos : * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum can ticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et time bunt : * et sperabunt in Do mino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : * et non respexit in vanitates et insa nias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : * et co gitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum : * multiplicati sunt super nume rum.

Sacrificium et oblationem noluisti : * aures autem perfe cisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti : * tunc dixi • Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo : Domine tu scisti.

Justitiam tuam non abscon di in corde meo :* veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam * a concilio multo.

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me : * misericordia tua et ve ritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est nume rus : * comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super ca pillos capitis mei : * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me : * Domine, ad adju vandum me respice.

Confundantur et revereantur simul, qui quærunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusio nem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsultent et lætentur super te omnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salu tare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper : * Dominus sollicitus est mei.



adjutor meus, et protector meustu es:*Deus meus ne tardaveris.

Ana. Confundantur et reve reantur, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac : * et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem me am : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæ sierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Do mine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribula tione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Ana. Alieni insurrexerunt in me, et fortes quæsierunt ani mam meam.

f. Ab insurgentibus in me.
fy. Libera me Domine.
Pater noster, secreto.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serni. 8. et io. de Pass.)
Lectio iv.

OUM verbis orationis suæ V. Dominus declarasset, ve rissime sibi atque plenissime et humanam et divinam inesse naturam, ostendens unde esset M pati nollet, et unde quod vellet; depulsa trepidatione in firmitatis, et confirmata ma gnanimitate virtutis, rediit in sententiam suæ dispositionis æternæ : sævienti diabolo per ministeria Judæorum formam servi nihil peccati habentis objecit, ut per eum ageretur omnium causa, in quo solo erat omnium natura sine cul pa. Irruerunt ergo in lumen filii tenebrarum, et utentes fa culis et latomis, non evaserunt infidelitatis suæ noctem. Occu pant volentem teneri, et tra hunt volentem trahi. Quod si vellet obniti, nihil impiæ ma nus possent; sed mundi red emptio differretur : et nullum salvaret illæsus, qui pro om nium erat salute moriturus.

iv. Tamquam ad latronem existis cum gladiis comprehen dere me : quotidie apud vos eram in templo docens, et non me tenuistis : et ecce flagella tum ducitis * Ad crucifigen dum. f. Filius quidem homi nis vadit, sicut scriptum est de illo : væ autem homini illi, per quem tradetur. — Ad cru cifigendum.

Lectio v.

IGITUR ad Annam Caiphæ socerum, deinde ad Cai pham perducitur : et post in sanas calumniantium voces, ad audientiam Illati transfer tur. Qui divino jure neglecto, tamquam Romanis devoti le gibus,expetierunt exsecutorem magis sævitiæ, quam arbitrum causæ. Offerebant enim Jesum duris nexibus vinctum, cola phis et alapis frequentibus cæ sum, sputis oblitum, clamori bus prædamnatum : ut inter

tot præjudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus absolvere. Denique nec in accusato reo reperisse se culpam, nec in sententia sua tenuisse constantiam, docet judex, cum innocentem pronuntiat. Sed cum vellet eum absolvi, conclamaverunt : Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari. Imprudenter Pilate timuisti. Sed formidabile fuerit nomen regium, si dominandi consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus : si provisio armorum, si congregatio divitiarum, si præsidia detecta sunt militum.

J^z. v. Tenebræ factæ sunt, dum crucifixissent Jesum Judæi : et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magna : Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? *Et inclinato capite emisit spiritum, f. Cum ergo accepisset acetum, dixit: Consummatum est. — Et inclinato capite emisit spiritum.

Lectio vj.

QUID eum gravari sinis, o Pilate, de affectata potentia, cujus specialis fuit de humilitate doctrina? Romanis legibus non contradixit, censum subiit, didrachma solvit, vectigalia non inhibuit, quæ sunt Cæsaris Cæsari reddenda constituit : paupertatem elegit, obedientiam suasit, mansuetudinem prædicavit. Hoc est vere non impugnare Cæsarem, sed juvare. Verumtamen ne in totum inanis videatur Judæorum objecto, discute diligentius, præses, quid de Domini Jesu operibus notum sit, quid de potestate compertum Cæcis visum, surdis auditum" claudis gressum, mutis donavit eloquium. Febres abegit, dolores resolvit, dæmonia ejecit mortuos vivificavit. Hanc ergo Judæi objiciant potestatem • et hoc proferant ore, quod tenent corde. Quare de terrenis calumniantur, qui cælestia per sequuntur?

vj. Barabbas latro dimittitur, et innocens Christus occiditur : nam et Judas armis doctus sceleris, qui per pacem didicit facere bellum, * Osculando tradidit Dominum Jesum Christum, f. Ecce turba, et qui vocabatur Judas, venit: et dum appropinquaret ad Jesum. — Osculando. Barabbas latro.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmus 58.

ERIPE me de inimicis meis Deus meus : * et ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem : * et de viris sanguinum salva me.

Quia ecce ceperunt animam meam : * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine ^sine iniquitate cucurri, et direxi.

Exsurge in occursum meum, et vide : * et tu Domine Deus virtutum, Deus Israel,

Intende ad visitandas omnes gentes : * non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

Convertentur ad vesperam:? et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem.

Ecce loquentur in ore suo, * et gladius in labiis eorum : quoniam quis audivit?



Et tu Domine deridebis eos : * ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, * quia Deus susceptor meus es : * Deus meus misericordia ejus præveniet me.

Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos: * nequando obliviscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua : * et depone eos protector meus Domine :

Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum : * et comprehendantur in superbia sua.

Et de exsecratione et mendacio annuntiabuntur in consummatione : * in ira consummationis, et non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Jacob : * et finium terræ.

Convertentur ad vesperam, ? et famem patientur ut canes : * et circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum : * si vero non fuerint saturati, et murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam : * et exsultabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, * et refugium meum, in die tribulationis meæ.

Adjutor meus tibi psallam, ? quia Deus susceptor meus es : * Deus meus misericordia mea.

Afia. Ab insurgentibus in me libera me Domine : quia occupaverunt animam meam.

Psalmus 87.

T\OMINE Deus salutis meæ: * in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, * quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam,* et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi r* et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam : * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Longe fecisti notos meos a me : traditus sum, et non egrediebar.

Psalmus 93.

DEUS ultionum Dominiis : * Deus ultionum libere egit.

Exaltare qui judicas terram : * redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores Domine : * usquequo peccatores gloriabuntur :

Effabuntur, et loquentur iniquitatem : * loquentur omnes, qui operantur injustitiam?

Populum tuum Domine humiliaverunt : * et hereditatem tuam vexaverunt

Viduam, et advenam interfecerunt : * et pupillos occiderunt.

Et dixerunt : Non videbit Dominus, * nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite insipientes in populo : * et stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non Audiet ? * aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet : * qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine : * et de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis* * donec fodiatur peccatori fovea

Quia non repellet Dominus plebem suam : * et hereditatem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in judicium : * et qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? * aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me : * paulo minus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam : Motus est pes meus : * misericordia tua Domine adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo :* consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis : * qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam justi: * et sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium : * et Deus meus in adjutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum : ? et in malitia eorum disperdet eos : * disperdet illos Dominus Deus noster.

Ana. Captabunt in animam justi : et sanguinem innocentem condemnabunt.

y. Locuti sunt adversum me lingua dolosa. Et sermonibus odii circumdederunt me.

Pater noster, secreto.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Lectio vij. (Serni. 8.)

EXCESSIT quidem Pilati culpam facinus Judaeum, qui illum nomine Cæsaris territum, ad effectum sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse evasit reatum, qui reliquit judicium proprium, et in crimen transivit alienum. Quod ergo Pilatus Jesum dehonestari ludibriis, vexari permisit injuriis; quodque eum flagellis cæsum, spinis coronatum, et amictu irrisoriæ vestis indutum, persequentium aspectui ostentavit : mitigandos inimicorum animos existimavit; ut exsaturatis odiis, non ultra jam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Sed cum inardesceret ira clamantium, obtinuerunt in damnationem suam, quod pertinaciter ex igebant. Traditus itaque Dominus sævientium voluntati, ad irrisionem regiæ dignitatis, supplicii sui jussus est esse gestator; ut impleretur illud : Cujus imperium super humerum ejus. Quia pulchra specie triumphi sui portabat trophæum, et signum salutare adorandum regnis omnibus inferebat.

fy vij. Tradiderunt me in manus impiorum, et inter iniquos projecerunt me, et non pepercerunt animæ meæ : congregati sunt adversum me fortes, *Et sicut gigantes steterunt contra me. f. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum. — Et sicut gigantes steterunt contra me.

Lectio viij.

EUNTIBUS autem cum Jesu ^ turbis, Simon quidam Cyrenæus inventus est, in quem hgnum supplicii transfertur a domino : ut tali facto præsignaretur Gentium fides, qui bus crux Christi non confusio erat futura, sed gloria. Non autem in templo, nec intra septa civitatis, sed extra castra crucifixus est : ut veterum victimarum cessante mysterio, nova hostia novo imponeretur altari, et crux Christi non templi esset ara, sed mundi. Exaltato igitur, dilectissimi, per crucem Christo, non illa tantum species aspectui mentis occurrat, quæ fuit in oculis impiorum, quibus per Moysen dictum est : Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes vitæ tuæ. Sed intellectus noster gloriam crucis, cælo terraque radiantem, puro corde suscipiat, et videat quod Dominus dixit: Nunc judicium mundi est, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras : et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

Ii?, viij. Jesum tradidit impius summis Principibus sacerdotum, et senioribus populi : Petrus autem sequebatur a longe, *Ut videret finem. Et ingressus est Petrus atrium principis sacerdotum. — Ut videret finem.

Lectio ix.

O ADMIRABILIS potentia crucis, o ineffabilis gloria Passionis, in qua et tribunal Domini, et judicium mundi, et potestas est Crucifixi! Traxisti enim Domine omnia ad te : cum confitendæ majestatis tuæ sensum totus mundus accepit. Traxisti Domine omnia ad te: cum in exsecrationem Judaici sceleris unam protulerunt omnia elementa sententiam :

cum obscuratis luminaribus cæli, terra quoque motibus quateretur insolitis, univer saque creatura impiorum se usui denegaret Traxisti Do mine omnia ad te : quoniam scisso templi velo, Sancta sanctorum ab indignis ponti ficibus recesserunt : ut figura in veritatem, prophetia in ma nifestationem, et lex in Evan gelium verteretur. Traxisti Do mine omnia ad te : ut quod in uno Judææ templo obumbra tis significationibus tegebatur, aperto sacramento universa rum nationum devotio cele braret.

1^7. ix. Sicut ovis ad occisio nem ductus est : et dum male tractaretur, non aperuit os suum : traditus est ad mor tem, *Ut vivificaret populum suum. y. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras : attritus est propter scelera no stra. — Ut vivificaret popu lum suum. R?. Sicut ovis.

AD LAUDES.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * se cundum magnam mise ricordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniqui tate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

:Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in pecca tis concepit me mater mea

Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta, et occulta sa pientiæ tuæ manifestasti mihi

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pecca tis meis : * et omnes iniquita tes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua :* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * et spiritu principali con firma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justi tiam tuam.

Domine labia mea aperies:* et os meum annuntiabit lau dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi cium, dedissem utique : * ho locaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus : * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædi ficentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holo causta : * tunc imponent su per altare tuum vitulos.

Ana. Proprio Filio suo non pepercit Deus : sed pro nobis omnibus tradidit illum.



Psalmus 142.

DOMINE exaudi orationem meam : ? auribus percipe obsecrationem meam in veri tate tua : * exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo : * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos sæculi : * et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquo rum, X meditatus sum in omni bus operibus tuis : * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velociter exaudi me Domi ne : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me : * et similis ero descen dentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane mi sericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * pro pter nomen tuum Domine vi vificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione ani mam meam : * et in misericor dia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribu lant animam meam : * quo niam ego servus tuus sum.

Ana. Anxiatus est in me spi ritus meus, in me turbatum est cor meum.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : X sic in sancto appa rui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea : * et la biis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra tum meum, X in matutinis meditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, % adhæsit ani ma mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæ sierunt animam meam, X in troibunt in inferiora terræ : * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, X laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illu minet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra r viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exsultent gentes : ? quoniam judicas populos in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus : ? confiteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, ? benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ.

Ana. Ait latro ad latronem : Nos quidem digna factis recipimus : hic autem quid fecit? Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Canticum Habacuc. Cap. 3.

DOMINE audivi auditionem tuam, * et timui.

Domine opus tuum, * in medio annorum vivifica illud :

In medio annorum notum facies : * cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab austro veniet, * et sanctus de monte Pharan :

Operuit cælos gloria ejus : * et laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit : * cornua in manibus ejus :

Ibi abscondita est fortitudo ejus : * ante faciem ejus ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes ejus. * Stetit, et mensus est terram.

Aspexit, et dissolvit gentes : * et contriti sunt montes sæculi.

Incurvati sunt colles mundi, * ab itineribus æternitatis ejus.

Pro ,i Æthiopiæ, * turbabuntur reiles terræ Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? ? aut in fluminbus furor tuus? * vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos : * et quadrigæ tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum : * juramenta tribubus quæ locutus es :

Fluvios scindes terræ : ? viderunt te, et doluerunt montes : * gurges aquarum transiit.

Dedit abyssus vocem suam :* altitudo manus suas levavit.

Sol, et luna steterunt in habitaculo suo, * in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram : * in furore obstupefacies gentes.

Egressus es in salutem populi tui : * in salutem cum Christo tuo :

^ Percussisti caput de domo impii : * denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

Maledixisti sceptris ejus, ? capiti bellatorum ejus, * venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exsultatio eorum* sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis * in luto aquarum multarum.

Audivi, et conturbatus est venter meus : * a voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, * et subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis : * ut ascendam ad populum accinctum nostrum.



Ficus enim non florebit: * et non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ : * et arva non afferent cibum.

Abscindetur de ovili pecus : * et non erit armentum in præsepibus.

Ego autem in Domino gaudebo : * et exsultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea : * et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor * in psalmis canentem.

Ana. Dum conturbata fuerit anima mea, Domine, misericordiæ memor eris.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cœlis : * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum :* et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen • Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt :*ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra,* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri

Bestiæ, et universa pecora : * serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi : * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : X laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Ana. Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque Versiculus, sed finita quinta Antiphona, immediate dicatur

Canticum Zachariæ. Lue. i.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ:

_ Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis :

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Ana. Posuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam : Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.

Finita post Benedictus Ana, duo Fratres stantes ante gradus Altaris dicant: Kyrie eleison. Et Choro respondente Kyrie eleison., iterum illi duo Fratres dicant: Kyrie eleison.

Deinde alii duo Fratres stantes in medio Chori dicant :Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres qui sunt ante gradus cantent Versum: Agno miti basia cui lupus dedit venenosa. Et Chorus dicat : Christe eleison.

Item Fratres ante gradus X. Vita in ligno moritur : infernus et mors lugens spoliatur. Item Chorus : Christe eleison.

Item Fratres ante gradus f. Te qui vinciri voluisti, nos que a mortis vinculis eripuisti. Item Chorus : Christe eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.



Item Fratres ante gradus dicant : Kyrie eleison. Et Chorus : Kyrie eleison. Et Fratres ante gradus : Kyrie eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres ante gradus dicant alta voce : Mortem autem crucis.

Interim dum hæc cantantur, Fratres sint versi ad Altare.

Finito Versu Mortem autem crucis., prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus., pag. 458.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Pater noster, secreto.

## AD PRIMAM.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster, et Credo in Deum., surgant, et postquam versis ad Altare vultibus se signaverint, absque f - Deus in adjutorium, et absque Hymno dicant tres Psalmos consuetos voce mediocri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Non dicatur Capitulum, nec Responsorium, nec Versatos, nec Confiteor.; sed finita Post Psalmos Antiphona, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus., pag. 458.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

## AD PRETIOSA.

Pronuntiatis Luna et quæ de Calendario et Martyrologio pronuntianda sunt. Pretiosa, dicatur ut in die Cenæ, pag.443. notatum est, cum Lectione tamen de Constitutionibus, præmissa Benedictione : Regularibus disciplinis instruat nos Magister cælestis, ^z. Amen.

T Extra Chorum autem vel Capitulum dicatur Lectio. Prolog.

QUONIAM ex præcepto Regulæ jubemur habere cor unum et animam unam in Domino : justum est ut qui sub una Regula et unius professionis voto vivimus, uniformes in observantiis canonicæ Religionis inveniamur. Tu autem Domine miserere nostri. Rz. Deo gratias.

## AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster., surgant, et postquam versis ad Altare vultibus se signaverint, absque f. Deus in adjutorium, et absque Hymno, dicant tres Psalmos consuetos voce mediocri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Non dicatur Capitulum, nec Responsorium nec Versiculus; sed finita post Psalmos Antiphona, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50.

Miserere mei Deus., pag.458.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Pater noster, secreto.

AD VESPERAS.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster., surgant; et postquam versis ad Altare vultibus se signaverint, Psalmus Credidi, et ceteri cum suis Antiphonis ut heri, pag. 444. tractim et mediocri voce dicantur.

Ad Magnificat Ana. Cum accepisset acetum, dixit : Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

Finita post Canticum Antiphona, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50.

Miserere mei Deus., pag. 458.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum

Pater noster, secreto.

AD COMPLETORIUM

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster., surgant, et postquam se signaverint, dicant quatuor Psalmos consuetos voce mediocri.

Finito Psalmo Ecce nunc continuo dicatur Canticum Nunc dimittis, et Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Dicta post Psalmos et Canticum Ana Christus factus est., ut supra, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50.

Miserere mei Deus., pag. 458.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus. dicatur Oratio.

"DESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Pater noster, et Credo in Deum. secreto.

Benedictio non datur, omittitur Ana Salve Regina., nec aspergitur Aqua benedicta.

SABBATO SANCTO.

AD MATUTINUM.

Facto signo a Prælato, prosternant se Fratres; et dicto Pater noster, et Credo in Deum., facto signo surgant; et postquam versis ad Altare vultibus signaverint se, statim incipiatur



IN I. NOCTURNO.

Psalmus 4.

«UM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequogravi corde?* ut.quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet ine cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, ? et sperate in Domino : * multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Ana. In pace in idipsum dormiam, et requiescam.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo ?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma«im, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit :

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Ana. Habitabit in tabernaculo tuo : requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, £ adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Ana. Caro mea requiescet in spe.

J. In pace in idipsum.^z. Dormiam, et requiescam.

Dicto Pater noster, secreto, non pronuntietur Et ne nos., sed facto signo a Prælato, Lector incipiat legere; et hoc etiam fiat ante quartam et septimam Lectionem. Jube domne, et Tu autem, non dicantur, sed finita Lectione sive Lamentatione, immediate inchoetur Responsorium.

De Lamentatione Jeremiæ Prophetæ.

Lectio j. Aleph. Thren. 4.

QUOMODO obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?

Beth. Filii Sion inclyti, et amicti auro primo : quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli ?

Ghimel. Sed et lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos : filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

Daleth. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti • parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R- j. Sepulto Domino, signatum est monumentum"—^T venies lapidem ad ostium monumenti, * Ponentes milites qui custodirent illud f forte veniant discipuli eius et furentur eum, et dicant plebi Surrexit a mortuis. — Ponentes milites.

Lectio ij. Heth.

Qui vescebantur voluptuose interierunt in viis • qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

Vau. Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subversa est in momento, et non ceperunt in ea manus.

Zain. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

Heth. Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis : adhæsit cutis eorum ossibus : aruit, et facta est quasi lignum.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R. ij. Jerusalem, luge, et exue te vestinus jucunditatis : induere cinere, et cilicio : * Quia in te est occisus Salvator Israel, y. Deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem, et non taceat pupilla oculi tui. — Quia in te est occisus Salvator Israel.

Lectio iij. Teth.

MELIUS fuit occisis gladio, quam interfectis fame : quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ.

Jod. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos : facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

Caph. Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ : et succendit ignem in Sion, et devoravit fundamenta ejus.

Lamed. Non crediderunt reges terræ, et universi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis et inimicus per portas Jerusalem.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R/, iij. Plange quasi virgo plebs mea : ululate pastores in cinere, et cilicio : * Quia veniet dies Domini magna, et amara valde. f. Ululate pastores, et clamate : aspergite vos cinere. — Quia veniet. Plange quasi virgo.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super mario fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, £ et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Elevamini portæ æternales : et introibit rex gloriæ.

Psalmus 26.

DOMINUS illuminatio mea, et salus mea, * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptatem Domini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die malorum protexit me in absconдито tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : * cantabo, et psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, £ exquisivit te facies mea : * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:*nedeclinesiniraa servo tuo.

Adjutor meus esto : * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine inviatua :* etdirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age : * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Ana. Credo videre bona Domini in terra viventium.

Psalmus 29.

EXALTABO te Domine quoniam suscepisti me : * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, * et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: * et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : * et vita in Voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : * et ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : * Non movebor in æternum.

Domine in voluntate tua * præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me,* et factus sum conturbatus

Ad te Domine clamabo : * et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, et misertus est mei : * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi : * conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia :

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar : * Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Ana. Domine abstraxisti ab inferis animam meam.

y. Tu autem Domine miserere mei. l^z. Et resuscita me, et retribuam eis.

Pater noster, secreto.

Ex Tractatu sancti Augustini Episcopi super Psalmos.

Lectio iv. (In Psalm. 63.)

ACCEDET homo ad cor altum, et exaltabitur Deus. Illi dixerunt : Quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes, consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia : passus est se teneri ut homo. Non enim teneretur nisi homo, aut videretur nisi homo, aut cæderetur nisi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur, nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valerent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, id est, cor secretum, objiciens aspectibus humanis hominem, servans intus Deum : celans formam Dei, in qua æqualis est Patri; et offerens formam servi, qua minor est Patre.

iv. Recessit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cujus transitum sol obscuratus est : nam et ille captus est, qui captivum tenebat primum hominem : * Hodie portas mortis et seras pariter Salvator noster disrupit, y. Destruxit quidem claustra inferni, et subvertit potentias diaboli, Hodie portas mortis.

Lectio v.

Quo perduxerunt scrutationes suas, illas per scrutantes defecerunt, ut etiam mortuo Domino, et sepulto, custodes ponerent ad sepulcrum? Dixerunt enim Pilato : Seductor ille : hoc appellabatur nomine Dominus Jesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores. Ergo illi Pilato : Seductor ille, "inquiunt, dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube itaque custodi sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi, Surrexit a mortuis : et erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus : Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

K. v. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, * Si est dolor similis sicut dolor meus. f. Attendite universi populi, et videte dolorem meum. — Si est dolor similis sicut dolor meus.

Lectio vj.

POSUERUNT custodes milites ad sepulcrum. Concussa terra, Dominus resurrexit : miracula facta sunt talia circa sepulcrum, ut et ipsi milites, qui custodes advenerant, testes fierent, si vellent vera nuntiare. Sed avaritia illa, quæ captivavit discipulum comitem Christi, captivavit et militem custodem sepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam : et dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus, et abstulerunt eum. Vere defecerunt scrutantes scrutationes. Quid est quod dixisti, o infelix astutia? Tantumne deseris lucem consilii pietatis, et in profunda versutiæ demergeris, ut hoc dicas, Dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus, et abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes? Vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.

R. vj. Caligaverunt oculi mei a fletu meo : quia elongatus est a me, qui consolabatur me :

videte omnes populi, * Si est dolor similis sicut dolor meus. f. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte. — Si est dolor. Caligaverunt oculi mei.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac:*etinvirtutetuaI judica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Ana. Deus adjuvat me : et Dominus susceptor est animæ meæ.

Psalmus 75.

NOTUS in Judæa Deus : * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, * scutum, gladium, et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde. I

Dormierunt somnum suum •* et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis

Ab increpatione tua Deus Jacob * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi ? * ex tunc ira tua

De cælo auditum fecisti judicium : * terra tremuit et quievit,

Cum exsurgeret in judicium Deus,* ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro : * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terræ.

Ana. In pace factus est locus ejus : et in Sion habitatio ejus.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ :* in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, ? quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.



Super me confirmatus est i furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

• Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam,* et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi : * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam : * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

f. In pace factus est locus ejus. Et in Sion habitatio ejus.

Pater noster, secreto.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Lectio vij. (Serni. 9.)

PERACTO, dilectissimi, Salvatoris triumpho, et consummatis dispensationibus, quas omnia veteris testamenti eloquia nuntiarunt, lugeat carnalis Judæus, sed spiritalis gaudeat Christianus; et festivitas, quæ illis conversa est in noctem, nobis coruscet in lucem. Quoniam crux Christi eadem est et credentium gloria, et non credentium pœna. Quamvis enim persequentium furor nihil aliud in Dominum majestatis operatus sit, quam atrocem crudelitatem, et immite supplicium : redemptis tamen hac Domini Passione verior justiorque lætandi est ratio quam dolendi.

Rz. vij. Ecce quomodo moritur justus, et nemo percipit corde : et viri justi tolluntur, et nemo considerat : a facie iniquitatis sublatus est justus, * Et erit in pace memoria ejus. y. In pace factus est locus ejus : et in Sion habitatio ejus. — Et erit.

Lectio viij.

FUERIT tunc discipulorum excusabilis pavor, nec in diffidentiæ culpam Apostolicus mæror inciderit : quando concurrentibus ad unum scelus Judæis, Judæorumque principibus, superbus taurorum pinguium tumor, et proterva vitulorum petulantia sæviebat; quando sub oculis ovium, Pastoris justi sanguinem frementium bestiarum rabies expetebat; quando denique etiam ipse, qui pati venerat, de nostræ naturæ communione dicebat : Tristis est anima mea usque ad mortem.

viij. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber, y. Posuerunt me in lacu inferiori : in tenebrosis, et in umbra mortis. — Factus sum.

Lectio ix.

^TUNC autem postquam sus - L N I ceptione infirmitatis potentia est clarificata virtutis, nulla fidelium mæstitudine Paschalis est obscuranda solemnitas; nec cum tristitia nobis gestorum ordo recolendus est : cum ita Dominus usus sit malitia Judæorum, ut intentione facinoris voluntas sit impleta miserentis. Si autem in exitu Israel de Ægypto agni sanguis fuit restitutio libertatis, et sacratissima est facta festivitas, quæ per hostiam pecudis iram averteret vastatoris : quanta populis Christianis concipienda sunt gaudia, pro quibus omnipotens Pater Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum! Ut in occisione Christi, Pascha esset verum et singulare sacrificium : quo non ex dominatione Pharaonis unus populus, sed ex diaboli captivitate totus mundus eruitur.

Sine intervallo sequitur

[ Oratio Jeremiæ Prophetæ.

RECORDARE Domine quid acciderit nobis : intuere, et respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos : domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus : ligna nostra pretio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur lassis non dabatur requie,' Ægypto dedimus manum et Assyriis ut saturaremur pane Patres nostri peccaverunt et non sunt .- et nos iniquitates eorum portavimus. Servi dominati sunt nostri : non fuit qui redimeret de manu eorum In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Juda. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusi sunt : et pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis : juvenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri : versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri : væ nobis, quia peccavimus. Propterea mæstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri : Propter montem Sion quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem et generationem. Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? Converte nos Domine ad te, et convertemur : innova dies nostros, sicut a principio. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

ix. Agnus Dei Christus immolatus est pro salute mundi : nam de parentis protoplasti fraude Factor condolens, quando pomi noxialis morsu in mortem corruit, ipse lignum tunc notavit, * Damna ligni ut solveret, y. Lustris sex qui jam peractis tempus implens corporis, se volente, natus ad hoc, passioni deditus, Agnus in cruce levatur, immolandus stipite. — Damna ligni ut solveret. fy Agnus Dei Christus.



AD LAUDES.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis : * et omnes iniquitates meas dele.



Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua : * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes et holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Ana. O mors ero mors tua : morsus tuus ero inferne.

Psalmus 42.

JUDICA me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, * ab homine iniquo, et doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : * quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam : * ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei : * ad Deum, qui lætificat juven tutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus : * quare tri stis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam ad huc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ana. Plangent eum quasi unigenitum : quia innocens Dominus occisus est.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et invia, et inaquosa : ? sic in sancto appa rui tibi, * ut viderem virtutem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri cordia tua super vitas : * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea : * et la biis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra tum meum, £ in matutinis me ditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tua rum exsultabo, * adhæsit ani ma mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, ? introi bunt in inferiora terræ : * tra dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, * laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis : * illumi net vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi po puli omnes.

Lætentur et exsultent gen tes : K quoniam judicas popu los in æquitate, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus : ? confiteantur tibi po puli omnes : * terra dedit fru ctum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, ? benedicat nos Deus :* et metuant eum omnes fines terræ.

Ana. Attendite universi po puli, et videte dolorem meum.

Canticum Ezechiæ Regis. Isaiæ 38.

EGO dixi : In dimidio die rum meorum * vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum. * Dixi : Non videbo Dominum Deum in terra vi ventium.

Non aspiciam hominem ul tra, * et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est; et convoluta est a me, * quasi tabernaculum pastorum :

Præcisa est velut a texente, vita mea : £ dum adhuc ordirer, succidit me : * de mane usque ad vesperam finies me.



Sperabam usque ad mane, * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea :

De mane usque ad vesperam finies me : * sicut pullus hirun dinis sic clamabo, meditabor ut columba :

Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum :

Domine vim patior, ? re sponde pro me. *

Quid dieani, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, X cor ripies me, et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima :

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * proje cisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebi tur tibi, X neque mors laudabit te : * non exspectabunt qui descendunt in lacum, verita tem tuam.

Vivens vivens ipse confitebi bitur tibi, sicut et ego hodie :* pater filiis notam faciet verita tem tuam.

Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Ana. A porta inferi erue Do mine animam meam.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cæ lis : * laudate eum in ex celsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum : * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit,et facta sunt:* ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi: * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra,* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : * quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora :* serpentes,et volucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes po puli : * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ec clesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in cho ro : * in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Do mino in populo suo : * et exal tabit mansuetos in salutem.

Exsultabunt sancti ingloria:* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum : * et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : X laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Ana. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.

Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque Versiculus, sed finita quinta Antiphona, inchoetur

Canticum Zacharias. Lue. i.

"DENEDICTUS Dominus Deus JJ Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ :

Et erexit cornu salutis nobis : * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris * et de manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * et memorari testamenti sui sancti

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum * daturum se nobis :

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Ana. Mulieres sedentes ad monumentum lamentabantur flentes Dominum.

Finita Antiphona post Benedictus, duo Fratres stantes ante gradus Altaris dicant: Kyrie eleison. Et Choro respondente Kyrie eleison., iterum illi duo Fratres dicant : Kyrie eleison.

Deinde alii duo Fratres stantes in medio Chori dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.



Item Fratres qui sunt ante gradus cantent Versum : Qui passurus advenisti propter nos. Et Chorus dicat: Christe eleison.

Item Fratres ante gradus jf Qui expansis in cruce manibus traxisti omnia ad te sæcula. Item Chorus : Christe eleison.

Item Fratres ante gradus f. Qui prophetice prompsisti: Ero mors tua o mors. Item Chorus : Christe eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres ante gradus dicant : Kyrie eleison. Et Chorus : Kyrie eleison. Et Fratres ante gradus : Kyrie eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori stantes dicant : Domine miserere. Et Chorus respondeat : Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Item Fratres ante gradus dicant alta voce : Mortem autem crucis.

Interim dum hæc cantantur, Fratres sint versi ad Altare.

Finito Versu Mortem autem crucis., prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus., pag. 473.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Non dicatur Qui tecum vivit., neque Amen, neque Benedicamus Domino., neque Fidelium.; sed dicto post Orationem Pater noster, secreto, et facto signo a Prælato, surgant omnes, et sic Matutinæ terminentur.

AD PRIMAM.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster, et Credo in Deum., surgant, et postquam versis ad Altare vultibus se signaverint, absque y. Deus in adjutorium, et absque Hymno dicant tres Psalmos consuetos voce mediocri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Non dicatur Capitulum, nec Responsorium, nec Versiculus, nec Confiteor.; sed finita post Psalmos Antiphona, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus, pag. 473.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

AD PRETIOSA.

Pronuntiatis Luna et quæ de Calendario et Martyrologio pronuntianda sunt, Pretiosa, dicatur ut in die Cenæ, pag. 443. notatum est, cum sequenti tamen Evangelio :

Secundum Matthæum.
Cap. 28.

VESPERE autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum. Tu autem Domine.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster., surgant, et postquam versis ad Altare vultibus se signaverint, absque )T. Deus in adjutorium, et absque Hymno, dicant tres Psalmos consuetos voce mediocri.

Super Psalmos Ana. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Non dicatur Capitulum, nec Responsorium, nec Versiculus; sed finita post Psalmos Antiphona, prosternant se omnes, et dicto Pater noster, secreto, Conventus mediocri voce alternatim dicat Psalmum 50. Miserere mei Deus, pag. 473.

Deinde, absque Dominus vobiscum. et absque Oremus., dicatur Oratio.

RESPICE, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam : pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Pater noster, secreto.

AD VESPERAS.

I" Si Vesperæ intra Missam cantantur, dicto a Sacerdote Pax Domini, et facto modico intervallo, dicatur ante Psalmum tota sequens Antiphona : Alleluia, alleluja allecia.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum omnes populi :

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus • * et veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri... Sicut erat.

Dicto Psalmo, repetatur Ana. Alleluia, allecia, allecia.

Et statim cantetur ante Magnificat Aha. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum, alleluja.

Canticum B. Mariæ V.
Lue. i.

MAGNIFICAT * anima mea Dominum :

Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo : * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede" * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis :* et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum,* recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et semini ejus ejus in sæcula.

Gloria Patri... Sicut erat.



Ana. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulcrum, allecia.

Repetita post Magnificat Ana Vespere.,dicatur a Sacerdote: Dominus vobiscum, ^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Postcommunio.

SPIRITUM nobis Domine tuæ caritatis infunde : ut quos sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum.

Et dicto iterum a Sacerdote Dominus vobiscum., subjungat Diaconus Ite missa est, alleluja, alleluia. Deo gratias, alleluia, alleluia.

T Qui Vesperas privatim recitat,dicto Pater noster., signet se, et statim dicat Anam Alleluia, alleluja, alleluia., postea Psalmum Laudate Dominum omnes gentes. Repetita post Psalmum Ana Alleluia., sequitur Ana Vespere., ut supra, quæ tota dicitur ante et post canticum Magnificat., deinde Dominus vobiscum., Oratio Spiritum nobis., ut supra, iterum Dominus vobiscum., postea Benedicamus Domino, alleluja, alleluia. 1$. Deo gratias, allecia, allecia.

Non subjungatur Fidelium., neque Pater noster., neque Salve Regina.

AD COMPLETORIUM.

Jube domne.,Benedictio Noctem quietam., Lectio Fratres sobrii., f. Adjutorium., Pater noster., Confiteor., Misereatur.,?. Converte nos., J. Deus in adjutorium., Gloria Patri... Sicut erat... Alleluia.

Dicantur tres Psalmi terminando quemlibet cum Gloria Patri., videlicet Cum invocarem., In te Domine speravi., Ecce nunc,, deinde immediate Canticum Nunc dimittis, cum Gloria Patri.

Ana. Alleluia, allecia, alleluja, alleluia.

Post hæc sequitur : Dominus vobiscum. 1$. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

SPIRITUM nobis Domine tuæ caritatis infunde : ut quos Sacramentis Paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum.

Dominus vobiscum. I^z. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. ^z.Deo gratias.

Detur Benedictio, et dicatur Ana Salve Regina., superaddendo Alleluia. in fine, sicut et post Versiculum Dignare.; ac more solito terminetur Completorium.

# IN DIE SANCTO PASCHÆ

## SEU DOMINICA RESURRECTIONIS DOMINI.

TOTUM DUPLEX

AD MATUTINUM.

Pater noster, et Credo in Deum.

y. Domine labia mea aperies. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

y. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri... Sicut erat... Alleluia.

Invitatorium. Alleluia, allecia, * Alleluia.

T Hac die, et per totam Hebdomadam usque ad Vesperas sequentis Sabbati exclusive, ad Horas tam diei quam noctis, nullus dicatur Hymnus.

IN NOCTURNO.

Psalmus i.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, % et in via peccatorum non stetit,* et in cathedra pestilentiæ non sedit:

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,quod plantatum est secus decursus aquarum,*quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet : * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. Ego sum, qui sum, et consilium meum non est cum impiis : sed in lege Domini voluntas mea est, alleluia.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum, * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, # et tamquam vas figuli confringes eos. £

Et nunc reges intelligite : erudimini qui judicatis terram.



Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Postulavi Patrem meum, allelia : dedit mihi gentes, alleluja, in hereditatem, allecia.

Psalmus 3.

DOMINE, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ «K Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dominiis suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Ana. Ego dormivi, et somnum cepi, et exsurrexi : quia Dominus suscepit me, alleluja, allecia.

V. Resurrexit Dominus, allecia. fy Sicut dixit vobis, allecia.

.T Hic f. dicatur in Nocturno M Dominica et Feria secunda et Quinta usque ad Ascensionem, quando de Tempore agitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio j. Cap. 16.

TN illo tempore : Maria Ma < f Selene, et Maria Jacobi, et I Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Et v* 1(?e mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam sole. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Hom. 21. in Evang.)

AUDISTIS, fratres carissimi, quod sanctæ mulieres, quæ Dominum fuerant secutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt : et ei, quem viventem dilexerant, etiam mortuo, studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiam quæ nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum, qui est mortuus, credentes, si odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus.

j. Angelus D6mini descendit de cælo, et accedens revolvit lapidem, et super eum sedit, et dixit mulieribus : Nolite timere : scio enim quia Crucifixum quæritis : * Jam surrexit : venite, et videte locum, ubi p6situs erat Dominus, allecia. f. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicens : Quem quæritis ? an Jesum quæritis? — Jam surrexit.

Lectio ij.

ILLÆ autem mulieres Ange los vident, quæ cum aro matibus venerunt : quia vide licetillæ mentes supernos cives aspiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Dominum per san cta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est,quid nam sit, quod in dextris sedere Angelus cernitur. Quid nam que per sinistram, nisi vita præsens; quid vero per dexte ram, nisi perpetua vita desi gnatur? Unde in Canticis can ticorum scriptum est : Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Quia ergo Redemptor noster jam præsentis vitæ corruptionem transierat, recte Angelus, qui nuntiare perennem ejus vitam venerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit : quia festivitatis no stræ gaudia nuntiavit

Rz.ij. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicens : Quem quæritis? An Jesum quæritis? jam surrexit : * Venite, et vi dete, alleluja, alleluja, y. Je sum quæritis Nazarenum cru cifixum? surrexit, non est hic. — Venite, et videte, alleluja, alleluia.

Lectio iij.

CANDOR vestis, splen dorem nostræ denuntiat solemnitatis. Nostræ dicamus, an suæ? Sed ut fateamur ve rius, et suæ dicamus, et no stræ. Illa quippe Redemptoris nostri Resurrectio, et nostra festivitas fuit, quia nos ad im mortalitatem reduxit : et An gelorum festivitas exstitit,quia nos revocando ad cælestia, eorum numerum implevit. In sua ergo, ac nostra festivitate Angelus in albis vestibus an paruit : quia dum nos per Re surrectionem Dominicam ad superna reducimur, cælestis patriæ damna reparantur.

1$. iij. Dum transisset sabba tum, Maria Magdalene, et Ma ria Jacobi, et Salome emerunt aromata, *Ut venientes unge rent Jesum, Alleluia, alleluja. y. Et valde mane una sabba torum veniunt ad monumen tum, orto jam sole. — Ut ve nientes ungerent Jesum, alle luja, alleluja. Gloria. Alleluia, alleluia.

Canticum Te Deum. Et dica tur per totam Hebdomadam.

Ante Laudes J. In Resur rectione tua Christe, alleluja. Cæli et terra lætentur, al leluja.

T Hic dicatur ante Laudes usque ad Ascensionem, dum agitur de Tempore.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Angelus autem Domini de scendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17

2. Et ecce terræ motus factus est magnus : Angelus autem Domini descendit de cælo, al leluia.

3.Erat autem aspectus ejus sicut fulgur : vestimenta ejus sicut nix, alleluja, alleluja.

4. Præ timore autem ejus ex territi sunt custodes, et facti sunt velut mortui, alleluia.

5. Respondens autem Ange lus dixit mulieribus : Nolite timere : scio enim quod Jesum quæritis, alleluja.



T Hac die et per totam Heb domadam usque ad Vesperas Sabbati exclusive, tam ad Lau des quam ad ceteras Horas non dicatur Capitulum, neque Hymnus. Versiculi autem non nisi in Nocturno, ante Laudes, in Memoriis Vesperarum et ad Processionem post Completo rium dicantur.

Post quintam Antiphonam Laudum Respondens autem., ut supra, statim dicatur ad Benedictus tota Ana. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam so le, alleluja. Repetita post Be nedictus Antiphona, sequitur : Dominus vobiscum.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æterni tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti : vota nostra, quæ præveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, alle cia, alleluja. K. Deo gratias, allecia, alleluja. T Et sic cum duplici Alleluia, dicatur Bene dicamus. in Laudibus et in Ve speris tam in Dominicis quam in festis Simplicibus et supra; et etiam in Officiis Votivis usque ad j. Vesperas Trinitatis exclusive. In Officio vero Feriæ et trium Lectionum, et infra Octavas non Solemnes dicitur cum uno Alleluia.

Ad ceteras autem Horas Be nedicamus Domino, nunquam dicitur cum Alleluia.

AD PRIMAM.

Dicto Pater noster., Credo, et T. Deus in adjutorium, cum Gloria Patri... Sicut erat... Al leluia. dicuntur tres Psalmi consueti, sub Antiphona j. Lau dum; qua dicta, statim sequi tur

Hæc dies quam fecit Do minus : exsultemus, et lætemur in ea.

Finito ^z. Hæc dies., dicatur Confiteor, et Misereatur., dein de:

Dominus vobiscum. Rz. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æterni tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti : vota nostra, quæ præveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

BenedicamusDomino. Rz.Deo gratias.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Pater noster., f. Deus in ad jutorium., Gloria Patri... Sicut erat... Alleluia.

Psalmi consueti respective.

Dicta post Psalmos Antipho na, statim sequitur

Hæc dies, quam fecit Dominus : exsultemus, et læ temur in ea.

Dominus vobiscum. K. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æterni tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti : vota nostra, quæ præveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem.

Dominus vobiscum. I^z. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, ^z. Deo gratias.

AD VESPERAS.

Pater noster., y. Deus in adjutorium., cum Gloria Patri... Sicut erat... Alleluia.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congregatio ne.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, % misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabitpopulosuo

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæcu li, * facta in veritate et æqui tate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum be nedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis; * misericors, et misera tor, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: ? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.



peccator videbit, et irasce tur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium pecca torum peribit.

Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et acce dens revolvit lapidem, et sede bat super eum,alleluia,alleluia.

Finita Antiphona post Psal mos, statim dicatur

Hæc dies quam fecit Do minus : exsultemus, et lætemur in ea.

T Prædicti tres tantum Psal mi, prædicta Antiphona et Hæc dies. dicantur quotidie ad Vesperas usque ad sequens Sabbatum exclusive.

Ad Magnificat Ana. Et respi cientes viderunt revolutum la pidem : erat quippe magnus valde, alleluia.

Repetita post Magnificat An tiphona, sequitur : Dominus vobiscum. Oratio.

DEUS, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æterni tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti : vota nostra, quæ præveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem Dominum nostrum.

T Hoc triduo terminata ad Vesperas Oratione, sequitur

Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur : * Quod enim vivit, vivit Deo, allecia, allecia, f. Dicant cine Judæi quomodo milites custodientes sepulcrum perdi derunt Regem ad lapidis posi tionem. Quare non servabant Petram justitiæ? Aut sepultum reddant, aut resurgentem ado rent, nobiscum dicentes. — Quod enim vivit, vivit Deo, allecia, allecia.

y. Dicite in nationibus, alle cia. Quia Dominus regna vit a ligno, alleluja. Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam conse quamur. Per eumdem Chri stum.

Deinde dicatur Ana. Regina cæli lætare, alleluja: quia quem meruisti portare, alleluja, re surrexit, sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alle cia.

y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, alleluia. I^z. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti, alleluia. Oratio.

GRATIAM tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde : ut qui, Angelo nun tiante, Christi Filii tui Incar nationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad Resurrectionis gloriam perdu camur. Per eumdem Domi num.

Deinde Dominus vobiscum. Bl Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, alle luja, allecia, ^z. Deo gratias, alleluja, alleluia.

T Et hoc modo his tribus diebus Vesperæ terminentur.

T Qui vero extra Chorum sunt omnia dicant quæ a Con ventu cantantur.

AD COMPLETORIUM.

Jube domne., Benedictio. Noctem quietam., Lectio Fra tres sobrii estote.,y. Adjuto rium., Pater noster., Confiteor., Misereatur., y. Converte nos., y. Deus in adjutorium.

Super Psalmos Ana. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Dicantur tres Psalmi, videli cet Cum invocarem., In te Do mine speravi, et Ecce nunc be nedicite Dominum.

Finita post Psalmos Antipho na, statim sequitur

Rz. Hæc dies, quam fecit Do minus : exsultemus, et lætemur in ea.

Deinde Canticum Nunc di mittis.

Ad Nunc dimittis Aha. Alle luia, Resurrexit Dominus, al leluja : sicut dixit vobis, alle cia, alleluia.

Dominus vobiscum, ^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

SPIRITUM nobis Domine tuæ caritatis infunde : ut quos sacramentis Paschalibus satia sti, tua facias pietate concor des. Per Dominum.

Dominus vobiscum. I^z. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino, Deo gratias.

Data Benedictione, Aha Salve Regina, et reliqua more solito dicantur, addito suis locis Alle luia. et Completorium termine j tur ut p ag. 151. notatum est.

T Idem modus dicendi Com pletorium servetur usque ad Sabbatum subsequens exclusi ve, nisi quod Oratio Spiritum nobis, duobus tantum diebus sequentibus dicetur.

FERIA SECUNDA.

TOTUM DUPLEX.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Domi nus vere, * Alleluia.

IN NOCTURNO.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gra vi corde? * ut quid diligitis vanitatem., et quæritis menda cium?

Et scitote quoniam mirifica vit Dominus sanctum suum :* Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite pecca re : * quæ dicitis in cordibus vestris, i n e ubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justi tiæ, *> et sperate in Domino : * multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lu men vultus tui Domine : * de disti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt

In pace in idipsum * dor miam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singu lariter in spe * constituisti me.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige clamo rem meum.

Intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et vide bo : * quoniam non Deus vo lens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolo sum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudine mi sericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam litam. *

Quoniam non est in ore eo-1 ndi! veritas : * cor eorum va- rium est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, *> linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, ? secundum multitudi nem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui spe- rant in te, * in æternum exsul-' tabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ vo luntatis tuæ * coronasti nos.

Psalmus 6.

DOMINE, ne in furore tuo I arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quo niam infirmus sum : * sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde :* sed tu Domine usque- quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui : * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, % lavabo per singulas noctes le ctum meum : * lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter om nes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem :*quo niam exaudivit Dominus vo cem fletus mei.

Exaudivit Dominus depreca tionem meam, * Dominus ora donem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et erube scant valde velociter.

Ana. Surrexit Christus, et il luxit populo suo, quem redemit sanguine suo, alleluja,

y. Resurrexit Dominus, alle luia. ^z. Sicut dixit vobis, abe luia.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 24.

IN illo tempore : Duo ex di scipulis Jesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spa tio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 23. in Evang.)

AUDISTIS, fratres carissimi, quia duobus discipulis am bulantibus in via, non quidem credentibus, sed tamen de se loquentibus, Dominus appa ruit : sed eis speciem, quam recognoscerent, non ostendit. Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud

ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud se metipsos intus et amabant, et dubitabant : eis autem Domi nus foris et præsens aderat, et quis esset non ostendebat. De se igitur loquentibus præs entiam exhibuit : sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit.

j. Maria Magdalene et al tera Maria ibant diluculo ad monumentum. Jesum quem quæritis, non est hic : surre xit sicut locutus est : * Præce det vos in Galilæam : ibi eum videbitis, alleluia, alleluia. y. Cito euntes dicite discipulis ejus et Petro quia surrexit Do minus. — Præcedet vos.

Lectio ij.

T TERE A quidem contulit, du V ritiam intellectus increpa vit, Scripturæ sacræ mysteria, quæ de seipso erant, aperuit : et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius finxit. Fin gere namque, componere di cimus : unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex Veritas per du plicitatem fecit : sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Pro bandi autem erant : si hi, qui eum, etsi necdum ut Deum diligerent, saltem ut peregri num amare potuissent.

I^z. ij. Surgens Jesus Dominus noster, et stans in medio di scipulorum suorum, dixit : * Pax vobis, alleluia. Gavisi sunt discipuli, viso Domino, alleluja. y.Una ergo sabbato rum, cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, venit Jesus, et stetit in medio et dixit eis. — Pax vobis.

Lectio iij.

SED quia esse extranei a ca ritate non poterant hi, cum quibus Veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi pere grinum vocant. Cur autem di cimus, Vocant; cum illic scri ptum sit, Et coegerunt eum? Ex quo nimirum exemplo col ligitur, quia peregrini ad ho spitium non solum invitandi sunt, sed etiam trahendi. Men sam igitur ponunt, panes ci bosque offerunt : et Deum, quem in Scripturæ sacræ expo sitione non cognoverant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo præcepta Dei, illuminati non sunt; faciendo, illuminati sunt : quia scriptum est : Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

iij. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum: quia quem quærebam appa ruit mihi, * Et dum fierem ad monumentum, vidi Dominum meum, Alleluia. J. Receden tibus discipulis non recede bam : et amoris ejus igne suc censa,ardebam desiderio.—Et dum flerem. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. In Resurre ctione tua Christe, allecia. Cæli et terra lætentur, al leluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. An gelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluja, allecia. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris, P ag. 17.



Dicta post Psalmos Ana An gelus., statim sequitur ad Be nedictus tota Ana. Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, et estis tristes? Alleluia, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui solemnitate Pa schali mundo remedia contulisti; populum tuum, quæsumus, cælesti dono pro sequere : ut et perfectam liber tatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiter nam. Per.

T Usque ad Vesperas Sabbati exclusive, Oratio quæ dicta fuerit in Laudibus dicatur etiam ad Tertiam, Sextam, Nonam et Vesperas.

AD PRIMAM.

Pater noster., Credo in Deum., f. Deus in adjutorium. Gloria Patri., Alleluia.

Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et acce dens revolvit lapidem, et se debat super eum, alleluia, alle cia. Tres Psalmi consueti.

Finita post Psalmos Antipho na, statim sequitur

^z. Hæc dies quam fecit Do minus : exsultemus, et læte mur in ea.

Deinde dicatur Confiteor, et Misereatur.

Dominiis vobiscum. I^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui hodierna die per Unigenitum tuum, æterni tatis nobis aditum, devicta morte, reserasti : vota nostra, quæ præveniendo aspiras, etiam adjuvando prosequere. Per eumdem Dominum.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.^. Deo gratias.

T Hoc modo dicatur Prima per totam Hebdomadam, nisi quod in quarta Feria et dein ceps dicitur Oratio In hac hora hujus diei., et in Sabbato, loco Responsorii Hæc dies., dicitur : Alleluia. Hæc dies.

AD TERTIAM.

Pater noster., y. Deus in adjutorium., Gloria Patri., Al leluia.

Ana. Et ecce terræ motus factus est magnus : Angelus autem Domini descendit de cælo, alleluia. Tres Psalmi con sueti.

Finita post Psalmos Antipho na, statim sequitur

Hæc dies quam fecit Do minus : exsultemus, et lætemur in ea.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Laudum.

Dominus vobiscum. Benedi camus Domino.

AD SEXTAM.

Pater noster., Jfm Deus in ad jutorium., Gloria Patri., Alle luia.

Ana. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur : vestimenta ejus sicut nix, alleluia, alleluia. Tres Psalmi consueti.

Finita post Psalmos Antipho na, statim sequitur

Hæc dies, quam fecit Do minus : exsultemus, et læte mur in ea.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Laudum.

Dominus vobiscum. Benedi camus Domino.

### AD NONAM.

Pater noster. T. Deus in adjutorium., Gloria Patri., Alleluia.

Ana. Respondens autem Angelus dixit mulieribus : Nolite timere : scio enim quod Jesum quæritis, alleluja. Tres Psalmi consueti.

Finita post Psalmos Antiphona. statim sequitur

Rz. Hæc dies quam fecit Dominus : exsultemus, et lætemur in ea.

Dominus vobiscum. Oremus. Oratio Laudum.

Dominus vobiscum. Benedicamus Domino.

I Sequentibus Hebdomadæ diebus, Tertia, Sexta et Nona dicantur ut supra in hac Feria secunda notatum est, nisi quod singulis diebus dicatur Oratio ut in Laudibus Feriæ de qua fit Officium, et in Sabbato, loco Responsorii Hæc dies., dicatur : Alleluia. JT. Hæc dies.

### IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Nonne sic oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam? Alleluia.

Oratio.

DEUS, qui solemnitate Paschali mundo remedia contulisti; populum tuum, quæsumus, cælesti dono prosequere : ut et perfectam libertatem consequi mereatur, et ad vitam proficiat sempiternam. Per.

Postea sequitur ^z. Christus resurgens, et cetera ut in die Paschæ, pag. 485.

## FERIA TERTIA.

TOTUM DUPLEX.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Dominus vere, * Alleluia.

### IN NOCTURNO.

Psalmus 7.

DOMINE Deus meus in te speravi : * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in manibus meis :

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, ? et conculcet in terra vitam meam, * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exsurge Domine in ira tua: * et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exsurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti : * et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum, scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutorium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.



Deus judex justus, fortis, et patiens : * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis, * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam : * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum : * et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus : * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus : * et psallam nomini Domini altissimi.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, % gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universa : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Psalmus io.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, % paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Surrexit Christus, et illuxit populo suo, quem redemit sanguine suo, alleluia.

y. Surrexit Dominus vere, alleluja. ^ Et apparuit Simoni, alleluja.

I Hic f. dicatur in Nocturno Feriæ tertiæ et Feriæ sextæ usque ad Ascensionem, cum de Tempore agitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 24.

ri illo tempore : Stetit Jesus in medio discipulorum suo rum, et dicit eis : Pax vobis : ego sum, nolite timere. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. io. Comm. in Lucam.)

NON per incorpoream na turam, sed per Resurre ctionis qualitatem, impervia usu clausa Dominus penetra vit. Nam quod tangitur, cor pus est : quod palpatur, cor pus est In corpore autem re surgemus. Seminatur enim cor pus animale, surgit corpus spi ritale : sed illud subtilius, hoc crassius, utpote adhuc terrenæ labis qualitate concretum. Nam quomodo non corpus, in quo manebant insignia vulnerum, vestigia cicatricum, quæ Do minus palpanda obtulit? In quo non solum fidem firmat, sed etiam devotionem acuit : quod vulnera suscepta pro no bis cælo inferre maluit; abole re noluit : ut Deo Patri nostræ pretia libertatis ostenderet

fy j- Surrexit Dominus de se pulcro, alleluia : * Qui pro nobis pependit in ligno, alle cia. % Lætentur cæli, et ex sultet terra ante faciem Domi ni. — Qui pro nobis.

Lectio ij,

TALEM sibi Pater ad dexte ram locat, trophæum no stræ salutis amplectens : tales illic martyres nobis cicatricis suæ corona monstravit. Et quoniam sermo huc noster usque evasit, consideremus qua gratia secundum Joannem crediderint Apostoli, qui gavi si sunt; secundum Lucam qua si increduli redarguantur : ibi Spiritum sanctum acceperint hic sedere in civitate jubean tur, quoadusque induantur vir tute ex alto. Et videtur mihi ille quasi Apostolus majora et altiora tetigisse, hic sequentia, et humanis proxima : hic histo rico usus circuitu, ille compen dio. Nam etsi primo Lucas eos non credidisse dicat, postea tamen credidisse demonstrat. Et si prima consideremus, con traria sunt : si sequentia, cer tum est convenire.

ij. Tulerunt Dominum meum : et nescio ubi posue runt eum. Dicit ei Angelus : Noli flere Maria : * Surrexit sicut dixit : præcedet vos in Galilæam : ibi eum videbitis, alleluia, alleluja. Jf. Dum ergo fleret, inclinavit se, et prospe xit in monumentum : et vidit duos Angelos in albis seden tes, qui dicunt ei. — Surrexit

Lectio iij.

QTETIT, inquit, in medio eo arum, et dixit : Pax vobis: ego sum, nolite timere^ Con turbati vero, et conterriti, exi stimabant se spiritum videre. Videtur separatim se istis un decim demonstrasse, sicut se Amaoni et Cleophæ seorsum jam vespere demonstraverat. Et quemadmodum isti duo, ita etiam videntur illi undecim ad confirmandos reliquos conve nire potuisse. Denique contur bati sunt : et ideo aperuit sen sum, ut intelligerent ea, quæ scripta sunt. Spiritum autem sanctum vel illis undecim qua si perfectioribus insufflavit, et reliquis postea tribuendum esse promittit : vel eisdem ibi in sufflavit, hic spondet Nec vide tur esse contrarium, cum divi siones gratiarum sint Ibi re mittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur augustius : et ideo insufflatur a Christo. Lucas autem lingua rum gratiam descripsit effu sam.

iij. Expurgate vetus fer mentum, ut sitis nova consper sio : etenim Pascha nostrum immolatus est Christus : * Ita que epulemur iti Domino, Al leluia. f. Non in fermento ma litiæ, et nequitiæ : sed in azy mis sinceritatis, et veritatis. — Itaque. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes % In Resurre ctione tua Christe, alleluia. E}. Cæli et terra lætentur, alleluia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. An gelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, alleluia. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Dicta post Psalmos Ana. Angelus, statim sequitur ad Benedictus tota Ana. Stetit Jesus in medio discipulorum suorum, et dixit eis : Pax vobis, allecia, allecia. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam novo semper fetu multi plicas : concede famulis tuis ut sacramentum vivendo te neant, quod fide perceperunt Per.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Videte Manus meas, et pedes meos, quia ego ipse sum, alleluia, alleluia.

Oratio Deus, qui Ecclesiam., ut in Laudibus.

Postea sequitur 1$. Christus resurgens, et cetera, sicut in die Paschæ, pag. 485.

FERIA QUARTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Domi nus vere, * Alleluia.

IN NOCTURNO.

Psalmus II.

SALVUM me fac Domine, * quoniam defecit sanctus : quoniam diminutæ sunt veri tates a filiis hominum.

Vana locuti sunt unusquis que ad proximum suum : * labia dolosa, in corde et corde locuti sunt

Disperdat Dominus universa labia dolosa, * et linguam magniloquam.

Qui dixerunt : Linguam no stram magnificabimus, % labia nostra a nobis sunt, * quis no ster Dominus est?

Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum * nunc exsurgam, dicit Dominus.

Ponam in salutari * fiducia liter agam in eo.

Eloquia Domini, eloquia ca sta : * argentum igne exami natum, probatum terræ pur gatum septuplum.

Tu Domine servabis nos : et custodies nos * a generatione hac in æternum.

In circuitu impii ambulant : * secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Psalmus 12.

USQUEQUO Domine oblivi sceris me in finem ? * Usquequo avertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimi cus meus super me, * respice, et exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne un quam obdormiam in morte : * nequando dicat inimicus meus : Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exsultabunt si motus fuero : * ego autem in misericordia tua speravi.

Exsultabit cor meum in salu tari tuo : ? cantabo Domino qui bona tribuit mihi : * et psallam nomini Domini altis simi.

Psalmus 13.

DIXIT insipiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrupti sunt, et abominabi les facti sunt in studiis suis : * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dominus de cælo prospexit super filios hominum, * ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt, ? si mul inutiles facti sunt : * non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eorum : ? linguis suis dolose agebant, * venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione et amaritudine plenum est : * veloces pedes eorum ad effun dendum sanguinem.

Contritio et infelicitas in viis eorum, ? et viam pacis non cognoverunt : * non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, * quj devorant plebem meam sicut escam panis?

Dominum non invocaverunt * illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Dominus in gene ratione justa est, consilium inopis confudistis : * quoniam Dominus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? * cum averterit Domi nus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob, et lætabitur Israel.

Ana. Surrexit Christus, et illuxit populo suo, quem rede mit sanguine suo, alleluia.

y. Surrexit Dominus de se pulcro, alleluja. I^z. Qui pro nobis pependit in ligno, alle cia.

T" Hic y. dicatur in Nocturno Feriæ iv. et Sabbati usque ad Ascensionem, cum de Tempo re agitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 21.

IN illo tempore : Manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic : Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dicitur Didymus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 24. in Evang.)

LECTIO sancti Evangelii, quæ modo in vestris auribus lecta est, fratres carissimi, quæstione animum pulsat: sed pulsatione sua vim discretioni*



indicat. Quæri etenim potest cur Petrus, qui piscator ante conversionem fuit, post con versionem ad piscationem red iit; et cum Veritas dicat, Nemo mittens manum suam ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei, cur repe tiit quod dereliquit. Sed si virtus discretionis inspicitur, citius videtur : quia nimirum negotium, quod ante conver sionem sine peccato exstitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit.

R;, j. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix David, aperire li brum, et solvere septem signa cula ejus : * Alleluia, alleluia, allecia. Et unus de senio ribus dixit mihi : Ne fleveris : dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et forti tudinem. — Alleluia, alleluia, alleluia.

Lectio ij.

NAM piscatorem Petrum, Matthæum vero telonea rium scimus : et post conver sionem suam ad piscationem Petrus rediit; Matthæus vero ad telonei negotium non rese dit : quia aliud est victum per piscationem quærere, aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis ex hiberi, aut vix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad pecca tum implicant, ad hæc necesse est ut post conversionem ani mus non recurrat.

ij. Si consurrexistis cum Christo : quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : * Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, allecia. X'\ Mor tui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo. — Quæ sursum sunt sapite.

Lectio iij.

QUÆRI etiam potest cur di scipulis in mari laboranti bus, post Resurrectionem suam Dominus in litore stetit, qui ante Resurrectionem suam co ram discipulis in fluctibus ma ris ambulavit. Cujus rei ratio festine cognoscitur, si ipsa, quæ tunc inerat, causa pense tur. Quid enim mare, nisi præs ens sæculum designat, quod se casuum tumultibus, et undis vitæ corruptibilis illidit? Quid per soliditatem litoris, nisi illa perpetuitas quietis æternæ figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis vitæ inerant, in mari laborabant. Quia autem Redemptor noster jam corruptionem carnis ex cesserat, post Resurrectionem suam in litore stabat.

R:, iij. Surrexit Pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis,* Et pro suo grege mori dignatus est, Alleluia, allecia, f \ Etenim Pascha no strum immolatus est Christus. — Et pro suo grege. Gloria. Alleluia, alleluja.

Ante Laudes In Resurre ctione tua Christe, allecia. Cæli et terra lætentur, al lecia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, allecia, allecia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Dicta post Psalmos Ana Angelus., statim sequitur Canticum Benedictus. T Et ita usque ad Sabbatum inclusive observetur.

Ad Benedictus Ana. Mittite in dexteram navigii rete : et invenietis, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui nos Resurrectionis Dominicæ annua solemnitate lætificas : concede propitius ut per temporalia festa, quæ agimus, pervenire ad gaudia æterna mereamur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Post Confiteor, et Misereatur., subjungatur consueta Oratio In hac hora., quod etiam fiat sequentibus aliis diebus. Cetera ut Feria ij præcedenti, pag. 489.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Hoc jam tertio manifestavit se Jesus, postquam resurrexit a mortuis, alleluja.

Oratio Deus, qui nos Resurrectionis Dominicæ., ut in Laudibus.

Ad Memoriam de Cruce Ana. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur : quod enim vivit, vivit Deo, alleluja, alleluja. (Omittatur Versus Dicant nunc. usque ad Vesperas Sabbati exclusive).

Dicite in nationibus, alleluia. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem Dominum nostrum.

Omittatur Memoria de B. Maria Virgine.

IN COMPLETORIO.

Post Antiphonam ad Nunc dimittis, subjungatur consueta Oratio Visita, quæsumus., quod etiam fiat aliis sequentibus diebus. Cetera ut in die sancto Paschæ, pag. 485.

## FERIA QUINTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Dominus vere, * Alleluia.

IN NOCTURNO.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo malum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino : Deus meus es tu, 



quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,'* postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, *> adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Psalmus 16.

EXAUDI Domine justitiam meam : * intende deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam, * non in labiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum prodeat : * oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum, et visitasti nocte : * igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum : * propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis : * ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus : * inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, * ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me : * a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, ? adipem suum concluserunt : * os eorum locutum est superbiam.

Projicientes me nunc circumdederunt me : * oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam : * et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exsurge Domine, præveni eum, et supplanta eum : * eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum : * de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis : * et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo : * satiabor cum apparuerit gloria tua.

Ana. Surrexit Christus, et illuxit populo suo, quem redemit sanguine suo, alleluia.

y. Resurrexit Dominus, alleluja. f^z. Sicut dixit vobis, allecia.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 20.

IN illo tempore : Maria stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, et prospexit in monumentum : et vidit duos Angelos in albis, sedentes. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 25. in Evangeli

MARIA Magdalene, quæ fuerat in civitate, peccatrix, amando Veritatem, lavit lacrimis maculas criminis : et vox Veritatis impletur, qua dicitur : Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quæ enim prius frigida peccando remanserat; postmodum amando fortiter ardebat. Nam postquam venit ad monumentum, itaque corpus Dominicum non invenit, sublatum credidit, atque discipulis nuntiavit : qui venientes viderunt, atque ita esse, ut mulier dixerat, crediderunt.

R7. j. Maria Magdalene et altera Maria ibant diluculo ad monumentum. Jesum quem quæritis non est hic : surrexit sicut locutus est : * Præcedet vos in Galilæam : ibi eum videbitis, alleluia, alleluja. V. Cito euntes dicite discipulis ejus et Petro quia surrexit Dominus. — Præcedet vos.

Lectio ij.

ET de eis protinus scriptum est : Abierunt ergo discipuli ad semetipsos. Ac deinde subjungitur : Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Qua in re pensandum est, hujus mulieris mentem quanta vis amoris accenderat quæ a monumento Domini' etiam discipulis recedentibus', non recedebat. Exquirebat quem non invenerat : flebat inquirendo, et amoris sui igne succensa, ejus, quem ablatum credidit, ardebat desiderio.

ij. Surgens Jesus Dominus noster, et stans in medio discipulorum suorum, dixit: * Pax vobis, alleluja. Gavisi sunt discipuli viso Domino, alleluja. J^r. Una ergo sabbatorum, cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, venit Jesus, et stetit in medio, et dixit eis. — Pax vobis, allecia. Gavisi sunt.

Lectio iij.

UNDE contigit ut eum tunc sola videret, quæ remanserat ut quæreret : quia nimirum virtus boni operis, perseverantia est. Et voce Veritatis dicitur : Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Maria ergo cum fleret, inclinavit se, et prospexit in monumentum. Certe jam monumentum vacuum viderat, jam sublatum Dominum nuntiaverat; quid est quod se iterum inclinat, iterum videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis.

R. iij. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum : quia quem quærebam apparuit mihi, * Et dum flerem ad monumentum, vidi Dominum meum, Alleluia. J. Recedentibus discipulis non recedebam : et amoris ejus igne succensa,ardebam desiderio,—Et dum flerem ad monumentum. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. In Resurrectione tua Christe, alleluia. Cæli et terra lætentur, alleluja.



AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Ad Benedictus Ana. Maria stabat ad monumentum, plorans : et vidit duos Angelos in albis, sedentes, et sudarium, quod fuerat super caput Jesu, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti : da ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium, et pietas actionum. Per.

IX VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum : si tu sustulisti eum, dicito mihi, alleluia : et ego eum tollam, alleluia.

Oratio Deus, qui diversitatem., ut in Laudibus.

Postea fiat Memoria de Cruce, ut Feria quarta, pag. 496

Omittatur Memoria de B. Maria Virgine.

FERIA SEXTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Dominus vere, * Alleluia.

IN NOCTURNO.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei,* et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus.

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas:* testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Psalmus 19.

EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis : * prote gat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de san cto : * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum : * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magni ficabimur.

Impleat Dominus omnes pe titiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Domi nus Christum suum.

Exaudiet illum de cælo san cto suo : * in potentatibus sa lus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis : * nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et cecide runt : * nos autem surreximus et erecti sumus.

Domine salvum fac regem : * et exaudi nos in die, qua invo caverimus te.

Psalmus 20.

DOMINE in virtute tua læta bitur rex : * et super salu tare tuum exsultabit vehemen ter.

Desiderium cordis ejus tri buisti ei : * et voluntate labio rum ejus non fraudasti eum

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : * et tri buisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in sa lutari tuo : * gloriam et ma gnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in bene dictionem in sæculum sæcu li : * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domi no : * et in misericordia Altis simi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omni bus inimicis tuis : * dextera tua inveniat omnes, qui te ode runt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : * Do minus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra per des : * et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala : * cogitaverunt consilia quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum, * in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua : * cantabimus et psalle mus virtutes tuas.

Aha. Surrexit Christus, et il luxit populo suo, quem rede mit sanguine suo, alleluja.

f. Surrexit Dominus vere, alleluja, Et apparuit Simo ni, alleluja.



Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio j. Cap. 28.

TN illo tempore : Undecim I discipuli abierunt in Gali læam in montem, ubi consti tuerat illis Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. 4. Com. in Matth. in fine.)

POST Resurrectionem Jesus in monte Galilææ conspici tur, ibique adoratur : licet qui dam dubitent, et dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestius ostenditur Thomæ : et latus lancea vul neratum, et manus fixas de monstrat clavis. Accedens Je sus locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in cælo, et in terra. Illi pote stas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tu mulo, qui mortuus jacuerat, qui postea resurrexit. In cælo autem, et in terra potestas data est : ut qui ante regnabat in cælo, per fidem credentium regnet in terra.

j. Surrexit Dominus de sepulcro, alleluja, * Qui pro nobis pependit in ligno, alle cia. y. Lætentur cæli, et ex sultet terra ante faciem Domi ni. — Qui pro nobis.

Lectio ij.

EUNTES autem docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spi ritus sancti. Primum docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim pot est fieri, ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit verita tem. Baptizantur autem in no mine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: ut quorum una est divi nitas, una sit largitio : nomen que Trinitatis, unus Deus est.

I^Z. ij. Tulerunt Dominum meum : et nescio ubi posuerunt eum. Dicit ei Angelus : Noli flere Maria : * Surrexit sicut dixit : præcedet vos in Gali læam : ibi eum videbitis, alle luja, alleluja, y. Dum ergo fleret, inclinavit se, et prospe xit in monumentum : et vidit duos Angelos in albis sedentes, qui dicunt ei. — Surrexit sicut dixit.

Lectio iij.

DOCENTES eos servare om nia, quæcumque mandavi vobis. Ordo præcipuus : jussit Apostolis, ut primum docerent omnes gentes : deinde fidei intingerent sacramento : et post fidem, ac baptisma, quæ essent observanda præcipe rent. Ac ne putemus levia esse, quæ jussa sunt, et pauca, addi dit : Omnia quæcumque man davi vobis : ut quicumque cre diderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quæ præcepta sunt Et ecce ego vobiscum sum usque ad con summationem sæculi.

R?, iij. Expurgate vetus fer mentum, ut sitis nova consper sio : etenim Pascha nostrum immolatus est Christus : * Ita que epulemur in Domino, Al leluia. J. Non in fermento malitiæ et nequitiæ : sed in azymis sinceritatis et veritatis. Itaque epulemur. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. In Resurre ctione tua Christe, alleluia. fy Cæli et terra lætentur, al lecia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, Pag. [1] 7*' B

Ad Benedictus Ana. Undecim discipuli in Galilæa videntes Dominum adoraverunt, allecia.

Oratio,

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contulisti : da mentibus nostris ut quod professione celebramus, imitemur effectu. Per.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra, alleluja, alleluia.

Oratio Omnipotens sempiterne Deus., ut in Laudibus.

Postea fiat Memoria de Cruce ut Feria quarta, pag. 496.

Omittatur Memoria de B. Maria Virgine.

SABBATO.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Surrexit Dominus vere, * Alleluia.

IN NOCTURNO.

Psalmus 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi deerit : * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me : * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero jn medio umbræ mortis, non timebo mala : * quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : * et calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me * omnibus diebus vitæ meæ :

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ



æternales : * et introibit rex i gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ?* Dominus virtutum ipse est rex T gloriæ.

Psalmus 25. ^

JUDICA me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum : * et in Domino sperans non infirmabor

Proba me Domine, et tenta me : * ure renes meos et cor meum. b

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: * et complacui in veritate tua

Non sedi cum concilio vanitaris: * et cum iniqua gerentibus non introibo.

Odivi ecclesiam malignae tium : * et cum impiis non sedebo. ^

Lavabo inter innocentes tria- nus meas : * et circumdabo altare tuum Domine :

Ut audiam vocem laudis,* et narrem universa mirabilia tua

Domine dilexi decorem domus tuæ, * et locum habita- 1 tl6nis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam, * et cum viris sanguinum vitam meam :

In quorum manibus iniqui tates sunt : * dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum : * redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo : * in ecclesiis benedicam te Domine,

Ana. Surrexit Christus, et illuxit populo suo, quem redemit sanguine suo, allecia.

f- Surrexit Dominus de sepulero, allecia.

Pependit in lignoralleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 20.

N illo tempore: Una sabbati, A Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Homil. 22. in Evangeli

hr ECTio sancti Evangelii, mod fr fudi> stis> yalde in superficie hist6rica est aperta : sed ejus nobis myst£ria sub brevitate requir£nda. B Maria Magdalene, cum adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum. Juxta hist6riam notatur hora : juxta intellectum vero mysticum, requir£ntis signatur intelligentia. Maria enim Auct6rem omnium, quem in carne viderat m6rtuumj quærebat in tri numento : et quia hunc mini me invenit, furatum credidit. ^ Ecce vicit Leo de tribu juda radix David, aperire li bruni et solvere septem signacula ejus .* Alleluia, allecia, allelliia. y Et unus de senioribus dixit mjhi : Ne fleveris : di est Agnus, qui occisus est accipere virtutem et fortitudinem. — Alleluia, allecia, aneitiia.

LecnL J

A DHUC ergo erant tenebræ, Jt\. cum venit ad monumentum. Cucurrit citius, discipu Usque nuntiavit : sed illi præ ceteris cucurrerunt, qui præ amaverunt videlicet Petrus, et Joannes. Currebant autem duo simul; sed Joannes præcucurrit citius Petro et Oui pro nobis venit prior ad monumentum, I et ingredi non præsumpsit,

Venit ergo posterior Petrus, et intravit. Quid, fratres, quid cursus iste significat? Numquid hæc tam subtilis Evangelistæ descriptio a mysteriis vacare credenda est? Minime. Quid ergo per Joannem, nisi Synagoga : quid per Petrum, nisi præsens Ecclesia designatur?

ij. Si consurrexistis cum Christo : quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : * Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, alleluja, y. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo. — Quæ sursum sunt sapite.

Lectio iij.

NEC mirum esse videatur, quod per juniorem Synagoga, per seniorem vero Ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad Dei cultum prior est Synagoga quam Ecclesia Gentium; ad usum tamen sæculi prior est multitudo Gentium quam Synagoga, Paulo attestante, qui ait : Quia non prius quod spiritale est, sed quod animale. Per seniorem ergo Petrum significatur Ecclesia Gentium : per juniorem vero Joannem Synagoga Judæorum. Venit Synagoga prior ad monumentum, sed minime intravit : quia Legis quidem mandata percepit, prophetias de Incarnatione, ac Passione Dominica audivit : sed credere in mortuum noluit.

iij. Surrexit Pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis, * Et pro suo grege mori dignatus est, Alleluia, allecia. f. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. — Et pro suo grege. Gloria Alleluia, alleluia.

Ante Laudes y. In Resurrectione tua Christe, alleluja fy Cæli et terra lætentur, allecia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Angelus autem Domini descendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Ad Benedictus Ana. Currebant duo simul, et ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum, alleluja. Oratio.

CONCEDE, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui festa Paschalia venerando egimus, per hæc contingere ad gaudia æterna mereamur. Per.

T Prædicta Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam et Nonam.

AD HORAS.

Hac die ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam, post Antiphonam super Psalmos, loco Responsorii, dicatur semel: Alleluia. Deinde y. Hæc dies, quam fecit Dominus : exsultemus, et lætemur in ea. Post Versum, non repetatur Alleluia.

Cetera, præter Orationes, ut in Feria secunda Paschæ, pag. 489.

AD VESPERAS.

Psalmus Benedictus Dominus Deus meus. cum ceteris ut in Sabbatis per annum, pag. in super Psalmos sola Ana. Alleluia, alleluja, alleluia.



CapitulumChristus resurgens, et Hymnus Ad cenam Agni providi., ut in Psalterio, pag. 128. et p ag. 129

/Mane nobiscum Domine, allecia. Quoniam advesperascit, allecia.

Ad Magnificat Ana. Cum esset sero die illa, una sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, stetit Jesus in medio, et dixit eis: Pax vobis, alleluia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui Paschalia festa peregimus; hæc te largiente moribus et vita teneamus. Per.

Postea fiat Memoria de Cruce: Ana. Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit : accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia.

f. Dicite in nationibus, alleluja. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluia. Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem : concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut in Psalterio pro Resurrectionis Tempore notatum est, pag. 153.

## DOMINICA IN ALBIS, QUÆ EST IN OCTAVA PASCHÆ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Surrexit Dominus vere : * Venite adoremus, allecia. T Hoc Invitatorium dicatur Dominicis diebus usque ad Ascensionem, cum de Tempore agitur.

Hymnus Aurora lucis rutilat., ut in Psalterio, pag. 3.

IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiph. et Versiculus ut in die Paschæ, pag. 480.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 20.

IN illo tempore : Cum esset sero die illo, una sabbatorum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum : venit Jesus, et stetit in medio, et dixit eis : Pax vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 26. in Evang.)

PRIMA lectionis hujus Evangelicæ quæstio animum pulsat : Quomodo post Resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis januis ad discipulos ingredi potuit? Sed sciendum nobis est quod divina operatio, si ratione comprehenditur, non est admirabilis : nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed hæc ipsa Redemptoris nostri opera, quæ ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt, ex alia ejus operatione pensanda sunt : ut rebus mirabilibus fidem præbeant facta mirabiliora.

j. Angelus Domini descendit de cælo, et accedens revolvit lapidem, et super eum sedit, et dixit mulieribus : Nolite timere : scio enim, quia Crucifixum quæritis : *Jam surrexit • venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus,

alleluja, f. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicens : Quem quæritis? An Jesum quæritis? — Jam surrexit

Lectio ij.

ILLUD enim corpus Domini
intravit ad discipulos clau sis januis, quod videlicet ad humanos oculos per nativita tem suam clauso exivit utero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis januis post Resurrectio nem suam in æternum jam victurus intravit, qui moritu rus veniens, non aperto Virgi nis utero exivit? Sed quia ad illud corpus, quod videri pote rat, fides intuentium dubita bat, ostendit eis protinus ma nus et latus : palpandam car nem præbuit, quam clausis ja nuis introduxit.

ij. Angelus Domini locu tus est mulieribus, dicens : Quem quæritis ? An Jesum quæritis? jam surrexit : * Ve nite, et videte, alleluia, alle luja. y. Jesum quæritis Naza renum crucifixum ? surrexit, non est hic. — Venite, et vi dete, alleluja, alleluia.

Lectio iij.

humanam rationem sibi
SJAein contra mira, ostendit : juxta
post Resurrectionem suam cor pus suum incorruptibile, et tamen palpabile, demonstra vit. Nam et corrumpi necesse I est quod palpatur : et palpari non potest quod non corrum pitur. Sed miro modo, atque inæstimabili Redemptor noster et incorruptibile post Resurre ctionem, et palpabile corpus exhibuit : ut monstrando in corruptibile, invitaret ad præ mium : et præbendo palpabile, firmaret ad fidem.

^Z. iij- Dum transisset sabba tum, Maria Magdalene, et Ma ria Jacobi et Salome emerunt aromata, *Ut venientes unge rent Jesum, Alleluia, allecia, y. Et valde mane una sabbato rum veniunt ad monumentum orto jam sole. — Ut venientes. Gloria. Alleluia, alleluia.

Ante Laudes y. In Resurre ctione tua Christe, allecia. Cæli et terra lætentur, al lecia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Angelus autem Domini de scendit de cælo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum, alleluia, allecia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Et ecce terræ motus factus est magnus : Angelus autem Domini descendit de cælo, al lecia.

3. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur : vestimenta ejus sicut nix, alleluia, allecia.

4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui, alleluja.

r. Respondens autem Ange lus, dixit mulieribus : Nolite timere : scio enim, quod Jesum quæritis, alleluia.

Capitulum Christus resur gens. et Hymnus Sermone blando Angelus., ut ili Psalte rio, pag. 22.

J. Gavisi sunt discipuli, alie luia. Viso Domino, allecia.

Ad Benedictus Ana. Post dies octo, janui̧s clausiș ingres sus Dominus dixit eis : Pax vobis, allecia, allecia.



Oratio.

- TJRÆSTA, quæsumus omnipo X tens Deus : ut qui Pascha lia festa peregimus, hæc te largiente moribus et vita te neamus. Per.

Ad Memoriam de Cruce Ana. Crucifixus surrexit a mortuis, et redemit nos, alleluja, alle cia.

f. Dicite in nationibus, alle cia. Quia Dominus regna vit a ligno, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam conse quamur. Per eumdem.

T Prædicto modo in Vespe ris et in Laudibus, post alias Memorias occurrentes (exce pta Memoria B. Mariæ Virgi nis quæ fit Dominicis diebus) fiat Memoria de Cruce quoti die, usque ad Vigiliam Ascen sionis exclusive, exceptis festis Duplicibus ac Totis Duplicibus et diebus infra Octavas Sol emnes.

AD PRIMAM.

In fine Hymni Jam lucis., omissa Stropha Deo Patri., hæ duæ dicuntur :

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Duæ prædictæ Strophæ dicantur in fine omnium Hy mnorum ejusdem metri, etiam in festis Sanctorum, usque ad j. Vesperas Ascensionis Domi ni, nisi aliter notetur.

Capitulum Regi sæculorum., pag. 31

Jesu Christe Fili Dei vivi miserere nobis, * Alleluia, al lecia. Jesu Christe, y. Qui surrexisti a mortuis. Alleluia, alleluia. Gloria. Jesu Christe.

T Et sic dicatur usque ad Ascensionem, nisi aliter note tur.

y. Exsurge Domine, adjuva nos, alleluja. Et libera nos propter nomen tuum, alleluia.

Confiteor., Misereatur., Do minus vobiscum.,Oratio In hac hora., Benedicamus Domino.

AD TERTIAM.

Capitulum. Rom. 6.

CHRISTUS resurgens ex mor tuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est pecca to, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.

Rz. Resurrexit Dominus, * Al leluia, alleluia. Resurrexit Do minus. y. Sicut dixit vobis. Alleluia. Gloria. Resurrexit Dominus.

y. Surrexit Dominus vere, alleluia. ^Z. Et apparuit Simo ni, alleluja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Coloss. 3.

Si consurrexistis cumChristo: quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt sa pite, non quæ super terram.

Surrexit Dominus vere, * Alleluia, allecia. Surrexit. y. Et apparuit Simoni. Alle luia. Gloria. Surrexit.

f. Surrexit Dominus de sepulcro, allecia. Qui pro nobis pependit in ligno, allecia.

AD NONAM.

Capitulum. Coloss. 3.

CUM autem Christus apparuerit, vita vestra : tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

R?. Surrexit D6minus de sepulcro, * Alleluia, allecia. Surrexit. J. Qui pro nobis pependit in ligno. Alleluia. Gloria. Surrexit.

f. Gavisi sunt discipuli, alleluja. Viso Domino, allecia.

AD VESPERAS.

Psalmus Dixit Dominus, et ceteri quatuor ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Super Psalmos sola Ana. Alleluia, allecia, allecia, allecia.

Capitulum Christus resurgens. et Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 128. et pag. 129.

J. Mane nobiscum Domine, alleluja. Quoniam advesperascit, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Quia vidisti me Thoma, credidisti : beati qui non viderunt, et crediderunt, alleluja. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui Paschalia festa peregimus, hæc te largiente moribus et vita teneamus. Per.

Ad Memoriam de Cruce Ana. Crucem sanctam subiit qui infernum confregit : accinctus est potentia, surrexit die tertia, alleluia.

Jf. Dicite in nationibus, allecia. Quia Dominus regnavit a ligno, alleluia. Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam consequamur. Per eumdem.

T In omni Officio usque ad festum Trinitatis exclusive (præterquam in Officio quotidiano B. Mariæ V. et in Officio Defunctorum) addatur Alleluia. in fine Invitatoriorum, Antiphonarum, Responsoriorum et Versiculorum.

PER HEBDOMADAM,
QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Ana. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, alleluja, quæ non sunt scripta in libro hoc, allecia.

Ad Magnificat Ana. Hæc autem scripta sunt ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei : et ut credentes, vitam habeatis in nomine ipsius, allecia.

FERIALIBUS DIEBUS
AB OCTAVA PASCHÆ USQUE
AD ASCENSIONEM.

Non fiant Prostrationes ad ullas Horas, nec ad Litanias; nec dicantur Preces nisi ad Primam et ad Completorium.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Alleluia, * Alleluia.

Hymnus Aurora lucis rutilat., Pag- 3



IN NOCTURNO.

Psalmi propriis locis notati. Super Psalmos Ana. Alleluia. Versiculus, secundum Feriam, ut infra Octavam Paschæ. Lectiones et suis locis notata.

Ante Laudes y. In Resurrectione tua Christe, alleluia. R. Cæli et terra lætentur, alleluia.

AD LAUDES.

Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Super Psalmos Ana. Alleluia, allecia.

Capitulum Christus resurgens., Hymnus Sermone blando. et T- Gavisi sunt.,pag. 22.

Ad Benedictus (exceptis Feriis Rogationum) Antiphona quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit. Omittuntur Preces. Dicitur Oratio Dominicæ, præterquam in Feriis Rogationum. Usque ad Vigiliam Ascensionis exclusive, fit Memoria de Cruce ut in Psalterio, pag. 23.

AD PRIMAM.

Super Psalmos Ana Cognoverunt., ut in Psalterio pro Tempore Resurrectionis; Capitulum Pacem.; R?. Jesu Christe, cum y. Qui surrexisti a mortuis., Preces et Oratio Domine Deus omnipotens.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, ^z^z. et ff. ut ponuntur in Psalterio ad ipsas Horas respective pro Tempore Resurrectionis. Omittuntur Preces. Dicitur Oratio Dominicæ, præterquam in Vigilia Ascensionis.

AD VESPERAS.

Psalmi quinque de Feria currenti ut in Psalterio. Super Psalmos sola Ana. Alleluia.

Capitulum Christus resurgens., Hymnus Ad cenam Agni providi., y. Mane nobiscum., pag. 128. et pag. 129.

Ad Magnificat "exceptis Feriis Rogationum) Antiphona quæ per hebdomadam dicenda proprio loco notata fuerit. Omittuntur Preces. Dicitur Oratio Dominicæ. Fit Memoria de Cruce ut in Psalterio, pag. 129

AD COMPLETORIUM.

Omnia ut pag. 153. Et dicuntur Preces, ut pag. 151.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 26. Dominus illuminatio., pag. 47.; Psalmus 27. Ad te Domine clamabo., pag. 48.; Psalmus 28. Afferte Domino filii Dei.,ibidem.

T Hodie incipit Historia Dignus es., nisi festa impediant : et recitatur hac Hebdomada et duabus sequentibus, cum de Tempore agitur.

Incipit liber Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap.

APOCALYPSIS Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, quæ oportet fieri cito : et significavit, mittens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit. Beatus, qui legit, et audit verba prophetiæ hujus : et servat ea, quæ in ea scripta sunt : tempus enim prope est.

j. Dignus es Domine acci- i pere librum, et aperire signa cula ejus : quoniam occisus es, et redemisti nos Deo * In san guine tuo, allecia, f. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, et sacerdotes. — In sanguine tuo, alleluia.

Lectio ij.

JOANNES septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, et pax ab eo, qui est. et qui erat, et qui venturus est : et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt : et a Jesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuo rum, et princeps regum terræ, qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine] suo, et fecit nos regnum, et sacerdotes Deo et Patri suo : ipsi gloria, et imperium in sæ cula sæculorum : Amen.

K?, ij. Ego sicut vitis fructifi cavi suavitatem odoris, alle-1 luia : * Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a gene rationibus meis adimplemini, alleluja, allecia. J. Ego dili gentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me, invenient me. — Transite.

I Lectio iij.

ECCE venit cum nubibus, et videbit eum omnis oculus, I et qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Etiam : Amen. Ego sum alpha, et omega, principium, et finis, dicit Do minus Deus : qui est, et qui erat, et qui venturus est, om nipotens. Ego Joannes frater vester, et particeps in tribula tione, et regno, et patientia in Christo Jesu : fui in insula, quæ appellatur Patmos, pro. pter verbum Dei, et testimo nium Jesu.

3Z. iij. Audivi vocem in cælo tamquam vocem tonitrui ma gni, alleluia : Regnabit Deus noster in æternum, allecia : * Quia facta est salus, et virtus, et potestas Christi ejus, Alle luia, alleluia. y. Et vox de throno exivit, dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes sancti ejus : et qui timetis Deum pu silli, et magni. — Quia. lolia Alleluia, alleluja.

## FERIA TERTIA.

Psalmus 38. Dixi: Custodiam, pag. 61.; Psalmus 39. Exspe ctans exspectavi, pag. 62.; Psalmus 40. Beatus qui intel ligit. pag. 63.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

ANGELO Ephesi ecclesiæ scribe : Hæc dicit, qui te net septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureo rum : Scio opera tua, et labo rem, et patientiam tuam, et quia non potes sustinere ma los : et tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, et non sunt : et invenisti eos menda ces : et patientiam habes, I et sustinuisti propter nomen meum, et non defecisti, bea habeo adversum te, quod cari tatem tuam primam reliquisti.

j Locutus est ad me unus de septem Angelis, dicensi. Veni, ostendam tibi novam nuptam sponsam Agni. vidi Jerusalem descendente® de cælo, ornatam monilibus suis, ali elui a, allecia, allecia. y Et sustulit me in spiritu in montem magnum, et altum. — Et vidi.

Lectio ij

•pT Angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe : Hæc dicit primus, et novissimus, qui fuit mortuus, et vivit : Scio tribulationem tuam, et paupertatem tuam, sed dives es : et blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse, et non sunt, sed sunt synagogaSatanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tente mini : et habebitis tribulatio nem diebus decem.

R7. ij. Audivi vocem in cælo Angelorum multorum dicen tium : * Timete Dominum, et date claritatem illi : et adorate eum,qui fecit cælum, et terram, mare, et fontes aquarum, alle luja, alleluia. JT. Vidi Ange lum Dei volantem per medium cæli, voce magna clamantem, et dicentem. — Timete Domi num.

Lectio iij.

ET Angelo Pergami eccle siæ scribe : Hæc dicit, qui habet romphæam utraque par te acutam : Scio ubi habitas, ubi sedes est Satanæ : et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Sata nas habitat. Sed habeo adver sus te pauca : quia habes illic tenentes doctrinam Balaam.

R- iij. Ostendit mihi Angelus fontem aquæ vivæ : et dixit me, alleluja : * Hic Deum ad 6ra, Alleluia, allecia, alle luja. Postquam audissem, et vidissem, cecidi, ut adora rem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat : et dixit. — Hic Deum adora. Gloria. Alleluia.



## FERIA QUARTA.

Psalmus 52. Dixit insipiens, pag. 73.; Psalmus 54. Exaudi Deus orationem, pag. 74.; Psal mus 55. Miserere mei Deus, quoniam, pag. 75.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

ANGELO Thyatiræ ecclesiæ scribe : Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, et pedes ejus similes aurichalco : Novi opera tua, et fidem, et caritatem tuam, et ministerium, et pa tientiam tuam, et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversus te pauca : quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere, et seducere servos meos, forni cari, et manducare de idolo thytis.

R. j. Vidi portam civitatis ad orientem positam, et Aposto lorum nomina, et Agni super eam scripta : * Et super muros ejus Angelorum custodiam, allecia. J. Vidi civitatem sanctam Jerusalem descenden tem de cælo, ornatam tam quam sponsam viro suo. — Et super.

Lectio ij.

V)BIS autem dico, et cæte ris qui Thyatiræ estis : Quicumque non habent doctri nam hanc, et qui non cogno verunt altitudines Satanæ,

quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus: tamen id, quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potesta tem super gentes.

I^z ij. Vidi Jerusalem descen dentem de cælo, ornatam auro mundo, * Et lapidibus pre tiosis intextam, allecia, alle cia. J. Ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietate. — Et lapidibus.

Lectio iij. Cap. 3.

ET Angelo ecclesiæ Sardis scribe : Hæc dicit, qui ha bet septem spiritus Dei, et septem stellas : Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es. Esto vigilans, et confirma cetera, quæ mori tura erant. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe qua liter acceperis, et audieris, et serva, et pœnitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tamquam fur, et nescies qua hora veniam ad te.

iij. In diademate capitis Aaron lapides pretiosi fulge bant, * Dum perficeretur opus Dei, Alleluia, alleluja, alleluja, y. Corona aurea super caput ejus, expressa signo sanctita tis. — Dum perficeretur. Glo ria. Alleluia.

FERIA QUINTA.

Psalmus 68. Salvum me fac. pag. 85.; Psalmus 69. Deus in adjutorium, pag. 87. • Psalmus 70. In te Domine, ibidem.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 3.

E^ Angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe : Hæc dicit Sanctus et Verus, qui habet clavem David : qui aperit, et nemo claudit: claudit, et nemo aperit : Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere • quia modicam habes virtutem, et servasti verbum meum, et non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga Sata næ, qui dicunt se Judæos esse, et non sunt, sed mentiuntur.

Lectio ij.

ECCE faciam illos ut veniant, et adorent ante pedes tuos: et scient quia ego dilexi te. Quoniam servasti verbum pa tientiæ meæ, et ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem univer sum tentare habitantes in terra. Ecce venio cito : tene quod habes, ut nemo accipiat coro nam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius : et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis Dei mei novæ Jerusa lem, quæ descendit de cælo a Deo meo, et nomen meum novum.

Lectio iij.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat exe sus. Et Angelo Laodiciæ eccle siæ scribe : Hæc dicit: testis fidelis, et verus, qui est principium creaturæ Dei: Scio opera tua : quia neque frigi dus es, neque calidus : utinam frigidus esses, aut calidus: seu



quia tepidus es, et nec frigi dus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.

FERIA SEXTA.

Psalmus 80. Exsultate Deo. pag. 99.; Psalmus 81. Deus stetit, ibidem; Psalmus 82. Deus, quis similis, pag. 100.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 4.

POST hæc vidi : et ecce ostium apertum in cælo, et vox prima, quam audivi tam quam tubæ loquentis mecum, dicens : Ascende huc, et osten dam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu : et ecce sedes posita erat in cælo, et supra sedem sedens. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis jaspidis, et sardinis : et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ.

Lectio ij.

ET in circuitu sedis sedilia viginti quatuor : et super thronos viginti quatuor senio res sedentes, circumamicti ve stimentis albis, et in capitibus eorum coronæ aureæ. Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua : et septem lampades ardentes ante thro num, qui sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo : et in medio sedis, et circuitu sedis quatuor ani malia plena oculis ante et retro.

Lectio iij.

ET animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium ani mal habens faciem quasi horni us, et quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia, singula eorum habe bant alas senas : et in circuitu, et intus plena sunt oculis : et requiem non habebant die ac nocte dicentia : Sanctus, San ctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.

SABBATO.

Psalmus97. Cantate.pag. i io.; Psalmus 98. Dominus regnavit, irascantur.ibidem; Psalmus99. Jubilate Deo. pag. ru.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 5.

ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scri ptum intus et foris, signatum sigillis septem. Et vidi Ange lum fortem, prædicantem voce magna : Quis est dignus ape rire librum et solvere signacu la ejus? Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. Et ego flebam multum,quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum.

Lectio ij.

ET unus de senioribus dixit mihi : Ne fleveris : ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, et sol vere septem signacula ejus. Et vidi : et ecce in medio throni et quatuor animalium, et in medio seniorum, Agnum stan tem tamquam occisum, haben tem cornua septem, et oculos septem : qui sunt septem spiri tus Dei,missi in omnem terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum.

Lectio iij.

ET cum aperuisset librum, quatuor animalia, et viginti quatuor seniores cecide runt coram Agno. habentes singuli citharas, et phialas au reas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum: et cantabant canticum novum, dicentes : Dignus es Domine accipere librum, et aperire si gnacula ejus : quoniam occi sus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo

AD VESPERAS.

Psalmus Benedictus Domi nus Deus meus., cum ceteris, ut in Sabbatis per annum, pag. 141.

Super Psalmos sola Ana. Al leluia, alleluia, alleluia.

Capitulum Christus resur gens. et Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 128. et pag. 129.

f. Mane nobiscum Domine, alleluia. Quoniam advespe rascit, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Hæc autem scripta sunt, ut creda tis quia Jesus est Christus Fi lius Dei : et ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius, al lecia.

Oratio.

T-VEUS, qui in Filii tui humi li litate jacentem mundum erexisti, fidelibus tuis perpe tuam concede lætitiam : ut quos perpetuæ mortis eripui sti casibus, gaudiis facias per frui sempiternis. Per eum dem.

Fit Memoria de Cruce ut in Psalterio, pag. 129.

DOMINICA I.
POST OCTAVAM PASCHÆ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Sur rexit Dominus vere : * Venite adoremus, alleluja.

Hymnus.

AURORA lucis rutilat,
Cælum laudibus intonat,
Mundus exsultans jubilat,
Gemens infernus ululat :

CUM Rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara,
Solvit a pœna miseros.

ILLE, qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.

SOLUTIS jam gemitibus
Et inferni doloribus,
Quia surrexit Dominus
Resplendens clamat Angelus.

TRISTES erant Apostoli
De nece sui Domini,
Quem pœna mortis crudeli
Servi damnarant impii.

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre, et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

IN NOCTURNO.
Psalmus i.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, * et in cathedra pestilentiæ non sedit i

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus medita bitur die ac nocte.



Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum,* quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet : * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem proji cit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter im piorum peribit.

Gloria Patri... Sicut erat...

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum, * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum,* et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsanna bit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo contur babit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Fi lius meus es tu, ego hodie ge nui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli con tinges eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis ter ram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Gloria Patri... Sicut erat...

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exal tans caput meum.

Voce mea ad Dominum cla mavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Do minus suscepit me.

Non timebo millia populi cir cumdantis me : * exsurge Do mine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri... Sicut erat...

Ana. Surrexit Christus, et illuxit populo suo, quem rede mit sanguine suo, alleluja.

y. Resurrexit Dominus, alle luja. Sicut dixit vobis, alle luja.

T Prædictum Invitatorium, Hymnus, Psalmi, Antiphona super Psalmos et dicantur in Dominicis usque ad Ascen sionem, cum fit de Tempore.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 14. in Evang.)

AUDISTIS, fratres carissimi, ex lectione evangelica eruditionem vestram : audistis et periculum nostrum. Ecce enim is, qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est,dicit: Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam, quam nos imitemur, adjungit, dicens : Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.

R?, j. Dignus es Domine accipere librum, et aperire signacula ejus : quoniam occisus es, et redemisti nos Deo* In sanguine tuo, alleluja, y. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, et sacerdotes. — In sanguine tuo, alleluja.

Lectio ij.

FECIT quod monuit; ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in Sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret; et oves, quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. Ostensa nobis est igitur de contemptu mortis via, quam sequamur : apposita est forma, cui imprimamur. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus ejus impendere : postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum majus.

ij. Ego sicut vitis fructificavi suavitatem odoris, alleluia : * Transite ad me omnes" qui concupiscitis me, et a ge' nerationibus meis adimpleri! ni, alleluja, alleluja, f. diligentes me diligo, et qui mane vigilaverint ad me invenient me. — Transite ad me omnes.

Lectio iij.

SED cum incomparabiliter longe sit melior anima, qua vivimus, terrena substantia, quam exterius possidemus • qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? Et sunt nonnulli, qui dum plus terrenam substantiam quam oves diligunt, merito nomen pastoris perdunt, de quibus protinus subditur : Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.

1^7. iij. Audivi vocem in cælo, tamquam vocem tonitrui magni, alleluja : Regnabit Deus noster in æternum, allecia : *Quia facta est salus, et virtus, et potestas Christi ejus, Alleluia, allecia. J. Et vox de throno exivit dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes sancti ejus : et qui timetis Deum pusilli et magni. — Quia facta est salus. Gloria. Alleluia, alleluia.

T Quando pro prædictis Responsoriis dicenda sint Responsoria Feriæ tertiæ aut Feriæ quartæ post Octavam Paschæ vide in Rubricis generalibus §. vij. num. 3.

Ante Laudes f. In Resurrectione tua Christe, alleluja



Cæli et terra lætentur, allecia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum Christus resurgens. et Hymnus Sermone blando., pag. 22.

f. Gavisi sunt discipuli, alleluja. Viso Domino, allecia.

Ad Benedictus Ana. Ego sum pastor bonus, qui pasco oves meas : et pro ovibus meis pono animam meam, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti; fidelibus tuis perpetuam concede lætitiam : ut quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis. Per eumdem.

Memoria de Cruce et de B. Maria V. ut in Psalterio, pag- 23.

AD HORAS.

Antiphonæ, Capitula, ^zty. et ff. quæ in Psalterio ad ipsas Horas pro Tempore Resurrectionis respective sunt posita.

AD VESPERAS.

Super Psalmos sola Ana. Alleluia, alleluja, allecia, allega. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Christus resurgens. et Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 128. et Pag. 129.

Mane nobiscum Domine, Alleluia. Quoniam advesperascit, alleluja.

Ad Magnificat Afia. Ego sum pastor ovium : ego sum via, veritas, et vita : ego sum pastor bonus : et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ, alleluja, allecia.

Oratio Deus, qui in Filii tui humilitate., ut in Laudibus.

Memoria de Cruce et de B. Maria V. ut in Psalterio, pag. 129. et pag. 130.

PER HEBDOMADAM QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Ana. Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor, alleluia.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 29. Exaltabo te., pag. 49.; Psalmus 30. In te Domine speravi., ibidem; Psalmus 31. Beati quorum., pag. 50.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 6.

ET vidi quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis, et audivi unum de quatuor animalibus, dicens, tamquam vocem tonitrui : Veni, et vide. Et vidi : et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal, dicens : Veni, et vide.

Lectio ij.

ET exivit alius equus rufus ; et qui sedebat super illum, datum est ei ut sumeret pacem de terra, et ut invicem se interficiant, et datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audivi tertium animal, dicens : Veni, et vide. Et ecce equus niger : et qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. Et audivi tamquam vocem in medio quatuor animalium dicentium : Bilibris tritici denario, et tres bilibres hordei denario, et vinum, et oleum ne læseris.

Lectio iij.

ET cum aperuisset sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis : Veni, et vide. Et ecce equus pallidus : et qui sedebat super eum, nomen illi Mors, et infernus sequebatur eum, et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, et. morte, et bestiis terræ.

FERIA TERTIA.

Psalmus 41. Quemadmodum, pag. 63.; Psalmus 43. Deus auribus, pag. 64.; Psalmus 44. Eructavit cor meum.pag. 65.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 8.

ET vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei : et datæ sunt illis septem tubæ. Et alius Angelus venit, et stetit ante altare habens thuribulum aureum : et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo.

Lectio ij.

ET accepit Angelus thuribulum, et implevit illud de igne altaris, et misit in terram, et facta sunt tonitrua, et voces et fulgura, et terræmotus magnus. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent Et primus Angelus tuba cecinit, et facta est grando, et ignis, mista in sanguine, et missum est in terram.

Lectio iij.

ET tertia pars terræ combusta est, et tertia pars arborum concremata est, et omne fœnum viride combustum est Et secundus Angelus tuba cecinit : et tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, et facta est tertia pars maris sanguis, et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, et tertia pars navium interiit.

FERIA QUARTA.

Psalmus 56. Miserere mei Deus, miserere, pa^. 75-5 Psa!" mus 57. Si vere utique, ibidem; Psalmus 58. Eripe mede inimicis, pag. 76.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. io.

ET vidi alium Angelum fortem descendentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies ejus erat ut sol, et pedes ejus tamquam columnæ ignis : et habebat in manu sua libellum apertum : et posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram : et clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

Lectio ij.

ET cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram : et audivi vocem de cælo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua : et noli ea scribere. Et Angelus, quem vidi stantem super mare, et super terram, levavit manum suam ad cælum : et juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cælum, et ea quæ in eo sunt : et terram, et ea quæ in ea sunt : et mare, et ea quæ in eo sunt : Quia tempus non erit amplius.

Lectio iij.

SED in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut evangelizavit per servos suos prophetas. Et audivi vocem de cælo iterum loquentem mecum, et dicentem : Vade, et accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare, et super terram. Et abii ad Angelum, dicens ei, ut daret mihi librum.

FERIA QUINTA.

Psalmus 71. Deus judicium., Pag. 88.; Psalmus 72. Quam bonus., pag. 89.; Psalmus 73. ut quid., ibidem.



De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. II.

ET datus est mihi calamus similis virgæ, et dictum est mihi : Surge, et metire templum Dei, et altare, et adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, ejice foras, et ne metiaris illud : quoniam datum est gentibus, et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.

Lectio ij.

ET dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ olivæ, et duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, et devorabit inimicos eorum : et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.

Lectio iij.

Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum : et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversum eos bellum, et vincet illos, et occidet eos.

FERIA SEXTA.

Psalmus 83. Quam dilecta., pag. 100. Psalmus 84.; Benedixisti Domine., pag. 101.; Psalmus 85. Inclina Domine aurem., ibidem.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. II. et cap. 12.

ET apertum est templum Dei in cælo : et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræmotus, et grando ma gna. Et signum magnum ap paruit in cælo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stella rum duodecim : et in utero habens, clamabat parturiens, et cruciabatur ut pariat.

Lectio ij.

ET visum est aliud signum in cælo : et ecce draco ma gnus rufus habens capita se ptem, et cornua decem : et in capitibus ejus diademata se ptem, et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, et misit eas in terram, et dra co stetit ante mulierem, quæ erat paritura : ut cum peperis set, filium ejus devoraret.

Lectio iij.

ET peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea : et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus, et mulier fugit in solitudinem ubi habe bat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

SABBATO.

Psalmus 100. Misericordiam., pag. in.; Psalmus Idi. Do mine exaudi., ibidem; Psal mus 102. Benedic anima mea. pag. 112.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 13.

ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, et cornua de cem, et super cornua ejus de cem diademata, et super ca pita ejus nomina blasphemiæ. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes ejus sicut pedes ursi, et os ejus sicut os leonis. Et dedit illi draco vir tutem suam, et potestatem ma gnam.

Lectio ij.

ET vidi unum de capitibus suis quasi occisum in mor tem : et plaga mortis ejus cu rata est. Et admirata est uni versa terra post bestiam. Et adoraverunt drac6nem, qui dedit potestatem bestiæ : et adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ? et quis po terit pugnare cum ea? Et da tum est ei os loquens magna, et blasphemias : et data est ei potestas facere menses qua draginta duos.

Lectio iij.

ET aperuit os suum in blas phemias ad Deum, blas phemare nomen ejus, et taber naculum ejus, et eos, qui in cælo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, et vincere eos. Et data est illi po testas in omnem tribum, et po pulum, et linguam, et gentem, et adoraverunt eam omnes, qui inhabitant terram : quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.



AD VESPERAS.

Capitulum Christus resur gens. et Hymnus Ad cenam Agni providi.

f. Mane nobiscum Domine, alleluja. R?. Quoniam advespe rascit, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere, et vocem meam au dient, et fiet unum ovile, et unus pastor, alleluja. Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire, justi tiæ, veritatis tuæ lumen osten dis : da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini; et ea, quæ sunt apta, sectari. Per.

Memoria de Cruce, pag. 129.

DOMINICA II.
POST OCTAVAM PASCHÆ.

Quæ hic notata non sunt di cantur ut in Dominica j. post Octavam Paschæ signatum est.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Modicum, et jam non videbitis me : et iterum modicum, et videbitis me : quia vado ad Patrem. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Ilact. 101. in Joann. sub finem.)

MODICUM est hoc totum spa tium, quo præsens pervo lat sæculum. Unde dicit idem *pse Evangelista in Epistola sua : Novissima hora est. Ideo namque addidit, Quia vado ad Patrem : quod ad priorem sen tentiam referendum est, ubi ait, Modicum, et jam non vi debitis me : non ad posterio rem, ubi ait, Et iterum modi cum, et videbitis me. Eundo quippe ad Patrem, facturus erat ut eum non viderent.

Lectio ij.

ILLIS ergo ait, Modicum, et jam non videbitis me, qui eum corporaliter tunc vide bant : quia iturus erat ad Pa trem, et eum deinceps morta lem visuri non erant, qualem, cum ista loqueretur, videbant. Quod vero addidit, Et iterum modicum, et videbitis me : universæ promisit Ecclesiæ, sicut universæ promisit : Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Non tardat Dominus promissum.

Lectio iij.

MODICUM, et videbimus eum : ubi jam nihil roge mus, nihil interrogemus; quia nihil desiderandum remane bit, nihil quærendum latebit. Hoc modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agi tur : cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fue rit. Non ergo sit gaudium no strum, quale habet mundus, de quo dictum est: Mundus autem gaudebit. Nec tamen in hujus desiderii parturitione, sine gaudio tristes simus : sed, sicut ait Apostolus, spe gaudentes.

Ad Benedictus Ana. Modi cum, et non videbitis me, dicit Dominus : iterum modicum, et videbitis me : quia vado ad Patrem, alleluia, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justi tiæ, veritatis tuæ lumen osten dis : da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, et ea quæ sunt apta sectari. Per.

Ad Magnificat Ana. Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, alleluja : et gau dium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia.

Oratio Deus, qui errantibus., ut in Laudibus.

PER HEBDOMADAM

QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Ana. Amen, amen dico vobis : quia plorabi tis et flebitis vos, mundus au tem gaudebit : vos autem con tristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Tristitia implevit cor vestrum : et gau dium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia, alleluia.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 32. Exsultate justi in Domino., pag. 51.; Psalmus 33. Benedicam Dominum., ibi dem.; Psalmus 34. Judica Do mine., pag. 52.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 18.

VIDI alium Angelum descen dentem de cælo, haben tem potestatem magnam : et terra illuminata est a gloria ejus. Et exclamavit in forti tudine dicens : Cecidit, ceci dit Babylon magna : et facta est habitatio dæmoniorum, et custodia omnis spiritus immun di, et custodia omnis volu cris immundæ, et odibilis : quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes : et reges terræ cum illa forni cati sunt : et mercatores terræ de virtute deliciarum ejus di vites facti sunt.

Lectio ij.

ET audivi aliam vocem de cælo, dicentem : Exite de illa populus meus : ut ne par ticipes sitis delictorum ejus, et de plagis ejus non accipiatis. Quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cælum, et recor datus est Dominus iniquita tum ejus. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis : et dupli cate duplicia secundum opera ejus. In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.

Lectio iij.

QUANTUM glorificavit se, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum : quia in corde suo dicit: Sedeo regina : et vidua non sum : et luctum non videbo. Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, et luctus, et fames, et igne comburetur : quia fortis est Deus, qui judicabit illam. Et flebunt, et plangent se su per illam reges terræ.

FERIA TERTIA.

Psalmus 45. Deus noster., pag. 66.; Psalmus 46. Omnes gentes., ibidem.; Psalmus 47. Magnus Dominus., ibidem.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 19.

AUDIVI quasi vocem turba rum multarum in cælo di centium : Alleluia : salus, et



floria, et virtus Deo nostro est : quia vera, et justa judi cia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corru pit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servo rum suorum de manibus ejus. Et iterum dixerunt : Alleluia. Et fumus ejus ascendit in sæ cula sæculorum.

Lectio ij.

ET ceciderunt seniores vi ginti quatuor, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum, di centes : Amen : alleluia. Et vox de throno exivit, dicens : Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus : et qui time tis eum pusilli, et magni.

Lectio iij.

ET audivi quasi vocem tur bæ magnæ, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vo cem tonitruorum magnorum dicentium : Alleluia : quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, et exsultemus : et demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti, et candido. Byssinum enim justificationes sunt Sanctorum.

FERIA QUARTA.

Psalmus 5Q. Deus, repulisti., pag. 77.; Psalmus 60. Exaudi Deus deprecationem., ibidem.; Psalmus 61. Nonne Deo sub jecta., ibidem.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 20.

ET vidi Angelum descenden tem de cælo, habentem clavem abyssi, et catenam ma gnam in manu sua. Et appre hendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, et Satanas, et ligavit eum per annos mille : et misit eum in abyssum, et clausit, et signa vit super illum ut non seducat amplius gentes, donec con summentur mille anni : et post hæc oportet illum solvi modico tempore.

Lectio ij.

ET vidi sedes, et sederunt super eas, et judicium da tum est illis : et animas decol latorum propter testimonium Jesu, et propter verbum Dei, et qui non adoraverunt be stiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus, aut in mani bus suis, et vixerunt, et regna verunt cum Christo mille annis.

Lectio iij.

CETERI mortuorum non vi xerunt, donec consummen tur mille anni. Hæc est resur rectio prima. Beatus, etsanctus, qui habet partem in resurre ctione prima : in his secunda mors non habet potestatem : sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis.

FERIA QUINTA.

Psalmus 74. Confitebimur., pag. 90.; Psalmus 75. Notus in Judæa Deus., pag. 91.; Psal mus 76. Voce mea ad Domi num., ibidem.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli

Lectio j. Cap. 21.

ET vidi cælum novum, et ter ram novam. Primum enim cælum, et prima terra abiit,

et mare jam non est. Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de cælo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis.

Lectio lj.

ET ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum : et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno : Ecce nova facio omnia.

Lectio iij.

ET dixit mihi : Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, et vera. Et dixit mihi : Factum est. Ego sum alpha, et omega : initium, et finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vicerit, possidebit hæc, et ero illi Deus, et ille erit mihi filius.

FERIA SEXTA.

Psalmus 86. Fundamenta ejus., pag. 102.; Psalmus 87. Domine Deus salutis meæ. ibidem; Psalmus 88. Misericordias Domini., pag. 103.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 21.

ET sustulit me in spiritu in montem magnum, et altum, et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cælo a Deo, habentem claritatem Dei : et lumen ejus simile lapidi pretioso tamquam lapidi jaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum magnum, et altum, habentem portas duodecim : et in portis Angelos duodecim, et nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. ...

Lectio lj.

ET erat structura muri ejus ex lapide jaspide : ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, jaspis : secundum, sapphirus : tertium, chalcedonius : quartum, smaragdus : quintum, sardonyx : sextum, sardius : septimum, chrysolithus : octavum, beryllus : nonum, topazius : decimum, chrysoprasus : undecimum, hyacinthus : duodecimum, amethystus.

Lectio iij,

ET duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas : et singulæ portæ erant ex singulis margaritis : et platea civitatis aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et Agnus. Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea : nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna ejus est Agnus.

SABBATO.

Psalmus 103. Benedic anima., pag. 113.; Psalmus 104. Confitemini Domino., pag. ii4;; Psalmus 105. Confitemini Domino., pag. 116.



De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 22.

ET dixit mihi : Hæc verba fidelissima sunt, et vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri hujus. Et ego Joannes, qui audivi, et vidi hæc. Et postquam audissem, et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat.

Lectio ij.

ET dixit mihi : Vide ne feceris : conservus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus : Deum adora. Et dicit mihi : Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus : tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc : et qui in sordibus est, sordescat adhuc : et qui justus est, justificetur adhuc : et sanctus, sanctificetur adhuc.

Lectio iij.

ECCE venio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha, et omega, primus, et novissimus, principium, et finis. Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni : ut sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in civitatem.

AD VESPERAS.

Capitulum Christus resurgens., pag. 128.

R. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ,et timuerunt: Multitudo sonitus aquarum : vocem dederunt nubes, Alleluia, alleluia, alleluia, f. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : commota est et contremuit terra. — Multitudo. Gloria. Alleluia.

Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 129.

y. Mane nobiscum Domine, alleluia. 1^?. Quoniam advesperascit, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Tristitia implevit cor vestrum : et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis : ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda,ubi verasuntgaudia. Per.

Memoria de Cruce, pag. 129.

DOMINICA HI.

POST OCTAVAM PASCHÆ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Dominica j. post Octavam Paschæ, pag. 514.

IN NOCTURNO.

Tres Psalmi, Antiphona super Psalmos et JT. ut in eadem Dominica, pag. 514.

Lectiones et Responsoria ut infra.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vado ad eum, qui misit me; et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 94. in Joann. initio.)

CUM Dominus Jesus prædixisset discipulis suis persecutiones, quas passuri erant post ejus abscessum, subjunxit, atque ait : Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobis cum eram : nunc autem vado ad eum, qui misit me. Ubi primum videndum est, utrum eis futuras non prædixerit ante passiones. Sed alii tres Evangelistæ satis eum prædixisse ista demonstrant, antequam ventum esset ad cenam.

T Hodie incipit Historia Si oblitus., nisi festum impediat, et dicitur usque ad Ascensionem exclusive, cum de Tempore agitur.

Rz. j. Si oblitus fuero tui, allecia, obliviscatur mei dextera mea : * Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, alleluja, alleluia. y. Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus : dum recordaremur tui Sion. — Adhæreat lingua mea.

Lectio ij.

QUA (cena) peracta, secundum Joannem ista locutus est, ubi ait : Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. An forte hinc ista solvitur quæstio, quia et illi eum narrant Passioni proximum fuisse, cum hæc diceret? Non ergo ab initio, quando cum illis erat: quia jam discessurus, jamque ad Patrem perrecturus hæc dixit. Et ideo etiam secundum illos Evangelistas verum est, quod hic dictum est ; Hæc autem vobis ab initio non dixi.

ij. Viderunt te aquæ Deus viderunt te aquæ, et timuerunt : * Multitudo sonitus aquarum : vocem dederunt nubes, alleluia, alleluia, allecia. y. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : commota est et contremuit terra. — Multitudo.

Lectio iij.

SED quid agimus de fide Evangelii secundum Mathæum, qui hæc eis a Domino, non solum cum jam Pascha esset cum discipulis cenaturus, imminente Passione; verum et ab initio denuntiata esse commemorat, ubi primum nominatim duodecim exprimuntur Apostoli, et ad opera divina mittuntur? Quid sibi ergo vult, quod hic ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram : nisi quia ea, quæ hic dicit de Spiritu sancto, quod sit venturus ad eos, et testimonium perhibiturus, quando mala illa passuri sunt, hæc ab initio eis non dixit, quia cum ipsis erat?

^z. iij. Narrabo nomen tuum fratribus meis, alleluia : in medio ecclesiæ * Laudabo te, Alleluia, allecia, f. Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo gravi. — Laudabo te. Gloria. Alleluia, allecia.

Ante Laudes f. In Resurrectione tua Christe, alleluja. fy Cæli et terra lætentur, alleluia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Alleluia, allecia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris,

Capitulum Christus resurgens.



et Hymnus Sermone blando, ut in Psalterio, pag. 22.

fm Gavisi sunt discipuli, allecia. 3Z. Viso Domino, alleluia.

Ad Benedictus Ana. Vado ad eum qui misit me : sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis : ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia. Per.

Memoria de Cruce et de beata Maria Virgine ut in Psalterio, pag. 23.

AD HORAS.

Antiphonæ, Capitula, J^I^z. et f f. quæ in Psalterio ad ipsas Horas pro Tempore Resurrectionis respective sunt posita.

AD VESPERAS.

Super Psalmos sola Ana. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Christus resurgens, et Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 128.et pag. 129. X'. Mane nobiscum Domine, alleluia. Rz. Quoniam advesperascit, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam : si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, alleluia.

Oratio Deus, qui fidelium mentes., ut in Laudibus.

Memoria de Cruce et de B. Mana V. ut in Psalterio, pag, 129. et pag. 130.

PER HEBDOMADAM QUANDO DE TEMPORE AGITUR.

Ad Benedictus Ana. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo : cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, alleluia.

Ad Magnificat Aha. Ille me clarificabit : quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis, allecia.

FERIA SECUNDA.

Psalmus 35. Dixit injustus., pag. 53.; Psalmus 36. Noli æmulari., pag. 54.; Psalmus 37. Domine ne in furore., pag. 55.

Incipit Epistola Catholica beati Jacobi Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

JACOBUS, Dei et Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis : scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet : ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.

j. Si oblitus, pag. 526.

Lectio ij.

Siquis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat : et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans : qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

3?. ij. Viderunt., pag. 526

Lectio iij.

GLORIETUR autem frater humilis in exaltatione sua : dives autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transi bit. Exortus est enim sol cum ardore, et arefecit fœnum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus deperiit : ita et dives in itineribus suis marcescet. Bea tus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

iij. Narrabo nomen., pag. 526.

FERIA TERTIA.

Psalmus 48. Audite hæc., pag. 67.; Psalmus 49. Deus deorum., pag.68.; Psalmus 51. Quid gloriaris., ibidem.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio j. Cap. 3.

NOLITE plures magistri fieri fratres mei, scientes quo niam majus judicium sumitis. In multis enim offendimus om nes. Si quis in verbo non offen dit, hic perfectus est vir, po test etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad con sentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus.

^z. j. In toto corde meo, alle cia, exquisivi te, alleluia : * Ne repellas me a mandatis tuis, alleluia, alleluia. Jf. Benedictus es tu Domine : doce me justi ficationes tuas. — Ne repellas.

Lectio ij.

ECCE et naves, cum magnæ sint, et a ventis validis mi nentur, circumferuntur a mo dico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem membrum est, et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit! Et lingua ignis est, universitas iniquitatis,

^z. ij. In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel * Alleluia, allecia, f. Cantate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra. — Alleluia.

Lectio iij.

LINGUA constituitur in mem bris nostris, quæ maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostræ in flammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum, et vo lucrum, et serpentium, et cete rorum domantur, et domita sunt a natura humana : lin guam autem nullus hominum domare potest: inquietum ma lum, plena veneno mortifero.

iij. Hymnum cantate no bis, alleluia. * Quomodo can tabimus canticum Domini in terra aliena? Alleluia, alleluja. Jfm Illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum. — Quomo do. Gloria Patri. Alleluia.

FERIA QUARTA.

Psalmus 63. Exaudi Deus., pag. 78.; Psalmus 65. Jubilate Deo., ibidem; Psalmus67. Ex surgat Deus., pag. 79.

De Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

CARISSIMI, obsecro vos tam quam advenas et peregri nos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adver sus animam, conversationem



vestram inter gentes habentes bonam : ut in eo, quod detre ctant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operi bus vos considerantes, glorifi cent Deum in die visitationis.

j. Deus canticum novum cantabo tibi, alleluia : * In psalterio decem chordarum psallam tibi, alleluja, alleluia. f. Deus meus es tu, et confi tebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te. — In psalterio.

Lectio ij.

SUBJECTI igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum : sive regi quasi præcel lenti : sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam ma lefactorum, laudem vero bono rum. Quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium homi num ignorantiam. Quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei.

ij- Alleluia : audivimus eam in Ephrata : invenimus eam in campis silvæ : * Intro ibimus in tabernaculum ejus : adorabimus in loco, ubi stete runt pedes ejus, alleluja, alle luja. jt. Surge Domine in re quiem tuam, tu et arca sancti ficationis tuæ. — Introibimus.

Lectio iij.

OMNES honorate : fraterni tatem diligite : Deum ti mete : regem honorificate. Ser vi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens injuste. Quæ enim est gloria, si peccantes, et colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter susti netis : hæc est gratia apud Deum.

iij. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, alleluja : quoniam ipsam volui, alleluja. * Inclina cor meum in testi monia tua, Alleluia, alleluia, alleluja. Jf. Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me. — Inclina. Gloria Patri. Alleluia.

FERIA QUINTA.

Psalmus 77. Attendite., pag. 92.; Psalmus 78. Deus vene runt., pag. 94,; Psalmus 79. Qui regis., pag. 95.

De Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j. Cap. 3.

CHRISTUS semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis,ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vi vificatus autem spiritu. In quo et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit : qui increduli fuerant aliquan do, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca : in qua pau ci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.

Lectio ij.

QUOD et vos nunc similis formæ salvos facit bapti sma : non carnis depositio sor dium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per Re surrectionem Jesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem ut vitæ æternæ here des efficeremur : profectus in cælum subjectis sibi Angelis, et Potestatibus, et Virtutibus.

Lectio iij. Cap. 4.

CHRISTO igitur passo in carne, et vos eadem cogitatióne armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis : ut jam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, et illicitis idolorum cultibus.

## FERIA SEXTA.

Psalmus 93. Deus ultionum., pag. 105.; Psalmus 95. Cantate Domino., pag. 106.; Psalmus 96. Dominus regnavit, ibidem.

De Epistola prima beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 3.

VIDETE qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos : quia non novit eum. Carissimi, nunc filii Dei sumus : et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus : quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est.

Lectio ij.

OMNIS, qui facit peccatum, et iniquitatem facit : et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata nostra tolleret : et peccatum in eo non est. Omnis, qui in eo manet, non peccat : et omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est : sicut et ille justus est

Lectio iij.

Qui facit peccatum, ex diabolo est : quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit : quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei, et filii diaboli.

## SABBATO.

Psalmus 106. Confitemini Domino., pag. 117.; Psalmus 107. Paratum cor meum., pag. 119.; Psalmus 108. Deus laudem., ibidem.

De Epistola prima beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 4.

CARISSIMI, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei : omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est: et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est.

Lectio ij.

Vos ex Deo estis filioli, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos : qui non est ex Deo, non audit nos : in hoc cognóscimus Spiritum veritatis, et spiritum erroris.

Lectio iij.

CARISSIMI, diligamus nos invicem : quia caritas ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum : quoniam Deus caritas est. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

## AD VESPERAS.

Capitulum Christus resurgens, pag. 128. et Hymnus Ad cenam Agni providi., pag. 129.

℣. Mane nobiscum Domine, allecia. ℟. Quoniam advesperascit, allei uia.

Ad Magnificat Ana. Ille me clarificabit : quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis, allecia.

Oratio.

DEUS, a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt, et te gubernante eadem faciamus. Per.

Memoria de Cruce, pag. 129.

## DOMINICA IV. POST OCTAVAM PASCHÆ.



## AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Dominica j. post Octavam Paschæ, pag. 514.

## IN NOCTURNO.

Tres Psalmi, Antiphona super Psalmos et ℣. ut in eadem Dominica, pag. 514. et seq. Lectiones et ℟. ut infra.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem

Lectio j. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Amen, amen dico vobis : si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 102. in Joann. post initium.)

JAM dictum est in superioribus hujus Dominici sermonis partibus, propter eos, qui non nulla petunt a Patre in Christi nomine, nec accipiunt : non peti in nomine Salvatoris, quidquid petitur contra rationem salutis. Non enim sonum litterarum ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat et quod eo sono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere, dum dicit, In nomine meo.

℟. Si oblitus fuero tui, alleluia, obliviscatur mei dextera mea : * Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, allecia, allecia, ℣. Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, dum recordaremur tui, Sion. — Adhæreat lingua mea.

Lectio ij.

UNDE, qui hoc sentit de Christo, quod non est de unico Dei Filio sentiendum, non petit in ejus nomine, etiamsi non taceat litteris ac syllabis Christum : quoniam in ejus nomine petit, quem cogitat, cum petit. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit,

ipse in ejus nomine petit : et accipit quod petit, si non con tra suam salutem sempiternam petit; accipit autem, quando debet accipere. Quædam enim non negantur : sed ut congruo dentur tempore, differuntur.

K.ij. Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timue runt : * Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nu bes, alleluja, alleluia, alleluia. y. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est et contremuit terra. — Multi tudo sonitus aquarum.

Lectio iij.

ITA sane intelligendum est quod ait, Dabit vobis : ut ea beneficia significata scian tur his'verbis, quæ ad eos, qui petunt, proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis. Quia non utcumque dictum est, Dabit : sed, Dabit vobis. Usque modo, inquit, non petistis quidquam in nomine meo : petite, et ac cipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hoc, quod dicit, Gau dium plenum, profecto non carnale, sed spiritale gaudium est.

Kz. iij. Narrabo nomen tuum fratribus meis, alleluia : in me dio Ecclesiæ * Laudabo te, Alleluia, allecia. f Confitebor tibi in ecclesia magna, in po pulo gravi. — Laudabo te. Gloria. Alleluia, allecia.

T Quando aliquod festum Duplex vel Totum Duplex in hac Dominica occurrerit, Ho milia Dominicalis dimittitur illo anno.

T Quando pro prædictis Re. sponsoriis dicenda sint Respon. soria Feriæ tertiæ aut Feriæ quartæ præcedentis vide in Rubricis generalibus vij. num. 3.

Ante Laudes f. In Resur rectione tua Christe, allecia, ^z. Cæli et terra lætentur, al lecia.

AD LAUDES

Super Psalmos sola Ana. Alle luia, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Christus resur gens. et Hymnus Sermone blando., pag. 22.

T. Gavisi sunt discipuli, alle cia. RL Viso Domino, allecia.

Ad Benedictus Ana. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo : petite, et ac cipietis, alleluia. Oratio.

DEUS, a quo bona cuncta procedunt : largire suppli cibus tuis ut cogitemus te inspi rante quæ recta sunt, et te gu bernante eadem faciamus. Per.

Memoria de Cruce et de B. Maria V. ut in Psalterio, pag. 23.

AD HORAS.

Antiphonæ, Capitula, I^zfy et fjr . quæ in Psalterio ad ipsas Horas pro Tempore Re surrectionis respective sunt posita.

AD VESPERAS.

Super Psalmos sola Ana. Al leluia, allecia, allecia, alle luia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in Dominicis per annum, pag. 124.

Capitulum Christus resur gens. et Hymnus Ad cenam Agni providi-, pag. 128. et pag. 129.



f. Mane nobiscum Domine, j allecia. Quoniam advespe rascit, allecia.

Ad Magnificat Ana. Petite, et accipietis, ut gaudium ve strum plenum sit : ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, et credidistis, alleluja.

Oratio Deus, a quo bona cun cta., ut in Laudibus.

Memoria de Cruce et de B. Maria V. ut in Psalterio, pag. 129. et pag. 130.

T Post Completorium hujus diei, et duorum dierum sequen tium (si in crastino fiat de Fe ria), dicatur in Choro Psalmus Deus in adjutorium., cum Pre cibus et Orationibus absque Litaniis, cum hæ dicantur ante Missam.

FERIA SECUNDA
IN ROGATIONIBUS.

Psalmus 26.Dominus illumina tio., pag. 47.; Psalmus 27. Ad te Domine., pag. 48.; Psalmus 28. Afferte Domino., ibidem.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. II.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi : Amice, commoda mihi tres panes? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.
(Homil. in Litan.)

AMICUS, ad quem media nocte venitur, ipse Deus intelligitur : cui in media tri bulatione supplicare, et tres panes, id est, intelligentiam Trinitatis, qua præsentis vitæ subleventur labores, efflagitare debemus. Quod si amicus homo surgit de lecto et dat, non ami citia sed tædio compulsus; quanto magis Deus, qui sine tædio largissime donat quod petitur! Nam Salvator noster ad cælestis regni gaudia nos pervenire desiderans, eadem a se petere docuit : et se peten tibus daturum esse promisit.

Lectio ij.

FLTITE, inquit, et dabitur vobis : quærite, et invenie tis : pulsate, et aperietur vobis. Quæ nobis Domini verba ma gnopere ac toto ex corde pen sanda sunt : quia videlicet re gnum cælorum non otiosis, et vacantibus, sed petentibus, quærentibus, et pulsantibus dandum, inveniendum, et ape riendum esse testatur. Petenda est ergo janua regni orando, quærenda recte vivendo, pul sanda perseverando. Non enim sufficit verbis rogare, si non etiam quæsierimus diligentius qualiter sit vivendum : ut digni simus impetrare quæ posci mus.

Lectio iij.

NEQUE aliquid prodest bona inchoasse, si non quisque studeat ea, quæ bene inchoaverat, usque ad finem firmum perducere. Unde ne cesse est ut petamus ^ seduli, sine intermissione oremus : quæramus Dominum, et con firmemur : quæramus faciem ejus semper : pulsemus infati gabili desiderio æternæ beati tudinis, nec deficiamus, prius quam, illo aperiente, de carcere mundi hujus eripi, ac portam mereamur patriæ cælestis in gredi.

T Si festum Simplex vel ma jus, vel dies Octava Solemnis in hac Feria secunda venerit, prædicta Homilia legatur in tertia Feria sequenti, nisi aliud festum aut dies Octava Solem nis in ea occurrerit : tunc enim dimittitur illo anno.

Ad Benedictus Ana. Petite, et dabitur vobis : quærite, et invenietis : pulsate, et aperie tur vobis, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus : ut qui in affli ctione nostra de tua pietate confidimus; contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per.

T Hæc Oratio in hac die et sequenti ad Laudes tantum dicatur. Ad alias autem Horas et ad Vesperas,Oratio Domini cæ Deus a quo bona.,pag. 532.

Ad Magnificat Ana, Omnis, qui petit, accipit : et qui quæ rit, invenit: et pulsanti aperie tur, alleluja,

•f Si in hac Feria de aliquo Festo aut de aliqua Octava Of ficium celebrari contigerit, sic fiat Memoria Feriæ :

In Laudibus Aha. Petite, et dabitur vobis : quærite, et in venietis : pulsate, et aperietur vobis, alleluia.

y. Gavisi sunt discipuli, alle luja. ^z. Viso Domino, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus : ut qui in affli ctione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per.

In Vesperis Ana. Omnis, qui petit, accipit : et qui quærit, invenit : et pulsanti aperietur, alleluja.

J. Mane nobiscum D^i^T alietum. fy Quoniam adve' sperascit, allecia.

Oratio

DEUS, a quo bona cuncta procedunt: largire suppli cibus tuis ut cogitemus te inspi rante quæ recta sunt, et te gu bernante eadem faciamus. Per

## FERIA TERTIA
### IN ROGATIONIBUS.

Psalmus 38. Dixi : Custo diam., pag. 61.; Psalmus 39. Exspectans exspectavi., pag. 62*; Psalmus 40. Beatus qui in telligit., pag. 63.

Incipit Epistola secunda beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

SENIOR Electæ dominæ, et natis ejus, quos ego diligo in veritate, et non ego solus, sed et omnes, qui cognoverunt veritatem, propter veritatem, quæ permanet in nobis, et no biscum erit in æternum. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et a Christo Jesu Filio Patris in veritate, et caritate. Gavisus sum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a Patre. Et nunc rogo te domina, non tamquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habui mus ab initio, ut diligamus al terutrum.

(Ex S. Sidonio Apoll. Ep. Arvern., I. 7. Epist. i. et I. 5 Epist. 14. et B. Alcimo Avito Ep. Vienn. Hom. de Rog.)

Lectio ij.

CUM Rogationum usus in Ecclesia antiquissimus esse noscatur, celebriores ta



meri illæ habitæ sunt, ac ferme ab omnibus Ecclesiis receptæ, quas sanctus Mamertus Vien nensis Episcopus in Galliis instituit. Ejus siquidem tem poribus apud Viennam Galliæ contigerunt incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni sonitus; populosis hominum conventibus feræ silvestres se ingerebant, pavidi cervi per angusta portarum usque ad fori lata penetrabant. Tracta sunt hæc inter timores publi cos, et rumores privatos, usque ad noctem Vigiliarum Domi nicæ Resurrectionis : quam omnes laborum opem, et ma lorum finem communibus ani mis opperiebantur.

Lectio iij.

SED ea nocte ædes publicas, quam præcelso culmine vertici sublimitas in immen sum fastigiata prætulerat, flammis terribilibus conflagra re crepusculo cœpit. Interpo latur itaque jucunditas solem nitatis : pleno timoris populo ecclesia vacuatur. Perstitit ta men coram festivis altaribus invictus Antistes sanctus Ma nibus, et calorem fidei suæ accendens, flumine lacrima rum permissam ignibus pote statem incendio abscedente compescuit. Atque ibi tunc cum Deo tacitus definivit, quid quid hodie Psalmis ac preci bus mundus inclamat.

Antiphona ad Benedictus, cum Oratione Laudum, et An tiphona ad Magnificat cum Oratione Dominicæ ut in præ cedenti Feriasecunda,pag.534

T Si vero in hac Feria de ali quo Festo aut de aliqua Octa va Officium celebrari contige rit, sic fiat Memoria Feriæ :

In Laudibus Ana. Petite, et dabitur vobis : quærite et in venietis : pulsate et aperietur vobis, alleluia.

)T. Gavisi sunt discipuli, alle luja. Viso Domino, alleluia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus : ut qui in affli ctione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per.

In Vesperis Ana. Omnis, qui petit, accipit : et qui quærit, invenit : et pulsanti aperietur, alleluia.

Mane nobiscum Domine, alleluja. 1^?. Quoniam adve sperascit, alleluja.

Oratio.

DEUS, a quo bona cuncta procedunt: largire suppli cibus tuis ut cogitemus te in spirante quæ recta sunt, et te gubernante eadem faciamus. Per.

## FERIA QUARTA
### IN ROGATIONIBUS
### ET VIGILIA ASCENSIONIS.

Psalmus 52. Dixit insipiens., pag. 73-; Psalmus 54. Exaudi Deus., p ag. 74-; Psalmus 55. Miserere mei Deus., pag. 75.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 17.

IN illo tempore : Sublevatis Jesus oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica Fi lium tuum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 104 in Joann. sub medium.)

POTERAT Dominus noster, unigenitus et coæternus Patri, in forma servi, et ex forma servi, si hoc opus esset, orare silentio : sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam, quam fecit orationem pro nobis, notam fecit et nobis : quoniam tanti magistri non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam ipsius pro ipsis ad Patrem oratio, discipulorum est ædificatio.

Lectio ij.

QUAPROPTER Pater, venit hora, clarifica Filium tuum : ostendit omne tempus, et quid quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est. Quoniam quæ futura erant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hæc hora fato urgente venisse, sed Deo potius ordinante. Nec siderea necessitas Christi connexuit Passionem : absit enim ut sidera mori cogerent siderum Conditorem.

Lectio ij.

CLARIFICATUM a Patre Filium nonnulli accipiunt in hoc, quod ei non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Sed si Passione clarificatus dicitur, quanto magis Resurrectione? Nam in Passione magis ejus humilitas quam claritas commendatur, Apostolo teste, qui dicit: Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Deinde sequitur, et de ejus clarificatione jam dicit : Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit ei nomen, quod est super omne nomen.

T Si festum Simplex vel majus, vel dies Octava Solemnis in hac Vigilia venerit, Homilia Vigiliæ omittitur illo anno.

Ad Benedictus Ana. Clarifica me Pater apud temetipsum, claritate, quam habui, prius quam mundus fieret, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut nostræ mentis intentio quo solemnitatis venturæ gloriosus Auctor ingressus est semper intendat; et quo fide pergit, conversatione perveniat. Per eumdem.

T Prædicta Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam, Nonam et Vesperas.

T De Cruce non fit Memoria.

T Si in Vigilia Ascensionis Domini de aliquo Festo aut de aliqua Octava Officium celebrari contigerit, sic fiat Memoria prædictæ Vigiliæ in Laudibus :

Ana. Clarifica me Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret, alleluja.

J. Gavisi sunt discipuli, allecia. 3?. Viso Domino, allecia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut nostræ mentis intentio quo solemnitatis venturæ gloriosus Auctor ingressus est semper intendat; et quo fide pergit, conversatione perveniat. Per eumdem.



# IN ASCENSIONE DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

## AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ascendens Christus in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Act. i.

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

R. Omnis pulchritudo Domini exaltata est super sidera : species ejus in nubibus cæli. * Et nomen ejus in æternum permanet, Alleluia. J. A summo cælo egressio ejus : et occursus ejus usque ad summum ejus. — Et nomen ejus. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

ÆTERNE Rex altissime,
Redemptor et fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ :

SCANDENS tribunal dexteræ
Patris: potestas omnium
Collata Jesu cælitus,
Quæ non erat humanitus :

UT trina rerum machina,
Cælestium, terrestrium
Et infernorum condita
Flectat genu jam subdita.

TREMUNT videntes angeli,
Versa vice mortalium :
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Istæ duæ Strophæ Tu esto, et Gloria tibi Domine, qui scandis, dicantur in fine omnium Hymnorum ejusdem metri usque ad Pentecosten exclusive, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter sit notatum.

y. Elevata est magnificentia tua, alleluja. Super cælos Deus, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi : nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ad te venio, alleluia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut nostræ mentis intentio quo solemnitatis venturæ gloriosus Auctor ingressus est semper intendat; et quo fide pergit, conversatione perveniat. Per eumdem.

## IN COMPLETORIO.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Ascendens Christus in altum, allecia, captivam duxit captivitatem, allecia, allecia.

T Hæc Antiphona dicatur ad Nunc dimittis usque ad Completorium Vigiliæ Pentecostes exclusive, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Christum Dominum ascendentem in cælum * Venite adoremus, alleluja.

Hymnus Æterne Rex altissime., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomentuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, * gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, *qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Elevata est magnificentia tua super cælos Deus, alleluja.

Psalmus IO.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ :* Transmigra in montem sicut passer?

Qu6niam ecce peccatores intenderunt arcum, * paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Dominus in templo sancto suo, Dominus incælo,alleluia.

Psalmus 18.

^^ÆLI enarrant gloriam Dei,* et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum,* et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum et dulciora super mel et favum,

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. A summo cælo egressio ejus : et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluia.

f. Elevata est magnificentia tua, alleluja. Super cælos Deus, alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio j. Cap. 16.

IN illo tempore : Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus : et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis : quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Homilia 29. in Evang.)

QUOD Resurrectionem Dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Ipsa namque Resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est : quæ dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidamur? Minus enim nobis Maria Magdalene præstitit, quæ citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando, vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubitationis vulnus amputavit.

j. Post Passionem suam per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei, alleluja : et videntibus illis elevatus est, alleluia : *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum, alleluja. Et convescens præcepit eis ab Jerosolymisne discederent, sed exspectarent promissionem Patris. — Et nubes suscepit eum.

Lectio ij.

AD. insinuandam quoque Resurrectionis, notandum nobis est quid Lucas referat dicens : Convescens, præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent. Et post pauca : Videntibus illis elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria : Convescens, elevatus est. Comedit, et ascendit : ut videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis. Marcus vero,

priusquam cælum Dominus ascendat, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat Qua in re quid considerandum est, nisi quod idcirco Dominus tunc discipulos increpavit, cum eos corporaliter reliquit: ut verba, quæ recedens diceret, in cor dibus audientium arctius im pressa remanerent?

ij. Omnis pulchritudo Do mini exaltata est super sidera: species ejus in nubibus cæli, * Et nomen ejus in æternum permanet, alleluja. y. A sum mo cælo egressio ejus : et occursus ejus usque ad sum mum ejus. — Et nomen ejus in æternum permanet, alle luja.

Lectio iij.

INCREPATA igitur eorum du ritia, quid admonendo dicat audiamus. Euntes in mundum universum prædicate Evange lium omni creaturæ. Numquid, fratres mei, sanctum Evange lium vel insensatis rebus, vel brutis animalibus fuerat præ dicandum, ut de eo discipulis dicatur, Prædicate Evange lium omni creaturæ ? Sed om nis creaturæ nomine signatur homo. Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus, vivere cum arbori bus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo, juxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creatu ræ prædicatur Evangelium, cum soli homini prædicatur.

R?, iij. Viri Galilæi quid ad miramini aspicientes in cæ lum? * Quemadmodum vidi stis eum ascendentem in cæ lum, ita veniet, Alleluia, allei luia, alleluja, j. Cumque in. tuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt. — Quemad modum. Gloria. Alleluia, alle luja, alleluja.

Ante Laudes f. Ascendo ad Patrem meum et Patrem ve strum, alleluja. R}. Deum meum et Deum vestrum, alle luja.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Viri Galilæi quid aspicitis in cælum? Hic Jesus, qui as sumptus est a vobis in cælum, sic veniet, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum cete ris, pag. 17.

2. Cumque intuerentur in cæ lum euntem illum, dixerunt, alleluja.

3. Elevatis manibus benedi xit eis, et ferebatur in cælum, alleluja.

4. Exaltate Regem regum, et hymnum dicite Deo, alle luja.

5. Videntibus illis elevatus est : et nubes suscepit eum in cælum, alleluja.

Capitulum. Act. i.

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus o Theo phile, quæ cœpit Jesus facere, et docere usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spi ritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

Hymnus.

Tu Christe nostrum gau dium,
Manens olympo præditum :
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia :

HINC te precantes quæsu nt,
Io-nosce culpis omnibus :
Et corda sursum subleva
Ad te superna gratia.

UT cum repente cœperis
Clarere nube Judicis,
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.

f. A summo cælo egressio ejus, alleluja. R. Et occursus ejus usque ad summum ejus alleluja.

Ad Benedictus Ana. Ascen do ad Patrem meum et Pa trem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum, alleluja.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut qui ho dierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cæ los ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui scan dis supra sidera.

T Hic Versus dicatur ad Pri mam quotidie usque ad Pen tecosten, etiam in festis San ctorum, nisi aliter notetur.

AD TERTIAM.

Capitulum Primum quidem sermonem., ut in Laudibus.

Ele\ ata est magnificentia tua, * Alleluia, allecia. Ele



vata est. y. Super cælos Deus. Alleluia. Gloria. Elevata est.

f. Ascendit Deus in jubila tione, alleluja. Et Dominus in voce tubæ, alleluia.

Oratio Concede, quæsumus., ut in Laudibus; et sic ad Sex tam, Nonam et ij. Vesperas.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. i.

ET convescens præcepit eis ab Jerosolymis ne disce derent, sed exspectarent pro missionem Patris, quam audi stis (inquit) per os meum.

RAscendit Deus in jubila tione, * Alleluia, alleluja. Ascendit, y. Et Dominus in voce tubæ. Alleluia. Gloria. Ascendit.

JV. Ascendens Christus in al tum, alleluja. R?. Captivam duxit captivitatem, alleluia.

AD NONAM.

Capitulum. Act. i.

VIRI Galilæi quid statis a Di cientes in cælum? Hic Je sus, qui assumptus est a vo sis in cælum, sic veniet, quemad modum vidistis eum euntem in cælum.

R}. Ascendens Christus in al tum, * Alleluia, alleluia. Ascendens, f. Captivam duxit captivitatem. Alleluia. Gloria. Ascendens.

y. A summo cælo egressio ejus, alleluia. R?. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion :* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordi nem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consi lio justorum,et congregatione.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, X misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus confirmata in sæculum sæcu li, * facta in veritate et æqui tate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus :* initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et misera tor, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, X disponet ser mones suos in judicio : * quia in æternum non commovebi tur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur do nec despiciat inimicos suos.

Dispersit,dedit pauperibus:? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabi tur in gloria.

Peccator videbit, et irasce tur, X dentibus suis fremet et tabescet: * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.



Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 116.

LAUDATE Dominum, omnes gentes : * laudate eum, om nes populi:

Quoniam confirmata est su per nos misericordia ejus : * et veritas Domini manet in æternum.

Ana. Viri Galilæi quid aspi citis in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cæ lum, sic veniet, alleluja.

Capitulum. Act. i.

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus o Theo phile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spi ritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

Hymnus.

ÆTERNE Rex altissime,
Redemptor et fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ :

SCANDENS tribunal dexteræ
Patris: potestas omnium
Collata Jesu cælitus,
Quæ non erat humanitus :

UT trina rerum machina,
Cælestium, terrestrium
Et infernorum condita
Flectat genu jam subdita.

TREMUNT videntes angeli,
Versa vice mortalium :
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

% Elevata est magnificentia tua, alleluja. 1$. Super cælos Deus, alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super om nes cælos ascendisti : ne dere linquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos Spiritum veritatis, alleluja.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut qui ho dierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cæ los ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

PER OCTAVAM ASCENSIONIS.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Rogabo Patrem meum, et alium Paraclitum dabit vo bis, alleluja.

y. A summo cælo egressio ejus, alleluja. 1$. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

Oratio Concede, quæsumus. ut supra in ij. Vesperis Festi.

Ad Memoriam in Vesperis] Ana. Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, alleluja : qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, alleluja : qui vero non crediderit condemnabitur, alleluja.

f. Elevata est magnificentia tua, allecia. Super cælos Deus, alleluja Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

I Infra Octavam Ascensionis omittitur Memoria de festo trium Lectionum et de festo habente solam Memoriam.

T Si infra Octavam Ascensionis Officium de ipsa Octava celebrari contigerit, hoc modo fiat, nisi Dominica fuerit.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ascendit Christus in altum, * Alleluia.

Hymnus Æterne Rex altissime., pag. 543.

IN NOCTURNO.

Antiphona super Psalmos, Psalmi, y., Lectiones et ^zl^z. prout suis locis pro Feria notatum est.

Ante Laudes y. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, alleluja. l^z. Deum meum et Deum vestrum, alleluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Viri Galilæi quid aspicitis in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a. vobis in cælum, sic veniet, alleluia. Psalmus Dominus' regnavit. cum ceteris, pag. 17. ~

Capitulum Primum quidem sermonem, et Hymnus Tu Christe nostrum gaudium., ut in Festo, pag. 540.

y. A summo cælo egressio ejus, alleluja. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Rogabo Patrem meum, et alium Paraclitum dabit vobis, alleluja.

Oratio Concede, quæsumus., ut supra.

AD PRETIOSA.

Evangelium Recumbentibus., ut in Festo, pag. 539.

I Si tamen in Nocturno lecta fuerit Homilia Dominicalis, legatur ad Pretiosa. Evangelium Cum venerit Paraclitus., ut in Dominica, pag. 547.

AD HORAS.

Omnia ut in Festo, pag. 541.

AD VESPERAS.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, Ana Viri Galilæi., Capitulum Primum quidem, et Hymnus Æterne Rex., ut in ij. Vesperis Festi, pagg. 541" 543.

y. Elevata est magnificentia tua, alleluia. Super cælos Deus, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, alleluja : qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, alleluia : qui vero non crediderit condemnabitur, allecia.

Oratio Concede, quæsimus., ut supra.



FERIA SEXTA.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Exaltare Domine in virtute tua : cantabimus et psallemus, alleluia.

Psalmus 20. Domine in virtute tua., pag. 15.; Psalmus 29. Exaltabo te Domine., pag. 49.; Psalmus 46. Omnes gentes plaudite., pag. 66.

f. Ascendit Deus in jubilatione, alleluja. Et Dominus in voce tubæ, alleluja.

Incipit liber Actuum Apostolorum.

Lectio j. Act. i.

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Jesus facere, et docere usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est : quibus et præbuit seipsum vivum post Passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et convescens, præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum : quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.

ty.j. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos : cum autem venerit ille, docebit vos omnem veritatem, * Alleluia. Non enim loquetur a semetipso : sed quæcumque audiet loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. — Alleluia.

Lectio ij.

IGITUR qui convenerant, interrogabant eum, dicentes : Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis : Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate : sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est : et nubes suscepit eum ab oculis eorum.

1^7. ij. Ascendens Christus in altum, alleluia, captivam duxit captivitatem : * Dedit dona hominibus, alleluja, alleluja, y. Ascendit Deus in jubilatione, et Dominus in voce tubæ. — Dedit dona.

De Sermone sancti Leonis Papæ.

(Serm. 2. de Ascens. Domini.)

Lectio iij.

SICUT in solemnitate Paschali Resurrectio Domini fuit nobis causa lætandi; ita Ascensio ejus in cælos præsentium nobis est materia gaudiorum, recolentibus illam diem et rite venerantibus, qua naturæ nostræ humilitas in Christo super omnem cæli militiam, super omnes ordines angelorum, et ultra omnium altitudinem Potestatum, ad Dei Patris est provecta consessum. Quo ordine operum divinorum nos fundati, nos ædificati sumus : ut mirabilior fieret gratia Dei, cum remotis a conspectu hominum, quæ merito reverentiam sui sentiebantur indicere,

fides non deficeret, spes non flu ctuaret, caritas non teperet.

iij. Non relinquam vos orphanos, Alleluia : vado, et venio ad vos : * Et gaudebit cor vestrum, Alleluia, alleluja, y. Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis. — Et gaudebit. Gloria. Alle luia, alleluia.

## SABBATO.

### IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Nimis exaltatus es, alleluja, super cælos Deus, alleluja.

Psalmus 96. Dominus regna vit, exsultet., pag. ic6.; Psal mus 98. Dominus regnavit, irascantur., pag. no.; Psal mus 102. Benedic anima mea. pag. 112.

y. Ascendens Christus in al tum, alleluja. Captivam duxit captivitatem, alleluja.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 2.

ET cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. Et fa ctus est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, sedit que supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu san cto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

Bf. j. Exaltare Domine, alle luja, * In virtute tua, alleluja. Cantabimus et psallemus. — In virtute tua, alleluia.

Lectio ij.

ERANT autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri reli giosi ex omni natione, quæ sub cælo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, et mirabantur dicentes : Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, et quomodo nos audivi mus unusquisque linguam no stram, in qua nati sumus?

ij. Ponis nubem ascensum tuum Domine, * Qui ambulas super pennas ventorum, alle luja. y. Confessionem, et de corem induisti: amictus lumine sicut vestimento. — Qui am bulas.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serni. 2. de Ascens. Domini.)

Lectio iij.

QUOD Redemptoris nostri conspicuum fuit, in sa cramenta transivit: et ut fides excellentior esset ac firmior, visioni doctrina successit, cujus auctoritatem supernis illumi nata radiis credentium corda sequerentur. Hanc fidem Ascen sione Domini auctam, et Spiri tus sancti munere roboratam, non vincula, non carceres, non exsilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec ex quisita persequentium crude litatibus supplicia terruerunt. Pro hac fide per universum mundum non solum viri, sed etiam feminæ, nec tantum im pubes pueri, sed etiam teneræ virgines usque ad effusionem sui sanguinis decertarunt.



iij. Non turbetur cor ve strum : ego vado ad Patrem : et dum assumptus fuero a vo bis, mittam vobis, alleluja, Spiritum veritatis, * Et gau debit cor vestrum, Alleluia. V. Ego rogabo Patrem, et bilium Paraclitum dabit vobis. — Et gaudebit. Gloria. Alle luia.

In Vesperis nihil fiat de Do minica.

## DOMINICA
## INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Chri stum Dominum ascendentem in cælum * Venite adoremus, alleluja.

Hymnus Æterne Rex altis sime., pag. 537.

### IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et Versi culus ut in Festo, pag. 538. et

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veri tatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi.
(Comment. in cap. 15. Joann.)

IDENTITATEM substantiæ Fi lii ac Patris ostendens, cum veritatis Spiritum dixerit, a Patre illum procedere asse ruit : ut in unam rationem Deitatis Trinitas constringe retur. Quando igitur venerit Paraclitus, ait, Spiritus veri tatis, id est meus, qui a Patre procedit, ille testimonium per hibebit de me. Quomodo au tem perhibebit? Magna in vobis et per vos miracula fa ciens, divinæ meæ potestatis atque virtutis testis erit gra vissimus. Spiritus enim meus est, qui operabitur in vobis : sed sicut meus est, sic et Dei Patris.

Rz. j. Post Passionem suam per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei, alleluja : et videntibus illis elevatus est, alleluja : * Et nu bes suscepit eum ab oculis eorum, alleluia. y. Et conve scens præcepit eis, ab Jeroso lymis ne discederent, sed ex spectarent promissionem Pa tris. — Et nubes suscepit eum.

Lectio ij.

HÆC locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Si enim, inquit, vobis testibus, tot tantaque mirabilia feci, sic Paraclitus quoque in vobis si milia faciet : nec tamen Judæi ad meliora reducentur. Nolite conturbari, si oratione vestra convertere illos non poteritis; sed mementote ubique sermo nis mei : non esse discipulum super magistrum, sed nec ser vum domino suo majorem.

ij. Omnis pulchritudo Do mini exaltata est super sidera: species ejus in nubibus cæli, * Et nomen ejus in æternum permanet, allecia. f. A sum mo cælo egressio ejus, et oc cursus ejus usque ad summum ejus. — Et nomen ejus.

Lectio iij.

ABSQUE synagogis facient vos : sed venit hora, ut omnis qui interficit vos arbi tretur obsequium se præstare Deo. Summum omnium peri culorum prædixit : non ut for midine ad ignaviam discipu lorum reduceret animos, sed ut maximus mortis pavor (quo niam præsciretur) contemptus, fortiores ad subeunda pericula redderet. Nam qui majus con temnunt, ii quomodo minora timebunt?

IJ. iij. Viri Galilæi quid ad miramini aspicientes in cæ lum? * Quemadmodum vidi stis eum ascendentem in cæ lum, ita veniet, Alleluia, alle luja, alleluja, p. Cumque in tuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt. — Quemadmo dum. Gloria. Alleluia, alleluja, alleluja.

Ante Laudes J. Ascendo ad Patrem meum et Patrem ve strum, alleluia. I$.Deum meum Deum et vestrum, alleluja.

AD LAUDES.

Antiphonæ super Psalmos, Psalmi, Capitulum, et Hym nus ut in Festo, pag.540.

jP. A summo cælo egressio ejus, alleluja. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Rogabo Patrem meum, et alium Para clitum dabit vobis, alleluja.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut qui ho dierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cæ los ascendisse credimus iDsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem

Ad Memoriam de Dominica in Laudibus Ana. Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimo nium perhibebit de me,alleluja

y. Ascendit Deus in jubila tione, allecia. Et Dominus in voce tubæ, alleluja. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus : fac nos tibi semper et devotam gerere voluntatem, et majestati tuæ sincero corde servire. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium Cum venerit Pa raclitus., ut in Nocturno pag. 547.

AD PRIMAM.

Omnia ut in Festo,addito post ultimum Psalmum Symbolo Quicumque vult salvus esse.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo, pag. 541.

AD VESPERAS.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, Antiphona super Psal mos Viri Galilæi., Capitulum Primum quidem sermonem.et Hymnus Æterne Rex altissi me., ut in ij. Vesperis Festi, Pagg- 541,-543.

f. Elevata est magnificentia tua, alleluja. K?. Super cælos Deus, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Euntes in mundum universum prædi cate Evangelium omni crea turæ, alleluja : qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, alleluia : qui vero non credi derit condemnabitur, alleluja.



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut qui ho dierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cæ los ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

Ad Memoriam de Dominica Ana. Hæc locutus sum vobis : ut cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis, alleluja.

f. Ascendens Christus in al tum, alleluja. Captivam duxit captivitatem, alleluja.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus : fac nos tibi semper et devotam gerere volunta tem, et majestati tuæ sincero corde servire. Per.

FERIA SECUNDA.
IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Domi nus in templo sancto suo, Do minus in cælo, alleluja.

Psalmi, y. et l^z^z. sicut in die Ascensionis, pag. 538. et Pag. 539

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 2,

STANS autem Petrus cum Un decim levavit vocem suam, et locutus est eis : Viri Judæi, et qui habitatis Jerusalem uni versi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia : sed hoc est, quod di ctum est per Prophetam Joel: Et erit in novissimis diebus (dicit Dominus), effundam de Spiritu meo super omnem car nem, et prophetabunt filii ve stri, et filiæ vestræ, et juve- i lles vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia som niabunt.

Lectio ij.

ET quidem super servos meos, et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, et propheta bunt : et dabo prodigia in cæ lo sursum, et signa in terra deorsum,sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol conver tetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, et mani festus. Et erit: omnis, quicum que invocaverit nomen Do mini, salvus erit.

Sermo sancti Joannis
Chrysostomi.
(Serni. 2. de Ascens. Domini.)

Lectio iij.

CHRISTUS ascendens in cæ lum, nostræ naturæ pri mitias obtulit Patri, et obla tum donum miratus est Pater, quod et tanta dignitas offere bat, et quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum, et suæ sedis fecit esse partici pem; et quod plus est, ad par tem suæ dexteræ collocavit. Cognoscimus quis est ille, qui audivit, Sede ad dexteram meam : quæ natura est, cui Deus dixit, Esto meæ parti ceps sedis. Illa natura est, quæ audivit, Terra es, et in terram ibis.

FERIA TERTIA.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me, alleluja.

Psalmi, J. et sicut in præcedenti Feria vj. pag. 545

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 2.

COMPUNCTI sunt corde (Ju dæi) et dixerunt ad Pe trum, et ad reliquos Aposto los : Quid faciemus, viri fra tres? Petrus vero ad illos : Pœnitentiam (inquit) agite, et baptizetur unusquisque ve strum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum ve strorum : et accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, et filiis vestris, et omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Do minus Deus noster.

Lectio ij.

ALIIS etiam verbis plurimis testificatus est, et exhor tabatur eos, dicens : Salva mini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermo nem ejus, baptizati sunt : et appositæ sunt in die illa ani mæ circiter tria millia. Erant autem perseverantes in doctri na Apostolorum, et communi catione fractionis panis, et ora tionibus. Fiebat autem omni animæ timor : multa quoque prodigia, et signa per Aposto los in Jerusalem fiebant, et me tus erat magnus in universis.

Sermo sancti Leonis Papæ.
(Serni. i. de Ascens.)

Lectio iij.

QUIA igitur Christi Ascensio, nostra provectio est, et quo præcessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis : dignis, dilectissimi, exsulte mus gaudiis, et pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non solum Paradisi possesso res firmati sumus, sed etiam cælorum in Christo superna penetravimus:ampliora admi per ineffabilem Christi tiam, quam per diaboli aniise ramus invidiam. Namquosvi* rulentus inimicus primi habi taculi felicitate dejecit, eos sibi concorporatos Dei Filius ad dexteram Patris collocavit.

FERIA QUARTA.
IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Dominus in Sion, alleluia, magnus et excelsus, alleluia.

Psalmi, f. et sicut in præcedenti Sabbato, pag. 546.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 3.

PETRUS autem et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajula batur : quem ponebant quoti die ad portam templi, quæ di citur Speciosa, ut peteret elee mosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Pe trum, et Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

Lectio ij.

PETRUS autem dixit : Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do : In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. M| apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, et protinuscon solidatæ sunt bases ejus, ei



plantæ. Et exsiliens stetit, et ambulabat : et intravit cum illis in templum ambulans, et exsiliens, et laudans Deum.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
(Serni. 4. de Cruce.)

Lectio iij.

HODIERNA die, dilectissimi fratres, Deo sumus nostra reconciliatione sociati. Hodier na die humanum genus cæle stem misericordiam meruisse cognoscitur. Hodie vetus illud jurgium dissolutum est. Hodie nobis pax miranda donata est, quæ nunquam sperabatur pos se concedi. Nam quæ spes erat, Deum velle humanæ reconci liari naturæ? Non quia crude lis Dominus; sed quia contu max servus. Vis audire, quod nostro vitio Deus ad commo tionem provocatus est? Dele bo, inquit, hominem, quem feci, a facie terræ. In tantum enim genus humanum pessime conversabatur, ut ipsius terræ habitatione carere spераretur. Sed nos, qui et terra videba mur indigni, hodie elevati su mus ad cælum, et cælorum transivimus fines, et ipsa sede regali decoramur.

IN OCTAVA ASCENSIONIS.
SOLEMNE.
IN I. VESPERIS.

Capitulum, Hymnus, f. et Antiphona ad Magnificat ut in primis Vesperis Festi, pag. 537.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut qui ho dierna die Unigenitum tuum Redemptorem nostrum ad cæ los ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cælestibus habitemus. Per eumdem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Chri stum Dominum ascendentem in cælum * Venite adoremus, alleluja.

Hymnus Æterne Rex altis sime., pag. 537.

IN NOCTURNO.

Psalmi, Antiphonæ et ?. ut in Festo, pag. 538. et pag. 539

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 4.

LOQUENTIBUS (Petro et Joan ne) ad populum, superve nerunt sacerdotes, et magi stratus templi, et Sadducæi, dolentes quod docerent popu lum, et annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis : et injecerunt in eos manus, et posuerunt eos in custodiam in crastinum : erat enim jam ve spera. Multi autem eorum, qui audierant verbum, credide runt : et factus est numerus virorum quinque millia. Fa ctum est autem in crastinum, ut congregarentur Principes eorum, et Seniores, et Scribæ in Jerusalem. Et Annas Prin ceps sacerdotum, et Caiphas, et Joannes, et Alexander, et quotquot erant de genere sa cerdotali.

^z. j. Post Passionem suam per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei, alleluja : et videntibus illis elevatus est, alleluja : * Et nu bes suscepit eum ab oculis eo rum, alleluja, f. Et conve scens præcepit eis ab Jeroso lymis ne discederent, sed ex spectarent promissionem Pa tris. — Et nubes suscepit eum.

Lectio ij.

ET statuentes eos in medio, interrogabant : In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos : Principes populi, et Seniores audite : Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel : quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.

ij. Omnis pulchritudo Domini exaltata est super sidera : species ejus in nubibus cæli, *Et nomen ejus in æternum permanet, alleluja. y. A summo cælo egressio ejus : et occursus ejus usque ad summum ejus. — Et nomen ejus.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serni. 174. de Tempore.)

Lectio iij.

HODIE, fratres, Dominus Jesus Christus ascendit in cælum. Ascendat cum illo et cor nostrum. Sicut enim ille ascendit, nec recessit a nobis : sic et nos cum illo ibi jam sumus; quamvis nondum in corpore nostro factum sit, quod promittitur nobis. Nam propter unitatem, qua caput nostrum est, et nos corpus ejus, cum ascendit in cælum, nos ab illo non separamur. In hoc ergo ipsi roboremur : in hoc votis omnibus æstuemus. Facile corpus levabitur in alta cælorum, si non premat spiritum sarcina peccatorum.

R. iij. Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cælum? * Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet, Alleluia, alleluja, alleluja, y. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt. — Quemadmodum. Gloria. Alleluia, alleluia, alleluja.

T Si Homilia Dominicæ infra Octavam Ascensionis lecta non fuerit, neque Feria sexta subsequenti legi possit, in ipsa die Octava Ascensionis duæ primæ Lectiones de Homilia prædictæ Dominicæ dicantur cum X?, j. Post Passionem suam. et ij. Omnis pulchritudo., ut pag. 547. notatum est. Tertia vero Lectio sit quæ supra posita est De Sermone sancti Augustini Episcopi, Hodie fratres, Dominus Jesus Christus, cum R. iij. Viri Galilæi., ut supra.

Ante Laudes f. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, alleluja. Deum meum et Deum vestrum, alleluja.

AD LAUDES.

Omnia ut in Festo, pag. 54° servato modo diei Octavæ Solemnis.

AD PRETIOSA.

I Si in Nocturno lecta fuerit Homilia Dominicalis, dicatur sequens Evangelium :

Secundum Joannem. Cap.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum venerit Paraclitus, quem ego vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Tu autem Domine.



f Si vero in Nocturno lecta non fuerit Homilia Dominicalis, dicatur hoc Evangelium.

Secundum Marcum. Cap. 16.

IN illo tempore : Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus : et exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis : quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Tu autem Domine.

AD HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo, pag. 541. servato modo diei Octavæ Solemnis.

FERIA SEXTA

POST OCTAVAM ASCENSIONIS.

Dicatur Officium quotidianum B. Mariæ V.

Non fiant Prostrationes ad ullas Horas, nec dicantur Preces nisi ad Primam et Completorium.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, alleluja, * Alleluia.

Hymnus Æterne Rex altissime., pag. 543.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Regnabit Deus super gentes : Deus sedet super sedem sanctam suam, alleluja.

Psalmi, f. et ut in Feria vj. præcedenti, pag. 545

De Actibus Apostolorum.^

Lectio j. Cap. 4.

DIMISSI (Petrus et Joannes) venerunt ad suos, et annuntiaverunt eis quanta ad eos Principes sacerdotum, et Seniores dixissent. Qui cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, et dixerunt : Domine, tu es qui fecisti cælum, et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt : qui Spiritu sancto per os patris nostri David, pueri tui, dixisti : Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania ? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Lectio ij.

CONVENERUNT enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes, et Pontius Pilatus cum gentibus, et populis Israel, facere quæ manus tua, et consilium tuum decreverunt fieri. Et nunc Domine respice in minas eorum, et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates, et signa, et prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Jesu.

Lectio iij.

ET cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati : et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et loquebantur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una : nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri : et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos.

Omittitur hac die, et sequenti Te Deum.,quia quasi de Feria agitur.

Ante Laudes )T. Ascendo ad Patrem meum et Patrem ve strum, alleluia. I^.Deum meum et Deum vestrum, alleluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Viri Galilæi quid aspicitis in cæ lum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Primum quidem sermonem., Hymnus Tu Chri ste. et y. A summo cælo. ut in Vigilia Pentecostes, pag. 558.

Ad Benedictus Ana. Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis, Spiritum verita tis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, alleluja.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus : fac nos tibi semper et devotam gerere volunta tem, et majestati tuæ sincero corde servire. Per.

T Præcedens Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam, Nonam et Vesperas.

AD PRIMAM.

Omnia ut in Vigilia Pente costes, pag. 559 .

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Vigilia Penteco stes, præter Orationem, quæ dicatur ut supra in Laudibus.

AD VESPERAS.

Psalmi, Antiphona super Psalmos, Capitulum, Hymnus et y. ut in ij. Vesperis Ascen sionis, pagg. 541-543.

Ad Magnificat Ana. Hæc locutus sum vobis, ut cum ve nerit hora eorum, reminisca mini quia ego dixi vobis, alle luja.

T Si festum in hac sexta Fe ria evenerit, nulla Memoria fiat de Ascensione.

T Post Completorium hujus diei, dicatur in Choro Psalmus Deus in adjutorium., pag. cum Precibus et Orationibus, pag. 159., absque Litaniis, cum hæ dicantur cras ante Mis sam. Dum autem prædicta re citantur, Fratres debent esse genuflexi ab initio PsalmiDeus in adjutorium, usque ad ulti mam Orationem Deus, a quo sancta desideria, inclusive.

T Qui autem tunc non fuerint in Choro ad ea recitanda mini me teneantur.

SABBATO IN VIGILIA PENTECOSTES.

Dicatur Officium quotidia num B. Mariæ V. in Matuti nis et usque ad Vesperas ex clusive.

Non fiant Prostrationes ad ullas Horas.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, alle luja, * Alleluia.

Hymnus.

ÆTERNE Rex altissime, Redemptor et fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ :
SCANDENS tribunal dexteræ
Patris; potestas omnium
Collata Jesu cælitus,
Quæ non erat humanitus :



UT trina rerum machina,
Cælestium, terrestrium
Et infernorum condita
Flectat genu jam subdita.
TREMUNT videntes angeli,
Versa vice mortalium :
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus Dei caro.
Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.
GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

IN NOCTURNO.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu ini micos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Do mini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justi tiam ejus : * et viderunt om nes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua, Domine :

Quoniam tu Dominus altissi mus super omnem terram : * nimis exaltatus es super om nes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino :* et confitemini memoriæ san ctificationis ejus.

Psalmus 98.

DOMINUS regnavit, irascan tur populi : * qui sedet su per Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus : * et excelsus super omnes po pulos.

Confiteantur nomini tuo ma gno : ? quoniam terribile, et sanctum est : * et honor regis judicium diligit.

Tu parasti directiones ju dicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum no strum, ? et adorate scabellum pedum ejus : * quoniam san ctum est.

Moyses et Aaron in sacer dotibus ejus : * et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos : * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus, * et præceptum quod de dit illis.

Domine Deus noster tu ex audiebas eos : * Deus tu pro pitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum no strum, * et adorate in monte sancto ejus; * quoniam san ctus Dominus Deus noster.

Psalmus 102.

BENEDIC anima mea Domi no : * et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus :

Benedic anima mea Domi no : * et noli oblivisci omnes retributiones ejus :

Qui propitiatur omnibus ini quitatibus tuis : * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam : * qui coronat te in misericordia et miserationi bus.

Qui replet in bonis deside rium tuum : * renovabitur ut aquilæ juventus tua :

Faciens misericordias Domi nus : * et judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suasMoysi, * filiis Israel voluntates suas :

Miserator, et misericors Do minus : * longanimis, et mul tum misericors.

Non in perpetuum irasce tur : * neque in æternum com minabitur.

Non secundum peccata no stra fecit nobis : * neque se cundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudi nem cæli a terra : * corro boravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab oc cidente : * longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, * misertus est Domi nus timentibus se : * quoniam ipse cognovit figmentum no strum.

Recordatus est quoniam pul vis sumus : ? homo, sicut fœ num dies ejus, * tanquam flos agri, sic efflorebit.

Quoniam spiritus perdatis ibit in illo, et non subsistet •* et non cognoscet amplius lo. cum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno, * et usque in æter num super timentes eum.

Et justitia illius in filios filio nun, * his qui servant testa mentum ejus :

Et memores sunt mandato rum ipsius, * ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit se dem suam : * et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus : * potentes vir tute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermo num ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus : * ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus : * in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Ana. Dominus in cælo, alle luja, paravit sedem suam, alle luia.

JF. Ascendens Christus in altum, alleluja. Captivam duxit captivitatem, alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 14.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si diligitis me : mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 74. in Joann.)

Hic est in Trinitate Spiritus sanctus : quem Patri et Filio consubstantialem et co



æternum fides catholica con fitetur. Ipse est, cie quo dicit Apostolus : Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spi ritum sanctum, qui datus est nobis. Quomodo ergo Domi nus dicit, Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Para clitum dabit vobis : cum hoc dicat de Spiritu sancto, quem nisi habeamus, nec Deum dili gere possumus, nec ejus man data servare? Quomodo dili gemus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valemus? Aut quomodo mandata servabimus, ut eum accipiamus, quem nisi habea mus, mandata servare non possumus?

fy. j. Exaltare Domine, alle cia, * In virtute tua, alleluja. f. Cantabimus et psallemus. — In virtute tua, alleluja.

Lectio ij.

AN forte præcedit in nobis caritas, qua diligamus Christum, ut diligendo Chri stum, ejusque mandata facien do, mereamur accipere Spiri tum sanctum, ut caritas, non Christi, quæ jam præcesserat, sed Dei Patris, diffundatur in cordibus nostris? Perversa est ista sententia. Qui enim se Fi lium Dei diligere credit, et Pa trem non diligit, profecto nec Filium diligit, sed quod sibi ipse confinxit. Deinde Aposto lica vox est : Nemo dicit, Do minus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Et quis Dominum Je sum, nisi qui eum diligit, dicit: si eo modo dicit, quo Aposto lus intelligi voluit?

1^. ij. Ponis nubem ascensum tuum Domine, * Qui ambulas super pennas ventorum, alle luja. Confessionem, et de corem induisti : amictus lu mine sicut vestimento. — Qui ambulas super pennas vento rum, alleluja.

Lectio iij.

TAM itaque Apostoli dice J bant : Dominus Jesus. Et si eo modo dicebant, ut non ficte dicerent, ore confitentes, corde et factis negantes : pror sus, si veraciter hoc dicebant, procul dubio diligebant Quo modo igitur diligebant, nisi in Spiritu sancto? Restat ergo ut intelligamus Spiritum san ctum habere qui diligit : et | habendo mereri ut plus ha beat, et plus habendo plus diligat. Jam itaque habebant Spiritum discipuli, quem Do minus promittebat, sine quo eum Dominum non dicebant : nec tamen eum adhuc habe bant, sicut eum Dominus pro mittebat.

iij. Non turbetur cor ve strum : ego vado ad Patrem : et dum assumptus fuero a vo bis, mittam vobis, alleluja, Spiritum veritatis, * Et gau debit cor vestrum, Alleluia. JT. Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis. — Et gaudebit cor vestrum, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Non dicatur Te Deum. nec repetatur iij.

Ante Laudes y. Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, alleluja. Deum meum et Deum vestrum, alle luja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Viri Galilæi quid aspicitis in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17!

Capitulum. Act. i.

FUMUM quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Jesus facere, et docere usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

Hymnus.

T i Christe nostrum gaudium,
Manens olympo præditum :
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia :

HINC te precantes quæsumus,
Ignosce culpis omnibus :
Et corda sursum subleva
Ad te superna gratia.

UT cum repente cœperis
Clarere nube Judicis,
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. A summo cælo egressio ejus, alleluja. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

Ad Benedictus Aha. Si diligitis me, mandata mea servate, alleluja, alleluja, alleluja. Non dicuntur Preces.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus: ut claritatis tuæ super nos splendor effulRea* et lux tuæ lucis corda eorum' qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum... in unitate ejusdem.

Ad Memoriam B. Mariæ V in Laudibus Aha. Beata Dei Genitrix Maria, Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, tu sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo : ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, alleluja, alleluja.

Elegit eam Deus, et præelegit eam, alleluja. Et habitare eam facit in tabernaculo suo, alleluia.

Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per.

Post ultimam Orationem, dicto Dominus vobiscum., subditur : Benedicamus Domino, alleluia. ^z. Deo gratias, alleluja.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 14

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si diligitis me mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis. Tu autem Domine.



AD PRIMAM.

Ana. Viri Galilæi quid aspicitis in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, alleluja.

Capitulum. Zach. 8.

PACEM et veritatem diligite, ait Dominus omnipotens.

Jesu Christe Fili Dei vivi miserere nobis, * Alleluia, alleluja. Jesu Christe, f. Qui scandis supra sidera. Alleluia. Gloria. Jesu Christe.

f. Exsurge Domine, adjuva nos, alleluia. Rz. Et libera nos propter nomen tuum, alleluja.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

Et ne nos inducas in tentationem. 1$. Sed libera nos a malo.

f. Vivet anima mea, et laudabit te. Et judicia tua adjuvabunt me.

y. Erravi sicut ovis, quæ periit, l^z. Quære servum tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus.

Credo in Deum. secreto.

Carnis resurrectionem, ^z. Vitam æternam. Amen.

Confiteor... Misereatur...

f. Dignare Domine die isto. R. Sine peccato nos custodire.

Dominus vobiscum, ^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti, tua nos hodie salva virtute : ut in hac die ad nullum declinemus peccatum; sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum.

Dominus vobiscum. I^z. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. I^.Deo gratias.

T Ad reliquas Horas non dicantur Preces.

AD TERTIAM.

Aha. Cumque intuerentur in cælum euntem illum, dixerunt, alleluia.

Capitulum Act. i.

PRIMUM quidem sermonem feci de omnibus o Theophile, quæ cœpit Jesus facere et docere, usque in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

Rz. Elevata est magnificentia tua, * Alleluia, alleluja. Elevata est. f. Super cælos Deus. Alleluia. Gloria. Elevata est.

J. Ascendit Deus in jubilatione, allecia, ^z. Et Dominus in voce tubæ, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat; et lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum... in unitate ejusdem.

AD SEXTAM.

Aha. Elevatis manibus benedixit eis, et ferebatur in cælum, alleluia.

Capitulum. Act. i.

ET convescens præcepit eis ab Jerosolymis ne disce derent, sed exspectarent pro missionem Patris, quam audi stis (inquit) per os meum.

Ascendit Deus in jubilatio ne, * Alleluia, allecia. Ascen dit. f. Et Dominus in voce tu bæ. Alleluia. Gloria. Ascendit.

y. Ascendens Christus in al tum, alleluia. ^.Captivamdu xit captivitatem, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus, ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat; et lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustra tione confirmet. Per Domi num... in unitate ejusdem.

AD NONAM.

Ana. Videntibus illis elevatus est : et nubes suscepit eum in cælum, alleluia.

Capitulum. Act. i.

VRI Galilæi quid statis aspi cientes in cælum? Hic Je sus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quemad modum vidistis eum euntem in cælum.

^z. Ascendens Christus in al tum, * Alleluia, allecia. Ascendens, y. Captivam duxit captivitatem. Alleluia. Gloria. Ascendens.

y. A summo cælo egressio ejus, alleluja. Et occursus ejus usque ad summum ejus, alleluja.

Oratio Præsta, quæsumus., ut ad Sextam.



# DOMINICA PENTECOSTES.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Omissis Psalmis Laudate pue ri Dominum, et Laudate Do minum omnes gentes., dican tur tres Psalmi sequentes :

Psalmus 145.

LAUDA, anima mea Domi num, ? laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principi bus : * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et rever tetur in terram suam :* in illa die peribunt omnes cogitatio nes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, ? spes ejus in Domino Deo ipsius : * qui fecit cælum et terram, mare, et om nia, quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, ? facit judicium in juriam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos :* Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, * Do minus diligit justos.

Dominus custodit advenas, ? pupillum, et viduam suscipiet: * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcu la ? Deus tuus Sion, * in gene rationem et generationem.

Psalmus 146.

LAUDATE Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Domi nus : * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus: * et sapien tiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Domi nus : * humilians autem pec catores usque ad terram.

Præcinite Domino in confes sione :* psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus :* et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœ num : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipso rum : * et pullis corvorum in vocantibus eum.

Non in fortitudine equi vo luntatem habebit : * nec in ti biis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Domino su per timentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Dom i num : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum ^benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pa cem : * et adipe frumenti sa tiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigo ris ejus quis sustinebit?
Emittet verbum suum, et li quefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.
Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.
Non fecit taliter omni natio-, ni :* et judicia sua non mani festavit eis.

Ana. Veni sancte Spiritus :' reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem ac cende : qui per diversitatem linguarum multarum gentes in unitate fidei congregasti, alle luja, alleluja, alleluja.

Capitulum. Act. 2.

FACTUS est repente de cælo sonus, tanquam advenien tis spiritus vehementis, et re plevit totam domum ubi erant Apostoli sedentes.

Repleti sunt omnes Spi ritu sancto, et cœperunt loqui, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis :* Et convenit mul titudo dicentium, Alleluia.
f. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei. — Et convenit. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

BEATA nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum Spiritus Paraclitus
Effulsit in discipulos.
IGNIS vibrante lumine
Linguæ figuram detulit,
Verbis ut essent proflui
Et caritate fervidi.
I LINGUIS loquuntur omnium,
Turbæ pavent Gentilium •
I Musto madere deputant
Quos Spiritus repleverat
I PATRATA sunt hæc mystice
Paschæ peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo Lege fit remissio.'
TE nunc Deus piissime
Vultu precamur cernuo
Illapsa nobis cælitus
Largire dona Spiritus.
DUDUM sacrata pectora
Tua replesti gratia :
Dimitte nunc peccamina,
Et da quieta tempora.
SIT laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito :
Nobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

T Istæ duæ ultimæ Strophæ dicantur in fine Hymnorum per totam Hebdomadam nisi in Hymno Veni Creator., in quo dicitur tantum Stropha Sit laus.

T- Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja, ^z. Et cœpe runt loqui, alleluja.

Ad Magnificat Ana.Non vos relinquam orphanos, alleluia : vado, et venio ad vos, allecia: et gaudebit cor vestrum, alle cia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus, ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat; et lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustra tione confirmet. Per Dominum... in unitate ejusdem.

IN COMPLETORIO.

7 Omittatur Psalmus Qui ha bitat. usque ad Sabbatum se quens exclusive.

Ad Nunc dimittis Aha. Alle luia, Spiritus Paraclitus, alle cia! docebit vos omnia, alle luja', alleluia. T Et dicatur usque ad Sabbatum sequens exclusive.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia, Spiri tus Domini replevit orbem ter rarum : * Venite adoremus allecia.

Hymnus.

JAM Christus astra ascenderat,
Regressus unde venerat,
Promissum Patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
SOLEMNIS urgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.
DUM hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus Apostolis
Deum venisse nuntiat.
DE Patris ergo lumine
Decorus ignis missus est :
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.
DUDUM. SIT laus. etc. ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Psalmus 47.

MAGNUS Dominus, et lau dabilis nimis * in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.
Fundatur exsultatione uni versæ terræ mons Sion, * la tera aquilonis, civitas Regis magni.
Deus in domibus ejus cogno scetur, * cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: * convene runt in unum.
Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt : * tremor apprehendit eos.
^ Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.
_ Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, ? in civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in æternum.
Suscepimus Deus misericor diam tuam, * in medio templi tui.
Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : * justitia plena est dextera tua.
Lætetur mons Sion, et exsul tent filiæ Judæ, * propter ju dicia tua Domine.
Circumdate Sion, et comple ctimini eam : * narrate in tur ribus ejus.
Ponite corda vestra in vir tute ejus : * et distribuite do mos ejus, ut enarretis in pro genie altera.
Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, et in sæ culum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Ana. Factus est repente de cælo sonus advenientis spiritus vehementis, alleluia, alleluia.

Psalmus 67.

EXSURGAT Deus, et dissi pentur inimici ejus, * et fugiant qui oderunt eum, a fa cie ejus.
Sicut deficit fumus, defi ciant : * sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.
Et justi epulentur, et exsul tent in conspectu Dei : * et delectentur in lætitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: ? iter facite ei, qui ascendit super occasum: * Do minus nomen illi.

Exsultate in conspectu ejus, * turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum, et judicis vidua rum.

Deus in loco sancto suo : * Deus qui inhabitare facit unius moris in domo :

Qui educit vinctos in fortitudi ne, * similiter eos, qui exaspe rant, qui habitant in sepulcris.

Deus cum egredereris in con spectu populi tui, * cum per transires in deserto :

Terra mota est, etenim cæli distillaverunt a facie Dei Si nai, * a facie Dei Israel.

Pluviam voluntariam segre gabis Deus hereditati tuæ : et infirmata est, * tu vero perfe cisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea : * parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum evan gelizantibus, * virtute multa.

Rex virtutum dilecti dile cti : * et speciei domus divi dere spolia.

Si dormiatis inter medios cle ros, pennæ columbæ deargen tatæ, * et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pin guis : * ut quid suspicamini montes coagulatos?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : * et enim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium :* Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, X cepisti captivitatem : * accepisti doii in hominibus :

Etenim non credentes, * jn_ habitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quo tidie : * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostro rum.

Deus noster, Deus salvos fa ciendi : * et Domini, Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : * verticem capilli perambulan tium in delictis suis.

Dixit Dominus : Ex Basan convertam, * convertam in profundum maris :

Ut intingatur pes tuus in san guine :* lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, * ingressus Dei mei : regis mei qui est in sancto.

Prævenerunt principes con juncti psallentibus, * in medio juvencularum tympanistria rum.

In ecclesiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israel.

Ibi Benjamin adolescentu lus, * in mentis excessu.

Principes Juda, duces eo rum : * principes Zabulon, principes Nephtali.

Manda Deus virtuti tuæ : * confirma hoc Deus, quod ope ratus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem, * tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, ? congregatio taurorum in vac cis populorum : * ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella vo lunt : X venient legati ex Ægy pto : * Æthiopia præveniet manus ejus Deo.



Regna terræ, cantate Deo : * psallite Domino :

Psallite Deo, qui ascendit su per cælum cæli, * ad orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, X date gloriam Deo super Israel, * magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, X Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ, * benedictus Deus.

Ana. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis : a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, alleluja, alleluja.

Psalmus 103.

BENEDIC anima mea Domi no : * Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionem, et decorem in duisti : * amictus lumine sicut vestimento :

Extendens cælum sicut pel lem : * qui tegis aquis supe riora ejus.

Qui ponis nubem ascensum tuum : * qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis Angelos tuos, spiri tus : * et ministros tuos ignem urentem.

Qui ^ fundasti terram super stabilitatem suam : * non in clinabitur in sæculum sæculi.

Abyssus, sicut vestimentum, amictus ejus : * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fu gient : * a voce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes : et de scendunt campi * in locum, quem fundasti eis.

I orminum posuisti, quem non transgredientur : * neque convertentur operire terram.

Qui emittis fontes in conval libus : * inter medium mon tium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestiæ agri : * exspectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres cæli habi tabunt : * de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superiori bus suis : * de fructu operum tuorum satiabitur terra :

Producens fœnum jumen tis, * et herbam servituti ho minum :

Ut educas panem de terra : * et vinum lætificet cor hominis:

Ut exhilaret faciem in oleo : * et panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, X et cedri Libani, quas planta vit : * illic passeres nidifica bunt.

Herodii domus dux est eo rum : X montes excelsi cervis: * petra refugium herinaciis.

Fecit lunam in tempora : * sol cognovit occasum suum.

Posuisti tenebras, et facta est nox : * in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.

Catuli leonum rugientes, ut rapiant, * et quærant a Deo escam sibi.

Ortus est sol, et congregati sunt: * et in cubilibus suis col locabuntur.

Exibit homo ad opus suum : * et ad operationem suam usque ad vesperum.

Quam magnificata sunt opera tua Domine ! X omnia in sa pientia fecisti : * impleta est terra possessione tua.

Hoc mare magnum, et spa tiosum manibus : * illic repti lia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis : * illic naves pertransibunt :

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei : * omnia a te exspectant ut des illis escam in tempore.

Dante te illis, colligent: * aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

Avertente autem te faciem, turbabuntur : ? auferes spiritum eorum, et deficient, * et in pulverem suum revertentur.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur : * et renovabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in sæculum : * lætabitur Dominus in operibus suis :

Qui respicit terram, et facit eam tremere : * qui tangit montes, et fumigant.

Cantabo Domino in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu sum.

Jucundum sit ei eloquium meum : * ego vero delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra, ? et iniqui ita ut non sint:* benedic anima mea Domino.

Ana. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ, alleluja, alleluia.

y. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja, ^z. Et cœperunt loqui, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 14.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ (Hom. 30. in Evang.)

LIBET, fratres carissimi evangelicæ verba lectionis sub brevitate transcurrere, ut post diutius liceat in contemplatione tantæ solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia : quia dum Deum in ignis visione susceperunt, per amorem suaviter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est; unde et Joannes dicit : Deus caritas est. Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto jam habet, quem amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum, quem diligit, non haberet.

j. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluia: et subito factus est sonus de cælo, allecia, * Tamquam spiritus vehementis, et replevit totam domum, alleluia, allecia, y.Dum ergo essent in unum discipuli congregati propter metum Judæorum, sonus repente de cælo venit super eos. — Tamquam spiritus vehementis.

Lectio ij.

SED ecce, si unusquisque vestrum requiratur an diligat Deum : tota fiducia, et secura mente respondet, Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis quid Veritas dicit: Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Probatio ergo dilectionis, exhibitio est operis.



Hinc in epistola sua idem Joannes dicit : Qui dicit, Diligo Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est. Vere etenim Deum diligimus, et mandata ejus custodimus, si nos a nostris voluptatibus coarciamus nam qui adnue per illicita desideria diffluit, profecto Deum non amat : quia ei in sua voluntate contradicit.

ij. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis : * Et convenit multitudo dicentium, alleluja. ℣. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei. — Et convenit multitudo dicentium, alleluja.

Lectio iij.

SED videte quid Veritas dicat : Veniemus, et mansionem apud eum faciemus. In quorumdam etenim corda venit, et mansionem non facit: quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum, quo compuncti fuerant, obliviscuntur : sicque ad perpetranda pecQata redeunt, ac si hæc minime planxissent. Qui ergo Deum vere diligit, qui ejus mandata custodit, in ejus corde Dominus et venit, et mansionem facit : quia sic eum amor penetrat Divinitatis, ut ab hoc amore tentationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat, cujus videlicet mentem delectatio prava ex consensu non superat.

iij- Spiritus sanctus procedens a throno, Apostolorum Pectora invisibiliter penetravit, novum sanctificationis signum:*Ut in ore eorum omnium genera nascerentur linguarum, Alleluia. Adve nit ignis divinus, non comburens, sed illuminans : et tribuit eis charismatum dona. — Ut in ore eorum. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes ℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, alleluia. Et renovabis faciem terræ, alleluja.

AD LAUDES ANTIPHONÆ.

1. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja.

3. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui, alleluja.

4. Fontes, et omnia, quæ moventur in aquis, hymnum dicite Deo, alleluja.

5. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei, allecia, alleluja, alleluja.

Capitulum. Act. 2.

FACTUS est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant Apostoli sedentes.

Hymnus.

IMPLETA gaudent viscera
Afflata sancto Spiritu,
Voces diversas intonant,
Fantur Dei magnalia.

Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus,
Linguis loquuntur omnium.

JUDÆA tunc incredula,
Vesana torvo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.

SED signis et virtutibus
Occurrit et docet Petrus
Falsa profari perfidos,
Joelis testimonio.

DUDUM sacrata pectora
Tua replesti gratia :
Dimitte nunc peccamina,
Et da quieta tempora.

SIT laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito :
Nobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

y. Spiritus Paraclitus, alle cia. Docebit vos omnia, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum... in unitate ejusdem.

AD PRIMAM.

Ana. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluja.

Jesu Christe Fili Dei vivi miserere nobis, * Alleluia, allecia. Jesu Christe, f. Qui sedes ad dexteram Patris. Alleluia. Gloria. Jesu Christe,

y. Exsurge Domine, adjuva nos, alleluja. 1$. Et libera nos propter nomen tuum, alleluja.

AD TERTIAM.

Pater noster. Deus in adjutorium. etc.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Qui Paraclitus diceris.

VENI Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia
Quæ tu creasti pectora.

Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

ACCENDE lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

HOSTEM repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.

PER te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

SIT laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito :
Nobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

T Iste Hymnus dicatur ad Tertiam per totam Hebdomadam.

Ana. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja. Psalmus Legem pone. etc.

Capitulum. Act. 2.

FACTUS est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant Apostoli sedentes.

Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * Alleluia, allecia. Repleti sunt omnes. f. Et cœperunt loqui. Alleluia. Gloria. Repleti sunt omnes.



f. Loquebantur variis linguis Apostoli, allecia. Magnalia Dei, alleluja.

Dominus vobiscum, ^z. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti :da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum, .in unitate ejusdem.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

BenedicamusDomino. I^z.Deo gratias.

AD SEXTAM.

Ana. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui, alleluia.

Capitulum. Act. 2.

APPARUERUNT Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum Spiritus sanctus.

RL Loquebantur variis linguis Apostoli, * Alleluia, allecia. Loquebantur, y. Magnalia Dei. Alleluia. Gloria. Loquebantur.

f. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluia.

Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja.

AD NONAM.

Ana. Loquebantur variis linguis Apostoli magnalia Dei, alleluja, alleluja, alleluja.

Capitulum. Act. 2.

FACTA autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum, * Alleluia, allecia. Spiritus Domini. J. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Alleluia. Gloria. Spiritus Domini.

Spiritus Paraclitus, alleluja, ^z. Docebit vos omnia, alleluja.

T Idem modus servetur ad Horas per totam Hebdomadam, nisi quod ad Tertiam, Sextam et Nonam dicitur Oratio de Feria occurrente.

AD II. VESPERAS.

Dicantur tres tantum Psalmi sequentes :

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, X misericors et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus : ? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus ni.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis; * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet sermones suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, X confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus:? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, X dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Aha. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluja.

Capitulum. Act. 2.

FACTUS est repente de cælo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant Apostoli sedentes.

Hymnus.

BEATA nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum Spiritus Paraclitus
Effulsit in discipulos.

IGNIS vibrante lumine
Linguæ figuram detulit,
Verbis ut essent proflui
Et caritate fervidi.

LINGUIS loquuntur omnium,
Turbæ pavent Gentilium :
Musto madere deputant
Quos Spiritus repleverat.

PATRATA sunt hæc mystice
Paschæ peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo Lege fit remissio.

TE nunc Deus piissime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis cælitus
Largire dona Spiritus.



DUDUM sacrata pectora
Tua replesti gratia :
Dimitte nunc peccamina,
Et da quieta tempora.

SIT laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito :
Nobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

f. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja, ^z. Et cœperunt loqui, alleluja.

Ad Magnificat Aha. Hodie completi sunt dies Pentecostes, alleluia : hodie Spiritus sanctus in igne discipulis apparuit : et tribuens eis charismatum dona misit eos in universum mundum prædicare, et testificari : Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit, alleluia.

Oratio.

DEUS qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum... in unitate ejusdem.

T Idem modus servetur in Vesperis quotidie usque ad Vesperas Sabbati sequentis exclusive, nisi quod Antiphona ad Magnificat et Oratio de Feria occurrente dicentur, ut suis locis notatum est.

FERIA SECUNDA.

TOTUM DUPLEX.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto,* Alleluia.

Hymnus Jam Christus astra ascenderat., pag. 563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Aha. Factus est repente de cælo sonus advenientis spiritus vehementis, alleluja, allecia. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

% Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja. fy Et cœperunt loqui, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 3.

IN illo tempore : Dixit Jesus Nicodemo : Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 12. in Joann.)

NOSTIS, fratres, quia diabolo mors intravit in mundum. Jesus autem Filius Dei mortem suscepit, et mortem suspendit in cruce, et de ipsa morte liberantur mortales. Sicut, inquit, Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. Magnum sacramentum. Quomodo, qui intuebantur illum serpentem, non peribant morsibus serpentum ; sic, qui intuentur fide mortem Christi, sanantur a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur ad vitam temporalem; hi autem ad vitam æternam.

R}, j. Jam non dicam vos servos, sed amicos meos, quia omnia cognovistis, quæ operatus sum in medio vestri, allecia. * Accipite Spiritum sanctum in vobis Paraclitum : ipse est, quem Pater mittet vobis, alleluia. f. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. — Accipite Spiritum sanctum.

Lectio ij.

NON enim misit Deus Filium suum in mundum, ut ju dicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ergo, quantum in medico est, sanare venit ægrotum. Ipse se interi mit, qui præcepta medici ser vare non vult. Venit Salvator in mundum. Quare Salvator dictus est mundi, nisi ut sal vet mundum, non ut judicet mundum? Salvari non vis ab ipso? ex te judicaberis. Et quid dicam, Judicaberis? Vide quid ait : Qui credit in eum, non judicatur. Qui autem non credit : quid dicturum spera bas, nisi, Judicatur? Jam, in quit, judicatus est.

Rz. ij. Disciplinam, et sapien tiam docuit eos Dominus, alle cia : firmavit in illis gratiam Spiritus sancti, * Et intellectu adimplevit corda eorum, alle cia, alleluja, f. Repentino namque sonitu Spiritus sanctus super eos venit. — Et intelle ctu adimplevit.

Lectio iij.

NONDUM apparuit judicium: sed jam factum est judi cium. Novit enim Dominus qui sunt ejus : novit qui per maneant ad coronam, qui per maneant ad flammam. Novit in area sua triticum, novit et paleam : novit segetem, novit et zizania. Jam judicatus est qui non credit. Quare judica tus? Quia non credit in no mine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem judicium : quia lux venit in mundum, et dilexe runt homines magis tenebras quam lucem : erant enim mala opera eorum.

3?. iij. Ultimo festivitatis die dicebat Jesus : Qui in me ere dit, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ * Alleluia, y. Hoc autem dicebat de Spi ritu, quem accepturi erant cre dentes in eum. — Alleluia Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Emitte Spi ritum tuum, et creabuntur, al leluja. Et renovabis faciem terræ, alleluja.

AD LAUDES.

Super PsalmossolaAna.Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes,' alleluja. Psalmus Dominus re gnavit. cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et f. ut in Festo, pag.567. et pag. 568.

Ad Benedictus Ana. Sic Deus dilexit mundum, ut Fi lium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritum: concede plebi tuæ piæ petitio nis effectum; ut quibus dedisti fidem, largiaris et pacem. Per Dominum... in unitate ejus dem.

T Usque ad primas Vesperas SS. Trinitatis exclusive, Oratio quæ dicta fuerit in Laudibus dicatur etiam ad Tertiam,Sex tam, Nonam et Vesperas.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mun dum : sed ut salvetur mundus per ipsum, alleluja.



FERIA TERTIA.

TOTUM DUPLEX.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * Alle luia.

Hymnus Jam Christus astra ascenderat., pag. 563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana.Con firma hoc Deus, quod opera tus es in nobis : a templo san cto tuo, quod est in Jerusalem, alleluja, alleluja. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

f. Loquebantur variis linguis Apostoli, alleluja. Magna lia Dei, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Amen, amen dico vobis : qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde : ille fur est, et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 45. in Joan. post init.)

DOMINUS de grege suo, et de ostio, quo intratur ad ovile, similitudinem proposuit in hodierna lectione. Dicant ergo pagani, Bene vivimus. Si per ostium non intrant, Quid eis prodest, unde glo riantur? Ad hoc enim debet unicuique prodesse bene vive re, ut detur illi semper vivere, ^am cui non datur semper vi cere, quid prodest bene vivere? Quia nec bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel cæcitate nesciunt, vel infla tione contemnunt. Non est au tem cuiquam spes vera et certa semper vivendi, nisi agnoscat Vitam, quæ est Christus, et per januam intret in ovile.

j. Loquebantur variis lin guis Apostoli magnalia Dei, * Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, alleluja. V. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui. — Prout Spi ritus sanctus.

Lectio ij.

FUERUNT ergo quidam phi losophi de virtutibus et vi tiis subtilia multa tractantes, dividentes, definientes, ratio cinationes acutissimas conclu dentes, libros implentes, suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus : Nos se quimini, sectam nostram te nete, si vultis bene vivere. Sed non intrabant per ostium : per dere volebant, mactare, et oc cidere. Quid de istis dicam?

1^7. ij. Apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis, alleluia, * Seditque su pra singulos eorum Spiritus sanctus, alleluja, alleluia. y. Spiritus Domini replevit totam domum, ubi erant Apo stoli sedentes. — Seditque.

Lectio iij.

ECCE ipsi Pharisæi legebant, et in eo, quod legebant, Christum sonabant, venturum sperabant, et præsentem non agnoscebant. Jactabant se etiam ipsi inter Videntes, hoc est inter sapientes, et nega bant Christum, et non intra bant per ostium. Et hos di mittamus. Videamus illos,

si forte ipsi intrant per ostium in ovile, qui ipsius Christi nomine gloriantur. Innumerabiles enim sunt, qui se Videntes non solum jactant, sed a Christo illuminatos videri volunt. Sunt autem hæretici. Forte ipsi per januam intraverunt? Absit.

iij. Spiritus Domini replevit orbem terrarum : * Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alleluia, alleluja. ℣. Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. — Et hoc, quod continet omnia. Gloria. Alleluia, alleluia.

Ante Laudes ℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur alleluja. ℟. Et renovabis faciem terræ, alleluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et ℣. ut in Festo, pag. 567. et pag. 568.

Ad Benedictus Ana. Amen, amen dico vobis : qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, et latro : qui autem intrat per ostium, pastor est ovium, alleluia.

Oratio.

ADSIT nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti : quæ et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis. Per Dominum.... in unitate ejusdem.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Ego sum ostium, dicit Dominus : per me si quis introierit, salvabitur, et pascua inveniet, alleluja.

FERIA QUARTA QUATUOR TEMPORUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * Alleluia.

Hymnus Jam Christus astra ascenderat., pag. 563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ, alleluja, alleluja. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, alleluja. ℟. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluja.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio j. Cap. 6.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis Judæorum : Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 26. in Joan. post init.)

MAGNA gratiæ commendatio. Nemo venit, nisi tractus. Quem trahat, et quem non trahat, quare istum trahat, et illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare. Semel accipe, et intellige. Nondum traheris : ora ut traharis. Quid hic dicimus, fratres? Si trahimur ad Christum, ergo inviti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur. Noli cogitare te invitum trahi: trahitur animus et amore. Nec dicas, Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego



dico : Parum est voluntate, etiam voluptate traheris.

℟. Advenit ignis divinus, non comburens, sed illuminans, non consumens, sed lucens : et invenit corda discipulorum receptacula munda : * Et tribuit eis charismatum dona, alleluia, allecia. ℣. Invenit eos concordes caritate, et illustravit eos inundans divitias Deitatis. — Et tribuit eis.

Lectio ij.

EST quædam voluptas cordi, cui panis dulcis est ille cælestis. Porro si Poetæ dicere licuit, Trahit sua quemque voluptas; non necessitas, sed voluptas; non obligatio sed delectatio : quanto fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur justitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est» Da amantem, et sentit quod dico : da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem, atque sitientem, et fontem æternæ patriæ suspirantem : da talem, et scit quid dicam.

℟. Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quia audiebat,

nos anH.',Mr«. e ... 7OS QR

Lectio iij.

pT ego resuscitabo eum in novissimo die. Reddo illi, Quod amat; reddo quod sperat, quod adhuc non videndo credidit, manducabit quod esuriit, saturabitur eo quod sitivit. Ubi ? In resurrectione mortuorum quia ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis : Et erunt omnes docibiles Dei. Quare hoc dixi o Judæi? Pater vos non docuit quomodo me potestis agnoscere? Omnes regni illius homines docibiles Dei erunt : non ab hominibus audient. Et si ab hominibus audiunt; tamen, quod intelligunt intus datur, intus coruscat, intus revelatur.

℟. Spiritus sanctus replevit totam domum, ubi erant Apostoli : et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum: Alleluia, allecia, alleluia. ℣. Dum essent discipuli congregati propter metum Judæorum, factus est repente de cælo sonus. — Et.

Ante Laudes ℣. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, alleluja. ℟. Et renovabis faciem terræ, allelmja.

AD LAUDES.

erant omnes pariter sedentes, ... regnavit, cum ceteris, pag. 17.

... Capitulum, Hymnus ... in Festo, pag. 567. et pag. 568.

Ad Benedictus Ana. Amen, amen dico vobis : qui credit in me, habet vitam æternam, alleluja, alleluja.

Oratio.

MENTES nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet; et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem: Qui tecum vivit... in unitate ejusdem.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi : si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum : et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, alleluia, alleluja.

FERIA QUINTA.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * Alleluia.

Hymnusjam Christus astra ascenderat., pag. 563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Factus est repente de cælo sonus advenientis spiritus vehementis, alleluia, alleluia. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

y. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluja. Et cœperunt loqui, alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. o.

IN illo tempore : Convocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 6. in cap. 9. Lucæ, initio.)

QUALIS debeat esse, qui evangelizat regnum Dei, præceptis evangelicis designatur : Ut sine virga, sine pera sine calceamento, sine pane' sine pecunia, hoc est subsidii sæcularis adminicula non requirens, fideque tutus, putei sibi, quo minus ea requirat magis posse suppetere. Quæ possunt, qui volunt, ad eum derivare tractatum, ut spiritalem tantummodo locus iste formare videatur affectum : qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuisse non solum potestate rejecta' contemptisque divitiis, sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis.

^z.j.Jam non dicam vos servos, sed amicos meos, quia omnia cognovistis, quæ operatus sum in medio vestri, alleluia. * Accipite Spiritum sanctum in vobis Paraclitum : ipse est, quem Pater mittet vobis, alleluja, y. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. — Accipite Spiritum sanctum.

Lectio ij.

QUIBUS primo omnium datur pacis atque constantiæ ' generale mandatum, ut pacem ferant, constantiam servent, hospitalis necessitudinis jura custodiant : alienum a prædicatore regni cælestis astruens cursitare per domos, et inviolabilis hospitii jura mutare. Sed ut hospitii gratia deferenda censetur : ita etiam, si non recipiantur, excutiendum pulverem, et egrediendum de civitate mandatur. Quo mandato non mediocris boni remuneratio docetur hospitii : ut non solum pacem tribuamus hospitibus, verum etiam, siqua eos terrenæ obumbrant delicta levitatis, receptis apostolicæ prædicationis vestigiis, auferantur.

37. ij. Disciplinam, et sapientiam docuit eos Dominus, allecia : firmavit in illis gratiam Spiritus sancti, * Et intellectu adimplevit corda eorum, alleluja, alleluja, f. Repentino namque sonitu Spiritus sanctus super eos venit. — Et intellectu.

Lectio iij.

NEC otiose, secundum Matthæum, domus, quam ingrediantur Apostoli, eligenda decernitur : ut mutandi hospitii necessitudinisque violandæ causa non suppetat.Non tamen eadem cautio receptori mandatur hospitii; ne, dum hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuatur. Sed hæc, ut secundum litteram de hospitii religione venerabilis est forma præcepti, ita etiam de mysterio sententia cælestis arridet. Etenim, cum domus eligitur, dignus hospes inquiritur. Videamus, ne forte Ecclesia præferenda designetur, et Christus.

iij. Ultimo festivitatis die dicebat Jesus : Qui in me credit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ : * Alleluia. f Hoc autem dicabat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. — Alleluia. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, allecia. 1$. Et renovabis faciem terræ, allecia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Aha. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluia. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et f. ut in Festo, pag. 567. etpag. 568.

Ad Benedictus Ana. Convocatis Jesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent : et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos, alleluja, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum.... in unitate ejusdem.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. Egressi duodecim Apostoli, circuibant per castella, evangelizantes, et curantes ubique, alleluia, allecia.

FERIA SEXTA

QUATUOR TEMPORUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto,* Alleluia.

Hymnus Jam Christus astra ascenderat., pag.563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana.Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis : a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem, allecia, alleluja. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

J. Loquebantur variis linguis Apostoli, alleluia. ^.Magnalia Dei, alleluia.

l'RÆD. I . — *ig

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 5.

ri illo tempore : Factum est in una dierum, et Jesus se debat docens. Et erant Pha risæi sedentes, et Legis do ctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ, et Jerusalem : et virtus Domini erat ad sanandum eos. Et re liqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 5. in cap. 5. Lucæ, post initium.)

NON otiosa hujus paralytici, nec angusta medicina est; quando Dominus et orasse præmittitur : non utique pro pter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim spe cimen dedit, non precandi am bitum requisivit,^ convenien tibus ex omni Galilæa et Ju dæa et Jerusalem Legis docto ribus, inter ceterorum remedia debilium, paralytici istius me dicina describitur. Primum omnium, quod ante diximus, unusquisque æger petendæ pre cat6res salutis debet adhibere : per quos vitæ nostræ compago resoluta,actuumque nostrorum clauda vestigia verbi cælestis remedio reformentur.

Loquebantur variis lin guis Apostoli magnalia Dei, * Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, alleluia, f. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui. — Prout Spi ritus sanctus.

Lectio ij.

SINT igitur aliqui monitores mentis, qui animum homi nis, quamvis exterioris corpo ris debilitate torpentem ad superiora erigant. Quorum rursus adminiculis et attollere et humiliare se possit, ut faci. lius ante Jesum locetur, Do minico videri dignus aspectu Humilitatem enim respicit Do minus, quia respexit humili, tatem ancillæ suæ. Quorum fidem, inquit, ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi pec cata tua.

I??, ij. Apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ tamquam ignis, alleluia, * Seditque su pra singulos eorum Spiritus sanctus, alleluia, alleluiaX Spi ritus Domini replevit totam domum, ubi erant Apostoli se dentes. — Seditque.

Lectio iij.

MAGNUS Dominus, qui alio rum merito ignoscit aliis: et dum alios probat, aliis re laxat errata. Cur apud te, o homo, collega non valeat, cum apud Dominum servus et in terveniendi meritum, et jus habeat impetrandi? Disce, qui judicas, ignoscere : disce, qui æger es, impetrare. Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Ec clesiam, quæ pro te precetur; cujus contemplatione, quod tibi Dominus negare posset, ignoscat.

R?, iij. Spiritus Domini re plevit orbem terrarum : * Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, Alle luia, alleluia. J. Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. — Et hoc, quod continet omnia. Gloria. Alleluia, alle luja.



Ante Laudes f. Emitte Spi ritum tuum, et creabuntur, al leluja. Et renovabis faciem terræ, alleluia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Dum complerentur dies Penteco stes, erant omnes pariter se dentes, alleluja. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum, Hymnus et f. ut in Festo, pag. 567, et pag. 568.

Ad Benedictus Ana. Factum est in una dierum, et Jesus se debat docens : et erant Pha risæi sedentes, et Legis do ctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ, et Jerusalem : et virtus Domini erat ad sanandum eos, alleluia, alleluja. Oratio.

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata, ho stili nullatenus incursione tur betur. Per Dominum... in uni tate ejusdem.

IN VESPERIS.

Ad Magnificat Aha. Tulit ergo paralyticus lectum suum, in quo jacebat, magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vi dit, dedit laudem Deo, alleluja.

SABBATO QUATUOR TEMPORUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, * Alle luia.

Hymnus Jam Christus astra ascenderat., pag. 563.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Amitte Spiritum tuum, et crea buntur : et renovabis faciem terræ, allecia, allecia. Psalmi ut in Nocturno Festi, pag. 563.

f. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, allecia. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. Cap. 4.

IN illo tempore : Surgens Je sus de synagoga, introivit in domum Sindonis. Socrus au tem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Comm. in Lue. toni. 4.)

Si virum a dæmonio libera tum, animum ab immunda cogitatione purgatum signifi care dixerimus : femina febri bus tenta, sed ad imperium Domini curata, carnem osten dit a concupiscentiæ suæ fer vore per continentiæ præ cepta frenatam. Omnis enim amaritudo, et ira, et indigna tio, et clamor, et blasphemia spiritus immundi furor est : fornicationem vero, immundi tiam, libidinem, concupiscen tiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus, fe brem illecebrosæ carnis intel lige.

j. Advenit ignis divinus, non comburens,sed illuminans, non consumens, sed lucens : et invenit corda discipulorum re ceptacula munda :* Et tribuit eis charismatum dona, allecia, allecia. f. Invenit eos con cordes caritate, et illustravit eos inundans divitias Deitatis. — Et tribuit eis.

Lectio ij.

ET rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febri : et dimisit illam. Modo Salvator rogatus, modo ultro curat ægrotos : ostendens se contra peccatorum quoque passiones precibus semper annuere fidelium, et ea, quæ ipsi minime in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel etiam non intellecta dimittere : juxta quod Psalmista postulat: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, Domine.

ij. Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quia audiebat unusquisque lingua sua * Illos loquentes magnalia Dei, alleluja, alleluia, alleluia. )T. Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? et quomodo nos audivimus unusquisque lingua sua. — Illos loquentes.

Lectio iij.

ET continuo surgens ministrabat illis. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere, et ægrotationis sentire molestiam : verum sanitas, quæ Domini confertur imperio, simul tota redit. Nec solum ipsa redit : sed et tanto robore comitante, ut continuo ministrare sufficiat : et juxta leges tropologiæ, membra, quæ servierant immunditiæ ad iniquitatem, ut fructificarent morti, serviant justitiæ in vitam æternam.

iij. Spiritus sanctus replevit totam domum, ubi erant Apostoli : et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum; * Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, Alleluia, alleluja, alleluia. y. Dum essent discipuli in unum congregati propter metum Judæorum, sonus repente de cælo venit super eos. — Et repleti sunt omnes. Gloria. Alleluia, alleluja, alleluia.

Ante Laudes V. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, alleluja. R?. Et renovabis faciem terræ, alleluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter sedentes, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et f. ut in Festo, pag. 567. et pa^. 568.

Ad Benedictus Afia. Vespere autem facto, cum sol occubuisset, veniebant ad Jesum omnes male habentes : at ille, singulis manus imponens,curabat eos, alleluja.

Oratio.

MENTIBUS nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde : cujus et sapientia conditi sumus; et providentia gubernamur. Per Dominum... in unitate ejusdem.

T Hæc Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam et Nonam.

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

In Dedicatione Ecclesiæ, in Anniversario ejusdem, Per Octavam et in die Octava, omnia fiant ut pag. II*. uotatum est.



FER. NI POST DOM SEPTUAC.
ORATIONIS D. N. J. C.
IN MONTE OLIVETI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Venit Jesus cum discipulis suis in villam, quæ dicitur Gethsemani, et dixit illis : Sedete hic, donec vadam illuc et orem. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Matth. 26.

VENIT Jesus ad discipulos suos, et invenit eos dormientes, et dicit Petro : Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem.

In monte Oliveti oravit ad Patrem : Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma : * Fiat voluntas tua. f. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. — Fiat voluntas tua. Gloria. Fiat voluntas tua.

H)'mnus.

ASPICE ut Verbum Patris a superis
Sedibus clemens et amore flagrans
Perditis culpa genitis mederi
Pergit Adami.

FLEBILEM mundi miserans ruinam,
Et volens nostros reparare casus,
Orat et prona veniam precatur
Fronte Magister.

FLUCTUAT, secum tot acerba volvens :
Hunc, ait supplex, calicem doloris
Mi Pater transfer; tua sed voluntas,
Non mea, fiat.

CUM premat tristis pavor ima cordis,
Deficit languens Dominus; per artus
Sanguinis sudor fluit, atque guttis
Terra madescit.

AT celer summo veniens Olympo
Angelus Jesum recreat jacentem :
Corpori vires redeunt, novoque
Robore surgit.

LAUS, honor Patri, genitæque Proli,
Cui datum nomen super omne nomen,
Et Paracleto decus atque virtus
Omne per ævum. Amen.

yi. Tristis est anima mea. Usque ad mortem.

Ad Magnificat Ana. Positis genibus orabat dicens : Pater, si vis, transfer calicem istum a me : verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui in horto verbo et exemplo nos orare docuisti ad tentationum pericula superanda : concede propitius ut nos, orationi semper intenti, ejus copiosum fructum consequi mereamur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Jesum in monte Olivarum orantem * Venite adoremus.

Hymnus Aspice ut Verbum., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 16.

EXAUDI Domine justitiam meam : * intende depreca tionem meam.

Auribus percipe orationem meam, * non in labiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum prodeat : * oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum, et visi tasti nocte : * igne me exami nasti, et non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur os meum opera hominum : * propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Perfice gressus meos in se mitis tuis : * ut non movean tur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam ex audisti me Deus : * inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me,* ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum protege me : * a facie impio rum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt, ? adipem suum concluserunt : * os eo rum locutum est superbiam.

Projicientes me nunc circum dederunt me : * oculos suos statuerunt declinare in ter ram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam : * et sic ut catulus leonis habitans in abditis.

Exsurge D6mine, præveni eum, et supplanta eum deri pe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis iria' nus tuæ.

Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum :*de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filiis : * et di miserunt reliquias suas parvu lis suis.

Ego autem in justitia appa rebo conspectui tuo : * satia bor cum apparuerit gloria tua.

Ana. Ante orationem præ para animam tuam, et noli esse quasi homo, qui tentat Deum.

Psalmus 27.

AD te Domine clamabo, ? Deus meus ne sileas a me : * nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi Domine vocem de precationis meæ dum oro ad te : * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatoribus : * et cum ope rantibus iniquitatem ne perdas me:

Qui loquuntur pacem cum proximo suo, * mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eo rum, * et secundum nequi tiam adinventionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis : * redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, * et in opera manuum ejus destrues illos, et non ædificabis eos.

Benedictus Dominus : * niam exaudivit vocem depre cationis meæ.



Dominus adjutor meus, et protector meus : * in ipso spe ravit cor meum, et adjutus sum.

Et refloruit caro mea : * et ex voluntate mea confitebor ei.

Dominus fortitudo plebis suæ : * et protector salvatio num Christi sui est.

Salvum fac populum tuum Domine, ? et benedic heredi tatituæ:*etregeeos, et ex tolle illos usque in æternum.

Ana. Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem justificari.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum cla mavi:*vocemeaadDo minum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribula tionem meam ante ipsum pro nuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * et tu cognovisti se mitas meas.

In via hac, qua ambulabam,* absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam :* et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me :* quia confortati sunt su per me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Omnia quæcumque pe tieritis in oratione credentes, accipietis.

V. Tristis est anima mea.

F?. Usque ad mortem.

De libro Tobiæ.

Lectio j. Cap. 12.

BONA est oratio cum jejunio, et eleemosyna magis quam thesauros auri recondere : quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccata, et facit invenire mi sericordiam et vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum, et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscon dam a vobis occultum sermo nem. Quando orabas cum la crimis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et no cte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, neces se fuit ut tentatio probaret te.

R7, j. In omnibus gratias agi te :* Sine intermissione orate, y. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. — Sine intermissione orate.

De Epistola beati Jacobi Apostoli.

Lectio ij. Cap. 5.

ORATE pro invicem ut salve mini : multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis passi bilis : et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursum oravit : et cælum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum.

Fratres mei, si quis ex vobis, erraverit a veritate, et conver-1 terit quis eum : scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem pecca torum.

R7, ij. Cum stabitis ad oran dum, * Dimittite si quid habe tis adversus aliquem, f. Ut et Pater vester, qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. — Dimittite.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

I Lectio iij. Cap. 5.

CHRISTUS non semetipsum clarificavit ut pontifex fie ret : sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmo dum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secun dum ordinem Melchisedech. I Qui in diebus carnis suæ pre ces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido, et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et qui dem cum esset Filius Dei, di dicit ex iis, quæ passus est, obedientiam ret consummatus factus est omnibus obtempe rantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pon tifex juxta ordinem Melchise dech.

Efc. iij. Exaudivit Dominus de precationem meam : * Domi nus orationem meam susce pit. y. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. — Dominus orationem meam suscepit. Gloria. Dominus ora tionem meam suscepit.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 42.

JUDICA me Deus, et discerne J causam meam de gente non sancta, * ab homine fniq^ doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : * quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affli git me inimicus?

Emitte lucem tuam et veri tatem tuam : * ipsa me dedu xerunt, et adduxerunt in mon tem sanctum tuum, et in ta bernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: * ad Deum, qui lætificat juven tutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus : * quare tri stis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam ad huc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ana. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, et in angulis pla tearum stantes orare, ut vi deantur ab hominibus.

Psalmus 63.

EXAUDI Deus orationem meam cum deprecor: * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium, * a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas : ? intenderunt arcum rem amaram, * ut sa gittent in occultis immacula tum.

Subito sagittabunt eum, et non timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.



Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis vi debit eos ?

Scrutati sunt iniquitates : * defecerunt scrutantes scruti nio.

Accedet homo ad cor al tum : * et exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum : * et infir matæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos : * et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: * et facta ejus intellexe runt.

Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, * et lauda buntur omnes recti corde.

Ana. Tu autem cum orave ris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.

Psalmus 120.

LEVAVI oculos meos in mon tes, * unde veniet auxi lium mihi.

Auxilium meum a Domino,* qui fecit cælum et terram.

Non det in commotionem pe dem tuum : * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Domi nus protectio tua, * super ma num dexteram tuam.

Perdiemsolnon urette:* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo : * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ana. Factum est autem in illis diebus, exiit Jesus in mon tem orare, et erat pernoctans in oratione Dei.

y. Pater mi, si possibile est. Transeat a me calix iste.

Ex Tractatu sancti Cypriani Episcopi et Martyris.

(De Oratione Dominica.)

Lectio iv.

NEC verbis tantum, sed et factis Dominus orare nos docuit, ipse orans frequenter, et deprecans, et quid facere nos oporteret, exempli sui con testatione demonstrans, sicut scriptum est: Ipse autem fuit secedens in solitudinem, et adorans. Et iterum : Exivit in montem orare, et fuit per noctans in oratione Dei. Quod si ille orabat, qui sine peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare! Et si ille per totam noctem jugiter vigilans continuis precibus orabat, quanto nos magis in frequen tanda oratione debemus nocte vigilare! Orabat autem Domi nus, et rogabat non pro se : quid enim pro se innocens precaretur ? sed pro delictis nostris, sicut et ipse declarat, cum dicit ad Petrum : Ecce Satanas expetivit ut vos vexa ret quomodo triticum : ego autem rogavi pro te, ne defi ciat fides tua. Et postmodum pro omnibus Patrem depreca tur, dicens : Non pro his autem rogo solis, sed et pro illis, qui credituri sunt per verbum ipso rum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.

iv. Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum : *Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua. f. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. — Ego autem rogavi pro te.

Ex Commentariis sancti Anselmi Episcopi.

(In Epist. ad Hebræos, cap. 5.)

Lectio v.

SICUT verus Pontifex obtulit preces : nam in Evangelio sæpe legitur orasse, et maxime apud Lucam, qui Sacerdotis in eo descripsit personam. Sed et quidquid ipse egit in carne, preces et supplicationes fuerunt pro hominibus. Tota vita sua Patrem oravit de Resurrectione carnis suæ, ac de nostra salute, et instante jam Passione obtulit supplicationes, id est humillimas et instantissimas orationes cum summa devotione cordis et affectione, quando factus in agonia prolixius orabat, et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et has preces supplicationesque obtulit, id est obviam tulit Patri per exauditionem sibi obvianti. Obtulit eas ad eum, qui posset illum a morte salvum facere, id est resuscitare : ad eum, quem scivit esse sufficientem ut salvaret eum, id est immortalem et impassibilem faceret eripiendo a morte, ut nec anima remaneret in inferno, nec caro putresceret in sepulcro.

v. Oratio humiliantis se nubes penetrabit : * Et donec propinquet, non consolabitur, y. Et non discedet donec Altissimus aspiciat. — Et donec propinquet.

Lectio vj.

ET obtulit has cum clamore valido, id est cum intentione piæ devotionis vehementissima et efficacissima, ut quando prolixius orabat, et etiam cum lacrimis; quia in illa prolixa oratione credendus est lacrimas effudisse, cum et guttæ sanguinis pro sudore decurrerent ab ejus corpore:et exauditus est, quia quod quæsierat accepit in Resurrectione. Exauditus est, id est extra numerum aliorum omnium auditus est, quoniam super omnem creaturam, post laboris sui militiam, a Patre sublimatus est : et hoc pro sui reverentia, id est secundum hoc, quod ipse, sicut Dei Filius, dignus est reverentia et veneratione. Vel pro sua reverentia in Deum, id est propter quod ipse super omnia Patrem reveritus est et honoravit Sive pro sua reverentia, id est sicut sua religio meruit Sanguinis quoque ejus effusio potest intelligi clamor validus, in quo exauditus est pro reverentia ejusdem Passionis. Reverentia est, quod sine peccato passus est sola caritate.

vj. Fiant aures tuæ auscultantes, et oculi tui aperti, * Ut audias orationem servi tui. f. Quam ego oro coram te hodie nocte ac die. — Ut audias orationem servi tui. Gloria. Ut audias orationem servi tui.



IN III. NOCTURNO.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me ; * exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Ana. Tribulatio, et angustia invenerunt me : mandata tua meditatio mea est.

Psalmus 12.

USQUEQUO Domine oblivisceris me in finem? * Usquequo avertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * respice, et exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte : * nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exsultabunt si motus fuero : * ego autem in misericordia tua speravi.

Exsultabit cor meum in salutari tuo : ? cantabo Domino qui bona tribuit mihi : * et psallam nomini Domini altissimi.

Ana. Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit : et qui consolaretur, et non inveni.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ :* in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, ? quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, * et veritatem tuam in perdi tione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et ju stitia tua in terra oblivionis ?

Et ego ad te Domine cla mavi : * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis ora tionem meam : * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in labo ribus a juventute mea :* exal tatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdede runt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Adhæsit pavimento anima mea : vivifica me secun dum verbum tuum.

)T. Vigilate, et orate. R. Ut non intretis in tentationem.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 22.

IN illo tempore : Egressus Jesus ibat secundum con suetudinem in montem Oliva rum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(L. io. Comm. in Lue. cap. 22.)

TRANSFER a me calicem istum. Quasi homo mor tem recusans, quasi Deus sen tentiam suam servans. Opor tet enim mori nos sæculo, ut resurgamus Deo : ut juxta di vinam sententiam lex male dictionis, resoluta in terræ limum, naturæ fine solvatur Quod autem ait, Non mea voluntas, sed tua fiat : suam ad hominem retulit, Patris ad Divinitatem. Voluntas enim hominis, temporalis : volun tas Divinitatis, æterna. Non alia voluntas Patris, alia Filii. Una enim voluntas, ubi una Divinitas. Disce tamen Deo esse subjectus, ut non quod ipse vis eligas, sed quod Deo scias esse placiturum.

vij. Veni in altitudinem maris, * Et tempestas demersit me. f*. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. — Et tempestas demersit me.

Lectio viij.

DEINDE verborum ipsorum proprietatem considere mus. Tristis est, inquit, anima mea. Et alibi : Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, Divinitas libera. Denique : Spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis au tem est, non ipse, sed anima. Non est tristis sapientia, non divina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. Non me fefellit, ut aliud esset, et aliud videretur. Tristis videbatur, et tristis erat, non pro sua Pas sione, sed pro nostra disper sione.

K. viij. Intret in conspectu tuo oratio mea : * Inclina au rem tuam ad precem meam. f . Quia repleta est malis ani



ma mea, et vita mea inferno appropinquavit. — Inclina au rem tuam ad precem meam.

Lectio ix.

DENIQUE ait : Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Tristis erat, quia nos parvulos relinquebat. Ce terum, quam constanter se morti obtulerit, consequentia declarant : quandoquidem quærentibus occurrit, turbatos confirmavit, trepidos provoca vit, proditorem osculi dignatio ne suscepit. Nec illud distat a vero, si tristis erat pro perse cutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegii pœnas da turos. Et ideo dixit: Transfer hunc calicem a me. Non quia Deus, Dei Filius, mortem ti mebat : sed quia nec malos pro se perire volebat.

R. ix. In monte Oliveti ora vit ad Patrem : Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: * Fiat voluntas tua. Jf. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. — Fiat voluntas tua. Glo ria. Fiat voluntas tua.

Ante Laudes Christus fa ctus in agonia. Prolixius orabat.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Venit Jesus cum discipulis suis in villam, quæ dicitur Gethsemani, et dixit illis : Se dete hic, donec vadam illuc et orem. Psalmus Dominus re gnavit. cum ceteris, pag. 17«,

2. Et assumpto Petro et duo bus filiis Zebedæi, cœpit con tristari et mæstus esse.

Tunc ait illis : Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate me cum.

4. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, et dicens : Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste.

5. Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Capitulum. Matth. 26.

VENIT Jesus ad discipulos suos, et invenit eos dor mientes, et dicit Petro : Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem.

Hymnus.

VENIT e cælo Mediator alti, Quem sacri dudum ceci nere vates :
Parce mærori lacrimisque amaris,
Filia Sion.

ATTULIT mortem vetus hor tus, unde
Culpa prodivit : novus iste vi tam
Hortus en affert, ubi nocte Jesus
Permanet orans.

VINDICEM placat Genitoris iram :
Reprimit forti jacienda dextra
Fulmina : occurrit sceleri ex piando
Sponte Redemptor.

Sic teret duros laqueos Averni,
Et diu clausam reserabit au lam :
Nos ad æterna revocans beati
Gaudia regni.

LAUS, honor Patri, genitæ que Proli,
Cui datum nomen super omne nomen,
Et Paracleto decus atque virtus
Omne per ævum. Amen.

y. Doce nos orare. K?. Sic ergo vos orabitis.

Ad Benedictus Ana. Factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui in horto verbo et exemplo nos orare docuisti ad tentationum pericula superanda : concede propitius ut nos, orationi semper intenti, ejus copiosum fructum consequi mereamur. Qui vivis.

AD TERTIAM.

Capitulum. Matth. 26.

VENIT Jesus ad discipulos suos, et invenit eos dormientes, et dicit Petro : sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, et orate ut non intretis in tentationem.

Tristis est * Anima mea. Tristis est. y.Usque ad mortem. Anima mea. Gloria. Tristis est.

f. Pater mi, si possibile est, ^ Transeat a me calix iste.

AD SEXTAM.

Capitulum. Luc. 21.

VIGILATE itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, et stare ante Filium hominis.

Pater mi, * Si possibile est. Pater mi. y. Transeat a me calix iste. Si possibile est. Gloria. Pater mi.

T. Vigilate et orate. R. Ut non intretis in tentationem.

AD NONAM.

Capitulum. Matth. 5.

ORATE pro persequentibus et calumniantibus vos : ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est.

Rz. Vigilate, * Et orate. Vigilate. f. Ut non intretis in tentationem. Et orate. Gloria. Vigilate.

Factus est sudor ejus. Sicut guttæ sanguinis.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, X misericors et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.



Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo

[s]Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas, et judicium. ^

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus: * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus: * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, X disponet sermones suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, X confirmatum est ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

. Inspersit, dedit pauperibus: ? Justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, X dentibus suis fremet et tabescet: * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam:* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et fi lius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Antiphona super Psalmos, Capitulum et Hymnus ut in j. Vesperis, pag. 581.

J2P. Factus est sudor ejus. Rz. Sicut guttæ sanguinis.

Ad Magnificat Aha. Ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui in horto verbo et exemplo nos orare docuisti ad tentatio num'pericula superanda : con cede propitius ut nos, orationi semper intenti, ejus copiosum fructum consequi mereamur. Qui vivis.

FERIA III. POST DOM. SEXAG.

IN COMMEMOR. PASSIONIS D. N. JESU CHRISTI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Calicem salutaris accipiam : et nomen Domini invocabo. Psalmus Credidi, cum ceteris ut in se cundis Vesperis, pag. 604.

Capitulum. Philipp. 2.

FRATRES, HOC enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit for mam servi accipiens, in simili tudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Hu miliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis.

fy Vinea mea electa, ego te plantavi, dicit Dominus : et tu facta es mihi nimis amara, * Quia parasti crucem Salva tori tuo. y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo con tristavi te? responde mihi. — Quia. Gloria. Quia.

Hymnus.

MÆRENTES oculi spargite lacrimas;
Et luctu resonent intima cor dium :
Illatas refero Numini ab impiis
Pœnas et fera vulnera.

ACCINCTA heu! gladiis tur ba satellitum
Arreptum Dominum fustibus impetit :
Nunc cædit colaphis, nunc quatit horridis
Divinum caput ictibus.

HAUD finis sceleri : traditur improbo
Christus carnifici; nec mora, barbarus
In Regem superum non ti met impio
Ausu vertere dexteram.

AUDITE O populi : Numen amabile,
Manante ex humeris undique sanguine,
Lictoris rabidi sustinet impe tum,
Et vocem premit innocens.

QUIS non illacrimet? Jam nova condidit
Tormenta indomitæ gentis iniquitas :
Infigit cerebro, proh dolor! efferis
Sertum vepribus asperum.



HEU crimen ! trahitur funi bus improbis
Funesti Dominus supplicii ad locum :
Illic oppetiit funere, spiritum
Patri restituens suo.

PASSO pro miseris tam fera vulnera
In terris resonet debita gloria;
Sacrumque assidue nomen in æthera
Humanum genus efferat. Amen.

f. Oblatus est, quia ipse vo luit. ^z. Et livore ejus sanati sumus.

Ad Magnificat Ana. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est do lor sicut dolor meus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui, humano generi ad imitandum humilitatis ex emplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem sub ire fecisti : concede propi tius ut sicut solemnem com memorationem Passionis ejus celebramus, ita et patientiæ ipsius habere documenta, et resurrectionis consortia merea mur. Per eumdem.

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

In fine Hymni, omissa Stro pha Præsta Pater omnipotens., dicatur:

SIT laus Patri ac Paraclito
Natoque Patris unico,
Nostræ dedit qui prodigus
Pretium salutis sanguinem. Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Re gem crucifixum * Venite ad oremus.

Hymnus.

ASPICE, infami Deus ipse ligno
Pendet, effuso madidus cruore:
Aspice, immiti manus alma clavo
Finditur alte.

HUNC, velut pravi sceleris ministrum,
Inter indignos medium latro nes
Cerne : crudelis fuit ista gentis
Dira voluntas.

PALLET, heu ! vultus; caput ecce lassum
Flectitur : clausis oculis, Red emptor
Spiritum sacro meritis onu stum
Fundit ab ore.

O COR, aes durum superas, gemendo
Ni scelus tergas : tua culpa Christum
Stipiti affixit : tua culpa morti
Subdidit atræ.

SIT Deo æternum decus omne in ævum,
Qui pius nostri generis Red emptor,
Criminis labem miseris nocen tem
Sanguine tersit. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eo rum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsanna bit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo contur babit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, *et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confrin ges eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis ter ram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus,* et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Ana. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me ? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exal tans caput meum.

Voce mea ad Dominum cla mavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Do minus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti om nes adversantes mihi sine cau sa : * dentes peccatorum con trivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Ana. Multiplicati sunt qui tribulant me : multi insurgunt adversum me.

Psalmus 21.

DEUS Deus meus respice in me : quare me dereliqui sti? * longe a salute mea ver ba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habi tas, * laus Israel.

In te speraverunt patres no stri : * speraverunt, et libera sti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium ho minum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deri serunt me :* locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxi sti me de ventre : * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex ute ro de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne disces seris a me:

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adjuvet.



Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obse derunt me.

Aperuei unt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tam quam cera liquescens* in me dio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, ? et lingua mea adhæsit faucibus meis : * et in pulve rem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi : * concilium ma lignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pe des meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : * diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sor tem.

Tu autem Domine ne elonga veris auxilium tuum a me : * ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam : * et de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis : * et a cornibus unicornium humili tatem meam.

Narrabo nomen tuum fratri bus meis : * in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum lau date eum : * universum semen Jacob glorificate eum :

Timeat eum omne semen Israel: * quoniam non spre Jrt, neque despexit depreca tionem pauperis :

Nec avertit faciem suam a me: * et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, et satura buntur : * et laudabunt Domi num qui requirunt eum : * vivent corda eorum in sæcu lum sæculi.

Reminiscentur et converten tur ad Dominum * universi fines terræ :

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familiæ gen tium.

Quoniam Domini est re gnum : * et ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt et adorave runt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent om nes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino ge neratio ventura : * et annun tiabunt cæli justitiam ejus po pulo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Ana. Diviserunt sibi vesti menta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

y. Oblatus est, quia ipse vo luit. Et livore ejus sanati sumus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 5.

COMMENDAT charitatem suam Deus in nobis : quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus,Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sangui ne ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimi ci essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus :

multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem : sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum JesumChristum,perquemnunc reconciliationem accepimus. Si enim unius delicto mors regnavit per unum : multo magis abundantiam gratiæ, et donationis, et justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

R. j. Vinea mea electa, ego te plantavi, dicit Dominus, et tu facta es mihi nimis amara : *Quia parasti crucem Salvatori tuo. y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. — Quia parasti crucem Salvatori tuo.

Lectio ij.

IGITUR, sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem : sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi : ita et per unius obeditionem, justi constituentur multi. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia : ut sicut regnavit peccatum in mortem : ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

K?, ij. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaone in Mare rubrum, et ante te præivi in columna nubis : * Et tu me tradidisti Principibus sacerdotum, et me duxisti ad prætorium Pilati, f. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et tu me tradidisti.

Lectio iij. Cap. 6.

QUID ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc vivemus in illo? An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus ? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem : ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus : simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, et ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo : credimus quia simul etiam vivemus cum Christo.

1>Z. iij. Ego propter te flagellavi Ægyptum cum primogenitis suis : * Et tu me flagellatum tradidisti, Qui tamquam agnus coram tondente se obmutui, et non aperui os meum. f. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te ? responde mihi. — Et tu me flagellatum tradidisti. Gloria. Qui tamquam agnus.

IN II. NOCTURNO.
Psalmus 40.

BEATUS qui intelligit super egenum, et pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.



Dominus conservet eum, et vivificet eum, ? et beatum faciat eum in terra: * et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus : * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserere mei:* sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei : * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me :* Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi : * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me : * et retribuam eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me : * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti :*et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum: *fiat,fiat.

Ana. Inimici mei dixerunt mala mihi : Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac: * et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est:

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Ana. Alieni insurrexerunt in me, et fortes quæsierunt animam meam.

Psalmus 55.

MISERERE mei Deus, quoniam conculcavit me homo : * tota die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die :* quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diei timebo : * ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi : * non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea exsecrabantur : * adversum me omnes cogitationes eorum, in malum.

Inhabitabunt et abscondent : * ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt animam' meam, ? pro nihilo salvos fa cies illos :*in ira populos con fringes.

Deus, vitam meam annun tiavi tibi : * posuisti lacrimas meas in conspectu tuo,

Sicut et in promissione tua: * tunc convertentur inimici mei retrorsum :

In quacumque die invoca vero te : * ecce cognovi quo niam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, ? in Domino laudabo sermo nem : * in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, * quæ reddam, laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu : * ut placeam coram Deo in lumine viven tium.

Ana. Conculcaverunt me ini mici mei tota die : adversum me omnes cogitationes eorum, in malum.

T. Proprio Filio suo non pe percit Deus. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Serm. 41. Domin. in Palm. de Passione Domini.)
Lectio iv.

ADMONET nos, fratres caris simi, ad solemnitatem Do minicæ Passionis dies ipse, in quo eam nec muta elementa tacuerunt. Celebret eam lux fidei linguis hominum, quam conclamaverunt etiam silentia tenebrarum. Hodie Dominus noster in statera crucis pretium nostræ salutis appendit, et una morte universum mundum, sicut omnium Conditor, ita omnium Reparator absolvit. Indubitanter enim credamus quod totum mundum redemit qui plus dedit quam totus mundus valeret. Meritum enim redemptæ mercedis dignitas insignis pretii supergressa est. Inter redemptum et redimen tem dispensatio fuit, compen satio non fuit Qui ergo non habebat peccata propria, di gne delevit aliena. Solus hic pia victima pro omnibus ceci dit, ut omnes levaret : et quia debitum solus non habuit, re cte fenus misericordiæ pro de bitoribus erogavit.

^Z. iv. Ego propter te Chana neorum reges percussi, et dedi tibi sceptrum regale : * Et tu dedisti capiti meo spi neam coronam, et percussisti arundine caput meum. y. Po pule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. — Et tu.

Lectio v.

PERPENDE inter hæc, qui ta lem pro nobis dedit pecu niam, qualem a nobis sit exa cturus usuram. In hac itaque die fides propheticæ annuntia tionis impleta est, ita dicen tis : Corpus meum dedi percu tientibus, et genas meas vel lentibus : faciem meam non averti a fœditate sputorum. Suscepit mala nostra, ut tri bueret bona sua. Eline intelli gamus quantum hominem di ligere dignatus sit ante cul pam, quem sic diligit post ruinam. Agnosce homo quan tum valeas, et quantum de beas : et dum tantam redem ptionis tuæ perspicis dignita teffl ipse tibi indicito peccandi pudorem. Ecce pro impio pie tas flagellatur, pro stulto sa pientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur ju stitia pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli, pro mi sero repletur sinceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, addi citur innocentia pro reo, mo ritur vita pro mortuo.

v. Ego duxi te per deser tum quadraginta annis, et mannacibavite:*Ettume cecidisti alapis et flagellis. f. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te ? re sponde mihi. — Et tu me ce cidisti alapis et flagellis.

Lectio vj.

EXPAVIT scelus hominum natura rerum, et quem creatura rebellis non agnoscit, eum mundi Dominum tre mens terra testatur, et cæli Regem sol fugiens confitetur. Chlamyde coccinea induitur, quia sanguine Martyrum suo rum Ecclesiæ corpus ornatur. Corona spinea capiti ejus im ponitur, quia punctio pecca torum nostrorum, quorum re missione Redemptoris gloria struitur, aridis tribulis compa ratur. Studeamus nunc e di verso, ut membrorum vita ca pitis sit corona. Quod vero sitire se in cruce positus dicit, fidem incredulæ gentis concu piscit : sed e contra acetum malitiæ porrigunt, quia vinum sapientiæ, quod a Deo acce perant, peccando corruperant. Velum templi scinditur, quia Synagoga honore nudatur, observatio antiqua dissolvitur, Ecclesiæ unitas præmonstra tur. Monumenta aperiuntur, quia mortis jura jure supe rantur.

vj. Ego exaltavi te magna virtute : * Et tu me suspendi sti in patibulo crucis, In qua expandi manus meas ad popu lum non credentem, et contra dicentem. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo con tristavi te? responde mihi. — Et tu me suspendisti. Gloria. In qua expandi manus meas.

IN HI. NOCTURNO.
Psalmus 56.

MISERERE mei Deus, mise rere mei : * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, * donec transeat ini quitas.

Clamabo ad Deum altissi mum : * Deum qui benefecit mihi.

Misit de cælo, et liberavit me : * dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, et veritatem suam, ? et eripuit animam meam de me dio catulorum leonum : * dor mivi conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ : * et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos Deus :* et in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedi bus meis : * et incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foveam : * et inciderunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: * cantabo, et psalmum dicam.

Exsurge gloria mea, X exsurge psalterium et cithara : * exsurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine : * et psalmum dicam tibi in gentibus :

Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua,* et usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos Deus :_* et super omnem terram gloria tua.

Aha. Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ : et lingua eorum gladius acutus.

Psalmus 63.

EXAUDI Deus orationem meam cum deprecor : * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium, * a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas : ? intenderunt arcum rem amaram, * ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, et non timebunt: * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates:* defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum : * et exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum : * et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos : * et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei : * et facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, * et laudabuntur omnes recti corde.

Ana. Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ : * in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, ? quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar :* oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam,* et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et I justitia tua in terra oblivionis?



Et ego ad te Domine clamavi : * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam : * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

f. Factus est obediens usque ad mortem, ^z. Mortem autem crucis.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit : Sitio. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. 84. in cap. 19. Joannis, ante medium.)

COIENS Jesus omnia consummata, ait: Sitio: etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem astantium pravitatem intellige : nam licet innumeros habeamus inimicos, qui "os gravissime persecuti sunt, cum tamen interimi eos videas, flectimur misericordia. TM vero nil moti, magis efferantur, et irrident, acetumque in spongia porrigunt, ut bibat tamquam reus. Nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides quam non perturbate, et quam potenter omnia transigentem. Quod et prosequens ostendit: Cum enim omnia consummata essent, inclinato capite, quod affixum non erat, tradidit spiritum, hoc est exspiravit.

vij. Ego te potavi aqua salutis de petra : * Et tu me potasti felle et aceto. y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. — Et tu me potasti felle et aceto.

Lectio viij.

ATQUI non post inclinatum caput exspiratur, sed post exspirationem caput inclinatur. Hic autem contra accidit: per quod ostendit eum Evangelista esse omnium Dominum. Judæi autem camelum devorantes, et culicem excolantes, tantum nefas ausi, de die consultant : Quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura. Vides quanti sit veritas. Per ea, quæ illi faciunt, prophetia impletur : alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, et aliorum fregerunt crura, non Christi: sed ad Judæorum gratiam conciliandam, latus ejus lancea aperuerunt, et mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem, ac scelestissimam !

Rz. viij. Ego ante te aperui mare : * Et tu aperuisti lancea latus Salvatori tuo, qui redemit mundum in sanguine suo.

f. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te ? responde mihi — Et tu aperui sti lancea.

Lectio ix.

NOLI tamen perturbari di lectissime : quæ enim malo illi animo patrarunt, ve ritati consentiebant. Prophetia hinc impleta est, inquiens : Videbunt in quem transfixe runt. Neque hoc tantum, sed non credituris fuit fidei argu mentum, ut Thomæ, et qui cum eo erant. Ad hæc et arca num mysterium consumma tum est : exivit enim sanguis et aqua. Non casu et simplici ter hi fontes scaturierunt : sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sciunt hoc ini tiati : per aquam enim regene rati, sanguine et carne nutriti sunt. Hinc mysteria ortum ha bent; ut quoties ad admiran dum calicem accedis, tamquam ab ipso latere hauriens acce das.

ix. Ego plantavi te vi neam meam electam : et tu conversa es in amaritudinem, * Ut me crucifigeres, et Bar abbam dimitteres, y. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. — Ut me crucifigeres. Gloria. Ut me crucifigeres.

Ante Laudes Y. Miserere no stri Jesu benigne. Qui pas sus es clementer pro nobis.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Fui flagellatus tota die, et castigatio mea in matutinis. Psalmus Dominus regnavit cum ceteris, pag. 17.

2.Veni ad montem myrrhæ et ad collem thuris : tamquam agnus ad occisionem ductus obmutui, et non aperui os meum.

3. Foderunt manus meas et pedes meos : dinumeraverunt omnia ossa mea.

4. Consolantem me quæsivi, et non inveni : dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.

5. Cum accepisset Jesus ace tum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite emisit spi ritum.

Capitulum. Philipp. 2.

FRATRES, HOC enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivitformam servi accipiens, in similitudi nem hominum factus, et ha bitu inventus ut homo. Humi liavit semetipsum factus obe diens usque ad mortem, mor tem autem crucis.

Hymnus.

SÆVO dolorum turbine
Jactatur, atris obrutus
Pœnis, acerba sustinens
Redemptor affixus cruci.

PEDES manusque horribili
Clavi cruentant vulnere :
Cor, vultus, artus, pectora
Sacro redundant sanguine. ^

FLET, orat, et clamans obit;
Cor Matris ictum concidit:
Heu Mater ! heu Fili! dolor
Ingrata frangat pectora.

MONTES, sepulcra, saxaque
Scinduntur; arva, flumina,
Rupes et æquor contremunt,
Templique velum scinditur.



SOL, luna, cælum, sidera
plangunt, et orbis ingemit:
O vos viri, vos parvuli,
Nuptæ, puellæ plangite.

ASTATE mærentes cruci,
Pedes beatos ungite,
Lavate fletu, tergite
Comis, et ore lambite,

Tu caritatis victima,
Ut nostra tollas crimina,
Nobis salubri perficis
Adoptionem sanguine.

NOSTRA ergo pax et gau dium
Sis, vita, Jesu, et præmium :
Sis ductor et lux in via,
Merces, corona in patria.
Amen.

f. Ipse vulneratus est pro pter iniquitates nostras. Et attritus est propter scelera nostra.

Ad Benedictus Ana.Ad Jesum autem cum venissent, ut vi derunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura : sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit san guis et aqua. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis ex emplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, et crucem sub ire fecisti : concede propitius ut, sicut solemnem commemo rationem Passionis ejus cele bramus, ita et patientiæ ipsius habere documenta, et resur rectionis consortia mereamur. Per eumdem.

AD PRIMAM

In fine Hymni, omissa Stro pha Deo Patri sit gloria., di catur sequens:

SIT laus Patri ac Paraclito
Natoque Patris unico,
Nostræ dedit qui prodigus
Pretium salutis sanguinem.
Amen.

T Præcedens Stropha dicatur etiam in fine Hymnorum ad Tertiam, Sextam et Nonam.

Jesu Christe. Qui pro nobis pati dignatus es.

AD TERTIAM.

Capitulum Fratres, Hoc enim sentite in vobis., ut in Laudibus.

Oblatus est, * Quia ipse voluit. Oblatus est. f. Et li vore ejus sanati sumus. Quia. Gloria. Oblatus est.

Proprio Filio suo non pe percit Deus. 1$?. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

AD SEXTAM.

Capitulum. Zach. 13.

QUID sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

Proprio Filio suo * Non pepercit Deus. Proprio. ^.Sed pro nobis omnibus tradidit il lum. Non pepercit Deus. Glo ria. Proprio.

f. Factus est obediens usque ad mortem. Mortem autem crucis.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 53:

GENERATIONEM ejus quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium:propter scelus populi mei percussi eum.

Factus est obediens * Usque ad mortem. Factus est. J. Mortem autem crucis. Usque. Gloria. Factus est.

y. Ipse vulneratus est pro pter iniquitates nostras. I^z. Et attritus est propter scelera nostra.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam:* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi : * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : * habitavi cum habitantibus Cedar : multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus :*cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 139.

ERIPE me Domine ab homine malo : * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * tota die constituebant prœlia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis :* venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris : * et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi :

Et funes extenderunt in laqueum : * juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu : * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salutis meæ : * obumbrasti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Domine a desiderio meo peccatori : * cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum Elabor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, % in ignem dejicies eos : * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra : * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : * et vindictam pauperum.

Verumtamen! justi confitebuntur nomini tuo : * et habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus 140.

DOMINE clamavi ad te, exaudi me : * intende voci meæ, cum clamavero ad te.



Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum,

pone Domine custodiam ori meo : * et ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * et non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia et increpabit me : * oleum autem peccatoris non | impinguet caput meum.

I Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum : * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum : ? quia ad te Domine, Domine oculi mei: * in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi : * et a scan I dalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores : * singulariter sum ego donec transeam.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum clamavi : * voce mea ad Dominum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * et tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam : * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me,* et nonest qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me : * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.

Capitulum. Philipp. 2.

FRATRES, HOC enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Hymnus.

MÆRENTES, oculi spargite lacrymas,
Et luctu resonent intima cordium :
Illatas refero Numini ab impiis
Pœnas et fera vulnera.

ACCINCTA heu! gladiis turba satellitum

Arreptum Dominum fustibus
impetit :
Nunc cædit colaphis, nunc
quatit horridis
Divinum caput ictibus.

HAUD finis sceleri : traditur
improbo
Christus carnifici; nec mora,
barbarus
In Regem superum non timet
impio
Ausu vertere dexteram.

AUDITE O populi : Numen
amabile,
Manante ex humeris undique
sanguine,
Lictoris rabidi sustinet impe
tum,
Et vocem premit innocens.

Quis non illacrimet? Jam
nova condidit
Tormenta indomitæ gentis
iniquitas :
Infigit cerebro, proh dolor !
efferis
Sertum vepribus asperum.

HEU crimen! trahitur funi
bus improbis
Funesti Dominus supplicii ad
locum :
Illic oppetiit funere, spiritum
Patri restituens suo.

PASSO pro miseris tam fera
vulnera
In terris resonet debita gloria;
Sacrumque assidue nomen in
æthera
Humanum genus efferat.
Amen.

y. Oblatus est, quia ipse vo
luit. Et livore ejus sanati su
mus.

Ad Magnificat Aha. Depo
nens Joseph corpus Jesu in
volvit sindone, et posuit eum
in monumento exciso. Fuit
planctus magnus in illa die.
Mulieres autem sedentes con
tra sepulcrum dolebant, sicut
doleri solet in morte primo
geniti.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne
Deus, qui humano generi
ad imitandum humilitatis ex
emplum, Salvatorem nostrum
carnem sumere, et crucem sub
ire fecisti : concede propitius
ut, sicut solemnem comme
morationem Passionis ejus ce
lebramus, ita et patientiæ
ipsius habere documenta, et
resurrectionis consortia merea
mur. Per eumdem.

FERIA QUINTA
POST DOM. SEXAGESIMÆ.

IN TRANSLATIONE
S. CATHARINÆ SENENSIS
VIRG. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Immor
tali laude Catharina Virgo
Senensis est efferenda : quan
doquidem suæ sanctitatis
præstantia universo generi
humano innotuit. Psalmus
Laudate pueri, cum ceteris,
pag. 145

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a
juventute mea, et quæ
sivi sponsam mihi eam assu
mere, et amator factus sum
formæ illius, dicit Dominus
omnipotens.

EVitam Catharinæ inno
centissimam miracula illa no
tissimam efficiunt, * Quæ vi
vens atque vita functa liquido
ostendit, f. Curavit ægrotos,
vitam mortuis restituit, et id
genus multa fecit. — Quæ vi
vens. Gloria. Quæ vivens.



Hymnus,

R TÆC tuæ Virgo monumenta
fi laudis,
Quæ tuis læti Catharina sacris
Hoc quidem pacto modulamur
omnes,
Perfer Olympo.

Si satis digne nequeant re
ferri,
Annuas nobis veniam, preca
mur :
Non sumus tanti ingenii, fate
mur,
Optima Virgo.

Quis fuit dignas modulatus
unquam
Virginis laudes? Quis in orbe
toto
Feminæ invictæ peritura nun
quam
Carmina pandet?

PRÆDITA exemplis Cama
rina claris,
Moribus præstans, sapiens
abunde,
Temperans, fortis, pia, justa,
prudens,
Æthera scandis.

QUEM latet virtus facinus
que clarum,
Quo nequit dici sanctius per
orbem ?
Vulnerum formam miserata
Christi
Exprimis ipsa.

NAM brevis, mæstæ miseræ
que vitæ
Et malis cunctis penitus re
f fertæ
Fortiter spernens pretiosa
quæque
Sidera adisti.

GRATIAS summas habeamus
omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur,
et sit
Laus tamen una. Amen.

y. Ora pro nobis beata Ca
marina. R\ Ut digni efficia
mur promissi6nibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Virginis
Catharinæ hæc dies est dicata
sacris, ut nunquam tantæ san
ctitatis præstantia mortalium
memoria excidere queat, et
cunctis celeberrima perpetuo
fiat.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharf
næ, virginitatis et patien
tiæ speciali privilegio decora
tæ, malignantium spirituum
certamina vincere, et in amore
tui nominis inconcusse perma
nere tribuisti : concede, quæ
stuus, ut ejus imitatione, cal
cata mundi nequitia et omnium
hostium superatis insidiis, ad
tuam secure gloriam transea
mus. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Re
gem regum supplices adore
mus : * Qui immortali gloria
Virginem Senensem dotavit
Catharinam.

Hymnus.

LAUDIBUS Virgo nimis effe
rendis
Jure censeris, quoniam trium
phos
Ipsa cælorum, probitate mira,
Nacta refulges.

PRÆMIUM sanctæ tamen
ipsa vitæ
Et simul munus probitatis al
mæ
Accipis cælo, cumulata cunctis
Denique rebus.

Tu gravem, sacris meritis
refertum,
Orbis exemplar,pietate plenum
Prædicatorum venerata Pa
trem,
Ordine fulges.

NULLA jam rerum placuit voluptas,
NuUusornatus,nitorecce nullus
Corporis, semper fugiens ini quæ
Carmina vitæ.

SÆPIUS corpus domitans acerbe,
Quam pie flagris cruor hinc et inde
Fluxerat rivis, hominumque demum
Crimina flebas!

Qui per ingentes variosque casus
Orbe terrarum cruciantur om nes,
Quotque vel curis agitantur ipsi
Undique diris.

SUPPETENT nobis totidem canenda,
Si tuæ laudes repetantur om nes :
Tu quidem longe pietate cun ctis
Inclyta præstas.

GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Aha Admirabilem Dei nostri clementiam contemplari maxi ma Catharinæ constantia nos semper efficiet. Psalmi de Com muni unius Virginis, pag.88*. et sequentibus.

Aha. Misericordia summa erga egenos atque ægrotos summopere affecta, ipsorum ærumnas deflere hæc Virgo solebat.

Aha. Christianos quidem tan ta caritate prosequebatur, ut eorum amore incensa diu no ctuque flagraret.

W. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De Canticis canticorum.

Lectio j. Cap. 7.

QUAM pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Quam pulchra es, et quam decora carissima, in de liciis! Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris. Dixi : Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus; et erunt ubera tua sicut botri vineæ : et odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vi num optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminan dum. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. Veni dile cte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala Punica : ibi dabo tibi ubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris om nia poma : nova et vetera, di lecte mi, servavi tibi.

j. Camarina Virgo Jesu Christo virginitatem perpe tuam dicavit : * Cujus sponsa sanctissima illico effecta est. f. Mariam autem Virginem adhuc puella exoravit ut Filii sui ancilla fieret. — Cujus sponsa sanctissima illico effe cta est.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio ij. Cap. 8.

DILIGENTIBUS Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos au tem prædestinavit, hos et vo cavit : et quos vocavit, hos et justificavit : quos autem justificavit, illos et glorifica vit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis ergo nos se parabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an peri culum? an persecutio? an gla dius? Sed in his omnibus su peramus propter eum, qui di lexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque princi patus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, ne que profundum, neque crea tura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro,

ty. ij. Virtutis ac æternum probitatis munus Catharina sectata, ea quæ corpori mor tali viderentur ornatui, * Om nesque mundi fastus abegit. f. Christo namque Deo no stro se penitus dedit. — Om nesque.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio iij. Cap. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in cruce Domini no stri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et, ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præpu tium, sed nova creatura. Et •f quicumque hanc regulam se





cuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Is rael Dei. De cetero nemo mi hi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in cor pore meo porto. Gratia Do mini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

1$. iij. Summis est enim Vir go Catharina efferenda laudi bus : * Quoniam sanctissimum vivendi modum virginibus ostendit, y. Immortalem qui dem vitam cælo merito ade pta est. — Quoniam. Gloria. Quoniam.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Mirificam Virginis Ca tharinæ caritatem quis non admiretur, quæ nihil præter Christum amare potuit?

Ana. Vulnerum enim sui æterni Sponsi simulacra in cor pore suo ferre meruit.

Ana. Perpetuæ laudi hæc præmia Virgini sanctæ pro cul dubio erunt: fiet siquidem posteritati notior,

y. Specie tua et pulchritu dine tua. Intende, prospere procede, et regna.

Lectio iv.

VIRGINIS sanctissimæ Catharinæ Senensis de Pœ nitentia beati Dominici, quæ Romæ ad superos evolavit haud procul ab ecclesia san ctæ Mariæ super Minervam, corpus humili primum sepul cro in ejusdem cœmeterio conditum fuit. Sed cum ejus virtutum et prodigiorum fama longe lat^que dimanaret, et populorum frequentia in dies succresceret, illud beatus Ray mundusCapuanusOrdinisPræ dicatorum generalis Magister,

antea ipsi Virgini a confessionibus, in eamdem ecclesiam transferri et collocari fecit anno millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Deinde cum de illius sanctitate et cultus confirmatione apud Apostolicam Sedem ageretur, sanctus Antoninus Minervitani conventus præfectus, anno millesimo quadringentesimo trigesimo, ut ipse scribit, a priori loco ad sacellum beatæ Mariæ a Rosario nuncupatæ transtulit, atque ossa in sarcophago affabre exsculpto collocavit, donec a Pio Secundo, Virgine Sanctorum albo inserta, sub altari reposita fuere, ubi usque ad annum millesimum octingentesimum quinquagesimum quintum quieverunt.

K/, iv. Divinam hæc Virgo vitam semper degere visa est: * Et divinum denique consecuta est præmium, y. A corporis namque illecebris fortiter abhorruit. — Et divinum.

Lectio v.

INTEREA vero Catharinæ universam per Ecclesiam nomen, et sanctitatis fama et prodigiorum multitudine, ita mirifice percrebuit, ut a viris principibus, a piis asceteriis, atque a devotis civitatibus sacrarum exuviarum particulæ certatim exquiri, et thesauri loco haberi cœperint : ideoque ut eorum desideriis fieret satis, non semel sacrum monumentum reserari oportuit. In priori autem translatione beatus Raymundus virgineum caput, a corpore avulsum, Senas rogatu civium transmiserat, quod magna pompa ac lætitia exceptum, in ecclesia sancti Dominici colitur usque in hodiernum diem. Deinceps sæculo decimoquarto et decimoquinto læva, pes scapula, aliæque insignes reliquiæ vel ecclesiis Ordinis, vel asceteriis concessæ fuerunt, quibus beatæ Catharinæ cultus, Domino cooperante ac confirmante sequentibus signis, mirum in modum amplificatus est in populis : unde ejus ossa post mortem prophetasse, fidelium pietatem jure dixisse, historiæ testantur.

^Z. v. Felix ea Virgo est, quæ Jesu Christo Domino pro viribus obsequens, * Munera sibi præparat æterna. JF. Spretis autem humanæ vitæ mortalibus rebus.— Munera sibi præparat æterna.

Lectio vj.

QUI fidelium pietas erga seraphicæ Virginis, licet nunquam fuerit intermissus, novum tamen triumphum postulare videbatur. Quam ob rem Minervitano templo magnificentius instaurato,etin elegantioremformam redacto, ad aram maximam, tamquam ad nobiliorem sedem, sacrum pignus esse transferendum Patres censuerunt Die itaque quinta Augusti anni millesimi Quingentesimi quinquagesimi quinti, sacra lipsana e priori loco educta, ac de more recognita, per Urbem solemni supplicationis ritu, Fratrum Prædicatorum gestantibus humeris delata fuerunt. Præcedebant Mendicantium Ordines, et Canoni



corum collegia, necnon viri augustales almæ Urbis rectores : Episcopi ad latera incedebant, subsequentibus urbanis Præsulibus, Sororibus tertii Ordinis, ac mira populi Romani frequentia. Tandem sub ara principe, quam ipso sancti Patris nostri Dominici festo Pius Nonus Pontifex Maximus suis manibus consecraverat, reposita sunt die nona, postquam per triduum publicæ fidelium venerationi fuissent proposita. Cujus solemnioris Translationis idem Pontifex,ex sacræ Rituum Congregationis decreto, indulsit ut in Ordine Prædicator m quotannis sub ritu Toto Duplici memoria celebraretur, assignata Feria quinta post Dominicam Sexagesimæ, qua die antea fieri solebat sub ritu Duplici Commemoratio sanctæ Catharinæ Senensis, seu Desponsationis ejus, quoniam ea die Christo Virginum sponso seraphicam Virginem mystice desponsatam fuisse tradebatur, quemadmodum beatus Raymundus, sanctus Antoninus, aliique gravissimi testantur scriptores.

ty. vj. Præconia tuarum laudum, Catharina Virgo, tua pietate minora esse fatemur : ^Quoniam omnium virtutum genere prædita, humanas laudes exsuperas. Divinis enim ubique laudibus celebranda videris. — Quoniam. Gloria. Quoniam.

IN III. NOCTURNO.

Ana.Nulla unquam delebit oblivio beneficia, quæ sunt erga homines, Catharinæ.

Ana. Semper sancta hæc Virgo vixit: felix obiit: beata in cælo regnabit in æternum.

Ana. Æternum hæc Virgo assecuta est præmium :et cælestium rerum vere particeps effecta Christo fruitur.

y. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi. (In cap. 13. Matth.)

AUDISTIS fratres quemadmodum grano sinapis tota regni cælestis comparata est magnitudo. Quærens Christus in cælo et in terra, nihil invenit, nisi granum sinapis, in quo potentiam totam supernæ dominationis includat: et illud regnum singularitate potens, æternitate felix, divinitate fulgens, diffusum toto cælo, tota terra dilatatum, in grani sinapis coarctat et cogit angustias. Spes ista est credentium tota? Exspectatio ista est fidelium summa? Ista est felicitas virginum, longis continentiæ laboribus comparata? Fratres, non facile Dominicis moveamur in dictis. Nam si infirmum Dei fortius est hominibus, hoc minimum Dei tota magnitudine mundi magnificentius invenitur :

si modo hoc granum sinapis nos sic nostris seminemus in mentibus, ut intelligentiæ nobis magnam in arborem crescat.

vij. Nihil huic Virgini sa tius, nihilque dignius in rerum natura visum est, quam Jesu Christi præcepta, * Et vitam æternam omnibus persuadere. Dedit enim semper operam revocare perditos. —Et vitam æternam.

Lectio viij.

GRANUM ergo sinapis instar est regnum Dei: quod de su pernis affertur verbo, suscipi tur auditu, fide seritur, cre dulitate radicatur, spe crescit, confessione diffunditur, virtute tenditur et dilatatur in ramos, ad quos vocat aves cæli, id est spirituales sensus, atque in ipsis eas quieta suscipit mansione. Veniat hæreticus : veniat, quia redeuntibus Eccle siæ semper patescit ingressus. Veniat, audiat, et pietati Do minicæ jam desinat oblatrare. Si cælestis regni majestas om nis ad grani sinapis similitudi nem venit : quid queritur, quod Deus ad hominem, Do minus servi descendit ad for mam? Sic enim venit, ut tibi totum per fidem cresceret, cui jam totum defecerat per natu ram.

Eviij. Sapientia atque do ctrina hæc Virgo referta, co dices nonnullos condidit edi ditque : * Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, y. His illa humanas fragiles que res spernere suadet. — Ut veram.

Lectio ix.

SED attendite quia Christus est regnum cælorum, qui velut granum sinapis in hor tum virginei corporis missus orbe toto crucis in arborem crevit : ac tantum dedit fru ctus sui saporem, cum teritur Passione, ut quidquid est vi tale, suo saporaret et condiret attactu. Nam sicut in integri tate grani sinapis virtus habe tur occulta; apparet vero vir tus ejus vehementissime, si teratur : ita Christus corpore teri voluit, qui suam noluit la tere virtutem. Et nos, fratres, teramus istud granum sinapis, ut ejus vim in hac similitudine sentiamus. Teramus granum illud, ut ora nostra ferventia vivido fructu sui saporis suc cendat : et ita ignis ejus toto nobis ardeat et flammetur in pectore, atque nostræ igno rantiæ totum nobis auferat sua degustatione fastidium.

Ifc. ix. Vitam Catharinæ in nocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens, atque vita functa li quido ostendit. % Curavit ægrotos, vitam mortuis resti tuit, et id genus multa fecit.— Quæ vivens. Gloria. Quæ vi vens.

Ante Laudes y. Ora pro no bis beata Catharina. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Omnipotenti Virgo Cama rina Dei Filio solum 6bsequi atque servire constituit. Psal mus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Exsultabunda cæli munera contemplabatur, quæ cunctis rebus maxime præposuit.



n Divinis namque oblectata rebus, diu noctuque orationi bus atque vigiliis operam da bat.

4. Rerum omnium Conditori Camarina benedicebat, qui beatitudinis semitam mortali bus ostendit.

5. Laudavit Camarina sem per Dominum, et ab eo in ex celsis exaltata est.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius, dicit Dominus omnipo tens.

Hymnus.

JAM ferox miles tibi sæpe cessit,
Et duces iras posuere sævas :
Hi necem diram populo mi nati
Sæpe Senensi.

QUID! Quod et sacris stu diis frequenter
Viribus summis operam de disti,
Litteræ doctæ lepidæque cla ris
Urbibus exstant.

NITERIS verbis revocare la f.psos,
Niteris rectum suadere cun ctis :
Sic ais : Tantum probitas bea tos
Efficit omnes.

JURA tu sævæ tremebunda mortis
Fortiter temnens, nihil exti mescens,
Præmium nostræ vocitare vitæ
Sæpe solebas.

UNDE cum tempus propera ret ipsum,
Quo sacros artus cineresque busto
Linqueres, cælos aditura, flen tes
Ipsa docebas.

Sic sacrum Christi venerata Corpus,
Hostiam libans, lacrimis obor tis,
Dixeras cunctis documenta vitæ
Voce suprema.

GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una.
Amen.

Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Benedictus Ana. Maxima est Catharinæ Virginis Senen sis præstantia, quæ incolumi tatem languentibus et vitam mortuis restituere potuit.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharinæ, virginitatis et patientiæ, speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum cer tamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse per manere tribuisti : concede, quæsumus, ut ejus imitatione, calcata mundi nequitia et om nium hostium superatis insi diis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum Hanc amavi., ut in Laudibus.

T et ff. Horarum de Communi unius Virginis, pag. 96*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. 8.

DOMINUS omnium dilexit illam : doctrix est enim disciplinæ Dei, et electrix operum illius.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. II.

BREVIS in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Omnipotenti Virgo Catharina Dei Filio solum 6bsequi atque servire constituit. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Hanc amavi, et Hymnus Hæc tuæ Virgo, ut in j. Vesperis, pag. 605. et pag. 606.

y. Ora pro nobis beata Camarina. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. O Virgo maxima gloria præstans, cujus sacra stata orbis universus hodierna die celebrat, quam angeli cum laudibus efferunt, ac ceteri superni cives admirantur : age apud Deum, quo mentes nostræ semper divinis præceptisobtemperent,nosque virtutibus aliisque bonis augeat.

FERIA VI.

POST DOM. I. QUADRAGESIMÆ.

SS. LANCEÆ ET CLAVORUM D. N. JESU CHRISTI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. i. Joan. 5.

CARISSIMI : Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus : non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.

Unus militum lancea latus ejus aperuit, * Et continuo exivit sanguis, et aqua. f. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem. — Et continuo. Gloria. Et continuo.

Hymnus.

QUÆNAM lingua tibi o Lancea debitas
Grates pro merito est apta rependere?
Christi vivificum namque aperis latus,
Unde Ecclesia nascitur.

HÆC est Heva viri de latere exiens,
Olli membra gravis dum sopor occupat :
Hanc quippe alter Adam cor de scatentibus
Unda et sanguine procreat.

O CLAVI æqua manet vos quoque gratia,
Christi quando sacris artubus insiti,
Deletum Domini sanguine fi gitis
Mortis chirographum cruci.

TE Jesu Superi laudibus efferant,
Qui Clavorum aditus signaque que Lanceæ ,,
In cælo retines, vivus ubi imperas
Cum Patre atque Paraclito. Amen.



f. Foderunt manus meas et pedes meos. 1$. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ad Magnificat Ana. Delens quod adversus nos erat chiro-1 graphum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

Oratio.

DEUS, qui in assumpta carnis infirmitate Clavis affigi et Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti: concede propitius ut qui eorumdem Clavorum et Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Lancea et Clavis vulneratum * Venite adoremus.

Hymnus.

SALVETE Clavi et Lancea,
Squalore nuper obsita,
Quæ mersa Christi corpori,
Almo rubetis sanguine.

Vos ad scelus Judaica
Elegerat perfidia :
Sed in ministra gratiæ
Vos vertit e cælo Deus.

NAM quot sacratis artubus
Sculpsistis olim vulnera,
E tot reclusis fontibus
Dona effluunt cælestia.

CLAVIS forato et Lancea,
Jesu tibi sit gloria,
Cum Patre et almo Spiritu
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus i.

IDEATUS vir, qui non abiit in V consilio impiorum, ? et in via peccatorum non stetit, * I et in cathedra pestilentiæ non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet: * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. Ad Jesum autem cum venissent, non fregerunt ejus crura : sed unus militum lancea latus ejus aperuit.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Exivit sanguis et aqua : et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Aha. Alia Scriptura dicit : Videbunt in quem transfixerunt.

f. Quem tu percussisti, persecuti sunt. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

De Zacharia Propheta.

Lectio j. Cap. 12.

HÆC dicit Dominus : Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ, et precum ret aspicient ad me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigenitum, et dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. Et planget terra : familiæ et familiæ seorsum : familiæ domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum : familiæ domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum : familiæ domus Levi seorsum, et mulieres eorum seorsum : familiæ Semei seorsum, et mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ et familiæ seorsum, et mulieres eorum seorsum.

fy j. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, * Sed unus militum lancea latus ejus aperuit. JP. Et qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus. — Sed unus militum.



Lectio ij. Cap. 13.

yN die illa erit fons patens I domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, et menstruatæ. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum : Disperdam nomina idolorum de terra, et non memorabuntur ultra : et pseudoprophetas, et spiritum immundum auferam de terra. Et erit, cum prophetaverit quispiam ultra,dicent ei pater ejus, et mater ejus, qui genuerunt eum : Non vives : quia mendacium locutus es in nomine Domini : et configent eum pater ejus, et mater ejus, genitores ejus, cum prophetaverit. Et erit: In die illa confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua cum prophetaverit : nec operientur pallio saccino, ut mentiantur : sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum : quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.

ij. Unus militum lancea latus ejus aperuit, * Et continuo exivit sanguis, et aqua. y. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem. — Et continuo exivit sanguis et aqua.

Lectio iij.

ET dicetur ei : Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, et super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum : percute pastorem, et dispergentur oves : et convertam manum meam ad parvulos. Et erunt in omni terra, dicit Dominus : partes duæ in ea dispergentur, et deficient : et tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, et uram eos sicut uritur argentum : et probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, et ego exaudiam eurii. Dicam : Populus meus es; et ipse dicet: Dominus Deus meus.

^Z. iij. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem * In ablutionem peccatoris,et menstruatæ, y. Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus. — In ablutionem. Gloria. In ablutionem.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium ?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum :* Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, ? et sperate in Domino: * multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dor miam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singula riter in spe * constituisti me.

Ana. Aspicient ad me, quem confixerunt : et plangent eum planctu quasi super unigeni tum.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige cla morem meum.

Intende voci orationis meæ,* rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Do mine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo:* quoniam non Deus volens ini quitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudine mi sericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eo rum veritas : * cor eorum va num est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, ? linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, ? secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui spe rant in te, * in æternum exsuli tabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ vo luntatis tuæ * coronasti nos.

Ana. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.

f. Ipse vulneratus est pro pter iniquitates nostras. R. At tritus est propter scelera no stra.



Sermo Innocenti Papæ Sexti.

(In decreto de festo Lanceæ et Clavorum Domini.)

Lectio iv.

IN Redemptoris nostri Do mini Jesu Christi sacratissi ma Passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius Passionis cuncta mysteria dinumerantes et merita, singulis etiam ejus salutaribus instrumentis glo riemur. Inter quæ illud cele briter memorandum est, quod ipse Salvator, emisso in cruce jam spiritu, sustinuit perforari Lancea latus suum, ut inde sanguinis et aquæ profluenti bus undis formaretur unica et immaculata ac virgo sancta mater Ecclesia, sponsa sua. O beatissima ipsius sacri lateris apertura, unde nobis tot et tanta divinæ pietatis dona flu xerunt! O felix Lancea, quæ tot bona nobis efficere, et ad tanti triumphi gloriam meruit superaddi!

iv. Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus : * Non in aqua so lum, sed in aqua et sanguine. f. Tres sunt, qui testimonium dant in terra : spiritus, aqua, et sanguis : et hi tres unum sunt. — Non in aqua solum.

Lectio v.

HÆC latus ipsum aperien do, sacratissimas januas nobis regni cælestis aperuit. Hæc vulnerando jam mor tuum, vulnera nostra sanavit, vitamque nobis reddidit, et sa lutem. Hæc innoxium transfi gendo, illius sanguine culpas nostras abstersit : et demum ejusdem sacratissimis undis irrigata, cæcitatis nostræ tene bras sustulit, et nos ipsius di vinæ pietatis fluviis mundavit. Illi etiam dulces Clavi, quibus ipse Salvator eidem cruci fuit affixus, quique non solum im maculato respergi sanguine, et molem ferre tanti ponderis meruerunt, sed et nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius di vinæ caritatis accepimus, ut manus nostræ a peccati solutæ nexibus, pedesque nostri a mortis laqueis fuerint liberati, sunt devotissime recolendi.

v. Quoniam circumdede runt me canes multi : conci lium malignantium obsedit me. * Foderunt manus meas et pedes meos. y. Dicetur ei ; Quid sunt plagæ istæ in me dio manuum tuarum?— Fo derunt manus meas et pedes meos.

Lectio vj.

QUID enim videre et pla gis hujusmodi sanctius? Quid eis salubrius, ex quibus salus nostra processit, et in quibus assidue se possunt cu rare animæ devotorum? Licet igitur Lancea et Clavi præ dicti, aliaque ipsius Passionis salutaria instrumenta, sint a cunctis fidelibus Christi ubili bet veneranda, et de ipsa etiam Passione in eadem Ecclesia sol emnia annis singulis Officia celebrentur et fiant; dignum tamen et conveniens reputa mus, si de ipsius Passionis specialibus instrumentis, et præsertim in partibus, in qui bus instrumenta ipsa dicun tur haberi, solemne ac specia le festum celebretur et fiat;

nosque illos fideles Christi, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum devotione divinis Officiis, at que muneribus specialiter fo veamus.

1$. vj. Dicetur ei : Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: * His pla gatus sum in domo eorum, qui diligebant me. f. Nisi videro in manibus ejus fixuram cla vorum, non credam. — His plagatus sum. Gloria. His pla gatus sum.

### IN III. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Do mino omnis terra.

Cantate Domino, et benedi cite nomini ejus :* annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes glo riam ejus, * in omnibus popu lis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus: * sanctimonia, et magnificentia in sanctifica tione ejus.

Afferte Domino patriæ gen tium,? afferte Domino gloriam et honorem :* afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gen tibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * m dicabit populos in æquitate

Lætentur cæli, et exsultet terra, * commoveatur mare et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia li gna silvarum a facie Domini, quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veri tate sua.

Ana. Foderunt manus meas et pedes meos : dinumerave runt omnia ossa mea.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet,* et inflammabit in circuitu ini micos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Do mini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justi tiam ejus : * et viderunt om nes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine:

Quoniam tu Dominus altissi mus super omnem terram : * nimis exaltatus es super om nes deos.

Qui diligitis Dominum, odite italum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino: * et confitemini memoriæ san ctificationis ejus.

Ana. Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mit tam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non cre dam.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salu tare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini ter ræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, et exsultate, et psal lite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tu bæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terra rum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? simul montes exsultabunt a conspectu Domini: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia : * et populos in æqui tate.

Ana. Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.

Disciplina pacis nostræ super eum. I^z. Et livore ejus sanati sumus.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scri ptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 120. in Joannem.)

UNUS militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis, et aqua. Vigi lanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret, Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud : sed, Aperuit; ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille san guis, qui fusus est, in remis sionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum; hæc et lavacrum præstat, et potum. Hoc præ nuntiabat, quod Noe in latere arcæ ostium facere jussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus præfigurabatur Eccle sia.

Rz. vij. Facta sunt hæc ut Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: * Vide bunt in quem transfixerunt

Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ, et precum. — Videbunt in quem transfixerunt.

Lectio viij.

PROPTER hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est Vita, materque vivorum. Magnum quippe significavit bonum ante magnum prævaricationis malum. Hic secundus Adam, inclinato capite, in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis effluxit. O mors, unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius? Facta sunt enim hæc, inquit, ut Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit : Videbunt in quem transfixerunt.

R?. viij. Effundam super domum David, et super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ, et precum :* Et aspicient ad me, quem confixerunt. y. Et plangent eum planctu quasi super unigenitum. — Et aspicient ad me.

Lectio ix.

Duo testimonia de Scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narravit. Nam quia dixerat, Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura; ad hoc pertinet testimonium, Os non comminuetis ex eo : quod præceptum est eis, qui celebrare Pascha jussi sunt ovis immolatione, in veteri Lege, quæ Dominicæ Passionis umbra præcesserat. Unde Pascha nostrum immolatus est Christus : de quo Isaias Propheta dixerat: Sicut ovis ad occisionem ductus est. Item quia subjunxerat dicens, Sed unus militum lancea latus ejus aperuit : ad hoc pertinet alterum testimonium, Videbunt in quem transfixerunt. Ubi promissus est Christus, in ea, qua crucifixus est, carne venturus.

ix. Omnes amici mei dereliquerunt me, et prævaluerunt insidiantes mihi: tradidit me, quem diligebam : et terribilibus oculis plaga crudeli percutientes, * Aceto potabant me. y. Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea. — Aceto potabant me. Gloria. Aceto potabant me.

Ante Laudes f. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. I^z. Attritus est propter scelera nostra.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis, et aqua. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Foderunt manus meas et pedes meos : dinumeraverunt omnia ossa mea.

3. Tres sunt, qui testimonium dant in terra : spiritus, aqua, et sanguis : et hi tres unum sunt.

4. Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, et pedes meos. quia ego ipse sum.

5. Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.



Capitulum. i. Joann. 5.

CARISSIMI, Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine.

Hymnus.

TNOTAM ergo Christi sanguine
Convertite in me cuspidem:
Ferite cor, pedes, manus :
Pœnam a nocente sumite.

AT, quæso, culpis debitas
Quas jure plagas figitis,
Cruore divino illitæ
Fiant medela spiritus.

SIT gressus ad malum impotens,
Manus nocere desinant,
Omnisque corde e saucio
Profanus ardor exeat.

CLAVIS forato et Lancea,
Jesu tibi sit gloria,
Cum Patre et almo Spiritu,
Nunc, et per omne sæculum.
Amen.

f. Foderunt manus meas et pedes meos. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ad Benedictus Aha. Inglorius erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum. Iste asperget gentes multas.

Oratio.

DEUS, qui in assumptæ carnis infirmitate Clavis affigi et Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti : concede propitius ut qui eorumdem Clavorum et Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glorioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis. Qui vivis.

AD PRIMAM.

^Z. Jesu Christe, f. Qui vulneratus es pro nobis.

AD TERTIAM.

Capitulum Carissimi, Quis est qui vincit mundum., ut in Laudibus.

^z. Foderunt manus meas * Et pedes meos. Foderunt, y. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Et pedes meos. Gloria. Foderunt manus meas.

y. Quem tu percussisti, persecuti sunt. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.

AD SEXTAM.

Capitulum. i. Petri 2.

FRATRES: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

R?. Quem tu percussisti, * Persecuti sunt. Quem tu percussisti. f. Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Persecuti sunt. Gloria. Quem tu percussisti.

y. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. ^.Attritus est propter scelera nostra.

AD NONAM.

Capitulum. i. Petri 2.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiæ vivamus : cujus livore sanati estis.

Rz. Ipse vulneratus est * Propter iniquitates nostras. Ipse vulneratus est. f. Attritus est propter scelera nostra. Propter iniquitates nostras. Gloria. Ipse vulneratus est.

f. Disciplina pacis nostræ super eum. Cujus livore sanati sumus.

AD II. VESPERAS.
Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * domina re in medio inimicorum tuo rum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordi nem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum :

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congrega tione.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, K misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæ culi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ ti mor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum :* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lu men rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio : * quia in æternum non commovebi tur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, * confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: * justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabi tur in gloria.



Peccator videbit, et irasce tur f dentibus suis fremet et tabescet: * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus 112.

R AUDATE pueri Dominum : * IJ laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens paupe rem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locu tus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam : * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus:

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Do mini, in medio tui Jerusalem.

Ana. Unus militum lancea la tus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Capitulum Carissimi, Quis est, qui vincit mundum, et Hymnus Quænam lingua tibi., ut in j. Vesperis, pag. 614.

y. Foderunt manus meas et pedes meos. Dinumerave runt omnia ossa mea.

Ad Magnificat Ana. Vere lan guores nostros ipse tulit, et do lores nostros ipse portavit: et nos putavimus eum quasi le prosum, et percussum a Deo, et humiliatum.

Oratio.

DEUS, qui in assumpta car nis infirmitate Clavis affi gi et Lancea vulnerari pro mundi salute voluisti : concede propitius ut qui eorumdem Clavorum et Lanceæ solemnia veneramur in terris, de glo rioso victoriæ tuæ triumpho gratulemur in cælis. Qui vivis.

FERIA VI.
POST DOM. II. QUADRAGESIMÆ.
SS. SINDONIS
D. N. JESU CHRISTI.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Joseph nobilis decurio, vir bonus et justus, et ipse dives, erat ex spectans regnum Dei. Psal mus Laudate pueri, cum cete ris, pag. 145.

Capitulum. Isa. 63

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.

Accepto Domini corpore, Joseph involvit illud in sindone munda, et posuit illud in monumento suo novo, *Quod exciderat in petra. y. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti. — Quod exciderat. Gloria. Quod exciderat.

Hymnus.

GLORIAM sacræ celebremus Omnes
Sindonis : lætis recolamus hymnis
Et piis votis monumenta nostræ
Certa salutis :

QUÆ refert semper veneranda Sindon
Sanguine impressis decorata signis,
Dum cruce ex alta tulit involutum
Corpus Iesu.

REDDIT hæc sævos animo dolores,
Quos tulit, casum miseratus Adæ,
Christus humani generis Redemptor,
Morte perempta.

SAUCIUM ferro latus, atque palmas
Et pedes clavis,lacerata flagris
Membra, et infixam capiti coronam
Monstrat imago.

Quis pius, siccis oculis et absque
Intimi cordis gemitu, notata
Vivaque indignæ simulacra mortis
Cernere possit ?

NOSTRA cum solum tibi Christe culpa
Causa tantorum fuerit malorum,
Nostra debetur tibi vita: vitam
Dedimus ipsam.

SIT tibi Fili decus atque virtus,
Qui tuo mundum redimis cruore,
Quique cum summo Genitore et almo
Flamine regnas. Amen.

y. Tuam Sindonem veneramur Domine. Tuam recolimus Passionem.

Ad Magnificat Aha. Joseph, vir bonus et justus, accessit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu: quo accepto, involvit illud in sindone munda. Oratio.

"PVEUS, qui nobis in sancta - L/Sindone, qua corpus tuum sacratissimum, e cruce depositum, a Joseph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reliquisti : concede propitius ut per mortem et sepulturam tuam ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Dominum, qui Passionis suæ memoriam in sacra Sindone renovat, * Venite adoremus.

Hymnus.

MYSTERIUM mirabile
Hac luce nobis panditur,
Verus Dei cum Filius
Mortem cruentam sustinet.

CAUSAM tuendo servuli,
Reique formam vestiens.
Pro servo herus suspenditur,
Pro sonte justus plectitur.



NECIS manent insignia
Impressa sacra in Sindone,
Quæ post triumphum nobilem
Corpus cruentum involverat. ^

SUNT mortis hæc, et tortari
Mundique victi insignia :
Trophæa sunt hæc inclyta
Ductoris invictissimi.

DEBEMUS ergo hanc gratiam
Nostræ salutis vindici,
Ut dæmonis contra dolos
Hac militemus tessera.

VITÆ vetustæ mortui,
Surgamus in vitam novam :
Christum secuti per crucem,
Christi fruemur gloria.

PRÆSTA Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculum.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitias, fc et sperate in Domino:* multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Ana. Rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, quoniam speravi in te : * Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * necdabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, X adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Ana. Aspersus est sanguis super vestimenta mea, omnia indumenta mea inquinavi.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte san cto tuo ?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit do lum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma lum, * et opprobrium non ac cepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glo rificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, X qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit :

Qui facit hæc, * non move bitur in æternum.

Ana. Diviserunt sibi vesti menta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

y. Tuam Sindonem venera mur Domine. Tuam reco limus Passionem.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitienti * non est species ei, neque de cor : et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum : despectum, et novissi mum virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem : et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputa vimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: et nos putavimus eum quasi lepro sum, et percussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vul neratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus.

j. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque de corem: aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra porta vit, et pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras : * Cujus livore sanati sumus. y. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. — Cujus livore sanati sumus.

Lectio ij.

OMNES nos quasi oves erra vimus , unusquisque in viam suam declinavit: et po suit Dominus in eo iniquita tem omnium nostrum. Obla tus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum : sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se ob mutescet, et non aperiet os suum. De angustia, et de judi cio sublatus est : generatio nem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viven: dum : propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, et divi tem pro morte sua : eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.

R ij. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? *Et dicet : His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. f. Framea suscitare su per pastorem meum, et super virum cohærentem mihi. — Et dicet.

Lectio iij.

ET Dominus voluit conterere eum in infirmitate : si po suerit pro peccato animam suam, videbit semen longæ vum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, vi debit et saturabitur : in scien tia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniqui tates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos : et for tium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem ani mam suam, et cum sceleratis reputatus est : et ipse peccata multorum tulit, et pro trans gressoribus rogavit.

iij.Tuam Sindonem vene ramur Domine, tuam glorio sam recolimus Passionem : * Miserere nobis, qui passus es pro nobis. Salva præsen tem catervam, in tuis hodie laudibus congregatam. — Mi serere nobis. Gloria. Miserere nobis.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitu do ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.



Quia ipse super maria fun davit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo | corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec ju ravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, X et elevamini portæ æternales: * et introibit rex gloriæ.

"Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Quasi absconditus vul tus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum.

Psalmus 26.

DOMINUS illuminatio mea, et salus mea, * quem ti mebo?

Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant adversum me castra, * non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium,* in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptatem Domini, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis : * cantabo, et psalmum dicam Domino.

ExaudiDomine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, V exquisivit te facies mea : * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:*nedeclinesiniraaservo tuo.

Adjutor meus esto : * ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in via tua:* et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age: * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Ana. Omnes videntes me deriserunt me : locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Psalmus 29.

EXALTABO te Domine quoniam suscepisti me : * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, * et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus:* et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : * et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : * et ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : * Non movebor in æternum.

Domine in voluntate tua, * præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me, * et factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo: * et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, * dum descendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dominus, et misertus est mei : * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi : * conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia :



ut cantet tibi gloria mea, ei non compungar : * Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Ana. Tradidit in mortem animam "suam : et ipse peccata multorum tulit.

f Adoramus te Christe, et benedicimus tibi. If. Quia per crucem tuam redemisti mundum.

Sermo sancti Ambrosii Episcopi.

Lectio iv. (In Lue. e. 23.)

QUID sibi vult, quod non Apostoli, sed Joseph et Nicodemus, ut Joannes dicit, Christum sepeliunt ? Unus, justus et constans; alter, qui erat magister in Israel. Talis enim Christi est sepultura, quæ justitiam magisteriumque habeat. Obstruitur igitur tergiversandi locus, et domestico Judæi testimonio revincuntur. Nam si Apostoli sepelissent, dicerent utique non sepultum, quem sepultum raptum esse dixerunt. Justus autem Christi corpus operit sindone, innocens ungit unguento. Namque hæc non otiose distincta reperimus : quia justitia vestit Ecclesiam, innocentia gratiam subministrat.

fy iv. O admirabilis Sindon, in qua involutus est thesaurus noster,* Redemptio captivorum. fm Gaudet totus mundus, qui redemptus est sanguine Domini sui. — Redemptio captivorum.

Lectio v.

VESTI ergo et tu Domini corpus gloria sua, ut et *pse sis justus. Et si mortuum credis, operi tamen divinitatis propriæ plenitudine : unge illud myrrha et aloe, ut bonus odor Christi sis. Bonum linteum misit Joseph ille vir justus : et fortasse illud, quod Petrus vidit e cælo ad se esse demissum, in quo erant genera quadrupedum, et ferarum, et volucrum, ad similitudinem Gentilium figurata. Mystico igitur unguento illo pistico consepelitur Ecclesia, quæ diversitatem populorum fidei suæ communione sociavit.

v. Tulerunt tunicam Joseph fratres ejus, et in sanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt : mittentes qui ferrent ad patrem, et dicerent: * Hanc invenimus : vide num tunica filii tui sit, an non. f. Quam cum agnovisset pater, ait:Tunica filii mei est, fera pessima devoravit eum. — Hanc invenimus.

Lectio vj.

HUNC Joseph justum Lucas dixit, Matthæus divitem. Et merito dives hoc loco dicitur, ubi corpus suscipit Christi : suscipiendo enim divitem, nescivit fidei paupertatem. Dives est ergo, qui justus est. Justus igitur sindone involvit: Israelita vero et diversos miscet virtutum odores, et aloes mittit quasi libras centum, hoc est, perfectæ fidei quantitatem. Et ligaverunt corpus Jesu juxta consuetudinem specialem Judæorum, non utique nodis perfidiæ, sed fidei ligaturis:et posuerunt in horto, cui frequenter Ecclesia comparatur, quæ diversorum habet poma meritorum,floresque virtutum.

vj. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus: *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. y. Qui cum malediceretur, non maledicebat : cum pateretur, non comminabatur. — Qui peccatum non fecit. Gloria. Qui peccatum non fecit.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 53.

DEUS in nomine tuo salvum me fac: * et in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam : * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo Domine : quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Ana. Caro mea requiescet in spe : quia non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Psalmus 75.

NOTUS in Judæa Deus: * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus : * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, * scutum, gladium et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum:* et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob, * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judicium : * terra tremuit et quievit,

Cum exsurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro : * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terræ.

Ana. Convertisti planctum meum in gaudium mihi : conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ:* in die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :



Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, Equorum non es memor amplius: * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me :* posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam,* et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi : * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam : * avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ : * et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Ana. Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

y. Omnis terra adoret te, et psallat tibi. R?. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vij. Cap. 15.

IN illo tempore : Cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante sabbatum) venit Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(In Feria 3. Palmarum.)

PARASCEVE græce, latine præparatio dicitur, quo nomine Judæi, qui inter Græcos morabantur, sextam sabbati appellabant; eo quod, in illa, ea quæ requiei Sabbati necessaria essent præparare solerent : juxta hoc, quod de manna quondam præceptum est: Sexta autem die colligetis duplum. Quia ergo sexta die factus est homo, et tota est mundi creatura perfecta, septima autem Conditor ab opere suo requievit, unde et hanc Sabbatum, hoc est requiem, voluit appellari; recte Salvator eadem sexta die crucifixus, humanæ restaurationis implevit arcanum : ideoque cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est : hoc est. Sextæ diei, quod pro mundi refectione suscepi, jam totum est opus expletum. Sabbato autem in sepulcro requiescens, Resurrectionis, quæ octava die ventura erat, exspectabat eventum.

vij. Mercatus est Joseph sindonem mundam, ut involveret in ea corpus Domini : * Venit ergo, et tulit corpus ejus. JI. Rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa ut tolleret corpus Jesu. — Venit ergo, et tulit corpus ejus.

Lectio viij.

VENIT, inquit, Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei, et audacter introivit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. Magnae quidem Joseph iste dignitatis ad sæculum; sed majoris apud Deum meriti fuisse laudatur. Talem namque exsistere decebat eum, qui corpus Domini sepeliret, qui et per justitiam meritorum tali ministerio dignus esset, et per nobilitatem potentiæ sæcularis facultatem posset obtinere ministrandi. Non enim quilibet ignotus aut mediocris ad præsidem accedere, et Crucifixi corpus poterat impetrare.

viij. Hæc est Sindon dignissima,* In qua salutis Auctor de cruce depositus involvi dignatus est. f. Ut nos consepulti cum eo, veteris hominis exuviis depositis, innocentiæ sindone tegeremus — In qua.

Lectio ix.

JOSEPH autem mercatus est sindonem, et deponens eum involvit sindone. Ex simplici sepultura Domini, ambitio divitum condemnatur, qui ne in tumulis quidem possunt carere divitiis. Possumus autem juxta intelligentiam spiritualem hoc sentire, quod corpus Domini non auro, non gemmis, et serico, sed linteamine puro obvolvendum sit. Quamquam et hoc significat quod ille in sindone munda involvat Jesum, qui pura eum mente susceperit. Hinc Ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificium altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus est Domini in sindone munda depositum.

ix. Accepto Domini corpore, Joseph involvit illud in sindone munda, et posuit illud in monumento suo novo, * Quod exciderat in petra.jj7.Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti. — Quod exciderat in petra. Gloria. Quod exciderat in petra.

Ante Laudes y. Abscondit me Deus in tabernaculo suo. In die malorum protexit me.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Joseph nobilis decurio, vir bonus et justus, et ipse dives, erat exspectans regnum Dei. Psalmus Dominus regnavit cum ceteris, pag. 17.

2. Hic audacter introivit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu.

3. Cum cognovisset Pilatus a centurione, quod jam mortuus esset, donavit corpus Jesu.

4. Joseph autem mercatus sindonem, et deponens eum involvit sindone.

5. Posuit eum in monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat.



Capitulum. Isaiæ 63.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.

Hymnus.

JESU, dulcis amor meus,
Ac si præsens sis, accedo :
Te complector cum affectu,
Tuorum memor vulnerum.

O QUAM nudum hic te cerno,
Vulneratum, et distentum,
Inquinatum, involutum
In hoc sacrato tegmine !

SALVE caput cruentatum
Spinis, cujus dulcis vultus
Immutavit suum florem,
Quem cæli tremit curia.

SALVE latus Salvatoris,
Salve mitis apertura,
Super rosam rubicunda,
Medela salutifera.

MANUS sanctæ, vos avete,
Diris clavis perforatæ :
Ne repellas me Salvator
De tuis sanctis pedibus.
Amen.

f. Dominus regnavit, decorem induit. Induit Dominus fortitudinem, et præcinxit se virtute.

Ad Benedictus Ana. Joseph nobilis decurio, exspectans et ipse regnum Dei, mercatus est sindonem, et deponens corpus Jesu, involvit illud in sindone.

Oratio.

DEUS, qui nobis in sancta Sindone, qua corpus tuum sacratissimum, e cruce depositum, a Joseph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reliquisti : concede propitius ut per mortem et sepulturam tuam ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis.

AD TERTIAM.

Capitulum. Quis est iste., ut in Laudibus.

Tuam Sindonem * Veneramur Domine. Tuam Sindonem. y. Tuam recolimus Passionem. Veneramur Domine. Gloria. Tuam Sindonem,

y. Adoramus te Christe, et benedicimus tibi. Quia per mortem tuam redemisti mundum.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaiæ 63.

QUARE ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum.

Adoramus te Christe, * Et benedicimus tibi. Adoramus te Christe. J. Quia per mortem tuam redemisti mundum. Et benedicimus tibi. Gloria. Adoramus te Christe.

J. Omnis terra adoret te, et psallat tibi. Psalmum dicat nomini tuo Domine.

AD NONAM.

Capitulum. Isaiæ 63.

CIRCUMSPEXI, et non erat auxiliator: quæsivi, et non fuit qui adjuvaret: et salvavit mihi brachium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

Omnis terra adoret te, * Et psallat tibi. Omnis terra adoret te. J. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Et psallat tibi. Gloria. Omnis terra adoret te.

y. Dominus regnavit, deco rem induit. Induit Domi nus fortitudinem, et præcinxit se virtute.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congrega tione.

Magna opera Domini: * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, X misericors et mise rator Dominus :* escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæcu li, * facta in veritate et æqui. tate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus: * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus IIT.

BEATUS vir, qui timet Do minum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et mise rator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, X disponet ser mones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, X confirmatum est cor ejus : * non commovebi tur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus:? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabi tur in gloria.



peccator videbit, et irasce tur, ? dentibus suis fremet et tabescet: * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus 112.

R AUDATE pueri Dominum : * XJ laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum,^laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, *et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum cla mavi : * voce mea ad Do minum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribula tionem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * et tu cognovisti semi tas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam : * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me : * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Joseph nobilis decurio, vir bonus et justus,etipse dives, erat exspectans regnum Dei.

Capitulum Quis est iste. et Hymnus Gloriam sacræ, ut in j. Vesperis, pag.626.

y. Tuam Sindonem venera mur Domine. Tuam reco limus Passionem.

Ad Magnificat Aha. Homo quidam dives ab Arimathæa, nomine Joseph, accepto cor pore Jesu, involvit illud in sindone munda. Oratio.

DEUS, qui nobis in sancta Sindone, qua corpus tuum sacratissimum, e cruce deposi tum, a Joseph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reli quisti : concede propitius ut per mortem et sepulturam tuam ad resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis.

FERIA VI.

POST DOM. HI. QUADRAGES.

SS. QUINQUE VULNERUM D. N. JESU CHRISTI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos sola Ana. Vere languores nostros ipse tulit, et doleres nostros ipse portavit. Psalmus Credidi, cum ceteris ut in Commemoratione Passio nis Domini, pag. 604.

Capitulum. Isa. 53.

CHRISTUS vulneratus est propter iniquitates no stras, attritus est propter sce lera nostra : cujus livore sa nati sumus.

Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo : * In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, in remissio nem peccatorum, y. Ecce ve nit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras. — In quo habemus. Gloria. In quo habemus.

Hymnus.

PANGE lingua gloriosi
Prœlium certaminis,
Et super crucis trophæum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.

DE parentis protoplasti
Fraude Factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hostis unde læserat

QUANDO venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus, orbis Conditor,
Ac de ventre virginali
Caro factus prodiit.

VAGIT infans inter arcta
Conditus præsepia :
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat,
Et manus pedesque et crura
Stricta cingit fascia.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito :
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

y. Videbunt in quem trans fixerunt. Et dolebunt super eum, ut in morte primogeniti.

Ad Magnificat Ana. Dum in cruce penderet unigenitus Dei Filius, et ab omnibus subsan naretur, Mater ejus Virgo Maria ipsum verum Deum et hominem condolens venera batur.

Oratio.

DEUS, qui unigeniti Filii tui Passione et per quinque Vulnera ejus sanguinis effu sione, humanam naturam pec cato perditam reparasti : tri bue nobis, quæsumus, ut qui ab eo suscepta Vulnera vene ramur in terris, ejusdem pre tiosissimi sanguinis fructum consequi mereamur in cælis. Per eumdem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum in cruce confixum, quinque pla gis vulneratum, * Venite ado remus.

Hymnus Pange lingua glo riosi Prœlium certaminis., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.
Psalmus io.

IN Domino confido : quo modo dicitis animæ meæ:* Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores in tenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.



Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit ?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem re spiciunt:* palpebræ ejus inter rogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem dili git iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores la queos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars cali cis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit: * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Quis est qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo ? * aut quis requiescet in monte san cto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit do lum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma lum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glo rificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * ᵉt munera super innocentem non accepit :

Qui facit hæc, * non move bitur in æternum.

Ana. Quare rubrum est in dumentum tuum, et vestimen ta tua sicut calcantium in tor culari?

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et ple nitudo ejus : * orbis ter rarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fun davit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde,?qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Torcular calcavi solus, et de gentibus non fuit vir mecum.

f. Foderunt manus meas et pedes meos. 1$. Dinumerave runt omnia ossa mea.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 53.

Quis credidit auditui no stro ? et brachium Do mini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum co ram eo, et sicut radix de terra sitienti : non est species ei, neque decor: et vidimus eum, et non erat aspectus, et desi deravimus eum: despectum, et novissimum virorum, vi rum dolorum, et scientem in firmitatem : et quasi abscon ditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit : et nos putavimus eum quasi leprosum, et per cussum a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra : disciplina pacis no stræ super eum, et livore ejus sanati sumus.

j. Gratificavit nos Deus in dilecto Filio suo : * In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, in remissio nem peccatorum, y. Ecce venit plenitudo temporis, in quo mi sit Deus Filium suum in ter ras. — In quo habemus.

Lectio ij.

OMNES nos quasi oves erra vimus, unusquisque in viam suam declinavit : et po suit Dominus in eo iniquita tem omnium nostrum. Obla tus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum : sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se ob mutescet, et non aperiet os suum. De angustia, et de judi cio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia ab scissus est de terra viventium propter scelus populi mei per cussi eum. Et dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua : eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate.

1$. ij# Nos, qui aliquando era mus longe, facti sumus prope per sanguinem Jesu Christi: * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. À Domino factum est istud : et est mira bile in oculis nostris. — Ipse est pax nostra.

Lectio iij. Cap. 63.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de jbosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui lo quor justitiam, et propugna tor sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari ? Tor cular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum : calcavi eos in furore meo, et conculcavi eos in ira mea : et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea in quinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptio nis meæ venit. Circumspexi, et non erat auxiliator : quæ sivi, et non fuit qui adjuvaret, iij. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inha bitare : et per eum reconci liare omnia in ipsum, * Pacifi cans per sanguinem ^ crucis ejus, sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt. J. Ipse est



caput corporis Ecclesiæ, in omnibus primatum tenens. — Pacificans. Gloria. Pacificans.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 21.

T-^EUS Deus meus respice in i) me : quare me dereliqui sti? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies : * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israel.

In te speraverunt patres no stri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium ho minum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, derise runt me : * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxi sti me de ventre : * spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex ute ro : ? de ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne disces serisame:

Quoniam tribulatio proxima est : * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi : * tauri pingues obsede runt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum : * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tam quam cera liquescens * in me dio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, ? et lingua mea adhæsit faucibus meis : * et in pulve rem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi : * concilium ma lignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos : * dinumerave runt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : * diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elon gaveris auxilium tuum a me: * ad defensionem meam con spice.

Erue a framea Deus animam meam : * et de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis : * et a cornibus unicornium humili tatem meam.

Narrabo nomen tuum fratri bus meis : * in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum lau date eum : * universum semen Jacob glorificate eum :

Timeat eum omne semen Israel: * quoniam non spre vit, neque despexit deprecatio nem pauperis :

Nec avertit faciem suam a me : * et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclesia magna : * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, et satura buntur : ? et laudabunt Domi num qui requirunt eum : * vivent corda eorum in sæcu lum sæculi.

Reminiscentur et converten tur ad Dominum * universi fines terræ :

Et adorabunt in conspectu ejus * universæ familiæ gen tium.

Quoniam Domini est re gnum : * et ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt et adorave runt omnes pingues terræ : * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet : * et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino ge neratio ventura : * et annun tiabunt cæli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fe cit Dominus.

Ana. Foderunt manus meas et pedes meos : dinumerave runt omnia ossa mea.

Psalmus 65.

JUBILATE Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus : * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo : quam terribilia sunt opera tua Domine ! * in multitudine virtutis tuæ men tientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi: * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei: * terribilis in consiliis super fi lios hominum.

Qui convertit mare in ari dam, ? in flumine pertrans ibunt pede : * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, ? oculi ejus super gentes respiciunt: * qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum no strum : * et auditam facite vo cem laudis ejus,

Qui posuit animam meam ad vitam :* et non deditin commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus:* igne nos examinasti, sicut exa minatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, ? posuisti tribulationes in dorso nostro : * imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem et aquam : * et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis : * reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, * in tribulatione mea.

Holocausta medullata offe ram tibi cum incenso arie tum : * offeram tibi boves cum hircis.

Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deum, * quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi/ et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in cor de meo, * non exaudiet Do minus.

Propterea exaudivit Deus, * et attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, * qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me.

Ana. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sani tas.

Psalmus 75.

TW TOTUS in Judæa Deus : * INI in Israel magnum nomen ejus.



Et factus est in pace locus ejus:* habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias ar cuum, * scutum, gladium, et bellum.

Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis : * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob * dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, et quis re sistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti ju dicium : * terra tremuit et quievit,

Cum exsurgeret in judicium Deus, * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : * et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, et reddite Domino Deo vestro : * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili et ei qui aufert spi ritum principum, * terribili apud reges terræ.

Ana. Vulnus, et livor, et pla ga tumens, non est circumli gata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

f- Vere languores nostros ipse tulit. Et dolores no stros ipse portavit.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Lib. de Passione Domini, cap. 41.)

Lectio iv.

RAPTUS ergo Jesus, post ^ plurimas illusiones tam Judæorum quam Gentium, post sanguinis plures effusio nes, clavis immitibus, manibus simul et pedibus perforatur, et configitur ligno crucis Salva tor noster mitissimus Jesus. Intuere, et respice rosam Passionis sanguineæ, quomo do rubet in indicium arden tissimæ caritatis. Contendunt passio, et caritas : illa ut plus ardeat, ista ut plus ru beat.

E?, iv. Per mortem dextruxit Jesus eum, qui mortis habebat imperium : * Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii erant servituti, y. Unde de buit per omnia fratribus assi milari, ut misericors fieret. — Ut liberaret eos.

Lectio v.

VIDE quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra rubicundus Jesus. Vide totum corpus, sicubi ro sæ sanguineæ florem non in venias. Inspice manum unam et alteram, si florem rosæ non invenias in utraque. Inspice pedem unum et alterum, num quid non rosei? Inspice lateris aperturam, quia nec illa caret rosa, quamvis ipsa subrubea sit propter misturam aquæ : quia, sicut narrat Evangelista, cum unus militum lancea latus ejus perforasset, exivit sanguis et aqua.

v. Per hominem mors, et per hominem resurrectio mor tuorum : * Et sicut in Adam omnes peccaverunt, ita in Chri sto omnes vivificabuntur. y. Novissime autem inimica destruetur mors. — Et sicut in Adam.

Lectio vj.

RESPICE, Domine sancte Pater, de sanctuario tuo, et de excelso cælorum habitaculo, et intuere hanc sacrosanctam hostiam, quam tibi offert magnus Pontifex noster, sanctus puer tuus Dominus Jesus, pro peccatis fratrum suorum, et esto placabilis super multitudine malitiæ nostræ. Cognosce, Pater, tunicam filii tui Joseph. Heu ! fera pessima devoravit eum, et conculcavit in furore suo vestimentum ejus. Ecce quinque scissuras lamentabiles in eo reliquit.

vj. Vidimus Jesum, propter Passionem mortis, gloria et honore coronatum : * Ut pro omnibus gustaret mortem, y. Decebat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per Passionem consummari. — Ut pro omnibus gustaret mortem. Gloria. Ut pro omnibus gustaret mortem.

IN ni. NOCTURNO.

Psalmus 95.

C CANTATE Domino canticum j novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificati6ne ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, X afferte D6mino gl6riam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, X commoveatur mare,et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Aha. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus:* audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino: * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. His plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, ^cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: X moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, X simul montes exsultabunt a conspectu Domini :* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Ana. In amaritudine sermo meus est, et manus plagæ meæ aggravata est super gemitum meum.

y. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras. At tritus est propter scelera nostra.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Sciens Jesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit : Sitio. Et reliqua.

Homilia sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

(Lib. 12. Comment. in Joan.)

CUM omnis in Christum Judæis completa esset impietas, nec quidquam jam ad summam crudelitatem reliquum esset, ad extremum caro Christi sanctissima proprium quiddam ac naturale rursus patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendam vim habent , naturali quodam et inexplicabili calore humidum consumentes, et igneis ardoribus præcordia urentes.

Rz. vij. Manifestata est gratia Dei per illuminationem Salva toris nostri Jesu Christi, * Qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam in incorruptio nem. y. Liberavit, et vocavit nos vocatione sua sancta per gratiam, quæ data est nobis in Christo. — Qui destruxit mortem.

Lectio viij.

CDNSUMMATUM esse ait in pietatis judaicæ modum, et impotentem sæviendi animum. Quid enim Judæi intentatum reliquerunt, aut quid non ex tremæ crudelitatis adhibue runt? Quod supplicii aut con tumeliæ genus prætermise runt? Quam ob rem jure, Con summatum est, ait. Sed hora jam eum ad prædicandum spi ritibus, qui apud inferos erant, invitante (advenit enim ut mortuorum ac vivorum domi naretur) ipsam pro nobis mor tem suscepit; communem hanc naturæ nostræ passionem sus tinuit in carne sua.

viij. Dignus es Domine accipere librum, et aperire si gnacula ejus : qu6niam occisus es, et redemisti nos Deo * In sanguine tuo. J. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, et sacerdotes. — In sanguine tuo.

Lectio ix.

CM autem Jesum caput in clinasse comperissent, et jam eum exspirasse putarent, frustra ejus crura confringi existimant : sed cum adhuc mortuum esse nonnihil diffi derent, lancea latus ejus per fodiunt, unde cruor aqua mi stus scaturrit, quod Eulogiæ mysticæ, et sancti Baptismatis imago quædam erat, atque primitiæ. Christi enim est vere et a Christo sanctum Baptisma et mysticæ Eulogiæ vis ex san cta ejus nobis carne prodiit.

ix. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque de c6rem : aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra porta vit, et pro nobis dolet: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: * Cujus livore sanati sumus. y. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. — Cujus. Gloria. Cujus.

Ante Laudes J. Foderunt manus meas et pedes meos. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit. Psalmus Domi nus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera no stra.

3- Alligavit Dominus plagam populi sui, et percussuram ejus sanavit.

4- Omnis, qui transibit, stupe bit super omnes plagas ejus.

5- O vos omnes, qui trans itis per viam, attendite, et vi dete, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum. Isaiæ 53

CHRISTUS vulneratus est propter iniquitates no stras, attritus est propter sce lera nostra : cujus livore sana ti sumus.



Hymnus.

riLUSTRIS sex qui jam peractis
Tempus implens corporis,
Se volente natus ad hoc,
passioni deditus,
Agnus in crucis levatur
Immolandus stipite.

Hic acetum, fel, arundo,
Spina, clavi, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis, unda profluit:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavantur flumine!

CRUX fidelis, inter omnes
Arbor una nobilis :
Nulla silva talem profert
Fronde, flore, germine :
Dulce lignum dulces clavos,
Dulce pondus sustinet.

FLECTE ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas,
Ut superni membra Regis
Miti tendas stipite.

SOLA digna tu fuisti
Ferre sæcli pretium,
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago :
Quem sacer cruor perunxit
Fusus Agni corpore.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito :
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

f. Videbunt in quem transfi xerunt. i>z. Et dolebunt super eum ut in morte primogeniti.

Ad Benedictus Ana. Unus militum lancea latus ejus ape ruit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Oratio.

DEUS, qui unigeniti Filii tui Passione et per quinque Vulnera ejus sanguinis effu sione, humanam naturam pec cato perditam reparasti : tri bue nobis, quæsumus, ut qui ab eo suscepta Vulnera venera mur in terris, ejusdem pretio sissimi sanguinis fructum con sequi mereamur in cælis. Per eumdem.

AD TERTIAM.

Capitulum Christus vulnera tus est., ut in Laudibus,

ty. Foderunt manus meas * Et pedes meos. Foderunt, y. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Et pedes meos. Glo ria. Foderunt.

y. O vos omnes, qui transitis per viam. Attendite, et vi dete dolorem meum.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isa. 50.

FACIEM meam non averti ab increpantibus, et conspuen tibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, et ideo non sum confusus.

Vere languores nostros * Ipse tulit. Vere. f. Et dolo res nostros ipse portavit. Ipse tulit. Gloria. Vere.

f. Disciplina pacis nostræ super eum. Et livore ejus sanati sumus.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 53.

TRADIDIT Christus in mor tem animam suam, et cum sceleratis reputatus est : et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit.

Ipse vulneratus est * Pro pter iniquitates nostras. Ipse. f. Attritus est propter scelera nostra. Propter iniquitates no stras. Gloria. Ipse.

f. Oblatus est quia ipse voluit. Et non aperuit os suum.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit Psalmus Credidi, cum ceteris quatuor ut in Commemoratio ne Passionis Domini ad secun das Vesperas, pag. 604.

Capitulum Christus vulnera tus est. et Hymnus Pange lin gua. ut in primis Vesperis hu jus Festi, pag. 638.

y. Videbunt in quem transfi xerunt. Et dolebunt su per eum ut in morte primo geniti.

Ad Magnificat Aha. Ego sum vestra redemptio:manus meæ, quæ vos fecerunt, clavis con fixæ sunt: propter vos flagel lis cæsus sum, spinis corona tus sum : aquam petii pendens, et acetum porrexerunt : in escam meam fel dederunt, et in latus lanceam : mortuus et sepultus resurrexi : vobiscum sum, et vivo in æternum.

Oratio Deus, qui unigeniti Filii tui. ut in Laudibus, pag. 647.

FERIA VI. POST DOM. IV. QUADRAGESIMÆ.

PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. JESU CHRISTI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Aha Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste for mosus in stola sua. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag- 145.

Capitulum. Hebr. 9.

FRATRES. Christus assistens pontifex futurorum bono rum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufa ctum, id est non hujus crea» donis : neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem in troivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa.

Dignus es Domine acci pere librum, et aperire signa cula ejus : quoniam occisus es, et redemisti nos Deo* In san guine tuo. y. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, et sacer dotes. — In sanguine tuo. Glo ria. In sanguine tuo.

Hymnus.

FESTIVIS resonent compita vocibus,
Cives lætitiam frontibus ex plicent :
Tædisflammiferis ordine prod eant
Instructi pueri et senes.

QUEM dura moriens Chri stus in arbore
Fudit multiplici vulnere San guinem,
Nos facti memores dum coli mus, decet
Saltem fundere lacrimas.

HUMANO generi pernicies gravis
Adami veteris crimine conti git:
Adami integritas et pietas novi
Vitam reddidit omnibus.

CLAMOREM validum sum mus ab æthere
Languentis Geniti si Pater audiit,
Placari potius Sanguine de buit,
Et nobis veniam dare.

Hoc quicumque stolam San guine proluit
Abstergit maculas, et roseum decus,
Quo fiat similis protinus an gelis,
Et Regi placeat, capit.

A RECTO instabilis tramite postmodum
Se nullus retrahat; meta sed ultima
Tangatur : tribuet nobile præ mium
Qui cursum Deus adjuvat.

NOBIS propitius sis Genitor potens :
Ut quos unigenæ Sanguine Filii
Emisti, et placido Flamine re creas,
Cæli ad culmina transferas.
Amen.

f. Redemisti nos Domine in Sanguine tuo. 1$. Et fecisti nos Deo nostro regnum.

Ad Magnificat Ana. Acces sistis ad Sion montem et civi tatem Dei viventis, Jerusalem cælestem, et Testamenti novi mediatorem Jesum, et sangui nis aspersionem melius loquen tem quam Abel.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui unigenitum Fi lium tuum mundi Redempto rem constituisti, ac ejus San guine placari voluisti : con cede, quæsumus, salutis no stræ pretium solemni cultu ita venerari, atque a præsentis vitæ malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo lætemur in cælis. Per eumdem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Dei Filium, qui suo nos redemit Sanguine, * Venite adoremus.

Hymnus.

IRA justa Conditoris
Imbre aquarum vindice
Criminosum mersit orbem,
Noe in arca sospite :
Mira tandem vis amoris
Lavit orbem Sanguine.

TAM salubri terra felix
Irrigata pluvia,
Ante spinis quæ scatebat,
Germinavit fl6sculos :
Inque nectaris saporem
Transiere absinthia.

TRISTE protinus venenum
Dirus anguis posuit,
Et cruenta belluarum
Desiit ferocia :
Mitis Agni vulnerati
Hæc fuit victoria.

O SCIENTIÆ supernæ
Altitudo impervia!
O suavitas benigni
Prædicanda pectoris!
Servus erat morte dignus,
Rex luit pœnam optimus.

QUANDO culpis provocamus
Ultionem Judicis,
Tunc loquentis protegamur
Sanguinis præsentia :
Ingruentium malorum
Tunc recedant agmina.

TE redemptus laudet orbis
Grata servans munera,
O salutis sempiternæ
Dux et auctor inclyte,
Qui tenes beata regna
Cum Parente et Spiritu.
Amen.

IN I. NOCTURNO.
Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus Jesus.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me : * exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Afia. Factus in agonia, prolixius orabat : et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, quoniam speravi in te. * Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : * postea accelerayerunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

D6minus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi^ in præclaris : * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.



providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, ? adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Ana. Judas, qui eum tradidit, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos, dicens : Peccavi, tradens sanguinem justum.

f. Redemisti nos Domine.

In Sanguine tuo.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 9.

CHRISTUS assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis : neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum, et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis : quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscie n ti am n ostra m ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est : ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis.

j. Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. * Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes. y. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes. — Exeamus igitur ad eum.

Lectio ij.

UBI enim testamentum est : mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est : alioquin nondum valet, dum vivit qui testatus est. Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moyse universo populo : accipiens sanguinem vitulorum, et hircorum cum aqua, et lana coccinea, et hyssopo : ipsum quoque librum, et omnem populum aspersit, dicens : Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus. Etiam tabernaculum, et omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur : et sine sanguinis effusione non fit remissio.

1$. ij. Moyses sumptum sanguinem respersit in populum, * Et ait : Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum, f. Fide celebravit Pascha, et sanguinis effusione : ne qui vastabat primitiva, tangeret eos. — Et ait.

Lectio iij. Cap. io.

HABENTES itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam, et viventem per velamen, id est, carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei : accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis enim est qui repromisit) et consideremus invicem in provocationem caritatis, et bonorum operum.

1^7. iij. Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. * Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. y. Complacuit per eum reconciliare damia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt. — Ipse enim est pax nostra. Gloria. Ipse enim est pax nostra.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi deerit : * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me : * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala : * quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspecturi^ mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : * et calix meus inebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me * omnibus diebus vitæ meæ :

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum.

Aha. Pilatus volens populo satisfacere, tradidit illis Jesum flagellis cæsum.

Psalmus 29.

EXALTABO te Domine quoniam suscepisti me : * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, * et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus :* et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : * et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : * et ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : * Non movebor in æternum.

Domine in voluntate tua, * præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam a me,* et factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo : * et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, * dum descendo in corruptionem?



Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veritatem'tuam?

Audivit Dominus, et misertus est mei : * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi : * conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia :

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar : * Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

Ana. Videns autem quia nihil proficeret, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine Justi hujus.

Psalmus 63.

EXAUDI Deus orationem meam cum deprecor : * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium, * a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas : ? intenderunt arcum rem amaram, * ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, et non timebunt : * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates : * defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum : * et exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum : * et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos : * et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei : * et facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, * et laudabuntur omnes recti corde.

Aha. Et respondens universus populus dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros,

y. Sanguis Jesu Christi Filii Dei. Emundat nos ab omni peccato.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Homilia ad Neophytos.)

Lectio iv.

VULTIS Sanguinis Christi audire virtutem? Redeamus ad ejus exemplum, et priorem typum recordemur, et pristinam Scripturam narremus. In Ægypto, nocte media, Ægyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, quia primogenitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Judæorum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remedium discretionis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem. Ira divinæ indignationis operabatur, et domos singulas Mortifer circuibat. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum anniculum, et sanguine ejus finite januas. Quid ais Moyses? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit? Valde, inquit: non eo quod sanguis est, sed quia Dominici Sanguinis per eum demonstratur exemplum.

iv. In timore incolatus vestri conversamini :* Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis. y. Sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi. — Scientes.

Lectio v.

NAM sicut regnantium sta tuæ, quæ sine causa sunt, et sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus, anima et ratione decoratis, subvenire consueverunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginem principalem : ita et sanguis ille, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberavit, non quia sanguis fuit, sed quia hujus Sanguinis ostendebat adventum. Et tunc Angelus ille vastator, cum linitos postes atque aditus pervideret, transjecit gressus, et non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus, non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem Sanguinem veritatis Christi, templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahet. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem! Vis et aliam hujus Sanguinis scrutari virtutem? Volo. Unde primum cucurrit inspicias, et de quo fonte manavit. De ipsa primum cruce processit : latus illud Dominicum initium fuit. Mortuo enim,aitJesu, et adhuc in cruce pendente, approximat miles, latus lancea percussit, et exinde aqua fluxit, et sanguis : unum baptismatis symbolum, aliud sacramenti. Ideo non ait, Exiit sanguis, et aqua sed, Exiit aqua primum, et sanguis : quia primum baptismate diluimur, et postea niv. sterto dedicemur.

R}, v. Empti estis pretio magno : * Glorificate, et portate Deum in corpore vestro. f. Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. — Glorificate.

Lectio vj.

LATUS miles aperuit, et tem pli sancti parietem patefecit. Et ego thesaurum præclarum inveni, et fulgentes divitias me gratulor reperire. Sic et de illo agno factum est. Judæi ovem occiderunt, et ego fructum de sacramento cognovi. De latere sanguis, et aqua. Nolo tam facile, auditor, transeas tanti secreta mysterii. Restat enim mihi mystica atque secretalis oratio. Dixi baptismatis symbolum, et mysteriorum aquam illam, et sanguinem demonstrare. Ex his enim sancta fundata est Ecclesia per lavacri regenerationem, et renovationem Spiritus sancti. Per baptisma, inquam, et mysteria, quæ ex latere videntur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus ædificavit Ecclesiam, sicut de latere Adam ejus conjux Heva prolata est. Nam hac de causa Paulus quoque testatur dicens: De corpore ejus, et de ossibus ejus sumus : latus videlicet illud significans. Nam sicut de illo latere Deus fecit feminam procreari, sic et de suo latere Christus aquam nobis, et sanguinem dedit, unde reparare tur Ecclesia.

vj. Commendat caritatem suam Deus in nobis : * Quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. f. Multo igitur magis nunc justificati in Sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.— Quoniam. Gloria. Quoniam.

IN HI. NOCTURNO.
Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem : * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ, * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ : * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem : * quanta malignatus est inimicus in "sancto!

Et gloriati sunt qui oderunt te : * in medio solemnitatis [tuæ.

Posuerunt signa sua, signa : * et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum : * in securi, et ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum : * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : * quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, ? jam non est propheta : * et nos non cognoscet amplius.

Usquequo Deus improperabit inimicus : * irritat adversanus nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, et dexteram tuam, * de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sæcula : * operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare : * contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis : * dedisti eum escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, et torrentes : * tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, et tua est nox : * tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ : * æstatem et ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino : * et populus insipiens incitavit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, * et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus : * pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exsurge Deus, judica causam tuam : * memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum : * superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Ana. Exivit ergo Jesus portans coronam spineam, et purpureum vestimentum : et dixit eis : Ecce homo.

Psalmus 87.

DOMINE Deus salutis meæ: * In die clamavi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : * inclina aurem tuam ad precem meam :

Quia repleta est malis anima mea : * et vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber :

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, X quorum non es memor amplius : * et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori : * in tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : * et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me : * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, et non egrediebar : * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die : * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : * aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam, * et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : * et justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi : * et mane oratio mea præveniet te.

Ut quid Domine repellis orationem meam avertis faciem tuam a me?

Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea : * exaltatus autem, humiliatus sum et conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ ;* et terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die : * circumdederunt me simul.

Elongasti a me amicum, et proximum : * et notos meos a miseria.

Aha. Et bajulans sibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum : ubi crucifixerunt eum.

Psalmus 93.

DEUS ultionum Dominus: * Deus ultionum libere egit.

Exaltare qui judicas terram : * redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores Domine : * usquequo peccatores gloriabuntur :

Effabuntur, et loquentur iniquitatem : * loquentur omnes, qui operantur injustitiam?

Populum tuum Domine humiliaverunt : * et hereditatem tuam vexaverunt.

Viduam, et advenam interfecerunt : * et pupillos occiderunt.

Et dixerunt : Non videbit Dominus, * nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite insipientes in populo : * et stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non audiet? * aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet : * qui docet hominem scientiam?



Dominus scit cogitationes hominum, * quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Domine : * et de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis: * donec fodiatur peccatori fovea.

Quia non repellet Dominus plebem suam : * et hereditatem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in judicium : * et qui juxta illam omnes qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? * aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me : * paulo minus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam : Motus est pes meus : * misericordia tua Domine adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo : * consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis : * qui fingis laborem in præcepto ?

Captabunt in animam justi: * et sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium : * et Deus meus in adjutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum : ? et in malitia eorum disperdet eos : * disperdet illos Dominus Deus noster.

Ana, Ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Christus dilexit nos. Et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Cum accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 120. in Joannem.)

VIGILANTI verbo Evangelista usus est, ut non diceret, Latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed, Aperuit. Ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille Sanguis, qui fusus est, in remissionem fusus est peccatorum. Aqua illa salutare temperat poculum : hæc et lavacrum præstat, et potum. Hoc prænuntiabat, quod Noe in latere arcæ ostium facere jussus est, quo intrarent animalia, quæ non erant diluvio peritura, quibus præfigurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, et appellata est Vita, materque vivorum. Magnum quippe significavit bonum, ante magnum prævaricationis malum. Hic secundus Adam, inclinato capite, in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis effluxit. O mors, unde mortui reviviscunt! Quid isto Sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius?

vij. Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus : * Non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris. — Non in aqua solum.

Lectio viij.

TENEBANTUR homines captivi sub diabolo, et dæmonibus serviebant: sed redempti sunt a captivitate. Vendere enim se potuerunt, sed redimere non potuerunt. Venit Redemptor, et dedit pretium : fudit Sanguinem suum, et emit orbem terrarum. Quæritis quid emerit? Videte quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tanti quid valet? Quid, nisi totus orbis? Quid, nisi omnes gentes? Valde ingrati sunt pretio suo, aut multum superbi sunt, qui dicunt, aut illud tam parum esse, ut solos Afros emerit, aut se tam magnos esse, pro quibus solis illud sit datum. Non ergo exsultent, non superbiant. Pro toto dedit, quantum dedit.

viij. Prædestinavit nos Deus in adoptionem filiorum per Jesum Christum :* In quo habemus redemptionem per Sanguinem ejus. f. Remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis. — In quo habemus.

Lectio ix.

HABUIT ille Sanguinem unde nos redimeret, et ad hoc accepit Sanguinem, ut esset quem pro nobis redimendis effunderet. Sanguis Domini tui, si vis, datus est pro te; si nolueris esse, non est datus pro te. Forte enim dicis : Habuit Sanguinem Deus meus, qUo me redimeret; sed iam cum passus est, totum dedit : quid illi remansit, ut det et pro me? Hoc est magnum, qui semel dedit, et pro omnibus dedit. Sanguis Christi volenti est salus, nolenti supplicium. Quid ergo dubitas, qui mori non vis, a secunda potius morte liberari, qua liberaris, si vis tollere crucem tuam, et sequi Dominum : quia ille tulit suam, et quæsivit servum.

ix. Dignus es Domine accipere librum, et aperire signacula ejus : quoniam occisus es, et redemisti nos Deo* In Sanguine tuo. Jf. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, et sacerdotes. — In Sanguine tuo. Gloria. In Sanguine tuo.

Ante Laudes y. Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni. Quos pretioso Sanguine redemisti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17

2. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

3. Ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte.

4. Et ipsi vicerunt draconem propter sanguinem Agni, et propter testamentum verbi sui.

5- Beati qui lavant stolas suas in sanguine Agni.

Capitulum. Hebr. 9.

FRATRES, Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis : neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa.



Hymnus.

CALVETE Christi vulnera,
J) Immensi amoris pignora,
Quibus perennes rivuli
Manant rubentis sanguinis.

NITORE stellas vincitis,
Rosas odore et balsama,
Pretio lapillos indicos,
Mellis favos dulcedine.

PER vos patet gratissimum
Nostris asylum mentibus :
Non huc furor minantium
Unquam penetrat hostium.

QUOT Jesus in prætorio
Flagella nudus excipit!
Quot scissa pellis undique
Stillat cruoris guttulas!

FRONTEM venustam, proh dolor!
Corona pungit spinea :
Clavi, retusa cuspide,
Pedes manusque perforant.

POSTQUAM sed ille tradidit
Amans volensque spiritum,
Pectus feritur lancea,
Geminusque liquor exsilit.

UT plena sit redemptio,
Sub torculari stringitur :
Suique Jesus immemor,
Sibi nil reservat sanguinis.

VENITE, quotquot criminum
Funesta labes inficit :
In hoc salutis balneo
Qui se lavat mundabitur.

SUMMI ad Parentis dexteram
Sedenti habenda est gratia :
Qui nos redemit Sanguine,
Sanctoque firmat Spiritu.
Amen.

y. Justificati in Sanguine Christi. I^z. Salvi erimus ab ira per ipsum.

Ad Benedictus Ana. Erit sanguis Agni vobis in signum, dicit Dominus : et videbo sanguinem, et transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac ejus Sanguine placari voluisti: concede, quæsumus, salutis nostræ pretium solemni cultu ita venerari, atque a præsentis vitæ malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo lætemur in cælis. Per eumdem.

AD PRIMAM.

I$r. Jesu Christe, f. Qui tuo nos Sanguine redemisti.

AD TERTIAM.

Capitulum Fratres, Christus assistens., ut in Laudibus.

Redemisti nos Domine * In Sanguine tuo. Redemisti nos. Jf. Ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione. In Sanguine tuo. Gloria. Redemisti nos.

f. Sanguis Jesu Christi Filii Dei.I£. Emundat nos ab omni peccato.

AD SEXTAM.

Capitulum. Hebr. 9.

Si sanguis hircorum, et taurorum, et cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis : quanto magis Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi?

Sanguis Jesu Christi Filii Dei * Emundat nos. Sanguis, y. Ab omni peccato. Emundat nos. Gloria. Sanguis.

y. Christus dilexit nos. f^z. Et lavit nos in Sanguine suo.

AD NONAM.

Capitulum. Hebr. 9.

ACCIPIENS Moyses sangui nem vitulorum, et hirco rum cum aqua,et lana coccinea, et hyssopo : ipsum quoque librum, et omnem populum aspersit, dicens : Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

^z. Christus dilexit nos, et lavit nos * In Sanguine suo. Christus. J. Et fecit nos re gnum, et sacerdotes Deo, et Patri. In Sanguine suo. Gloria. Christus.

Justificati in Sanguine Christi, ^z. Salvi erimus ab ira per ipsum.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * domina re in medio inimicorum tuo rum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

i Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

I Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congrega tione.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, % misericors et misera tor Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæcu li, * facta in veritate et æqui tate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus ni.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.



Potens in terra erit semen ejus: * generatio rectorum be nedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus:* et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: * misericors, et misera tor, et justus.

jucundus homo qui miseretur et commodat,? disponet sermo nes suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus : ? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irasce tur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens paupe rem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus populi sui.

#Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Domi num : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem fri goris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et li quefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni natio ni : * et judicia sua non mani festavit eis.

Aha. Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde vene runt?

Capitulum Fratres, Christus assistens., et Hymnus Festivis., ut in j. Vesperis, pag. 648. ^

y. Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni. R. Quos pre tioso Sanguine redemisti.

Ad Magnificat Aha. Habebi tis autem hunc diem in monu mentum : et celebrabitis eum solemnem Domino in genera tionibus vestris cultu sempiter no.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui unigenitum Filium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac ejus Sanguine placari voluisti : concede, quæsumus, salutis nostræ pretium solemni cultu ita venerari, atque a præsentis vitæ malis ejus virtute defendi in terris, ut fructu perpetuo lætemur in cælis. Per eumdem.

## FERIA VI.
## POST DOM. IN PASSIONE.
## IN COMPASSIONE B. M. V.
## TOTUM DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Supter Psalmos Ana. Ecce Regina Martyrum, quem genuit Regem, mori luget spinis coronatum. Pia Mater intercede pro nobis omnibus. Psalmus Credidi, cum ceteris, ut in ij. Vesperis, pag. 674.

Capitulum. Isa. 21.

ANGUSTIA possedit me sicut angustia parturientis: conturbata sum cum viderem : emarcuit cor meum, tenebræ I stupefecerunt me.

Innocens et expers criminis moritur misertus hominis. I

Cum simus causa supplicii, simus et mæroris socii : Virginis Matris et Filii nos urget stimulus amoris, f. Recolamus cum lacrimis tristitiam Genitricis, gratiam petentes Geniti. — Cum simus. Gloria. Virginis Matris.

Hymnus.

MENTES juvet fidelium
Planctum Mariæ plangere,
Mori videt dum Filium
Toto cruentum corpore.

QUANTO doloris vulnere
Pectus cruentat illius
Amissus uno funere
Sponsus, Parens et Filius!

MATERNA nulla durior,
Nec ulla par afflictio :
Nam nulla proles carior,
Nec ulla par dilectio.

QUOT cara Proles excipit
Inflicta carni verbera,
I Tot mæsta Mater suscipit
Infixa cordi vulnera.

HUNC spina, clavus, lancea
Dum pungit, illam conficit
Mærore, qui vel saxea
Movere corda sufficit.

Sic ensis ille saucium
Cor figit ac transverberat,
Quem j.am diu præconium
| Sancti Senis prædixerat.

Pii Mariæ servuli,
Christi redempti sanguine,
Tantum dolorem flebili
Recogitate lumine.

SIT summa Christo gloria,
Amara cujus Passio
Æterna nobis gaudia
Matrisque det Compassio.
Amen.

f. Sancta Dei Genitrix, Virgo dulcis atque pia. Christum Regem morti traditum pro nobis exora.

Ad Magnificat Afia. Beatissi^mæ Virginis Mariæ Compassionem pio animo recolamus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Filium crucifixum.

Oratio.

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Domine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostræ apud tuam clementiam beata Virgo Maria Mater tua : cujus sacratissimam animam in hora benedictæ Passionis tuæ doloris gladius pertransivit, et in glo



riosa Resurrectione tua ingens i caudium lætificavit. Qui vivis.

T Hodie in utrisque Vesperis et Laudibus omittitur Memoria de Octava Annuntiationis, si Compassio infra eam inciderit.

### AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est ulla similem passa dolorem inter mulieres, dum crucifixum cernis mori Filium. Ora pro nobis pia Dei Genitrix.

In fine Hymni Christe, qui) lux es et dies. dicantur duæ Strophæ Pii Mariæ servuli, et Sit summa Christo gloria., ut in primis Vesperis.

Ad Nunc dimittis Ana. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus : sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo benedicta.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Cum Maria Virgine venite ploremus : * Ac in cruce positum Jesum adoremus.

Hymnus Mentes juvet fidelium., ut in j. Vesperis.

### IN I. NOCTURNO.

Psalmus 6.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum : * sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, ? lavabo per singulas noctes lectum meum : * lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem : * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et erubescant valde velociter.

Ana. Anima mea turbata est I valde : sed tu Domine usque quo?

Psalmus 12.

USQUEQUO Domine oblivisceris me in finem ? * Usquequo avertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea, * dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? * respice, et exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte : * nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exsultabunt si motus fuero : * ego autem in misericordia tua speravi.

Exsultabit cor meum in salutari tuo : X cantabo Domino qui bona tribuit mihi : * et psallam nomini Domini altissimi.

Aha. Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, et exaudi me Domine Deus meus.

Psalmus 30

In te Domine speravi, non confundar in æternum * in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, * accelera ut eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem : £ et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu : * et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi : * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum : * redemisti me Domine Deus veritatis.

Odisti observantes vanitates, * supervacue.

Ego autem in Domino speravi : * exsultabo, et lætabor in misericordia tua.

veniam respexisti humilimeam ' * salvasti de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici : * statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei Domine quoniam tribulor : * conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus :

Quoniam defecit in dolore vita mea : * et anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea : * et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde : * et timor notis meis.

Qui videbant me, foras fugerunt a me : * oblivioni datus sum, tamquam mortuus a corde.

Factus sum tamquam vas perditum : * quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu :

In eo dum convenirent simul adversum me, * accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi Domine : * dixi : Deus meus es tu : in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum, * et a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super servum tuum, X salvum me fac in misericordia tua : * Domine non confundar, quoniam invocavi te.

Erubescant impii, et deducantur in infernum : * muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur adversus justum iniquitatem, * in superbia, et in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, * quam abscondisti timentibus te!

Perfecisti eis, qui sperant in te, * in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ * a conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo * a contradictione linguarum.



Benedictus Dominus : * quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meæ : * Projectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meæ, * dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes sancti ejus : * quoniam veritatem requiret Dominus, et retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, * omnes qui speratis in Domino.

Aiia. Defecit in dolore vita mea : et anni mei in gemitibus.

f. Sancta Dei Genitrix, Virgo dulcis atque pia. l^z. Christum Regem morti traditum pro nobis exora.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ^z.Amen.

De Lamentatione Jeremiæ Prophetæ.

Lectio j. Cap. i.

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus : quoniam Dominus posuit me desolatam, tota die mærore confectam. Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda. Idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas : quia longe factus est a me consolator. Audite obsecro universi populi, et videte dolorem meum.

fy j. Abjecto subter unam arborem filio, abiit Agar, seque e regione procul, et dixit : Non videbo morientem puerum :* Levavitque vocem suam et flevit, f- Stabat autem juxta crucem Jesu Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. — Levavitque vocem suam et flevit.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. I^Z. Amen.

Lectio ij. Cap. i. et cap. 2.

Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus : subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Audierunt quia ingemisco ego, et non est qui consoletur me : omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: multi enim gemitus mei, et cor meum mærens. Defecerunt præ lacrimis oculi mei, conturbata sunt viscera mea.

ij. Cum esset in itineris diversorio Moyses, volebat eum occidere Dominus, ob filii sui præputium : quod ubi acutissima petra circumcidit, tetigit pedes ejus Sephora, dicens : * Sponsus sanguinum tu mihi es. f. Cum transiret ex hoc mundo ad Patrem Jesus, dixit Matri suæ : Mulier ecce filius tuus. — Sponsus-sanguinum tu mihi es.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Mana. 1^7. Amen.

Lectio iij.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Jerusalem? Cui exæquabo te, et consolabor te virgo filia Sion i

Magna est enim velut mare contritio tua : quis medebitur tui? Fecit Dominus quæ cogi tavit, complevit sermonem suum, quem præceperat a die bus antiquis : destruxit, et non pepercit, et lætificavit super te inimicum, et exaltavit cornu hostium tuorum. Deduc quasi torrentem lacrimas per diem, et noctem : non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

iij. Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, et fletus Rachel plorantis filios suos, * Et nolentis consolari super eis, Quia non sunt. f. Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrimis : quia est merces operi tuo. — Et nolentis consolari. Gloria. Quia non sunt.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 37.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ : * non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, * a facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem • * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : * et non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis : * rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum : * et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea : * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei * adversum me appropinquaverunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : * et vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi : * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando super gaudeant mihi inimici mei: * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : *et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me : * et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : * quoniam sequebar bonitatem.



Ne derelinquas me Domine Deus meus : * ne discesseris a

"intende in adjutorium meum * Domine Deus salutis meæ.

Ana. Domine, ante te omne desiderium meum : et gemitus meus a te non est absconditus.

Psalmus 38.

Dixi : Custodiam vias meas : * ut non delinquam in lingua mea.

P6sui ori meo custodiam, * cum consisteret peccator adversum me.

Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis : * et dolor meus renovatus est.

Concaluit cor meum intra me : * et in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea : * Notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est : * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos : * et substantia mea tamquam nihilum ante te.

Verumtamen universa vanitas, * omnis homo vivens.

Verumtamen in imagine pertransit homo : * sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat : * et ignorat cui congregabit ea.

Et nunc quæ est exspectatio mea? nonne Dominus? * et substantia mea apud te est.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me : * opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti : * amove a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus : * propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus * verumtamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam Domine, et deprecationem meam : * auribus percipe lacrimas meas.

Ne sileas : quoniam advena ego sum apud te, et peregrinus, * sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, * et amplius non ero.

Ana. Obmutui, et non aperui os meum, quoniam tu fecisti : amove a me plagas tuas.

Psalmus 41.

QUEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum : * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum : * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam : * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei :

In voce exsultationis, et confessionis : * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, * et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Susceptor meus es,

Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei :

Dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? et quare conturbas me? I

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ana. Omnia excelsa tua, et fluctus tui super me transierunt.

y. Virgo Mater Christi juxta crucem astitisti, ^z. Præparata mori propter amorem Filii.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virtro Ifc. Amen.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Ex Serm. Dom. infra Oct. Assumpt. B. Mariæ.)

Lectio iv.

MARTYRIUM Virginis (duodecima inter stellas diadematis ejus) tam in Sindonis prophetia quam in ipsa Dominicæ Passionis historia commendatur. Positus est hic, ait sanctus Senex de parvulo Jesu in signum, cui contradicetur • et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Vere tuam o beata Mater, animam gladius pertransivit : alioquin nonnisi eam pertransiens, carnem Filii tui penetraret. Et quidem postea quam emisit spiritum tuus ille Jesus, ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus : sed tuam utique animam [ pertransivit. Ipsius nimirum anima jam ibi non erat; sed tua plane inde nequibat avelli.

^z. iv. Ne vocetis me Noemi, hoc est pulchram, sed vocate me Mara, id est amaram : * Quia amaritudine valde me replevit Omnipotens, f. Posuit me Dominus desolatam, tota die mærore confectam. — Quia amaritudine.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. I Amen.

Lectio v.

TUAM ergo pertransivit animam vis doloris, ut plus quam martyrem non immerito prædicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plus quam gladius fuit sermo ille, revera pertransiens animam, Mulier, ecce filius tuus ? O commutationem! Joannes tibi pro Jesu traditur, servus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio; quando et nostra, licet saxea, licet ferrea pectora, sola recordatio scindit?



R. v. Respha, crucifixis duobus filiis suis in monte coram Domino, cilicium substravit sibi supra petram : et non dimisit bestias lacerare eos *Per diem et noctem, f. Replevit me amaritudinibus, et inebriavit me absinthio. — Per diem et noctem.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis. R. Amen.

Lectio vj.

X TON miremini fratres quod JN Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui non meminerit se audisse Paulum inter maxima Gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent. Longe id fuit a Mariæ visceribus : longe id sit a servulis ejus. Sed forte quis dicat, Numquid non eum præscierat moriturum ? Et indubitanter. Numquid non sperabat continuo resurrecturum? Et fidenter. Super hæc doluit crucifixum ? Et vehementer. Alioquin quisnam tu frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem quam Filium Mariæ patientem? Ille etiam mori corpore potuit : ista commori corde non potuit? Fecit illud caritas, qua majorem nemo habuit : fecit et hoc caritas, cui post illam similis altera non fuit.

vj. Flebat mater Tobiæ "remediabilibus lacrimis, atque dicebat : Heu heu me, fili mi, lumen oculorum meorum, baculus senectutis meæ, * Solatium vitæ nostræ ! f. Omnia simul in te uno habentes noli dimittere nos. — Solatium vitæ nostræ. Gloria. Solatium vitæ nostræ.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 42.

rJDiCA me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, * ab homine iniquo, et doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea : * quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam : * ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei : * ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus : * quare tristis es anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ana. Tu es Deus fortitudo mea : quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Psalmus 68.

SALVUM me fac Deus : * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi : * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris : * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans, V raucæ factæ sunt fauces meæ : * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei, * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injuste : * quæ non rapui, tunc exsolve bam.

Deus tu scis insipientiam meam :*etdelicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui ex spectant te Domine, * Domine virtutum.

Non confundantur super me * qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium : * operuit confu sio faciem meam.

Extraneus factus sum fratri bus meis, * et peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me : * et opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam : * et factum est in op probrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium : * et factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur qui sedebant in porta : * et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te Domine : * tempus bene placiti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, * in veritate salutis tuæ :

Eripe me de luto, ut non in figar : * libera me ab iis, qui oderunt me, et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ, ? neque absorbeat me profundum : * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua : * secundum multitudinem mise rationum tuarum respice in me

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo : * quoniam tribu lor, velociter exaudi me.

Intende animæ meæ, et libe ra eam : * propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, et confusionem meam, * et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, * imprope rium exspectavit cor meum, et miseriam.

Et sustinui qui simul contri staretur, et non fuit : * et qui consolaretur, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel : * et in siti mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, * et in retributio nes, et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant : * et dorsum eorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam : * et furor iræ tuæ com prehendat eos.

Fiat habitatio eorum deser ta :* et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt : * et super do lorem vulnerum meorum ad diderunt

Appone iniquitatem super ini quitatem eorum : * et non in trent in justitiam tuam.

Deleantur de Libro viven tium : * et cum justis non scri bantur.

Ego sum pauper et dolens : * salus tua Deus suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum can tico : * et magnificabo eum in laude :



Et placebit Deo super vitulum novellum : * cornua producen tem et ungulas.

Videant pauperes et læten tur : * quærite Deum, et vivet anima vestra :

Quoniam exaudivit pauperes Dominus : * et vinctos suos non despexit.

Laudent illum cæli et terra, * mare, et omnia reptilia in eis.

Quoniam Deus salvam faciet Sion : * et ædificabuntur civi tates Juda.

Et inhabitabunt ibi, * et he reditate acquirent eam.

Et semen servorum ejus pos sidebit eam, * et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Aha. Quem tu percussisti Do mine, persecuti sunt impii : et super dolorem meum addide runt.

Psalmus 76.

VOCE mea ad Dominum cla mavi:*vocemeaad Deum, et intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum : * et non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea, ? memor fui Dei, et delectatus sum, et exercitatus sum : * et defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei : * turbatus sum, et non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos : * et annos æternos in mente ha bui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo, * et exercitabar, et scopebam spiritum meum.

Numquid in æternum proji ciet Deus :* aut non apponet ut complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet, * a generatio ne in generationem ?

Aut obliviscetur misereri Deus? * aut continebit in ira sua misericordias suas?

Etdixi :Nunc cœpi :* hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Memor fui operum Domi ni : * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus ope ribus tuis : * et in adinventio nibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua : ? quis Deus magnus sicut Deus no ster? * tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis vir tutem tuam : * redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, et Joseph.

Viderunt te aquæ Deus, ? vi derunt te aquæ : * et timue runt, et turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum : * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ trans eunt : * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : * commota est et contremuit terra.

In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis : * et vesti gia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populum tuum, * in manu Moysi et Aaron.

Aha. In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis : renuit consolari anima mea.

J. Virgo tuum Filium in cru ce elevatum, ^ Redde tua prece miseris placatum.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. ^Z. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Stabant juxta crucem Jesu Mater ejus, et soror Matris ejus, Ma ria Cleophæ, et Maria Magda lene. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 119. in Joannem.)

HÆC est illa hora, de qua Jesus, aquam conversurus in vinum, dixerat Matri : Quid mihi et tibi est, mulier? non dum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere Matrem mo riturus, de qua fuerat mortali ter natus. Tunc ergo divina fa cturus, non divinitatis, sed in firmitatis Matrem velut inco gnitam repellebat : nunc au tem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affe ctu commendabat humano. Tunc enim qui Mariam crea verat, innotescebat in virtute : nunc vero quem Maria pepe rerat, pendebat in cruce,

^z. vij. Ecce hic positus est in ruinam, et resurrectionem mul torum : et in signum, cui con tradicetur : * Et tuam ipsius animam doloris gladius per transibit. f. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. — Et tuam.

Benedictio. In omni tribula tione et angustia subveniat no bis pia Virgo Maria. Amen.

Lectio viij.

MORALIS igitur insinuatur locus. Facit quod facien dum admonet, et exemplo suo ministros instruxit Præceptor bonus, ut a filiis piis impendi tur cura parentibus : tamquam lignum illud, ubi erant fixa membra morientis, etiam ca thedra fuerit magistri docentis Ex hac sane doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod doce bat, quando dicebat : Si quis autem suis, et maxime dome sticis non providet, fidem ne gavit, et est infideli deterior. Quid vero tam cuique domesti cum quam parentes filiis, aut parentibus filii?

ty. viij. Christo bajulante cru cem, mulieres sequebantur flen tes : ad quas conversus ait : * Nolite flere super me, sed flete super vos, et super filios vestros, f. Beatæ steriles, quæ non lactaverunt. — No lite.

Benedictio. Ad societatem ci vium supernorum perducat nos Regina angelorum. 1^7. Amen.

Lectio ix.

Hujus itaque saluberrimi præcepti ipse Magister sanctorum de se ipso consti tuebat exemplum, quando Ma tri alterum pro se filium quo dammodo providebat. Nam cur hoc fecerit, quod sequitur in dicat : Ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Sed in quæ sua Joannes Matrem Do mini accepit? Neque enim non ex eis erat, qui dixerunt : Ecce nos reliquimus omnia. Sic de bemus accipere quod dictum est, ut ad ejus curam quidquid ei esset necessarium pertine ret. Suscepit ergo eam in sua, non prædia, quæ nulla propria possidebat : sed officia, quæ propria dispensatione exse quenda curabat.



ix. Cum vidisset Jesus Ma trem, et discipulum, quem dili gebat, stantes juxta crucem, dixit Matri suæ : Mulier, ecce filius tuus; deinde discipulo : * Ecce Mater tua. y. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. — Ecce Mater tua. Gloria. Ecce Mater tua.

Ante Laudes y. Tuam ipsius animam doloris gladius per transibit. F?. Ut revelentur ex multis cordibus cogitatio nes.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Attendite universi populi, et videte dolorem meum. Psal mus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea.
3. Horruit Virginis auditus blasphemos audiendo : expavit ejus aspectus parricidas viden do.
4- Facies mea intumuit a fletu, et palpebræ meæ caliga verunt.
5. Plangam eum quasi uni genitum, quia innocens Filius occisus est.

Capitulum. Isaiæ 21.

ANGUSTIA possedit me sicut angustia parturientis : con turbata sum cum viderem : emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me.

Hymnus.

"P\UM crimen Adæ solvitur
U Fluore Christi sanguinis,
Hevæ voluptas penditur
Fletu Mariæ Virginis.

ILLUM crucis dum stipiti
Caterva figit effera,
Quanto tremore concuti
Materna sentit viscera!

Cui melle succum lacteum
Suaviorem præbuit,
Potum dari nunc felleum
Quantum gemens exhorruit!

QUAM deflet inter noxios
Nudum peti conviciis,
Cujus rependi regios
Vidit favores fasciis!

Sic summa partus tempore
Quæ sensit olim gaudia,
Nunc summa multo fenore
Mortis rependunt tædia.

Pii Mariæ servuli,
Christi redempti sanguine,
Tantum dolorem flebili
Recogitate lumine.

SIT summa Christo gloria,
Amara cujus Passio
Æterna nobis gaudia
Matrisque det Compassio.
Amen.

T Hæ duæ ultimæ Strophæ dicantur etiam in fine Hymno rum ad Primam, Tertiam, Sex tam et Nonam.

f. Sancta Dei Genitrix, Vir go dulcis atque pia. ty. Chri stum Regem morti traditum pro nobis exora.

Ad Benedictus Afia. Ecce po situs est hic in signum cui con tradicetur : et tuam ipsius ani mam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis c6rdibus cogitationes.

Oratio.

INTERVENIAT pro nobis, quæ sumus Domine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam beata Virgo Maria Mater tua : cujus sacratissimam animam in hora benedictæ Passionis tuæ doloris gladius pertransivit, et in glo riosa Resurrectione tua ingens gaudium lætificavit. Qui vivis.

AD PRIMAM.

^Z. Jesu Christe, y. Qui passus es coram Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum Angustia possedit me., ut in Laudibus.

^.Sancta Dei Genitrix,* Vir go dulcis atque pia. Sancta Dei Genitrix, y. Christum Regem morti traditum pro nobis exo ra. Virgo dulcis atque pia. Gloria. Sancta Dei Genitrix.

f. Virgo Mater Christi, juxta crucem astitisti, ^z. Præparata mori propter amorem Filii.

AD SEXTAM.

Capitulum. Jerem. 9.

Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem la crimarum? et plorabo die ac nocte.

fy Virgo Mater Christi *Juxta crucem astitisti. Virgo Mater Christi, f. Præparata mori propter amorem Filii. Juxta crucem astitisti. Gloria. Vireo Mater Christi.

f.Virgo tuum Filium in cruce elevatum, ^z. Redde tua prece miseris placatum.

AD NONAM.

Capitulum. Cant. i.

XTIGRA sum, sed formosa, IM filiæ Jerusalem, sicut ta bernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me conside rare quod fusca sim, quia de coloravit me sol : filii matris meæ pugnaverunt contra me.

Virgo tuum Filium * In cruce elevatum. Virgo tuum Filium. f.m Redde tua prece miseris placatum. In cruce elevatum. Gloria. Virgo tuum Filium.

y. Tuam ipsius animam do loris gladius pertransibit. R?. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locu tus sum : * ego autem hu miliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam : * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domi ni, in medio tui Jerusalem.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi : * et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid appo natur tibi * ad linguam dolo sam?



Sagittæ potentis acutæ,* cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : habi tavi cum habitantibus Cedar • multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 139.

ERIPE me Domine ab homi ne malo : * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * tota die constitue bant prœlia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis : * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris : * et ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi :

Et funes extenderunt in la queum : * juxta iter scanda lum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu : * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salu tis meæ : * obumbrasti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Domine a desi derio meo peccat6ri : * cogita verunt contra me, ne derelin quas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum : * la bor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, ? in ignem dejicies eos : * in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra : * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : * et vindi ctam pauperum.

Verumtamen justi confitebun tur nomini tuo : * et habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus 140.

DOMINE clamavi ad te, exaudi me : * intende voci meæ, cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo : * elevatio manuum mearum sa crificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo : * et ostium circumstan tiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem : * et non commu nicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in miseri cordia et increpabit me : * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum : * ab sorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt : * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum : ? quia ad te Domine, Domine oculi mei : * in te speravi, non auferas ani mam meam.

Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi : * et a scanda lis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus pec catores : * singulariter sum ego donec transeam.

Psalmus 141.

VOCE mea ad Dominum cla mavi : * voce mea ad Do minum deprecatus sum :

Effundo in conspectu ejus orationem meam, * et tribula tionem meam ante ipsum pro nuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum, * et tu cognovisti semi tas meas.

In via hac, qua ambulabam, * absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, et videbam : * et non erat qui cognosceret me.

Periit fuga a me, * et non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te Domine, * dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequentibus me : * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum n6mini tuo : * me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Ana. Attendite universi po puli, et videte dolorem meum.

Capitulum. Isaiæ 21.

ANGUSTIA possedit me sicut angustia parturientis: con turbata sum cum viderem : emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me.

Hymnus.

MENTES juvet fidelium
Planctum Mariæ plangere,
Mori videt dum Filium
Toto cruentum c6rpore.

QUANTO doloris vulnere
Pectus cruentat illius
Amissus uno funere
Sponsus, Parens et Filius!

MATERNA nulla durior,
Nec ulla par afflictio :
Nam nulla proles carior,
Nec ulla par dilectio.

QUOT cara Proles excipit
Inflicta carni verbera,
Tot mæsta Mater suscipit
Infixa cordi vulnera.

HUNC spina, clavus, lancea
Dum pungit, illam c6nficit
Mærore, qui vel saxea
Movere corda sufficit.

Sic ensis ille saucium
Cor figit ac transverberat,
Quem jam diu præconium
Sancti Senis prædixerat.

PII Mariæ servuli,
Christi redempti sanguine,
Tantum dolorem flebili
Recogitate lumine.

SIT summa Christo gloria,
Amara cujus Passio
Æterna nobis gaudia
Matrisque det Compassio.
Amen.

Sancta Dei Genitrix, Virgo dulcis atque pia. ^z. Christum Regem morti traditum pro nobis exora.

Ad Magnificat Aria. Ante thronum Trinitatis, miserorum miserata, pia Mater pietatis sis pro nobis advocata : quæ super pœnis cunctis tui Nati, et ærumnis, atque ejus infamiis, necnon culpa tuæ gentis, in im mensum es afflicta : ne similia sint nobis modo quocumque noxia, marito tui doloris da optata remedia.

Oratio.

INTERVENIAT pro nobis, quæsumus Domine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam beata Virgo Maria Mater tua : cujus sacratissimam animam in hora benedictæ Passionis tuæ dote ris gladius pertransivit, et in glori6sa Resurrectione tua in gens gaudium lætificavit. Qui vivis.



DOMINICA II.

POST OCTAVAM PASCHÆ.

## PATROCINII S. JOSEPH

CON F. SPONSI B. MARIÆ V.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Genes. 49.

BENEDICTIONES patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus : donec ve niret desiderium collium æter norum : fiant in capite Joseph, et in vertice Nazaræi inter fratres suos.

fy Angelus Domini apparuit Joseph, dicens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiri tu sancto est : * Pariet autem Filium : et vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia, f. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet. Glo ria. Alleluia.

Hymnus.

TE Joseph celebrent agmina cælitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

ALMO cum tumidam germi- ne conjugem
Admirans, dubio tangeris an- xius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum strin gis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas :
Amissum Solymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

POST mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit :
Tu vivens, Superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.

NOBIS summa Trias parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scan dere :
Ut tandem liceat nos tibi per peti m
Gratum promere canticum.
Amen.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluja, ^z. Sto lam gloriæ induit eum, alleluia.

Ad Magnificat Afia. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam con venirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto, alle cia.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph san ctissimæ Genitricis tuæ Spon sum eligere dignatus es : præ sta, quæsumus, ut quem pro tectorem veneramur in terris, intercessorem habere merea mur in cælis. Qui vivis.

Ad Memoriam Dominicæ ij. post Octavam Paschæ in j. Ve speris Ana. Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducerent vo Gemmeam audienti fiet unum ovile et unus pastor, alleluia.

y. Mane nobiscum Domine, alleluja. ^ Quoniam advespe rascit, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justi tiæ, veritatis tuæ lumen osten dis : da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere,quæ huic inimica sunt nomini; et ea, quæ sunt apta, sectari. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum, * In venera tione beati Joseph protectoris nostri, alleluja.

Hymnus Te Joseph celebrent., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Aha. Angelus Domini appa ruit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Ægy ptum, et esto ibi usque dum dicam tibi, alleluja. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Angelus Domini appa ruit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum, et Matrem ejus, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri, alleluja.

Aha. Consurgens Joseph, accepit Puerum, et Matrem ejus, et venit in terram Israel: et habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth, alleluia.

Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluja. Sto lam gloriæ induit eum, alleluia.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 39.

JOSEPH igitur ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægy ptius, de manu Ismaelitarum a quibus perductus erat. Fuit que Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Domi num esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei : a quo præ positus omnibus gubernabat creditam sibi domum, et uni versa quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, et multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus substantiam : nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, et dec6rus aspe ctu.

j. Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam con jugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est: pariet autem Filium : *Et vocabis nomen ejus Jesum, al lecia. y. Ipse enim salvum faciet populum suum a pecca tis eorum. — Et vocabis nomen ejus Jesum, alleluia.

Sermo sancti Bernardini Senensis.

(Serm. i. de S. Joseph.)

Lectio ij.

OMNIUM singularium gra tiarum, alicui rationabili creaturæ communicatarum, generalis regula est : quod quandocumque divina gratia eligit aliquem ad aliquam gra tiam singularem, seu ad ali quem sublimem statum, omnia charismata donet, quæ illi per sonæ sic electæ et ejus officio



necessaria sunt, atque illam copiose decorant. Quod maxi me verificatum est in sancto loseph, putativo patre Domini nostri Jesu Christi, et vero sponso Reginæ mundi et Do minæ angelorum, qui ab æterno Patre electus est fide lis nutritius, atque custos prin cipalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus et Sponsæ suæ :quod officium fidelissime prosecutus est. Cui propterea Dominus ait : Serve bone, et fidelis, intra in gaudium Do mini tui. Si compares eum ad totam Ecclesiam Christi, nonne iste est homo electus et specia lis, per quem, et sub quo Chri stus est ordinate et honeste introductus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Eccle sia sancta debitrix est, quia per eam Christum suscipere digna facta est : sic profecto, post eam, huic debet gratiam et reverentiam singularem. Ipse enim est clavis Veteris Testamenti, in qua patriarcha lis et prophetalis dignitas pro missum consequitur fructum. Porro hic est solus, qui corpo raliter possedit, quod eis di vina dignatio repromisit. Tu autem.

fy ij. Surgent accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, * Et esto ibi usque dum dicam tibi, alleluia. f. Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam di centem : Ex Ægypto vocavi Filium meum. — Et esto ibi usque dum dicam tibi, alle luja.

Lectio iij.

MERITO igitur figuratur per illum Patriarcham Joseph, qui populis frumenta servavit. Sed et hic illum præcellit : quia non solum Ægyptiis pa nem corporalis vitæ, sed omni bus electis panem de cælo, qui cælestem vitam tribuit, cum multa solertia enutrivit. Pro fecto dubitandum non est, quod Christus familiaritatem, reverentiam atque sublimissi mam dignitatem, quam illi ex hibuit, dum ageret in humanis, tamquam filius patri suo, in cælis utique non negavit, quin potius complevit, et consum mavit. Unde non immerito in verbo proposito a Domino sub infertur : Intra in gaudium Domini tui. Unde, licet gau dium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit ta men Dominus ei dicere : Intra in gaudium : ut mystice innua tur quod gaudium illud non solum in eo sit intra, sed undi que illum circumdans et absor bens, et ipsum velut abyssus infinita submergens. Memento igitur nostri beate Joseph, et tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium inter cede : sed et beatissimam Vir ginem sponsam tuam nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre et Spi ritu sancto vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum, amen. Tu autem.

RL iij. Angelus Domini appa ruit Joseph, dicens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spi ritu sancto est :* Pariet autem Filium : et vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia, f. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent,

inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia. Gloria. Alle luia.

Ante Laudes f. Constituit eum dominum domus suæ, al leluja. Kz. Et principem omnis possessionis suæ, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluja. Psalmus Dominus re gnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virgi nem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, alleluia.

3. Ascendit autem Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, alle luia.

4. Et venerunt festinantes : et invenerunt Mariam et Jo seph et Infantem positum in præsepio, alleluia.

5- Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, alle luja.

Capitulum. Gen. 49.

BENEDICTIONES patris tui confortatæ sunt benedi ctionibus patrum ejus : donec veniret desiderium collium æternorum : fiant in capite Joseph, et in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hymnus.

CÆLITUM Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti canimus, beni gnus
Suscipe laudes.

TE Sator rerum statuit pu dicæ
Virginis Sponsum, voluitque Verbi
Fe Patrem dici, dedit et mini strum
Esse salutis.

Tu Redem ptorem stabulo jacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.

REX Deus regum, Domina tor orbis,
Cujus ad nutum tremit infero rum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.

LAUS sit excelsæ Triadi per ennis,
Quæ tibi præbens superos ho nores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ.
Amen.

f - Dedisti mihi protectionem salutis tuæ, alleluia. Et dextera tua suscepit me, alle cia,

Ad Benedictus Aha. Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam :quod enim in ea natum est de Spiri tu sancto est, alleluja.

Oratio.

- pvEUS, qui ineffabili provi \j dentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es : præsta, quæsumus, ut quem protectorem veneramur in ter ris, intercessorem habere me reamur in cælis. Qui vivis.

Ad Memoriam Dominicæ ij. post Octavam Paschæ in Lau dibus Aha. Modicum, et non videbitis me, dicit Dominus : iterum modicum, et videbitis me : quia vado ad Patrem, allecia, alleluja.

f. Gavisi sunt discipuli, alle cia. Viso Domino, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justi tiæ, veritatis tuæ lumen osten dis : da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, et ea, quæ sunt apta, sectari. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 3.

IN illo tempore : Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu bapti zato, et orante, apertum est cælum. Tu autem Domine mi serere nostri.

AD TERTIAM.

Capitulum Benedictiones pa tris tui. ut in Laudibus, pag. 680.

Amavit eum Dominus, et ornavit eum, * Alleluia, alle luja. Amavit eum Dominus, y. Stolam gloriæ induit eum. Alleluia. Gloria. Amavit eum Eminus.

y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja. B?. Et ostendit illi regnum Dei, alle luja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Gen. 49.

DEUS patris tui erit adjutor tuus, et omnipotens bene dicet tibi benedictiónibus cæli desuper.

Justum deduxit Dominus per vias rectas, * Alleluia, alle cia. Justum deduxit Domi nus. f. Et ostendit illi regnum Dei. Alleluia. Gloria. Justum deduxit Dominus,

y. Justus ut palma florebit in domo Domini, alleluja. Rz. Sic ut cedrus Libani multiplicabi tur, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Genes. 49.

FILIUS accrescens Joseph, filius accrescens et decorus aspectu : filiæ discurrerunt super murum.

Justus ut palma florebit in domo Domini, * Alleluia, alle cia'. Justus ut palma florebit, y. Sicut cedrus Libani multi plicabitur. Alleluia. Gloria. Ju stus ut palma florebit,

y. Dedisti mihi protectionem salutis tuæ, alleluja. ^z. Et dextera tua suscepit me, alle luja.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Aha. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alle luja.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Con fessoris, pag. 76*.

Capitulum. Genes. 49.

BENEDICTIONES patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus : donec veniret desiderium collium æternorum : fiant in capite Joseph, et in vertice Nazaræi inter fratres suos.

Hymnus.

TE Joseph celebrent agmina Cælitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

ALMO cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas :
Amissum Solymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

POST mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit :
Tu vivens, Superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.

NOBIS summa Trias parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scandere :
Ut tandem liceat nos tibi p£r petim
Gratum pr6mere canticum. Amen.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluja. 1$. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta, quæsumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Qui vivis.

Ad Memoriam Dominicæ ij. post Octavam Paschæ in ij. Vesperis Ana. Iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, alleluia : et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, alleluia.

Mane nobiscum Domine, alleluja. I^z. Quoniam advesperascit, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui errantibus, ut in viam possint redire justitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis : da cunctis, qui christiana professione censentur, et illa respuere quæ huic inimica sunt nomini, et ea, quæ sunt apta, sectari. Per.

# PROPRIUM SANCTORUM

i

PER OCT. S. GATHARINÆ VIRG. ET MART.

Ad Memoriam in Laudibus

Ana. Prudens et vigilans Virgo, qualis es cum Sponso illo, qui te elegit de mundo, quam pulchra, quam mirabilis, quanta luce spectabilis inter Sion juvenculas et Jerusalem filias! Thalamo gaudes regio, conjuncta Dei Filio.

Oratio.

DEUS, qui dedisti Legem Moysi in summitate montis Sinai, et in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ, Virginis et Martyris tuæ,mirabiliter collocasti : præsta, quæsumus, ut ejus meritis et intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus : Qui tecum vivit.

Ad Memoriam in Vesperis Afia. Ave Virginum gemma Camarina : ave sponsa Regis regum gloriosa : ave viva Christi hostia! Tua venerantibus patrocinia, impetrata non deneges suffragia.

Oratio Deus, qui dedisti., ut supra.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.

B. MARGARITÆ DE SABAUDIA VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatam Margaritam a sæculi pompa ad humilem tuæ crucis sequelam toto corde transire docuisti : concede ut ejus meritis et exemplo discamus perituras mundi calcare delicias; et in amplexu tuæ crucis omnia nobis adversantia superare : Qui vivis.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria SS. Vitalis et Agricolæ Martyrum.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beatorum Martyrum tuorum Vitalis et Agricolæ solemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 31.

ACCINXIT fortitudine lumbos suos,et roboravit brachium suum. Gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus : non exstinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus nivis : omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi : byssus, et purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Lectio ij. Cap. 3.

QUÆ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter emi nentem scientiam Jesu Christi Domini mei : propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Chri stum lucrifaciam, et inveniar in illo non habens meam justi tiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu : quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, et vir tutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lectio iij. Cap. 5.

VIDUAS honora, quæ vere viduæ sunt. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, et mutuam vicem red dere parentibus : hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est, et deso lata, speret in Deum, et instet obsecrationibus, et orationibus nocte ac die. Nam quæ in de liciis est, vivens mortua est. Et hoc præcipe ut irreprehensibi les sint.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

BEATA Margarita stirpe re gia ducum Sabaudiæ nata, futuræ sanctitatis ab ipsa in fantia specimen dedit. Adulta, parentum jussu, Theodoro Montisferrati marchioni nu psit. A sancto Vincentio Ferra rio ad altioris perfectionis stu dium accensa, quantum per conjugii statum licuit, Deo se totam devovit; ac demum a le ge viri soluta, palam sancti Do minici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestare solent, assumpsit, votumque perpe tuæ deinceps vidualis continen tiæ emisit. Secundas nuptias cum Philippo Mediolanensium duce, oblatamque summi Pon tificis relaxationem voti mode ste recusavit. Mira in pauperes et infirmos ardebat caritate : nam sub Ternarias habitu fo ris degens, omni facultatum subsidio solabatur egenos, mi nistrabat ægris, languentium sordes, ulcera, saniem propriis tergebat manibus. A sæculi commercio longius abesse cu piens, in Alba Pompeia sibi ac religiosis virginibus mona sterium sub cura Fratrum Prædicatorum construxit, in quo solemnibus votis reliquum vitæ Altissimo consecravit.

Lectio v.

NOVUM vitæ genus professa, novo ardore studium pie tatis ac religionis exercuit Regulæ et sacrarum Constitu tionum observantiam ita coluit, ut earum nec iota, nec mini mum apicem præteriret. Obe dientiam et humilitatem ita servavit, ac si ex infima plebe ad religiosum statum convo lasset. Superiorum ac præser tim Confessura jussa, summa animi demissione excipiebat. Abjectissima quæque cœnobii ministeria ultro et alacriter obibat; nihil in ejus indumen tis et supellectili superfluum reperire erat. Data sibi aliquan do a Christo Domino optione, ex tribus acutissimis lanceis, nempe calumnia, ægritudine, ac persecutione, quam vellet eligendi, omnes simul sustinen das elegit. Nec fefellit eventus. Sed et omnia æquanimiter sus



diluit, ut Christo crucifixo ple nissime configuraretur.

Lectio vj.

INTER orandum sæpissime rapiebatur in extasim, ac divinæ unionis dulcedine tota spiritu ^liquescebat. Precum ac lacrimarum ejus tanta vis fuit, ut quidquid a Deo peteret, impetraret. Neptem Amadeam plane a medicis desperatam, integerrimæ valetudini orando restituit. Fruges in agro pau peris densa grandine omnino prostratas, in messem copiosam erexit. Dæmones Albam Pom peiam funditus subvertere mo lientes, a cœpto deterruit, ac fugavit. Pro pace universalis Ecclesiæ redintegranda maxi mos labores ultro feliciterque suscepit. Demum cælo matura, exactis sub sancti Dominici habitu annis quadraginta qua tuor, ad superos evolavit, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Multis vi vens ac post obitum miraculis claruit : quibus rite agnitis ac probatis, Clemens Decimus Pontifex Maximus ejus festum in universo Prædicatorum Or dine celebrari concessit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simi le est regnum cælorum thesau ro. de Communi unius nec Vir ginis nec Martyris, pag. in*.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

B. JACOBI DE BENEFACTIS

EPISC. CONE. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beato Jacobo, Confessori tuo atque Pon tifici, omnia boni pastoris munia fideliter explere tribuisti : ejus intercessione nobis concede ut per viam mandatorum tuo rum gradientes, inter oves pa scuæ tuæ perpetuo collocari mereamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Fidelis sermo., de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JACOBUS, ex illustri familia de Benefactis Mantuæ na tus, in christiana religione pie educatus fuit. Adolescens, ut ferventes Deo inserviret, do mus suæ splendori pariter ac sæculo valedicens, institutum Ordinis Prædicatorum in patria amplexus est : in quo humili tate ac patientia refulgens, summoque in Deum amore flagrans, perfectionis culmen attigit. Sacris studiis impigre vacans, doctrina excoluit, ac magisterii laurea decoratus est. Tot sacri viri dotibus permotus Nicolaus Boccasinus, totius Ordinis Prædicatorum Magi ster, deinde summus Pontifex nomine Benedicti Undecimi, et serius etiam Beatorum ordi ni adscriptus, eum in claustro sibi socium adscivit, ac, uti fertur, in ipsa Petri cathedra familiarem habuit.

Lectio v.

NE autem diutius lucerna sub modio lateret, Joan nes Vicesimus secundus Jaco bum in Manturna sede collo cavit Antistitem. Hoc in mu nere, civium suorum non so lum spem non fefellit, sed votis omnium, scientia, doctrina ac sanctitate vitæ ita respondit,

ut cujusque conditionis homi nes illum tamquam divinitus datum suspicerent, veneraren tur. In gregem sibi commissum caritate flagrans, et omnibus omnia factus, odia et dissidia dirissimis illis temporibus Man tuæ exorta compescere sategit. Catholicæ veritatis integrita tem strenue propugnavit, pau peres peste et fame semel atque iterum miserrime affli ctos sublevavit, unde patris pauperum nomen promeruit, et grege tandem ad pietatem et bonam frugem perducto, ipsum spiritualibus bonis ditare studuit.

Lectio vj.

POSTQUAM sem et octo annos per Eccle siam suam justitia, zelo, et caritate rexisset, omnibus boni pastoris partibus expletis, se nio confectus, et meritis cla rus, piissime obiit die decima nona Novembris anno mille simo tercentesimo trigesimo octavo. Christifideles, qui beati Jacobi virtutes admirati fue rant, ad ejus funus venerabun di accurrerunt, ejusque ope etiam prodigia contigisse fer tur. Quare ab ejus obitu publi ci et ecclesiastici cultus potitus est ; sacræ ejus exuviæ mul toties translatæ, tandem in cathedrali ecclesia Manturna repositæ fuerunt, ubi quotan nis Christifidelium veneratio ni solemniter exponuntur. Qui bus rite probatis, Pius Nonus Pontifex Maximus ex sacro rum Rituum Congregationis consulto cultum beato Jacobo ab immemorabili præstitum ratum habuit, et dioecesi Man tuanæ, ac universo Prædica torum Ordini potestatem fecit de eo quotannis Officium et Missam peragendi.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Ho mo peregre, de Communi unius Confessoris Pontificis,pag^s*

In Laudibus Memoria S. Sa turnini Martyris. Oratio.

DEUS, qui nos beati Satur nini Martyris tui concedis natalico perfrui, ejus nos tri bue meritis adjuvari. Per.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

S. ANDREÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Unus ex duobus, qui secuti sunt Domi num, erat Andreas frater Si menis Petri, allecia. Psalmus Laudate pueri Dominum, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Ephes. 2.

JAM non estis hospites, et ad venæ : sed estis cives san ctorum, et domestici Dei : su perædificati super fundamen tum Apostolorum et Prophe tarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

Homo Dei ducebatur, ut crucifigerent eum : populus autem clamabat voce magna dicens : * Innocens ejus san guis sine causa damnatur, y. Cumque carnifices ducerent eum ut crucifigeretur, factus est concursus populorum cla mantium et dicentium. — In nocens ejus sanguis. Gloria. Innocens ejus sanguis.'

Hymnus Exsultet cælum lau dibus, et y. In omnem terram, ut in j. Vesperis de Communi Apostolorum, pag. 26*.



Ad Magnificat Aha. Ambu lans Jesus juxta mare Galilææ vidit Petrum et Andream fra trem ejus, et ait illis : Venite post me, faciam vos fieri pisca tores hominum. At illi, relictis retibus et navi, secuti sunt eum. Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus, ut beatus Andreas Apostolus, cujus prævenimus festivitatem, tuum pro nobis imploret auxilium; ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per.

TSi festum hoc propter Domi nicam transferatur, in primis Vesperis dicatur hæc Oratio :

MAJESTATEM tuam Domine suppliciter exoramus : ut sicut Ecclesiæ tuæ beatus An dreas Apostolus exstitit præ dicator et rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus inter cessor. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus vi ctoriosissimum Regem Chri stum : *Qui victorem per cru cis trophæum coronavit bea tum Andream Apostolum.

Hymnus Exsultet cælum lau dibus., ut in primis Vesperis de Communi Apostolorum, pag. 26*.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Vidit Dominus Petrum et Andream, et vocavit eos. Psalmi de Communi Aposto lorum, pag. 27*

Aha. Venite post me, dicit Dominus, faciam vos fieri pi scatores hominum.

Ana. Relictis retibus suis, se cuti sunt Dominum Redem ptorem.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines or bis terræ verba eorum.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. io.

FINIS legis, Christus, ad ju stitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere : Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scri ptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo : hoc est verbum fidei, quod prædi camus.

j. Cum perambularet Do minus juxta mare secus litus Galilææ, vidit Petrum et An dream retia mittentes in mare, et vocavit eos dicens : * Ve nite post me, faciam vos pisca tores hominum. y. Erant enim piscatores : et ait illis. — Ve nite post me.

Lectio ij.

OMNIS enim, quicumque in vocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo in vocabunt, in quem non credi derunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quo modo autem audient sine præ dicante? Quomodo vero præ dicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est : Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Sed non omnes obediunt Evange lio. Isaias enim dicit : Domine quis credidit auditui nostro?

Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

37. ij. Mox ut vocem Domini prædicantis audivit beatus An dreas, relictis retibus, quorum usu actuque vivebat, æternæ vitæ secutus est * Præmia lar gentem. Ad unius jussio nis vocem Petrus et Andreas, relictis retibus, secuti sunt Red emptorem. — Præmia largien tem.

Lectio iij.

SED dico? Numquid non au dierunt? Et quidem in om nem terram exivit sonus eo rum, et in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico : Num quid Israel non cognovit? Pri mus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem : in gentem insi pientem, in iram vos mittam. Isaias autem audet, et dicit : Inventus sum a non quæren tibus me : palam apparui iis, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit : Tota die expandi manus meas ad popu lum non credentem, et contra dicentem.

iij. Homo Dei ducebatur, ut'crucifigerent eum : populus autem clamabat voce magna dicens : * Innocens ejus san guis sine causa damnatur. f. Cumque carnifices ducerent eum, ut crucifigeretur, factus est concursus populorum cla mantium et dicentium. — In nocens ejus sanguis. Gloria. Innocens ejus sanguis.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Dilexit Andream Do minus in odorem suavitatis alleluia.

Ana. Dignum sibi Dominus computavit martyrem, quem vocavit Apostolum, dum esset in mari, alleluja.

Ana. Christus me misit ad istam provinciam, ubi non par vum populum acquisivi,

y. Constitues eos principes su per omnem terram. R?. Memo res erunt nominis tui Domine.

(Ex Act. passionis ejus scriptis a Presbyteris et Diaconis Achaiæ, et ex Romano Brev.)

Lectio iv.

ANDREAS Apostolus Beth saidæ vico Galilææ natus frater Petri, discipulus Joannis Baptistæ, una cum fratre ante alios Apostolos a Christo vo catus, post ejusdem Passionem et Resurrectionem, cum in Scy thiam Europæ venisset, deinde Epirum ac Thraciam peragrasset, doctrina et mira culis innumerabiles homines ad Christum convertit. Post, Pa tras Achaiæ profectus, et in ea urbe plurimis ad veritatem evangelicam perductis, Æge am proconsulem, prædicationi evangelicæ resistentem, liber rime increpavit.

ty.i y. Doctor bonus, et amicus Dei Andreas ducitur ad cru cem : aspiciens a longe, vidit crucem : Salve crux, * Suscipe discipulum ejus, qui pependit in te magister meus Christus. f - Salve crux, quæ in corpore Christi dedicata es : et ex mem bris ejus tamquam margaritis ornata. — Suscipe discipulum ejus.

Lectio v.

TUM Ægeas iratus demum hortatur ut sibi consulens diis velit immolare. Cui An dreas : Ego omnipotenti Deo,



qui unus et verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in alta ri : cujus carnem posteaquam omnis populus credentium man ducaverit, Agnus, qui sacrifi catus est, integer perseverat ac vivus. Quam ob rem ira ac census Ægeas jubet eum in carcerem detrudi : unde popu lus Andream facile liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogans ne se ad optatissimam martyrii coro nam properantem impedirent.

v. O bona crux, quæ deco rem et pulchritudinem de mem bris Domini suscepisti, accipe me ab hominibus, et redde me Magistro meo : * Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. f. Securus et gaudens venio ad te : ita et tu exsultans suscipias me. — Ut per te me recipiat.

Lectio vj.

IGITUR paulo post in tribunal productum, cum Ægeas cru cis extollentem mysteria, sibi que suam impietatem expro brantem, diutius ferre non posset, in crucem tolli, et Chri sti mortem imitari jussit. Ad ductus Andreas ad locum mar tyrii, cum crucem vidisset a longe, exclamare cœpit : O bona crux, quæ decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicite amata, sine intermissione quæsita, et ali quando concupiscenti animo præparata, accipe me ab ho minibus, et redde me Magistro meo : ut per te me recipiat qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduum vivus pendens, et Christi fidem præ dicare nunquam intermittens, ad eum migravit, cujus mortis similitudinem concupierat.

1^7. vj. Salve crux, quæ in corpore Christi dedicata es, et ex membris ejus tamquam mar garitis ornata : * Suscipe di scipulum ejus, qui pependit in te. y. O bona crux, diu deside rata, et jam concupiscenti ani mo præparata. — Suscipe di scipulum ejus. Gloria. Suscipe discipulum ejus.

IN HI. NOCTURNO.

Ana. Videns Andreas crucem, cum gaudio dicebat : Quia amator tuus semper fui, et de sideravi amplecti te, o bona crux.

Ana. Recipe me ab homini bus, et redde me Magistro meo : ut per te me recipiat, qui per te me redemit.

Ana. Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas, et docebat populum.

y. Nimis honorati sunt amici tui Deus. ty. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 4.

IN illo tempore : Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores). Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 5. in Evang.)

AUDISTIS, fratres carissimi, quia ad unius jussionis vo cem Petrus et Andreas, relictis retibus, secuti sunt Redem ptorem. Nulla vero hunc face re adhuc miracula viderant;

nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant : et tamen ad unum Domini præceptum, hoc, quod possidere videbantur, obliti sunt. Quanta nos ejus miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur! Et tamen vocantem sequi contemnimus.

vij. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, sed contradicentem mihi : * Qui ambulant vias non bonas, sed post peccata sua. f. Exaltare, qui judicas terram : redde retributionem superbis. — Qui ambulant.

Lectio viij.

IN cælo jam sedet qui de conversione nos admonet : | jam jugo fidei colla gentium subdidit, jam mundi gloriam stravit, jam ruinis ejus crebrescentibus, districti sui judicii diem propinquantem denuntiat : et tamen superba mens nostra adhuc non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit invita. Quid ergo, fratres carissimi, quid in ejus judicio dicturi sumus, qui ab amore præsentis sæculi nec præceptis flectimur, nec verberibus emendamur?

viij. Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis : dum penderet in cruce, dignum sibi computavit martyrem, quem vocavit Apostolum, dum esset in mari : * Et ideo amicus Dei appellatus est. f. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit : sanctitate autem et gratia plenus. — Et ideo.

Lectio ix.

SED fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat : Ad vocem Dominicam uterque iste piscator quid aut quantum dimisit, qui pene nihil habuit Sed hac in re, fratres carissimi affectum debemus potius pensare quam censum. Multum reliquit qui sibi nihil retinuit • multum reliquit qui, quarum libet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amrire possidemus, et ea, quæ minime habemus, ex desiderio quærimus. Multum ergo Petrus et Andreas dimisit, quando uterque etiam desideria habendi dereliquit.

1^7. ix. Videns crucem Andreas exclamavit dicens : * O crux inenarrabilis, o crux inæstimabilis, o crux, quæ per totum mundum fulges, Non me dimittas errantem, sicut ovem non habentem pastorem, f. Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas, et docebat populum, et dicebat. — O crux. Gloria. Non me dimittas errantem.

Ante Laudes f. Dilexit Andream Dominus. In odorem suavitatis.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Salve crux pretiosa, suscipe discipulum ejus, qui pependit in te magister meus Christus. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Beatus Andreas orabat dicens : Domine, Rex æternæ gloriæ, suscipe me pendentem in patibulo.

3- Andreas Christi famulus, dignus Dei Apostolus, germanus Petri, et in passione socius.

4- Maximilla, Christo amabilis, tulit corpus Apostoli: optimo loco cum aromatibus sepelivit.

5. Qui persequebantur justum, demersisti eos Domine in profundum : et in ligno crucis dux justi fuisti.

Capitulum Jam non estis hospites., HymnusÆterna Christi munera.ety. Annuntiaverunt, de Communi Apostolorum, pag. 33*.

Ad Benedictus Ana. Concede nobis hominem justum, redde nobis hominem sanctum : ne interficias hominem Deo carum, justum, mansuetum et pium. Oratio.

MAJESTATEM tuam Domine suppliciter exoramus : ut sicut Ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus exstitit prædicator et rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etff.deCommuni Apostolorum, pag. 33*.

Oratio Majestatem tuam., ut in Laudibus.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Salve crux pretiosa, suscipe discipulum ejus, qui pependit in te magister meus Christus. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi Apostolorum, 34*.

Capitulum Jam non estis hospites., HymnusExsultet cælum laudibus, et y. In omnem terram. ut in j. Vesperis de eodem Communi, pag. 26*.

Ad Magnificat Ana. Cum pervenisset beatus Andreas ad locum ubi crux parata erat, exclamavit et dixit : O bona crux, diu desiderata, et jam concupiscenti animo præparata, securus et gaudens venio ad te : ita et tu exsultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te.

Oratio Majestatem tuam. ut in Laudibus.

PER OCTAVAM S. ANDREÆ.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas, et docebat populum, y. Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio Majestatem tuam. ut in Laudibus Festi.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Beatus Andreas orabat dicens : Domine Rex æternæ gloriæ, suscipe me pendentem in patibulo.

f - Dilexit Andream Dominus. 1^?. In odorem suavitatis.

Oratio Majestatem tuam. ut supra in Laudibus Festi.

DE Octava die S. Catharinæ Virginis et Martyris fiat Memoria in utrisque Vesperis et Laudibus B. Joannis a Vercellis, ut suo loco ponitur. Si tamen Dominica j. Adventus in die ij. Decembris evenerit, Memoria de Octava die S. Catharinæ fiat illo anno in Officio Dominicæ. Memoria vero de S. Bibiana Virgine et Martyre semper fiat in Officio B. Joannis ad j. Vesperas et Laudes.



DIE II. DECEMBRIS.
B. JOANNIS A VERCELLIS
CON F. ORD. PRÆD. DUPLEX.

Quæ hic notata non sunt fiant de Communi unius Confessoris.

Oratio.

DEUS qui beatum Joannem mirabili prudentia et fortitudine clarescere voluisti; ipso interveniente, concede ut familia tua semper et ubique salubri regimine gubernetur. Per.

Ad Memoriam de Octava die S. Catharinæ inj. Vesperis Ana. Inclyta sanctæ Virginis Catharmoe solemnia suscipiat alacriter pia mater Ecclesia. Ave Virgo Deo digna, ave dulcis et benigna! Obtine nobis gaudia, quæ possides cum gloria,

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum. Oratio.

DEUS, qui dedisti Legem Moysi in summitate montis Sinai, et in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ Virginis et Martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta,quæsumus,ut ejus meritis et intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus : Qui tecum vivit.

Ad Memoriam S. Bibianæ Virginis et Martyris in j. Vesperis, Antiphona et f. de Communi unius Virginis, pag. 87*

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Domine, beata Bibiana Virgo et Martyr imploret : quæ tibi grata semper exstitit, et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir.de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JOANNES, quem antiqui scriptores alii de Versilis, alii de Moxo, aut etiam de gente Garbella passim dixerunt, in finibus dioecesis Vercellensis ineunte sæculo tertio decimo' ortum habuit. Exacta pueritia' cum præstantissimi ingenii specimina mature præbuisset adolescens Lutetiam Parisiorum, studiorum causa, missus, brevi ex discipulo magister factus, in celeberrima illa Universitate Jus Romanum et Pontificium publice docuit. In patriam reversus, dum Versilis utrique Juri tradendo incumberet, ad altiora vocatus, beato Jordano divinitus incitante, Ordini Prædicatorum nomen dedit. Bononiæ, ad sepulcrum sancti Dominici Patris, regularis vitæ disciplinam novitius excoluit, ac pleno hausit pectore. Ejus sapientia et virtute perspecta, Versilis in ipso cœnobio, ad quod fundandum venerat, Prior constituitur, et inde, tamquam Magistri Humberti Vicarius in Hungariam destinatus, ejus vices magna cum laude gessit Quo munere perfunctus, Bononiensis cœnobii Prior electus est, ac paulo post in Provincia Lombardiæ Fratrum regimini præfectus.

Lectio v.

IN Magistrum totius Ordinis ^ assumptus, annos fere viginti, sodalibus pietatis cultu, morum austeritate et actionis prudentia in exemplum eluxit. Fratrum cœnobia, per Europam longe lateque disseminata, suo innixus baculo pedes lustravit. Annuis comitiis, quæ Capitula generalia vocant, assiduus, ipse moderans ubique sanctissimis legibus re-1 piarem disciplinam fortiter asseruit. Apud principes et saiorum antistites magni semper habitus, Romanis Pontintibus in perarduis Christianæ reipublicæ negotiis adjumento fuit. Commissarius enim ad reconciliandas Italiæ urbes, et hæreticæ pravitatis Inquisitor apud Venetos ab Innocenti Quarto delectus est, Apostoleus Procurator sacræ expeditionis Cruce signatorum contra infideles ab Urbano Quarto constitutus, Nuntius pacis apud respublicas Venetiarum, Genuæ, Pisarum, Florentiæ et Bononiæ a beato Gregorio Decimo destinatus, ac tandem Legatus ad reges Franciæ et Castellæ a Joanne Vigesimo et Nicolao Tertio missus, ut dissidentium animos ad pacem componeret Clementi Quarto a consiliis adscitus, ei morienti ceu fidissimus solator astitit.

Lectio vj.

SANCTI Dominici filius vere amantissimus, marmoream arcam, sculptis imaginibus insignem, Bononiæ exstruendam curavit, in qua, ipso præsente, beati Patris legiferi reliquiæ solemni pompa repositæ usque in hodiernam diem religiose asserventur. Hierosolymitane Patriarcha renuntiatus, dignitatem invicta humilitatis constantia recusavit. Ab ipso supremo Magisterio Prædicatorum ut absolveretur semel et ium petiit : sed universo Ordine reclamante, Romani Pontificis jussu Prædicatorum familiæ gubernacula ad ulti-1 mum vitæ diem retinuit Ex præscripto sui Instituti esum carnium sibi perpetuo interdixit, longaque jejunia, etiam inter itinerum aspera servavit. Sibi austerus, in alios benignus, omnium amorem demeruit. Paupertatis et regularis observantiæ rigidissimus custos, a verbi Dei prædicatione, animarum saluti jugiter intentus, nunquam destitit. Doctrinæ sancti Thomæ Aquinatis tuendæ imprimis studuit, Concordiæ suos alumnos inter Clerum sæcularem ceterosque Regulares custodiendæ sedulus navavit operam. Tandem dierum et meritorum plenus, in cœnobio sui Ordinis, pridie kalendas Decembris anno millesimo biscentesimo octogesimo tertio, apud Montem Pessulanum sanctissima morte ad coronam evolavit. Ecclesiasticum cultum, beato Joanni ob ejus virtutes et miradiorum famam ab exitu præstitum, et nullo unquam tempore intermissum, Pius Papa Decimus confirmavit.

IN III. [illegible] NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

IN [illegible] LAUDIBUS.

Oratio.

T^EUS, qui beatum Joannem mirabili prudentia et te tudine clarescere voluisti: ipso interveniente, concede ut familia tua semper et ubique salubri regimine gubernetur.Per.

T Hæc Oratio dicatur ad Jer Sextam, Nonam et ij. Vesperas.

Ad Memoriam de Octava die S. Catharmoe in Laudibus Ana. Prudens et vigilans Virgo, qua lis es cum Sponso illo, qui te elegit de mundo,quam pulchra, quam mirabilis, quanta luce spectabilis inter Sion juvencu las et Jerusalem filias!Thalamo gaudes regio, conjuncta Dei Filio.

y. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi. Oratio.

DEUS, qui dedisti Legem Moysi in summitate mon tis Sinai, et in eodem loco per sanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ Virginis et Martyris tuæ mirabiliter collo casti : præsta, quæsumus, ut ejus meritis et intercessione ad montem, qui Christus est, perve nire valeamus: Qui tecum vivit.

Ad Memoriam S. Bibianæ in Laudibus Antiphona et f. de Communi unius Virginis, pag. 95* Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsu mus Domine, beata Bibiana Virgo et Martyr imploret : quæ tibi grata semper exstitit, et merito castitatis, et tuæ pro fessione virtutis. Per.

IN II. VESPERIS.

Ad Memoriam de Octava die S. Catharinæ Ana. Ave Virgi num gemma Camarina : ave sponsa Regis regum gloriosa : ave viva Christi hostia! Tua venerantibus patrocinia, impe trata non deneges suffragia.

T. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio Deus, qui dedisti Le £em Moysi. ut ad Memoriam in Laudibus.

DIE III. DECEMBRIS.
S. FRANGISCI XAVERII
CONFESSORIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui Indiarum gentes beati Francisci prædica tione et miraculis Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti : con cede propitius ut cujus gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

FRANCISCUS in Xaverio dioe cesis Pampelonensis nobili bus parentibus natus, Parisiis sancto Ignitio sese comitem et discipulum junxit. Ipso ma gistro, eo brevi devenit, ut in rerum divinarum contempla tione defixus, a terra aliquan do sublimis elevaretur : quod illi sacrificanti coram populi multitudine aliquoties evenit Has animi delicias magnis sui corporis cruciatibus merebatur. Nam interdicto sibi, non carnis solum et vini, sed panis quoque triticei usu, vilibus cibis vesci solitus, per biduum subinde tri duumque omni prorsus alimen to abstinuit. Ferreis in se flagel lis ita sævijt, ut sæpe copioso cruore difflueret : somnum brevissimum humi jacens car pebat.

Lectio v.

T TITÆ austeritate ac sancti V tate apostolico muneri jam maturus, cum Joannes Tertius Lusitaniæ rex aliquot nascen tis Societatis viros a Paulo Tertio pro Indiis postulasset: sancti Ignatii hortatu, ab eo dem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici nuntii potestate



deligitur. Eo appulsus, illico variarum gentium difficillimis et variis linguis divinitus in structus apparuit. Quin eum quandoque unico idiomate ad diversas gentes concionantem, unaquæque sua lingua loquen tem audivit. Provincias innu meras pedibus semper, et sæpe nudis, peragravit. Fidem Japo niæ et sex aliis regionibus in vexit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indiis convertit; magnosque principes regesque complures sacro fon te expiavit. Et cum tam magna pro Deo ageret, ea erat humi litate, ut sancto Ignitio, tunc præposito suo, flexis genibus scriberet.

Lectio vj.

HUNC dilatandi Evangelii ardorem multitudine et excellentia miraculorum Do minus roboravit. Cæco visum reddidit.Tantum marinæ aquæ signo crucis convertit in dul cem, quantum quingentis ve ctoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit : qua in varias quoque regiones asportata, ægri plurimi subito curati sunt. Plures mortuos re vocavit ad vitam : inter quos pridie sepultum erui jussum e tumulo suscitavit; duosque alios, dum efferrentur, appre hensa eorum manu, parentibus e feretro vivos restituit. Pro phetiæ spiritu passim afflatus, plurima et loco et tempore re motissima enuntiavit. Demum in Sanciano Sinarum insula, die secunda Decembris, obiit plenus meritis, laboribusque confectus. Demortui cadaver viva calce per multos menses bis obrutum, sed penitus in corruptum, odore et sanguine manavit : et ubi Malacam de latum est, pestem sævissimam confestim exstinxit. Denique, ubique terrarum novis maxi misque fulgentem miraculis, Gregorius Decimus quintus Sanctis adscripsit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hom. 29. in Evang. post init.)

POTEST omnis creaturæ no mine omnis natio Gentium designari. Ante etenim dictum fuerat : In viam Gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur : Prædicate omni creaturæ. Ut scilicet prius a Judæa Aposto lorum repulsa prædicatio tunc nobis in adjutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimonium superba repulis set. Sed cum discipulos ad prædicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pau ca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges re cipiat ex nostra fide.

Lectio viij.

NEQUE enim de tanta fidelium multitudine in universo messis exsurgeret, si de manu Domini super rationalem ter ram illa electa grana prædican tium non venissent. Sequitur : Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur.

Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat : Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fide libus Paulus dicit : Qui confi tentur se nosse Deum, factis autem negant.

Lectio ix.

SIGNA autem eos, qui credi turi sunt, hæc sequentur : In nomine meo dæmonia eji cient : linguis loquentur novis : serpentes tollent : et si morti ferum quid biberint, non eis nocebit : super ægros manus imponent, et bene habebunt. Numquidnam fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multi tudo credentium, miraculis fu erat nutrienda. Quia et nos, cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quous que ea in terra jam coaluisse videamus : et si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit : Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

DIE IV. DECEMBRIS.
S. BARBARÆ
VIRG. ET MART.

DUPLEX. Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ Barbaræ Virginis et Martyris tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affe ctu. Per.

IN II. NOCTURNO

(Ex sincerioribus Actis, ex S. Joanne Damasceno,aliisque.)

Lectio iv.

BARBARA Virgo Nicomediæ in persecutione Juli Maxi mini passa est. A patre siqui dem Dioscoro, viro nobili sed gentili, in alta et munita turri ob egregiam ejus pulchritudi nem, custodienda includitur : ubi balneum, et duas fenestras, quibus lumen exciperetur, iri eo fieri jubet. Barbara vero, absente patre, tertiam addi fenestram, et labri pavimen tum crucis imagine ornari jus sit. Reversus pater de tertia fenestra quærit. Virgo, occa sionem nacta, de sacrosanctæ Trinitatis mysterio multa aper te et divine disseruit : ac plu ribus verbis ad salutarem Chri sti fidem patrem est cohortata.

Lectio v.

AT pater, non solum suæ impietatis stimulis, sed etiam maximo Cæsaris timore adductus, qui fidem Christi immaniter persequebatur, fi liam modis omnibus nititur ad idololatriam revocare. Cumque id consequi non posset, pro vinciæ præsidi eam tradit. Qui primum Virginem blandi tiis aggressus, ubi se nihil vidit efficere, nudam nervis bubulis crudeliter cædi, dein præacu tis testulis vulnera perfricari jubet. Post hæc in carcerem traditur, ubi clarissima luce et Christi Domini præsentia ad reliqua subeunda certamina mirifice confirmatur.

Lectio vj.

SED cum iterum præsidi siste retur, et constantior in fidei confessione persisteret; ferreis ungulis dilaniatur, lateribus ardentes faces admoventur, caput ferreis malleis contundi tur, mammillæ præscindun tur, direptis vestibus ignomi niæ causarer publica loca per ducitur. Quibus tormentis for titer et invicte superatis, tan dem a patre impietatis furore amente capite truncata, glorio sum martyrii agonem consum mavit. Fertur eam ab Origene sacris litteris imbutam.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simi le est regnum cælorum the sauro., ut in Communi unius Virginis et Martyris, pag. 94*

DIE VI. DECEMBRIS.
S. NICOLA1
EPISC. ET CONE.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Aha. Amicus Dei Nicolaus, pontificali deco ratus infula, omnibus se amabi lem exhibuit. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedi ctione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Ex ejus tumba marmorea sacrum resudat oleum : quo liniti sanantur cæci, * Surdis auditus redditur, Et debilis quisque sospes regreditur. T- Catervatim ruunt populi, cernere cupientes quæ per eum fiunt mirabilia. — Surdis. Glo ria. Et debilis.

Hymnus Iste Confessor, cum Amavit eum., pag. 67* et Pag. 68*.



Ad Magnificat Aha. O Pastor æterne, o clemens et bone custos, qui dum devoti gregis preces attenderes, voce lapsa de cælo, præsuli sanctissimo dignum episcopatu Nicolaum ostendisti tuum famulum!

Oratio.

DEUS, qui beatum Nicolaum, Pontificem tuum, innume ris decorasti miraculis; tribue, quæsumus, ut ejus meritis et precibus a gehennæ incendiis liberemur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Re gem sæculorum,* In quo vivit Nicolaus honor sacerdotum.

Hymnus Iste Confessor., P ag- 67*.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Nobilissimis siquidem natalibus ortus, velut lucifer Nicolaus emicuit. Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 68*

Aha. Postquam domi pueri lem decurrit ætatem, cunctis mundi hujus spretis oblecta tionibus, Christi se jugo subji ciens, documentis sanctis suum præbuit auditum,

i Ana. Pudore bono repletus Dei famulus, sumptibus datis, stupri nefas prohibuit.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum.

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 3.

FILI mi, ne obliviscaris legis meæ, et præcepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum, et annos vitæ, et pacem apponent tibi. Miseri cordia, et veritas te non dese rant, circumda eas gutturi tuo,

et describe in tabulis cordis tui : et invenies gratiam, et disciplinam bonam coram Deo et hominibus. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ.

j. Confessor Dei Nicolaus, nobilis progenie, sed nobilior moribus, ab ipso puerili ævo secutus Dominum, * Meruit divina revelatione ad summum provehi sacerdotium, y. Erat enim valde compatiens, et super afflictos pia gestans viscera. — Meruit.

Lectio ij.

DISCIPLINAM Domini, fili mi, ne abjicias : nec deficias cum ab eo corriperis : quem enim diligit Dominus, corripit: et quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia : melior est acquisitio ejus negotiatione argenti et auri primi, et purissimi fructus ejus : pretiosior est cunctis opibus : et omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.

R?, ij. Operibus sanctis Nicolaus humiliter insistens, revelatione divina provectus est * Ad summum sacerdotii gradum. y. Voce quippe de cælo lapsa, cuidam insinuatur præsuli dignum episcopatu Nicolaum. — Ad summum sacerdotii gradum.

Lectio iij.

DOMINUS sapientia fundavit terram, stabilivit cælos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atque consilium : et erit vita animæ tuæ, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget : si dormieris, non timebis : quiesces, et suavis erit somnus tuus.

R. iij. Quadam die, tempestate sævissima quassati nautæ, cœperuntsanctum invocare Nicolaum : *Et statim cessavit tempestas. Mox illis clamantibus apparuit quidam, dicens eis : Ecce adsum, quid vocastis me? — Et statim cessavit tempestas. Gloria. Et statim cessavit tempestas.

IN II. NOCTURNO.

Aha. Auro virginum incestus, auro patris earum inopiam, auro prorsus utrorumque detestabilem infamiam Dei servus ademit Nicolaus.

Ana. Innocenter jura puerilia transcendens, evangelicæ institutionis discipulus effectus est.

Ana. Gloriam mundi sprevit cum suis oblectationibus : et ideo meruit provehi ad summum sacerdotii gradum,

y» Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

(Ex probatis ejus Actis apud Metaphrasten, et alios, et ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

NICOLAUM, illustri loco Pataræ in Lycia natum, parentes a Deo precibus impetrarunt. Infans quarta et sexta Feria semel dumtaxat, et hoc vesperi quidem, lac sugebat: quam jejunii consuetudinem reliqua vita retinuit. Adolescens parentibus orbatus, facultates suas pauperibus dis



tribuit : atque inter cetera I benignitatis exempla, tres virgines jam nubiles, quas pater ob inopiam prostituere cogitabat, ter projecta noctu per fenestras pecunia, cumulate dotavit.

iv. Audiens Christi Confessor trium juvenum innocentum necem, præcucurrit quantocius ad locum, in quo fuerant plectendi, * Et liberavit eos. f. Statimque solutos a vinculis usque ad prætorium consulis secum adduxit. — Et liberavit eos.

Lectio v

IN Palæstram profectus, ut loca sancta veneraretur, navem conscendens, sereno cælo et tranquillo mari, sævam tempestatem prædixit : ortamque oratione sedavit. Postea Olyram, Lyciæ metropolim, Dei monitu cum venisset, a provincialibus episcopis divinitus quoque admonitis ut eum eligerent, qui postridie mane primus in ecclesiam ingrederetur, Nicolaus nomine, qua observatione adhibita, deprehensus ipse, ejusdem urbis episcopus creatur. In episcopatu, quam semper coluerat castitatem, orationis assiduitatem, abstinentiam, hospitalitatem, in adhortando mansuetudinem, in reprehendendo severitatem perpetuo servavit. Tres tribunos per calumniam a Constantino damnatos, eique longissime absenti se precibus commendantes, adhuc vivens (cum imperatori minax apparuisset), liberavit.

v Qui cum audissent sancti Nicolai nomen, statim expandunt manus utrasque ad cælum, * Salvatoris laudantes clementiam, y. Clara quippe voce coram omnibus dignum referebant illum Dei famulum. — Salvatoris laudantes clementiam.

Lectio vj.

at fidei prædicationem sub Diocletiano et Maximiano longissime abductus, et in carcerem conjectus, Constantini postea jussu Myram rediit : et mox ad Nicænum concilium profectus, unus ex trecentis octodecim Patribus fuit, qui Arianam hæresim condemnarunt. Non multo post reditum ad episcopatum, instante morte, angelos sibi occurrentes intuitus, illo Psalmo pronuntiato, In te Domine speravi, usque ad eum locum, In manus tuas Domine commendo spiritum meum : migravit in cælum. Ejus corpus, Barium in Apulia translatum, summo ibidem honore colitur.

vj. Beatus Nicolaus, jam triumpho potitus, novit suis famulis præbere cælestia commoda, qui toto corde poscunt ejus largitiones : * Illi nimirum tota nos devotione oportet committere, f. Ut apud Coitum ejus patrociniis adjuvemur semper. — Illi nimirum. G16ria. Illi nimirum.

IN III. NOCTURNO.

Aha. Pontifices almi divina revelatione lætificati, Nicolaum Præsulem devotissime consecraverunt.

Ana. Sanctus quidem triticum, quod a nautis postulaverat acceptum, et sagacitate distribuere, et augeri precibus impetravit.

Ana. Muneribus datis, neci sunt juvenes innocentes ad dicti : quibus Domini servus fuit vitæ præsidio festinanter.

Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Homo peregre profici scens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et reli qua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 9. in Evang.)

LECTIO sancti Evangelii, fratres carissimi, sollicite considerare nos admonet ne nos, qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab Auctare mundi gravius inde judicemur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione.

vij. Summe Dei Confessor Nicolae, te venerantes protege : * Namque credimus tuis precibus nos posse salvari. Qui tres pueros, morti addictos, illæsos abire fecisti : tuis laudibus instantem conserva plebem. — Namque credimus.

Lectio viij.

HOMO, qui peregre proficiscitur, servos suos vocat, eisque ad negotium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur. Bene operantes pro apportato lucro remunerat, servum vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaque iste homo est, qui peregre proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne, quam assumpserat, abiit in cælum? Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in cælo collocatur.

viij. Servus Dei Nicolaus auri pondo trium virginum redemit pudorem :* Earumque patris impudicam remenso auro fugavit inopiam, f. Affluens itaque misericordiæ visceribus, metallo duplicato propulsavit earum infamiam. — Earumque patris.

Lectio ix.

SED homo iste qui peregre profi ciscens servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta, alii duo, alii vero commisit unum. Quinque etenim sunt corporis sensus : videlicet, visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum, id est exteriorum scientia exprimitur : duobus vero intellectus et operatio designatur: unius autem talenti nomine intellectus tantummodo designatur.

ix. Ex ejus tumba marmorea sacrum resudat oleum : quo liniti sanantur cæci, * Surdis auditus redditur, Et debilis quisque sospes regreditur, y. Catervatim ruunt populi, cernere cupientes quæ per eum fiunt mirabilia. — Surdis auditus redditur. Gloria. Et debilis quisque sospes regreditur.



Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Nicolae. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

L Beatus Nicolaus adhuc puerulus multo jejunio macerabat corpus. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17«

Ecclesiæ sanctæ frequentans limina, sacra pectore condebat mandata,

o Juste et sancte vivendo ad honorem sacerdotii meruit promoveri divinitus.

4. Amicus Dei Nicolaus, pontificali decoratus infula, omnibus se amabilem exhibuit.

e;. O per omnia laudabilem virum, cujus meritis ab omni clade liberantur qui ex toto corde quærunt illum!

Capitulum Dilectus Deo., Hymnus Jesu Redemptor omnium, et J. Justus germinabit, ut in Laudibus de Communi unius Confessoris, pag. 75*

Ad Benedictus Ana. Copiosæ caritatis Nicolae Pontifex, qui cum Deo gloriaris in cæli Palatio : condescende, supplicamus, ad te suspirantibus, ut exutos gravi carne pertrahas ad superos. Oratio.

DEUS, qui beatum Nicolaum, Pontificem tuum, innumeris decorasti miraculis; tribue, quæsumus, ut ejus meritis et precibus a gehennæ incendiis liberemur. Per.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et ff. de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Beatus Nicolaus adhuc puerulus multo jejunio macerabat corpus. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in ij. Vesperis de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Dilectus Deo., Hymnus Iste Confessor, et % Amavit eum., ut in j. Vesperis de eodem Communi, pag. 67*. et pag. 68*.

Ad Magnificat Ana. O Christi pietas omni prosequenda laude, : quæ sui famuli Nicolai merita longe lateque declarat! Nam ex tumba ejus oleum manat, cunctosque languidos sanat.

DIE VII. DECEMBRIS.
IN ORDINAT. S. AMBROSII
EPISC. CON F. ET ECCE. DOCT.
DUPLEX.

IN I. VESPERIS.

Hymnus Iste Confessor Domini sacratus Sabriusreastus... p ag. 68*. Oratio.

DEUS mundi auctor et conditor, qui hodiernæ festivitatis diem beati Ambrosii sacerdotii electione consecrasti : præsta populo tuo ut cujus annua celebritate devotis resultat obsequiis, ejus suffragiis tuæ pietatis consequatur auxilium. Per.

Post Memoriam de Adventu fiat Memoria de Octava S. Andreæ, ut infra sub titulo Eadem die vij. Decembris., nisi transferenda fuerit.

AD MATUTINUM.

Hymnus Iste Confessor D6mini sacratus Sobrius, castus... pag. 68*.

INI. NOCTURNO.

Lectiones Fidelis sermo., ut in Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Paulino amanuensi S. Ambrosii et ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

AMBROSIUS Episcopus Me-l diolanensis, Ambrosii civis Romani filius, patre Galliæ præfecto natus est. In hujus I infantis ore examen apum consedisse dicitur : quæ res divinam viri eloquentiam præmonstrabat. Romæ liberalibus disciplinis eruditus est. Post, a I Probo præfecto, Liguriæ et Æmiliæ præpositus; inde postea ejusdem Probi jussu cum potestate Mediolanum venit : ubi, mortuo Aux^ntio Ariano episcopo, populus de successore deligendo dissidebat. I

Lectio v.

QUARE Ambrosius, pro officii suo munere, ecclesiam ingressus, ut commotam seditionem sedaret, cum multa de quiete et tranquillitate reipublicæ præclare dixisset, repente puero Ambrosium Episcopum exclamante, universi populi vox erupit, Ambrosium Episcopum deposcentis. Recusante illo, et eorum precibus resistente, ardens populi studium ad Valentinianum imperatorem delatum est : cui gratissimum fuit, a se delectos ju- I dices ad sacerdotium postulari.

Lectio vj.

T7UIT id etiam Probo præfecto A jucundum, qui Ambrosio proficiscenti quasi divinans dixerat : Vade, age, non ut judex, sed ut episcopus. Itaque cum | [1] ad populi desiderium imperatoris voluntas accederet, Ambrosius baptizatus (erat enim catechumenus) sacrisque initiatus, ac servatis omnibus ex instituto Ecclesiæ Ordinum gradibus, octavo die, qui fuit septimo Idus Decembris, episcopale onus suscepit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ., ut in Communi unius Doctoris, pag.8o*.

In Laudibus post Memoriam de Adventu fiat Memoria de Octava S. Andreæ, ut infra, nisi transferenda fuerit.

EADEM DIE VII. DECEMBRIS.

IN OCTAVA S. ANDREÆ.

MEMORIA IN L VESP. ET LAUD.

In j. Vesperis Ana. Ambulans Jesus juxta mare Galilææ vidit Petrum et Andream fratrem ejus, et ait illis : Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi, relictis retibus et navi, secuti sunt eum.

y. Dilexit Andream Dominus. In odorem suavitatis.

Oratio.

PROTEGAT nos Domine sæpius beati Andreæ Apostoli tui repetita solemnitas : ut cujus patrocinia sine intermissione recolimus, perpetuam defensionem sentiamus. Per.

In Laudibus Ana. Concede nobis hominem justum, redde nobis hominem sanctum : ne interficias hominem Deo carum, justum, mansuetum et pium.

y. Annuntiaverunt 6pera Dei. Et facta ejus intellexerunt

Oratio Protegat nos Domine, ut supra.



DIE Vili. DECEMBRIS.

# IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. MARIÆ VIRGINIS.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Tota pulchra es Maria, et macula originalis non est in te. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Prov. 8.

DOMINUS possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram.

Rz. Elegit Mariam Deus, et præelegit eam, et creavit eam in Spiritu sancto :* Ideo nihil inquinatum in eam incurrit. f. Dedit Mariæ Dominus protectionem salutis suæ, et dextera sua suscepit eam. — Ideo. Gloria. Ideo.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis :
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis. Quæ serpentis caput virgineo pede contrivit.

Ad Magnificat Ana. Beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui Unigeniti tui Matrem ab originali culpa in sua Conceptione mirabiliter præservati: da, quæsumus, ut sua nos intercessione munitos, corde mundos facias suæ interesse festivitati. Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, florens ut rosa, fragrans sicut lilium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

In fine Hymni dicantur hæ duæ Strophæ :

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
' Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad Nunc dimittis Aña. Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ.

T Sic dicatur Completorium per totam Octavam, etiam in festis, nisi aliter notetur, vel nisi Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato vel in Dominica.

T Prædictæ vero duæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, hodie et per Octavam quando fit de Octava, dicantur post omnes Hymnos, exceptis HymnisAve maris stella. etPræclara custos virginum. Dicantur etiam in festis Sanctorum infra Octavam post omnes Hymnos ejusdem metri. Omittantur tamen in Officiis de Tempore Adventus.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus : * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

### Hymnus.

PRÆCLARA custos virginum,
Intacta Mater Numinis,
Cælestis aulæ janua,
Spes nostra, cæli gaudium :

INTER rubeta lilium,
Columba formosissima,
Virga e radice germinans
Nostro medelam vulneri :

TURRIS draconi impervia,
Amica stella naufragis,
Tuere nos a fraudibus/
Tuaque luce dirige.

ERRORIS umbras discute,
Syrtes dolosas amove :
Fluctus tot inter deviis
Tutam reclude semitam.

JESU tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine :
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

## IN I. NOCTURNO.

### Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, X gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Aña. Admirabile est nomen tuum Domine in universa terra : quia in Virgine Maria dignum tibi habitaculum præparasti.



### Psalmus 18.

rtELi enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? X ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Aña. In sole posuit Deus tabernaculum suum.

### Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino :*et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras,? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras,? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Aña In Conceptione sua accepit Maria benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo.

V Deus omnipotens præcinxit me virtute. Et posuit immaculatam viam meam.

Benedictio. Alma Virgo virgi num intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 3.

SERPENS erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fe cerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem : Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier : De fructu lignorum, quæ sunt in paradi so, vescimur : de fructu vero ligni, quod est in medio para disi, præcepit nobis Deus ne comederemus : et ne tangere mus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulie rem : Nequaquam morte mo riemini. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri : et eritis sicut dii, scientes bo num et malum.

j. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, in quo omnes pecca verunt. * Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum. y. Eripuit Dominus animam tuam de morte, et contra ini micum factus est protector tuus. — Ne timeas Maria.

Benedictio. Sancta Dei Ge nitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij,

VIDIT igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum,et pulchrum oculis, aspectuque delectabile : et tulit de fructu illius, et comedit : deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum : cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abs condit se Adam et uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

ij. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me : * Et narrabo vobis quanta fecit Deus animæ meæ. J. Vivit Dominus, quoniam adimplevit in me misericordiam suam. — Et narrabo vobis.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio iij.

VOCAVITQUE Dominus Deus Adam, et dixit ei : Ubi es? Qui ait : Vocem tuam audivi in paradiso : et timui, eo quod nudus essem, et abscondi me. Cui dixit : Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam : Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem : Quare hoc fecisti? Quæ re spondit : Serpens decepit me, et comedi. Et ait Dóminus Deus ad serpentem : Quia fe cisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terræ : super pectus tuum gra dieris, et terram comedes cun ctis diebus vitæ tuæ.Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

iij. Electa mea candida sicut nix in Libano; sicut favus distillans labia ejus.: * Mel et lac sub lingua illius, y. Veni de Libano, sponsa mea, veni, coronaberis corona gratiarum. — Mel et lac sub lingua illius. Gloria. Mel et lac sub lingua illius.



IN II. NOCTURNO.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, * velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis ho minum, * diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedi xit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere proce de, et regna,

Propter veritatem et mansue tudinem, et justitiam : * et de ducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem ^propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delecta verunt te filiæ regum in hono re tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere Populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferen tur tibi.

Afferentur in lætitia et ex sultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et genera tionem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Diffusa est gratia in Conceptione ejus, et speciosa apparuit inter filias hominum.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribu lationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transfe rentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat ci vitatem Dei: * sanctificavit ta bernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum :* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, * quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret et confringet arma : * et scuta comburet igni :

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Aha. Adjuvit eam Deus mane diluculo : sanctificavit taber naculum suum Altissimus.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in monti bus sanctis : * diligit Domi nus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab et Baby lonis, * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, * ethomo natus estinea :*et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scriptu ris populorum et principum : * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei : fundavit te Dominus in montibus sanctis.

y. In hoc cognovi quoniam voluisti me. ^z. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

Sermo sancti Hieronymi Presbyteri.

(De Assumat. B. M. V.)

Lectio iv.

QUALIS et quanta esset beata et gloriosa semper Virgo Maria, ab Angelo divinitus declaratur, cum dicitur : Ave gratia plena : Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Talibus namque decebat Vir ginem oppignorari muneribus, ut esset gratia plena : quæ de dit cælis gloriam, terris Domi num, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ or dinem, moribus disciplinam. Et bene plena, quia ceteris per partes præstatur : Mariæ vero simul se tota infundit pleni tudo gratiæ. Vere plena, quia etsi in sanctis Patribus et Pro phetis gratia fuisse creditur, non tamen eatenus plena : in Mariam vero totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et ideo inquit : Benedicta tu in mulieribus : id est plus bene dicta quam omnes mulieres. Ac per hoc quidquid maledi ctionis infusum est per Hevam, totum abstulit benedictio Ma riæ. De ipsa Salomon in Can ticis, quasi in laudem ejus : Veni, inquit, columba mea, immaculata mea. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit. Ac deinde inquit:Veni de Libano, veni, coronaberis.

i v. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante om nem creaturam : ego feci in cælis ut oriretur lumen indefi ciens. * Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. y. Deus enim creavit me in justitia, et apprehendit manum



meam, et servavit me. — Non dum erant abyssi.

Benedictio. Jesus Mariæ Fi lius sit nobis clemens et propi tius.^ Amen.

Lectio v.

NON immerito igitur venire de Libano jubetur : quia Libanus Candidatio interpre tatur. Erat enim candidata multis meritorum latiaribus, et dealbata nive candidior, Spi ritus sancti muneribus, simpli citatem columbæ in omnibus repræsentans : quoniam quid quid in ea gestum est, totum puritas et simplicitas, totum veritas et gratia fuit; totum misericordia et justitia, quæ de cælo prospexit : et ideo im maculata, quia in nullo cor rupta. Circumdedit enim virum in utero, sicut Jeremias san ctus testatur, et non aliunde accepit. Faciet, inquit, Domi nus novum super terram, et mulier circumdabit virum. Vere novum, et omnium no\ʳitatum supereminens novitas virtu tum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neque vi dere aliquis, ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret : sicque gestatus, ut totus Deus in eo esset : et sic exivit inde, ut esset (sicut Eze chiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea : Hortus con clusus, fons signatus, emissio nes tuæ paradisus. Vere hor tus deliciarum, in quo consita sunt universa florum genera, et odoramenta virtutum : sic que conclusus, ut nesciat vio lari, neque corrumpi ullis insi diarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinita tis.

v. Nihil inquinatum in eam incurrit : * Candor est lucis æternæ et speculum sine ma cula. y. Est enim hæc specio sior sole, et luci comparata in venitur purior. — Candor est lucis æternæ.

Benedictio. Stella Maria ma ris succurrat piissima nobis. Amen.

(Ex Actis Pii Papæ Noni.)

Lectio vj.

DEIPARÆ autem Virginis in sua Conceptione; de teter rimo humani generis hoste vi ctoriam, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiæ sensus, singularis Episcoporum ac fidelium con spiratio, insignia quoque sum morum Pontificum acta atque constitutiones mirifice jam illu strabant : Pius Nonus Pontifex Maximus, totius Ecclesiæ vo tis annuens, statuit supremo suo atque infallibili oraculo solemniter proclamare. Itaque sexto Idus Decembris anni millesimi octingentesimi quin quagesimi quarti, in basilica Vaticina, ingenti sanctæ Ro manæ Ecclesiæ Patrum Cardi nalium et Episcoporum ex dissitis etiam regionibus astan te cœtu,universoque plaudente orbe, solemniter pronuntiavit ac definivit : Doctrinam, quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari Dei privilegio, ab omni origi nalis culpæ labe præservata^ immunem, esse a Deo revela tam, ac proinde ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam.

f^- vj. Signum magnum appa ruit in cælo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus : *Et in capite ejus corona stel larum duodecim. % Induit eam Dominus vestimentis salutis, indumento justitiæ, et quasi sponsam ornavit eam monili bus suis. — Et in capite ejus. Gloria. Et in capite ejus.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domi no omnis terra.

Cantate Domino, et benedi cite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes glo riam ejus, * in omnibus popu lis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, i et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus ^sanctimonia, et magnificentia in sanctifica tione ejus.

Afferte Domino patriæ gen tium,? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regna vit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : * judi cabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, * commoveatur mare, et plenitudo ejus ^gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judi care terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veri tate sua.

Ana. Sanctimonia et magni ficentia in Conceptione ejus: annuntiate in omnibus populis gloriam ejus.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu ini micos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Do mini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes po puli gl6riam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissi mus super omnem terram :* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus Animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ san ctificationis ejus.

Ana. Lætamini omnes in Do mino : et confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini ter ræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : X moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terra rum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, X simul montes exsultabunt a conspectu Domini : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æqui tate.

Ana. Notum fecit Dominus opus suum : in conspectu gen tium revelavit gloriam Geni tricis suæ.

f - Exaltabo te Domine, quo niam suscepisti me!£.Nec dele ctasti inimicos meos super me.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. R,i. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,ad Virginem despon satam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reli qua.

Homilia sancti Germani Episcopi.

(In Praesciit. Deiparæ.)

AVE Maria, gratia plena, Sanctis sanctior, et cælis excelsior, et Cherubim glorio sior, et Seraphim honorabilior, et super omnem creaturam ve nerabilior. Ave columba, quæ nobis et fructum fers olivæ, et Servatorem a spiritali diluvio, ac portum salutis annuntias : cujus pennæ deargentatæ, et posteriora dorsi in pallore auri, sanctissimi et illuminantis Spi ritus fulgore irradiantur. Ave amœnissimus et rationalis Dei paradisus, benevolentissima et omnipotenti ejusdem dextera hodie ad orientem plantatus, et ipsi suave olens lilium, et ro sam immarcescibilem germi nans in eorum medelam, qui pestiferam animæque exitia lem amaritudinem mortis ad occidentem ebiberant: paradi sus, in quo ad veritatis agni tionem lignum vivificum efflo I rescit, e quo qui gustaverint, immortalitatem consequuntur. Ave sacrosancte ædificatum, immaculatum, purissimumque Dei summi Regis Palatium,

ejusdem Dei Regis magnifi centia circumornatus!, omnes que hospitio recipiens, ac my sticis reficiens deliciis; in quo non manufactus, et vario de core nitens, situs est spiritualis Sponsi thalamus; in quo Ver bum, errantem humanam stir pem revocare volens, carnem sibi desponsavit, ut eos, qui voluntate propria extorres facti fuerant, Patri reconciliaret.

vij. Hortus conclusus, so ror mea sponsa, hortus conclu sus, fons signatus : * Emissio nes tuæ paradisus, o Maria. y. Aperi mihi soror mea, ami ca mea, columba mea, imma culata mea.— Emissiones tuæ.

Benedictio. In omni tribula tione et angustia subveniat no bis pia Virgo Maria. ^z. Amen.

Lectio viij.

AVE Dei mons præpinguis et umbrosus, in quo enu tritus Agnus rationalis, pecca ta atque infirmitates nostras portavit : mons, e quo devo lutus ille nulla manu præcisus lapis contrivit aras idolorum, et factus est in caput anguli, mirabilis in oculis nostris. Ave sanctus Dei thronus, divinum donarium, domus gloriæ, per pulchrum ornamentum, cime lium electum, et totius orbis propitiatorium, cælumque Dei gloriam enarrans. Ave urna ex auro puro conflata, et sua vissimam animarum nostra rum dulcedinem, Christum sci licet, qui manna est, continens. O purissima, et omni laude et obsequio dignissima Virgo, Deo dicatum donarium omni crea turarum conditioni præcellens, terra non secta, maratus ager, vitis floridissima, fons aquas effundens, virgo generans, et mater viri nescia, innocentiæ thesaurus absc6nditus, et san ctimoniæ decus; acceptissimis tuis ac materna auctoritate validis precibus ad Dominum ac Deum omnium conditorem Filium tuum, ex te sine paitre genitum, ecclesiastici ordinis gubernacula fac dirigas, et ad portum tranquillum perducas.

^z. viij.Magnificat anima mea Dominum : * Quia fecit mihi magna qui potens est, et san ctum nomen ejus. y. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. — Quia fecit mihi.

Benedictio.Ad societatem ci vium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

Lectio ix.

SACERDOTES justitia, et pro batæ, immaculatæ ac since ræ fidei exsultatione splendi dissime induito. Orthodoxis principibus, qui præ omni pur puræ aut auri splendore, et præ margaritis ac lapidibus pretiosis, te nacti sunt diadema et indumentum ac firmissimum regni sui ornamentum, in tran quillo ac prospero statu sceptra dirige. Malefidas nationes, in te ac Deum ex te genitum blas phemantes, eorum pedibus sternens subjicito : subjectum que populum, ut secundum Dei præceptum in suavi obedientiæ obsequio perseveret, confirma to. Tuam hanc civitatem, quæ te tamquam turrim ac funda mentum habet, victoriæ trium phis coronato, et fortitudine circumcingens custodito. Dei habitationem, templi decorem



semper conservato. Laudatores tuos ab omni discrimine et animi angore exime. Captivis redemptionem tribuito : pere grinis tecto et quovis præsidio destitutis solamen te exhibe. Universo mundo auxiliatricem manum tuam porrige, ut in lætitia et exsultatione solem nitates tuas simul cum ista, quam modo celebramus, festi vitate splendidissimo exitu transigamus, in Christo Jesu universorum Rege ac vero Deo nostro, cui gloria et forti tudo una cum sancto vitæque principio Patre, et coæterno et consubstantiali et conre gnante Spiritu, nunc et sem per et in sæcula sæculorum. Amen. Tu autem...

1$. ix. Elegit Mariam Deus, et præelegit eam, et creavit eam in Spiritu sancto : * Ideo nihil inquinatum in eam incur rit. y. Dedit Mariæ Dominus protectionem salutis suæ, et dextera sua suscepit eam. — Ideo nihil inquinatum in eam incurrit Gloria. Ideo nihil in quinatum in eam incurrit.

Ante Laudes y. In Conce ptione tua immaculata, Dei Genitrix Virgo. Cæli et terra lætentur.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Tota pulchra es Maria et macula originalis non est in te. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Vestimentum tuum candi dum quasi nix, et facies tua sicut sol.

3: Tu gloria Jerusalem, tu læ titia Israel, tu honorificentia populi nostri.

4. Benedicta es tu Virgo Ma ria a Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super ter ram.

Trahe nos Virgo immacu lata : post te curremus in odo rem unguentorum tuorum.

Capitulum. Prov. 8.

DOMINUS possedit me in ini tio viarum suarum, ante quam quidquam faceret a prin cipio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera:
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis. 37. Quæ serpentis caput virgi neo pede contrivit.

Ad Benedictus Aha. Ait Do minus Deus ad serpentem : Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, allecia.

Oratio.

YXEUS, qui per immaculatam U Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti : quæsumus ut qui ex morte ejusdem Filii tui prævisa eam ab omni labe præservati, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eumdem.

T Prædicta Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam, Nonam et ij. Vesperas.

AD PRIMAM.

ty. Jesu Christe. Qui natus es de Virgine Maria. T Et dicatur per totam Octavam, nisi fiat Officium de Tempore.

AD TERTIAM.

Capitulum. Prov. 8.

DOMINUS possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram.

Deus omnipotens præcinxit me virtute, * Alleluia, alleluja. Deus omnipotens, f. Et posuit immaculatam viam meam. Alleluia. Gloria. Deus omnipotens.

f. In hoc cognovi quoniam voluisti me. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

AD SEXTAM.

Capitulum. Ezechiel. 44.

PORTA hæc clausa erit : non aperietur, et vir non intrabit per eam : quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa princi pi. Princeps ipse sedebit in ea.

l^z. In hoc cognovi quoniam voluisti me, * Alleluia, alleluja In hoc. y. Quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Alleluia. Gloria. In hoc.

f. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me. I^z. Nec delectasti inimicos meos super me.

AD NONAM.

Capitulum. Apoc. 12.

SIGNUM magnum apparuit in cælo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim.

Ifc. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, * Alleluia, allecia. Exaltabo te. f. Nec delectasti inimicos meos super me. Alleluia. Gloria. Exaltabo te.

y. Immaculata Conceptio tua Dei Genitrix Virgo. 1$. Gaudium annuntiavit universo mundo.

AD II. VESPERAS.

Psalmus Dixit Dominus cum ceteris, ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Super Psalmos Ana Tota pulchra es., Capitulum Dominus possedit me. et Hymnus Ave maris stella., ut in j. Vesperis Festi, pag. 703.

y. Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis. Quæ serpentis caput virgineo pede contrivit.

Ad Magnificat Ana. Hodie egressa est virga de radice Jesse : hodie sine ulla peccati labe concepta est Maria : hodie contritum est ab ea caput serpentis antiqui, alleluja.



PER OCTAVAM
IMMACULATÆ CONCEPTIONIS
B. MARIÆ VIRG.

Ad Benedictus vel ad Memoriam in Laudibus Ana. Ait Dominus Deus ad serpentem : Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, alleluia.

y. Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis. Quæ serpentis caput virgineo pede contrivit.

Oratio Deus, qui per immaculatam., in Laudibus Festi.

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Antiphona, et f. ut in ij. Vesperis Festi; Oratio vero ut in Laudibus.

PRIMA DIE
INFRA OCT. IMMAC. CONCEPT.
B. MARIÆ VIRG.

Ex Bulla dogmatica Pii Papæ Noni.
Lectio iij.

INEFFABILIS Deus, cujus viæ misericordia et veritas, cujus voluntas omnipotentia, et cujus sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter, cum ab omni æternitate prævideri luctuosissimam totius humani generis ruinam ex Adami transgressione derivandam, atque in mysterio a sæculis abscondito primum suæ bonitatis opus decreverit per Verbi incarnationem sacramento occultiore complere, ut contra misericors suum propositum homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam non periret, et quod in primo Adamo casurum erat, in secundo felicius erigeretur, ab initio et ante sæcula unigenito Filio suo Matrem, ex qua caro factus in beata temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit, tantoque præ creaturis universis est prosecutus amore, ut in illa una sibi propensissima voluntate complacuerit. Quapropter illam longe ante omnes angelicos Spiritus, cunctosque Sanctos cælestium omnium charismatum copia de thesauro Divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta eam innocentiæ et sanctitatis plenitudinem præ se ferret, qua major sub Deo nullatenus intelligitur, et quam præter Deum nemo assequi cogitando potest.

SECUNDA DIE
INFRA OCT. IMMAC. CONCEPT.
B. MARIÆ VIRG.

Ex Bulla dogmatica Pii Papæ Noni.
Lectio iij.

DECEBAT sima Virgo Maria perfectissimæ sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vel ab ipsa originalis culpæ labe plane immunis, amplissimum de antiquo serpente triumphum referret tam venerabilis Mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genitum, tamquam seipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris et Virginis

Filius. Quam originalem au gustas Virginis innocentiam, cum admirabili ejusdem san ctitate, præcelsaque Dei Matris dignitate omnino cohærentem, catholica Ecclesia, quæ a san cto semper edocta Spiritu co lumna est ac firmamentum veritatis, tamquam doctrinam possidens divinitus acceptam, et cælestis revelationis deposi to comprehensam, multiplici continenter ratione, splendi disque factis magis in dies explicare, proponere ac fove re nunquam destitit. Hanc enim doctrinam ab antiquissi mis temporibus vigentem, ac fidelium animis penitus insitam, et sacrorum Antistitum curis studiisque per catholicum or bem mirifice propagatam, ipsa Ecclesia luculentissime signi ficavit, cum ejusdem Virginis Conceptionem publico fidelium cultui ac venerationi propo nere non dubitavit. Quo Illustri quidem facto ipsius Virginis Conceptionem veluti singula rem, miram et a reliquarum hominum primordiis longissime secretam, et omnino sanctam colendam exhibuit, cum Eccle sia nonnisi de Sanctis dies festos concelebret.

TERTIA DIE
INFRA OCT. IMMAC. CONCEPT.
B. MARIÆ VIRG.

Ex Bulla dogmatica Pii Papæ Noni.
Lectio iij.

"IPSISSIMA verba, quibus di vinæ Scripturæ de increata Sapientia loquuntur, ejusque sempiternas origines repræs entant, consuevit (Ecclesia) tum in ecclesiasticis Officiis tum in sacrosancta Liturgia adhibere, et ad illius Virginis primordia transferre, quæ uno eodemque decreto cum divinæ Sapientiæ incarnatione fuerant præstituta. Quamvis autem hæc omnia penes fideles ubique prope recepta ostendant, quo studio ejusmodi de immaculata Virginis Conceptione doctrinam ipsa quoque Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater et magistra, fuerit prosecuta, ta men illustria hujus Ecclesiæ facta digna plane sunt, quæ nominatim recenseantur, cura tanta sit ejusdem Ecclesiæ dignitas atque auctoritas, quanta illi omnino debetur, quæ est catholicæ veritatis et unitatis centrum, in qua sola inuiolabiliter fuit custodita re ligio, et ex qua traducem fidei reliquæ omnes Ecclesiæ mu tuentur oportet.

QUARTA DIE
INFRA OCT. IMMAC. CONCEPT.
B. MARIÆ VIRG.

Ex Bulla dogmatica Pii Papæ Noni.
Lectio iij.

ROMANA Ecclesia nihil potius habuit, quam eloquentissi mis quibusque modis immacu latam Virginis Conceptionem, ejusque cultum et doctrinam asserere, tueri, promovere et vindicare. Enim vero præde cessores nostri vehementer glo riati sunt Apostolica sua aucto ritate festum Conceptionis in Romana Ecclesia instituere, ac proprio Officio, propriaque Missa, quibus prærogativa im munitatis ab hereditaria labe



manifestissime asserebatur, audere, honestare, et cultum iam institutum omni ope pro movere, amplificare, sive ero gatis Indulgentiis, sive facul tate tributa civitatibus, provin ciis regnisque, ut Deiparam sub titulo immaculatæ Conceptio nis Patronam sibi deligerent, sive comprobatis sodalitatibus, congregationibus, religiosisque familiis ad immaculatæ Conceptionis honorem institu tis, sive laudibus eorum pietati delatis, qui monasteria, xeno dochia, altaria, templa sub im maculati Conceptus titulo ere xerint, aut sacramenti religione interposita immaculatam Dei paræ Conceptionem strenue propugnare spoponderint.

DIE X. DECEMBRIS.
IN TRANSLATIONE
ALMÆ DOMUS LAURETANÆ
B. MARIÆ VIRG.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Aña. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Psal mus Laudate pueri, cum cete ris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 24

IN omnibus requiem quæsivi, et in hereditate Domini mo rabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me requievit in taber naculo meo.

℟. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima : * Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam Solemnitatem. — Quia. Gloria. Christus Deus noster.

Hymnus Ave maris stella., pag. 703.

℣. Domum tuam Domine decet sanctitudo, ℟. In longitu dinem dierum.

Ad Magnificat Aña. Sancti ficavit Dominus tabernaculum suum : hæc est domus Domini, in qua invocetur nomen ejus, de quo scriptum est : Erit nomen meum ibi, dicit Domi nus.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Mariæ Vir ginis Domum per incarnati Verbi mysterium misericordi ter consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collo casti : concede ut segregati a tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores domus sanctæ tuæ. Per eumdem.

¶ Hodie in utrisque Vesperis et Laudibus omittitur Memoria de Octava Immaculatæ Con ceptionis.

AD UTRUMQUE
COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aña Virgo Maria, et duæ ultimæ Strophæ Hymni Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, (quæ dicantur etiam ad Primam Tertiam, Sextam et Nonam) ut in Conceptione immaculata B. M. V., pag. 703 et pag. 704.

Ad Nunc dimittis Aña. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus : sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo benedicta.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Salvatorem mundi in Domo Virginis de Spiritu sancto conceptum * Venite adoremus.

Hymnus.

URBS Jerusalem beata,
Dicta pacis visio,
Quæ construitur in cælis
Vivis ex lapidibus,
Et angelis coronata
Ut sponsata c6mite :

NOVA veniens e cælo,
Nuptiali thalamo
Præparata, ut sponsata
Copuletur Domino :
Plateæ et muri ejus
Ex auro purissimo :

PORTÆ nitent margaritis,
Adytis patentibus :
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Christi nomen
Hic in mundo premitur.

TUNSIONIBUS, pressuris
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manus Artificis :
Disponuntur permansuri
Sacris ædificiis.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

T Psalmi trium Nocturnorum ut in Conceptione immaculata beatæ Mariæ V., pag. 704. et sequentibus.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Elevata est magnificentia tua super cælos.

Aha. In sole posuit tabernaculum suum ret ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

Aha. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus et mundo corde.

f. Domum tuam Domine decet sanctitudo, ^z. In longitudinem dierum.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum, ^z. Amen.

De libro tertio Regum.

Lectio j. Cap. 8.

STETIT autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, et expandit manus suas in cælum, et ait: Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram? Si enim cælum et cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc,quam ædificavi? Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus, Domine Deus meus : audi hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie: ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die : super domum, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi: ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus. Ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudies in loco habitaculi tui in cælo, et cum exaudieris, propitius eris.

j. Vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum, cujus inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus : * Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium, y. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris? — Et sicut dies verni.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij.

Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi), et agentes pœnitentiam, et confitentes nomini tuo, venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hac : exaudi in cælo, et dimitte peccatum populi tui Israel, et reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cælum, et non plue rit propter peccata eorum, et orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam : exaudi eos in cælo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel : et ostende eis viam bonam per quam ambulent, et da pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem.

% ij. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, * Terribilis ut castrorum acies ordinata? f. Filia Sion tota formosa et suavis es, pulchra ut luna, electa ut sol. — Terribilis ut castrorum acies ordinata.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio iij.

Si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, et repropitiabe ris, et facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum), ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum extentum ubique) cum venerit ergo, et oraverit in hoc loco, tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia, pro quibus invocaverit te alienigena : ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc.

iij. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem?* Viderunt eam filiæ Sion, et beatam dixerunt, et reginæ laudaverunt eam. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium. — Viderunt eam. Gloria. Viderunt eam.

IN II, NOCTURNO.

Ana. Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum, et in sæculum sæculi.

Aha. Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Aha. Homo natus est in ea : et ipse fundavit eam Altissimus.

y. Hæc est domus Domini firmiter ædificata. Bene fundata est supra firmam petram.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

(Serm. 52. de divers.)

Lectio iv.

SAPIENTIA, quæ Dei erat, et Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, ædificavit sibi domum, ipsam scilicet matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere, nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide et operibus præparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam Trinitatem, quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quod autem in beata Maria sancta Trinitas fuerit : fuerit, dico, per præsentiam majestatis, ubi solus Filius erat per susceptionem humanitatis, testatur nuntius cælestis, qui ei arcana mysteria reserans, ait : Ave gratia plena, Dominus tecum; et post pauca : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ecce habes Dominum, habes virtutem Altissimi, habes Spiritum sanctum : habes Patrem, Filium, et Spiritum sanctum.

fy iv. O quam metuendus est locus iste! *Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cæli. f. Hæc est domus Domini firmiter ædificata : bene fundata est supra firmam petram. — Vere.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

Lectio v.

UTRUM autem et quatuor principales virtutes, tam quam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur. Primum ergo videamus an fortitudinem habuerit. Quæ nimirum virtus quomodo illi abesse potuit, quæ abjectis sæcularibus pompis spretisque voluptatibus carnis' soli Deo in virginitate vivere proposuit? Ni fallor, hæc Virgo est, quæ apud Salomonem legitur : Mulierem fortem quis inveniet? procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Porro, quod temperans et justa fuerit, ex Angeli collocutione et sui ipsius responsione luce clarius comprobamus. Salutata quippe tam venerabiliter ab Angelo, Ave gratia plena, Dominus tecum, non se extulit, quasi quæ ex singulari gratiæ privilegio benediceretur : sed siluit, et qualis esset insolita hæc salutatio, secum cogitavit. Qua in re, quid nisi temperans fuit? At vero, cum de cælestibus mysteriis ab eodem Angelo doceretur, diligenter quæsivit quomodo conciperet, et pareret, quæ virum utique non cognosceret : et in hoc sine dubio prudens exstitit.

v. Fundata est domus Domini super verticem montium, et exaltata est super omnes colles : * Et venient ad eam omnes gentes, et dicent : Gloria tibi Domine, f. Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos. — Et venient.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis. Amen.



Lectio vj.

JUSTITIÆ autem præ se fert insigne, ubi se ancillam Domini confitetur. Nam quod justorum sit confessio, testatur qui ait : Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo. Fuit igitur beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. His itaque quatuor morum columnis, et tribus fidei prædictis exstruxit in ea sibi domum Sapientia cælestis, quæ adeo mentem ejus replevit, ut de plenitudine mentis fecundaretur et caro. Ipsius autem Virginis natalis Domus, divinis mysteriis consecrata, Angelorum ministerio ab infidelium potestate in Dalmatiam prius, deinde in agrum Lauretanum Picenæ provinciæ translata fuit, sedente sancto Cælestino Quinto. Eamdemque ipsam esse, in qua Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, tum pontificiis diplomatibus, et celeberrima totius orbis veneratione, tum continua miraculorum virtute, et cælestium beneficiorum gratia comprobatur. Quibus permotus Innocentius Duodecimus, quo ferventes erga Matris amantissimæ cultum fidelium memoria excitaretur, ejusdem sanctæ Domus Translationem anniversaria solemnitate in tota Piceni provincia veneream, Missa etiam, et Officio proprio celebrari præcepit.

vj. Domus mea Domus orationis vocabitur, dicit Dominus : in ea omnis, qui petit, accipit : et qui quærit, invenit : * Et pulsanti aperietur. y. Petite, et accipietis : quærite, et invenietis. — Et pulsanti aperietur. Gloria. Et pulsanti aperietur.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Tollite hostias, et introite in atria ejus : adorate Dominum in aula sancta ejus.

Ana. Viderunt omnes populi gloriam ejus.

Ana. Cantate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit Dominus, alleluia.

y. Beati, qui habitant in domo tua Domine. I??. In sæcula sæculorum laudabunt te.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

(Hom. i. super Missus est.)

QUÆ est hæc, Virgo tam venerabilis, ut salutetur ab Angelo? tam humilis, ut desponsata sit fabro? Pulchra permisso virginitatis et humilitatis : nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua et humilitas commendat virginitatem, et virginitas exornat humilitatem. Sed quanta, putas, venerati6ne digna est, in qua humilitatem exaltat fecunditas, et partus consecrat virginitatem? Audis virginem, audis

humilem? Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas : illa consulitur, ista præcipitur.

vij. Diffusa est gratia in labiis tuis : * Propterea benedixit te Deus in æternum, y. Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo. — Propterea.

Benedictio. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. 1$. Amen.

(Ex hom. 2. super eodem loco.)

Lectio viij.

Missus est, inquit, Angelus ad Virginem. Virginem carne, virginem mente, virginem professione, virginem de-1 nique qualem describit Apostolus, mente et corpore sanctam : nec noviter, nec fortuito inventam, sed a sæculo electam, ab Altissimo præcognitam, et sibi præparatam, ab Angelis servatam, a Patribus præfiguratam, a Prophetis promissam. Ut pauca loquar de pluribus, quam sibi aliam prædixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait, Inimicitias ponam inter te, et mulierem? Et si adhuc dubitas an de Maria dixerit, audi quod sequitur : Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ ?

t^z. viij. Beata es Virgo Maria Dei Genitrix, quæ credidisti Domino : perfecta sunt in te, quæ dicta sunt tibi : ecce exaltata es super choros angelorum : * Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Ave Maria gratia plena : Dominus tecum. — Intercede.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

(Ex Hom. 3. super eodem loco)

Lectio ix.

ET ingressus Angelus ad eam dixit : Ave gratia plena ! Dominus tecum. Quo ingressus ad eam? Puto in sacrarium pudici cubiculi, ubi illa fortassis, clauso super se ostio, orabat Patrem in abscondito. Solent angeli astare orantibus, et delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione. Holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerint in conspectu Altissimi, Angelus indicavit, qui ingressus ad eam tam reverenter salutavit.

ix. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima : * Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster, y. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam Solemnitatem. — Quia ex te ortus est. Gloria. Christus Deus noster.

Ante Laudes y. Domine dilexi decorem domus tuæ. ^z. Et [illegible] locum habitationis gloriæ tuæ.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.
2. Hæc est domus Domini firmiter ædificata : bene fundata est supra firmam petram.



3. Domus mea Domus orationis vocabitur.
4. Bene fundata est domus Domini supra firmam petram.
5. Lapides pretiosi omnes muri tui : et turres Jerusalem gemmis ædificabuntur.

Capitulum. Eccli. 24.

IN omnibus requiem quæsivi, et in hereditate Domini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium : et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus.

ANGULARIS fundamentum
Lapis Christus missus est,
Qui parietum compage
In utroque nectitur :
Quem Sion sancta suscepit,
In quo credens permanet.

OMNIS illa Deo sacra
Et dilecta civitas,
Plena modulis in laude
Et canoro jubilo,
Trinum Deum unicumque
Cum fervore prædicat.

Hoc in templo summe Deus
Exoratus adveni,
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe :
Largam benedictionem
Hic infunde jugiter.

Hic promereantur omnes
Petita acquirere
Et adepta possidere
Cum sanctis perenniter,
Paradisum introire
Translati in requiem.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

y. Domus mea. Domus orationis vocabitur.

Ad Benedictus Aha. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper : votum vovit Domino : Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Mariæ Virginis Domum per incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrasti, eamque in sinu Ecclesiæ tuæ mirabiliter collocasti : concede ut segregati a tabernaculis peccatorum, digni efficiamur habitatores domus sanctæ tuæ. Per eumdem.

AD PRIMAM,

^z. Jesu Christe., f. Qui natus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum In omnibus requiem., ut in Laudibus.

Domum tuam Domine decet sanctitudo, * Alleluia, alleluia. Domum tuam. Jf. In longitudinem dierum. Alleluia. Gloria. Domum tuam.

y. Hæc est domus Domini firmiter ædificata, ^z. Bene fundata est supra firmam petram.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 24.

ET sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea.

37. Hæc est domus Domini firmiter ædificata, * Alleluia, alleluja. Hæc est f. Bene fundata est supra firmam petram. Alleluia. Gloria. Hæc est.

jT.Beati qui habitant in domo tua Domine, p. In sæcula sæculorum laudabunt te.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

SICUT cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. Beati qui habitant in domo tua Domine, * Alleluia, alleluia. Beati. f. In sæcula sæculorum laudabunt te. Alleluia. Gloria. Beati.

J. Domus mea. Domus orationis vocabitur.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum. Eccli. 24.

IN omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me requievit in tabernaculo meo.

Hymnus Ave maris stella., pag. 703.

X. Domum tuam Domine decet sanctitudo. In longitudinem dierum.

Ad Magnificat Ana. O quam metuendus est locus iste! Vere non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cæli.

DIE XI. DECEMBRIS.
S. DAAIASI
PAPÆ ET CONFESSORIS.
MEMORIA IN I. VESP. ET LAUD.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus: ut beati Damasi Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per.

DIE XIII. DECEMBRIS
S. LUCIÆ
VIRG. ET MART.
TOTUM DUPLEX.
AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præparata introivit cum eo ad nuptias | Psalmus Laudate pueri, cum

Capitulum. Eccli. ci

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Rogavi Dominum meum Jesum Christum ut ignis iste non dominetur mihi .- * Et impetravi a Domino indutias martyrii mei. J. Ut credentibus timorem auferam passionis, et non credentibus vocem insultationis. — Et impetravi. Gloria. Et impetravi.

Hymnus.

VIRGINIS Proles opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginis festum canimus trophæum,
Accipe votum.

HÆC tua Virgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corpore sæclum.

UNDE nec mortem, nec amica mortis
Sæva pœnarum genera pavescens,
Sanguine fuso meruit sacrata
Scandere cælum.



Hujus obtentu Deus alme nostris
Parce jam culpis, vitia remittens:
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris hymnum.

GLORIA Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore sæcli. Amen.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. In tua patientia possedisti animam tuam Lucia sponsa Christi: odisti quæ in mundo sunt, et coruscas cum angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Luciæ Virginis et Martyris tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Agnum sponsum virginum * Venite adoremus Dominum Jesum Christum.

Hymnus Virginis Proles., ut in j. Vesperis.

T In tribus Nocturnis Psalmi, Antiphonæ et ff. de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 88*., Lectiones et ut infra.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 7.

DE virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.

j. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit: * Pro cujus amore sanguinem tuum fudisti, et cum angelis in paradisum introisti, y. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit rex speciem tuam. — Pro cujus.

Lectio ij.

EGO autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut et qui habent uxores, tamquam non habentes sint: et qui flent, tamquam non flentes: et qui gaudent, tamquam non gaudentes: et qui emunt, tamquam non possidentes: et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

ij. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. f. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — Et deducet te.

Lectio iij.

VOLO autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta,

et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro.

iij. Specie tua et pulchritudine tua * Intende, Prospere procede, et regna. y. Diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit te Deus in æternum. — Intende. Gloria. Prospere procede.

IN II. NOCTURNO.

(Ex sinceris Actis et Rom. Brev.)

Lectio iv.

LUCIA Virgo Syracusana, genere et christiana fide, ab infantia nobilis, una cum matre Eutychia, quæ sanguinis fluxu laborabat, Catanam ad venerandum corpus beatæ Agathæ venit : quæ ad ejus sepulcrum cum suppliciter orasset, Agathæ intercessione matri sanitatem impetravit. Statim vero matrem exoravit ut quam dotem sibi datura esset, Christi pauperibus tribui pateretur. Ut igitur Syracusas rediit, omnem pecuniam, quam ex facultatibus venditis redegerat, pauperibus distribuit.

iv. Grata facta est a Domino in certamine, quia apud Deum et apud homines glorificata est : in conspectu principum loquebatur sapientiam, * Et Dominus omnium dilexit eam. f. Erecta namque in virtutis culmine, tormenta derisit, præmia calcavit. — Et Dominus omnium.

Lectio v.

QUOD cum sponsus, cui parentes contra Virginis voluntatem desponderant, apud Paschasium præfectum Luciam, quod Christiana esset, accusavit. Quam ille cum nec precibus, nec minis ad cultum idolorum posset perducere : immo tanto magis incensam videret ad celebrandas christianæ fidei laudes" quanto magis ipse eam a sententia avertere conabatur • Cessabunt, inquit, verba, cum ventum erit ad verbera. Cui Virgo : Dei servis verba deesse non possunt, quibus a Christo Domino dictum est : Cum steteritis ante reges, et præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini : dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini : non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus sanctus, qui loquitur in vobis.

fy v. Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit : quæ acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum : * Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias, f. Ista est una de numero prudentum, quæ aptavit lampades suas. — Et veniente Domino.

Lectio vj.

QUAM cum Paschasius interrogasset, Estne in te Spiritus sanctus? respondit : Caste et pie viventes templum sunt Spiritus sancti. At ille : Jubebo te ad lupanar duci, ut te Spiritus sanctus deserat. Cui Virgo : Si invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus. Luciam eo trahi jussit, ubi ejus virginitas violaretur : sed divinitus factum est, ut firma Virgo ita consisteret, ut nulla vi de loco dimoveri posset. Quam ob rem præfectus circum ipsam, pice,



resina, ac ferventi oleo perfusam, ignem accendi imperavit: sed cum ne flamma quidem eam læderet, multis tormentis excruciatæ guttur gladio transfigitur. Quo vulnere accepto, Lucia prædicens tranquillitatem, quæ futura cit, erat Diocletiano et Maximiano mortuis, Idibus Decembris spiritum Deo reddidit. Cujus corpus Syracusis sepultum, deinde Constantinopolim, postremo Venetias translatum est.

ty. vj. Afferentur regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi * In lætitia et exsultatione, f. Prudentes virgines aptate lampades vestras : ecce sponsus venit, exite obviam ei. — In lætitia. Gloria, In lætitia.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum, Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Homil. II. in Evang.)

CÆLORUM regnum, fratres carissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit : quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, et per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat : ut per hoc, quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur, Qua in re notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium cælestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus : maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident,

vij. Audivi vocem de cælo venientem : venite omnes virgines sapientissimæ, * Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit, y. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit. — Oleum recondite.

Lectio viij.

TXEPRÆDARI ergo desiderat, LJ qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant : sed ut sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, Rursum cæleste regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quærit, sed unam pretiosam invenit, quam videlicet inventam, omnia vendens, emit : quia qui cælestis vitæ dulcedinem in quantum possibilitas admittit, perfecte cognoverit : ea, quæ in terrenis amaverat, libenter cuncta derelinquit,

viij. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupivit rex speciem tuam. f. Specie tua et pulchn tudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia concupivit rex.

Lectio ix.

RECTE per Salomonem dicitur : Fortis est ut mors dilectio : quia sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ caritas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit Nec enim Sancta hæc, cujus hodie natalitia celebramus, mori pro Domino potuisset in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, præmia calcavit. Quid inter hæc nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna cælestia puellas per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat ? Qui si adipisci regna cælorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quod Deum nolumus saltem per pacem sequi.

ix. Rogavi Dominum meum Jesum Christum ut ignis iste non dominetur mihi : * Et impetravi a Domino induciis martyrii mei. y. Ut credentibus timorem auferam passionis, et non credentibus vocem insultati6nis. — Et impetravi. Gloria. Et impetravi.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata Lucia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Orante sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, et consolabatur ancillam Christi. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Lucia Virgo, quid a me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ?

3. Per te, Lucia Virgo, civitas Syracusana decorabitur a Domino Jesu Christo.

4. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi, quia per Filium tuum ignis exstinctus est a latere meo.

5. Soror mea Lucia, Virgo Deo devota, quid a me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ?

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus.

JESU, corona virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisque reddens præmia.

QUOCUMQUE pergis virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.

TE deprecamur, largius
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

MARIA Mater... GLORIA tibi. ut pag. 713.

T Si Festum hoc transferatur, sic terminetur Hymnus :

SIT Christe Rex piissime
Tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus I afferentur tibi.



Ad Benedictus Ana. Columna es immobilis Lucia sponsa Christi : quia omnis plebs te exspectat, ut accipias coronam vitæ, alleluja.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ Luciæ Virginis et Martyris tuæ festivitate gaudemus,ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etff. de Communi unius Virginis, pag. 96*. I

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Orante sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, et consolabatur ancillam Christi. Psalmi de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Confitebor tibi. et Hymnus Virginis Proles., pag. 724.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. Tanto pondere eam fixit Spiritus sanctus, ut Virgo D6mini immobilis permaneret.

DIE XV. DECEMBRIS.
IN OCTAVA IMM. GONGEPT.
B. MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, J. et Antiphona ad Magnificat ut in j. Vesperis Festi, pag. 703.

Oratio.

DEUS, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti : quæsumus ut qui ex morte ejusdem Filii tui prævisa eam ab omni labe præsentasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eumdem. !

AD MATUTINUM.

Invitatorium Immaculatam, et Hymnus Præclara custos., ut in Festo, pag. 704.

I In tribus Nocturnis, omnia quæ hic notata non sunt dicantur ut in Festo, pag. 704. et sequentibus.

IN II. NOCTURNO.

I Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

Ex Bulla dogmatica Pii Papæ Noni.
Lectio iv.

AB antiquis temporibus sacrorum Antistites, eccle-I siastici viri, regulares Ordines, ac vel ipsi imperatores et reges ab hac Apostolica Sede enixe efflagitarunt ut immaculata sanctissimæ Dei Genitricis Conceptio veluti catholicæ fidei dogma definiretur. Quæ postulationes hac nostra quoque ætate iteratæ fuerunt, ac potissimum felicis recordationis Gregorio Decimo sexto prædecessori nostro ac nobis ipsis oblatæ sunt tum ab Episcopis, tum a Clero sæculari, tum a religiosis familiis, ac summis principibus et fidelibus populis. Nos itaque, singulari animi nostri gaudio hæc omnia probe noscentes, ac serio considerantes, vixdum, licet immeriti, arcano divinæ Providentiæ consilio ad hanc sublimem Petri cathedram evecti, totius

Ecclesiæ gubernacula tractan da suscepimus, nihil certe an tiquius habuimus, quam pro summa nostra vel a teneris annis erga sanctissimam Dei Genitricem Virginem Mariam veneratione, pietate et affectu, ea omnia peragere, quæ adhuc in Ecclesiæ votis esse poterant, ut beatissimæ Virginis honor augeretur, ejusque prærogativæ uberiori luce niterent

iv. Ego ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam : ego feci in cælis ut oriretur lumen indeficiens. * Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. y. Deus enim creavit me in justitia, et apprehendit manum meam, et servavit me. — Nondum erant abyssi.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

Lectio v.

ITAQUE plurimum in Domino confisi advenisse temporum opportunitatem pro immaculata sanctissimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Conceptione definienda, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiæ sensus, singularis catholicorum Antistitum ac fidelium conspiratio, et insigniaprædecessorum nostrorum acta, constitutiones mirifice illustrant, atque declarant; rebus omnibus diligentissime perpensis, et assiduis fervidisque ad Deum precibus effusis, minime cunctandum nobis esse censuimus supremo nostro judicio immaculatam ipsius Virginis Conceptionem sancire, definire, atque ita pientissimis) catholici orbis desideriis, n0. stræque in ipsam sanctissimam Virginem pietati satisfacere ac simul in ipsa unigenitum Filium suum Dominum nostrum Jesum Christum magis atque magis honorificare, cum in Filium redundet quidquid honoris et laudis in Matrem impenditur.

Nihil inquinatum in eam incurrit : * Candor est lucis æternæ et speculum sine macula. y. Est enim hæc speciosior sole, et luci comparata invenitur purior. — Candor est lucis æternæ.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis, ^z. Amen.

Lectio vj.

QUARE, postquam nunquam intermisimus in humilitate et jejunio privatas nostras et publicas Ecclesiæ preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spiritus sancti virtute mentem nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universæ cælestis curiæ præsidio, et advocato cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic aspirante : ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparæ, ad exaltationem fidei catholicæ, et christianæ religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac nostra, declaramus, pronuntiamus et definimus : Doctrinam, quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari omnipotentis Dei gratia et privile



rio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generi ab omni originalis culpæ labe præservata!!! immunem, esse a Deo revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter, si qui secus ac a nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumpserint corde sentire, ii noverint, ac porro sciant se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiæ defecisse.

vj. Signum magnum apparuit in cælo, Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus : *Et in capite ejus corona stellarum duodecim, y. Induit eam Dominus vestimentis salutis, indumento justitiæ, et quasi sponsam ornavit eam monilibus suis. — Et in capite ejus. Gloria. Et in capite ejus.

IN III. NOCTURNO.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Ez. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Epiphanii Episcopi.
(Orat. de Laud. S. Mariæ Deiparæ.)

QUID dicam, et quid prædicabo de san cta'Virgine? Solo enim Deo excepto, cunctis superior exstitit; natura formosior est ipsis Cherubim et Seraphim, et omni exercitu angelico : cui prædicandæ cælestis ac terrena lingua minime sufficit, immo vero nec angelorum. O beata Virgo, columba pura, et sponsa cælestis Maria, cælum, templum, et thronus Divinitatis, quæ coruscantem in cælo et in terra solem habes Christum : nubes lucida, quæ fulgur de cælo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum! Ave gratia plena, porta cælorum, de qua in Canticis Propheta in decursu orationis plane et aperte proloquitur inclamans : Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

vij. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus; * Emissiones tuæ paradisus, o Maria, y. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. — Emissiones tuæ paradisus, o Maria.

Benedictio. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. 1$. Amen.

Lectio viij.

VIRGO est lilium immaculatum, quæ rosam immarcescibilem genuit Christum. O sancta Deipara, ovis immaculata, quæ Verbum ex te incarnatum Agnum Christum peperisti! O Virgo sanctissima, quæ exercitus angelorum in stuporem deduxisti! Stupendum est miraculum in cælis, mulier amicta sole, gestans lucem in ulnis : stupendum miraculum

in cælis, thalamus Virginis habens Filium Dei: stupendum miraculum in cælis, Dominus angelorum infans Virginis effectus est. Angeli accusabant Hevam, nunc vero Mariam gloria prosequuntur, quæ lapsam Hevam erexit, et Adamum e paradiso dejectum in cælos misit. Ipsa enim est cæli et terræ mediatrix, quæ unionem naturaliter peregit.

viij. Magnificat anima mea Dominum :* Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus. f. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. — Quia fecit.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum, ^z. Amen.

Lectio ix.

GRATIA sanctæ Virginis ... Gabriel in primis salutat Virginem, dicens : Ave gratia plena, quæ es splendidum cælum. Ave gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo. Ave gratia plena, quæ es urna aurea continens manna cæleste. Ave gratia plena, quæ sitientes perennis fontis dulcedine satias. Ave sanctissima Mater immaculata, quæ genuisti Christum, qui est ante te. Ave purpura rſgia, quæ cæli terræque Regem induisti. Ave liber incomprehensus, quæ Verbum et Filium Patris mundo legendum exhibuisti.

^ i*. Elegit Mariam Deus, et præelegit eam, et creavit eam in Spiritu sancto :* Ideo nihil inquinatum in eam incurrit. J. Dedit Mariæ Dominus protectionem salutis suæ et dextera sua suscepit eam' Ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Gloria. Ideo nihil inquinatum in eam incurrit.

Ante Laudes f. In Conceptione tua immaculata, Dei Genitrix Virgo. Cæli et terra lætentur.

AD LAUDES, HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo, servato modo Octavæ diei Solemnis.

DIE XVI. DECEMBRIS.
B. SEBASTIANI MAGGII
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Sebastianum, Confessorem tuum regularis disciplinæ et evangelicæ perfectionis singulari studio mirabilem effecisti: concede propitius ut ejus imitatione, carne mortificati, et vivificati spiritu, æterna præmia consequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus viride Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

SEBASTIANUS Brixiæ, quæ urbs est Illustris Cenomanorum Italiæ, antiqua imprimis ac nobili stirpe Maggiorum ortus, jam usque a puero præclara indicia virtutis dedit. Adolescens, confirmandæ suæ curandæque aliorum salutis causa, Ordinem Prædicatorum professus est. Quo ex tempore innocentiæ atque austeritati vitæ, assiduoque regularis disciplinæ cultui studium adjun



xit sacrarum litterarum. Cumque omni hoc in genere ita profecisset, ut quemadmodum sibi ipse fuerat, sic ceteris emolumento esse doctrina et exemplis posset : sacerdos factus, superiorum jussu conciones habere de recta morum institutione cœpit. Quo munere tanto mortalium fructu perfunctus est, ut auctor improbis permultis hominibus uti resipiscerent fuerit : pacem inter inimicos conciliarit, atque in aliquot urbibus Italiæ solidam vel restituerit, vel confirmaverit pietatem.

Lectio v.

% JTJLTA inde cœnobia, non IVI tam dictis quam recte factis, moderatus est. Nullam enim ad rem, quæ ad perfectionem evangelicam constitutionesque Ordinis pertineret, suos sodales est adhortatus, quam non ante cumulatissime explevisset. Mediolum cum se suosque minus esse populo utiles vidisset, quam ipse cuperet, propterea quod cœnobium sanctæ Mariæ Gratiarum, in quo degebat, situm in angulo urbis esset, quo cives frequentes concurrere verbum Dei audituri non poterant de amplissimo templo, quod Rosæ vocant, in media urbe exstruendo cogitavit. Quod quidem templum, miraculo, ut narrant, cœptum, magnis piorum largitionibus, imprimisque Beatricis ducis Mediolanensium, cui Sebastianus a confessionibus erat, perfectum est.

Lectio vj.

CONGREGATIONIS deinceps universæ suæ præfecturam bis gessit. Quam dignitatem ita sustinuit, ut nihil remiserit de instituta austerioris sanctiorisque vitæ ratione. Quare cum virtute, præsertim autem studio jugiter precandi Deum, despicientia sui, voluntariis cruciatibus, quibus castigare corpus atque in servitutem redigere curabat, diligentique legum Ordinis observatione, præire ceteris pergeret: quam sibi initio pepererat, eamdem domi forisque mirifice auxit sanctitatis famam. Senex admodum, cum Genuam, visitaturus sanctæ Mariæ de Castello cœnobium, venisset, prospexissetque imminere sibi supremum diem, ad socios versus, eum sibi locum dixit perpetuæ requiei fore. Itaque susceptis rite Ecclesiæ Sacramentis, decessit in pace, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Qua re in vulgus elata, magnus ad ejus feretrum concursus est factus Genuensium. Ejus corpus humili primum sepulcro conditum, postque in decentiorem locum translatum, et multis, ut fertur, miraculis illustratum, eodem in templo sanctæ Mariæ de Castello singulari colitur religione. Quem cultum nunquam interruptum Clemens Decimus tertius Pontifex Maximus consulto sacræ Rituum Congregationis probavit, ac de beato Sebastiano quotannis ab Ordine Prædicatorum universo Officium et Missam celebrari concessit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

## DIE XVII. DECEMBRIS ET SEX DIEBUS SEQUENTIBUS AD MEMORIAM DE ADVENTU

### IN VESPERIS.

Septem proximis diebus ante Vigiliam Nativitatis, cum aliquod festum in iisdem contigerit celebrari, Memoria de Adventu in Vesperis fiat per unam ex sequentibus Antiphonis, servato ordine quo hic positæ sunt.

DIE XVII. DECEMBRIS. Ana. O Sapientia, quæ ex ore Altissimi prodiisti, attingens a fine usque ad Jinem fortiter, suaviterque disponens omnia : veni ad docendum nos viam prudentiæ.

DIE xvin. Ana. O Adonai, et dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, et ei in Sina Legem dedisti : veni ad redimendum nos in brachio extento.

DIE XIX. Ana. O Radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur : veni ad liberandum nos, jam noli tardare.

DIE xx. Ana. O Clavis David, et sceptrum domus Israel, qui aperis et nemo claudit, claudis et nemo aperit : veni, et educ vinctum de domo carceris sedentem in tenebris, et umbra mortis.

DIE XXI. Ana. O Oriens, splendor lucis æternæ, et Sol justitiæ : veni, et illumina sedentes in tenebris, et umbra mortis.

DIE XXII. Ana. O Rex gentium, et desideratus earum, lapisque angularis, qui facjs utraque unum : veni, et salva hominem, quem de limo formasti.

DIE XXIII. Ana. O Emmanuel Rex et legifer noster, exspectatio gentium et Salvator earum: veni ad salvandum nos, Domine Deus noster.

T Sequens f. dicatur quotidie ad Memoriam de Adventu in Vesperis, præterquam in Exspectatione Partus B. Mariæ V. ad utrasque Vesperas, ut suo loco, scilicet pag. 735- notatum est :

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

T Sequens Oratio dicatur ad prædictam Memoriam in Vesperis Dominicæ iij. Adventus, et deinceps quotidie usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam iv. exclusive :

Oratio.

AUREM tuam, quæsumus Domine, precibus nostris accommoda; et mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui vivis.

T Sequens vero Oratio dicatur Sabbato ante Dominicam iv. et deinceps quotidie usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive :

Oratio.

EXCITA, quæsumus Domine, potentiam tuam, et veni; et magna nobis virtute succurre, ut per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiationis acceleret. Qui vivis.

## DIE XVIII. DECEMBRIS. IN EXSPECTATIONE PARTUS B. MARIÆ VIRGINIS.

TOTUM DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia virum non cognosco ? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. J. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. Et virtus Altissimi.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis :
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Iy. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat Ana. Orietur sicut sol Salvator mundi,, et descendet in uterum Virginis, sicut imber super gramen.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

Ad Memoriam de Adventu Ana O. pag., 734

y. Ex Sion species decoris ejus. 37. Deus noster manifeste veniet.

### AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

In fine Hymni dicantur duæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Laus, honor, virtus, gloria, ut ad Matutinum, pag. 736.

Ad Nunc dimittis Ana. Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum verbum tuum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ave Maria gratia plena : * Dominus tecum.

Hymnus.

QUEM terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

CUI luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA Mater munere
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, X gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, *a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.



Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino, alleluja.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Angelus Domini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu sancto, alleluja.

y. Ex Sion species decoris ejus. Deus noster manifeste veniet.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 7.

ET adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit : Audite ergo domus David : Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

j. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium. J. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores. — Et ipse erit

Benedictio. Sancta Dei Geni trix sit nobis auxiliatrix.

f^z. Amen.

Lectio ij. Cap. II.

ET egredietur virga de radi ce Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiæ, et intelle ctus, spiritus consilii, et forti tudinis, spiritus scientiæ, et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum au rium arguet : sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ : et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit ju stitia cingulum lumborum ejus: et fides cinctorium renum ejus.

ij. Missus est Gabriel An gelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Domi num : ecce concipies, et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius, y. Dabit ei Dominus Deus se dem David patris ejus, et re gnabit in domo Jacob in æter num. — Et vocabitur Altissimi Filius.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio iij. Cap. 2.

DEUS autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, (cujus gratia estis salvati) et conresuscitavit et consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu : ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu. Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur.

iij. Ave Maria gratia ple na : Dominus tecum :* Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: Quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. y. Quomodo fiet istud, quo niam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei : — Spiritus sanctus. Gloria. Quod enim.

IN II. NOCTURNO.

Antiphonæ et Psalmi ut in Festis B. Mariæ V., pag. 4*.

JF. Egredietur virga de radice Jesse. 3?. Et flos de radice ejus ascendet.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

Sermo sancti Ildephonsi Archiepiscopi Toletani.

(Lib. de Virgin. Mariæ cap. i.)

Lectio iv.

DOMINA mea, atque domina trix mea, dominans mihi, mater Domini mei, ancilla Fi lii tui, genitrix Factoris mundi, te rogo, te oro, te quæso, ut habeam spiritum Domini tui, spiritumque Filii tui, necnon et spiritum Redemptoris mei : ut de te vera et digna sapiam, vera et digna loquar, vera et



digna, quæcumque dicenda sunt, dicam. Tu enim es electa a Deo, assumpta a Deo, advo cata a Deo, proxima Deo, adhærens Deo, conjuncta Deo: visitata ab Angelo, salutata ab Angelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab Angelo : turbata in sermone, attonita in cogita tione, stupefacta in salutatione, admirata in dictorum annun tiatione.

fy iv. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est : concipies, et paries Deum pa riter et hominem, * Ut bene dicta dicaris inter omnes mu lieres. )T. Paries quidem filium, et virginitatis non patieris de trimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris.

Benedictio. Jesus Mariæ Fi lius sit nobis clemens et propi tius. Amen.

Lectio v.

INVENISSE te apud Deum gra tiam audis, et ne timeas ju beris. Unde et tu fiducia robo rans, cognitione miraculorum instrueris, ad novitatem inau ditæ gloriæ proveheris. De prole ab Angelo pudicitia ad monetur, de nomine prolis vir ginitas certificatur : et post fetum integra et pudica manes. Nasciturum ex te Sanctum (Dei Filium vocitandum) tibi ab Angelo evangelizatur : et quæ sit nascentis Regis poten tia, mirabiliter intimatur. Quo modo fiet quæris? De origine interrogas? De ratione per scrutaris? De experientia requi ris? De ordine sciscitaris? Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animadverte incognitum arcanum, attende invisum factum : Spiritus san ctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

v. Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, dicit Dominus : et vocabitur nomen ejus * Ad mirabilis, Deus, Fortis, f. Su per solium David et super re gnum ejus sedebit in æternum. — Admirabilis, Deus, Fortis.

Benedictio. Stella Maria ma ris succurrat piissima nobis. Amen.

Lectio vj.

TOTA invisibiliter Trinitas conceptionem operabitur in te : sola persona Filii Dei, in corpore tuo nascitura, carnem assumet de te. Ideoque quod concipietur ex te, quod nasce tur ex te, quod prodiet ex te, quod generabitur ex te, quod parturietur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Erit enim hic magnus, hic Deus virtutum, hic Rex omnium sæculorum, hic factor omnium rerum. Ecce beata tu inter mulieres, integra inter puerperas, Domina inter ancillas, Regina inter sorores. Ecce enim ex hoc beatam te dicent omnes generationes, beatam te noverunt omnes cæ lestes Virtutes, beatam te præ dicant omnes vates, beatam te celebrant omnes nationes. Beata tu fidei nostræ, beata tu animæ nostræ, beata dilectioni nostræ, beata præconiis et prædicationibus meis.

vj. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet : * Et erit justi tia cingulum lumborum ejus : Et fides cinctorium renum ejus.

y. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, et intellectus. — Et erit justitia. Gloria. Et fides cinctorium renum ejus.

IN III. NOCTURNO.

Antiphonæ et Psalmi ut in Festis B. Mariæ V., pag. 7*.

y. Egredietur Dominus de loco sancto suo. ^z. Veniet, ut salvet populum suum.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi. (Lib. 2. in Lue. in initio.)

LATENT quidem divina mysteria, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis atque præceptis Domini Salvatoris possumus intelligere, et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur quod conceperat ex adulterio.

vij. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : * Aperiatur terra, et germinet Salvatorem. f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ de Petra deserti ad montem filiæ Sion. — Aperiatur terra

Benedictio. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

(Longius post prædicta.)
Lectio viij.

ET ingressus ad eam Angelus. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce oraculo, disce mysterio.' Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

^Z. viij. Nascetur nobis parvulus, et vocabitur Deus, Fortis : ipse sedebit super thronum David patris sui, et imperabit : * Cujus potestas super humerum ejus. f. In ipso benedicentur omnes tribus terræ. — Cujus potestas.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum, ^z. Amen.

(Longius post prædicta.)
Lectio ix.

TANTI namque mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur : Spiritus sanctus superveniet in te. Et auditur, et creditur. Denique : Ecce, inquit, ancilla Domini : contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ Mater eligitur : nec repentino exaltata promisso est.



1$. ix. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. f. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. Et virtus Altissimi.

Ante Laudes f. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, alleluja.
3. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries filium, alleluja.
4. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in æternum.
5. Ecce ancilla Domini : fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera :
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

LAUS, honor, virtus, gloria
Deo Patri et Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

I* Hæ duæ ultimæ Strophæ Maria Mater, et Laus, honor, virtus, dicantur etiam in fine Hymnorum ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

y. Elegit eam Deus, et præelegit eam. ^z. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Aha. Quomodo fiet istud, Angele Dei, quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria Virgo Christi : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui venturus es in mundum.

AD TERTIAM.

Capitulum Ecce Virgo concipiet., ut in Laudibus.

Rz. Sancta Dei Genitrix Virgo semper Maria, * Alleluia, alleluja. Sancta. % Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Alleluia. Gloria. Sancta.

I y. Post partum Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaiæ II.

EGREDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini.

Post partum Virgo inviolata permansisti, * Alleluia, alleluia. Post partum, f. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum.

f. Speciosa facta es et suavis, In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ., ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Capitulum. Isaiæ 45.

RORATE cæli desuper, et nubes pluant justum : aperiatur terra, et germinet salvatorem : et justitia oriatur simul: ego Dominus creavi eum.

^.Speciosa facta es et suavis, * Alleluia, alleluja. Speciosa, y. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

y. Elegit eam Deus et præelegit eam. ^z. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ., ut ad Tertiam.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Psalmi ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum, Hymnus, et f. ut in j. Vesperis, pag. 735.

Ad Magnificat Ana. Hæc est dies, quam fecit Dominus : hodie Dominus afflictionem populi sui respexit, et redemptionem misit : hodie mortem, quam femina intulit, femina fugavit : hodie Deus homo factus id quod fuit permansit, et quod non erat assumpsit : ergo exordium nostræ redemptionis devote recolamus, et exsultemus, dicentes : Gloria tibi Domine.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ., ut ad Tertiam.

Ad Memoriam de Adventu Ana O., pag. 734.

y. Ex Sion species decoris ejus. Deus noster manifeste veniet.

Oratio Dominicæ, pag. 734

DIE XX. DECEMBRIS.

S. DOMINICI SYLENSIS

ABBATIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui præclaris vitæ meritis decorasti; et in liberandis captivis, gloriosis lætificasti miraculis : concede nobis famulis tuis ut et ipsius instruamur



exemplis, et ab omni vitiorum servitute ejus patrocinio liberemur. Per.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

DOMINICUS parentibus honestis natus est in Canis, oppidulo ad radices Jubedæ montis in Cantabris. Quem ab ipsa pueritia mirus monasticæ vitæ ardor occupavit : adeo ut relicta gregis paterni cura, in solitudinem secesserit. Sed cum parum ei tuta videretur illa solitudo, insigne sancti Æmiliani cœnobium adiit : ubi cum diu sub habitu et disciplina monastica vixisset magna sanctitatis opinione, Ecclesiæ Cannarum regendæ præficitur. Inde in cœnobium sancti Æ miliani revocatus, Prior efficitur.

Lectio v.

VERUM dum Cantabrorum regi quædam a cœnobio injuste exigenti constantissime resistit, ab eodem in Jubedæ montis invia duobus monachis comitibus actus est. Qui ejus furori cedere cupiens, ad Ferdinandum Castellæ et Legionis regem, ejus nominis Primum, se contulit. Qui Viri Dei sanctitate motus, illum ad se adeuntem benigne et honorifice excepit, et cœnobio sancti Sebastiani præesse voluit, addito ab Episcopo dioecesano Abbatis titulo. Erat autem ipse locus infrequens, utpote qui sterilibus quibusdam Jubedæ montis collibus subjaceat, qui mons ipse Cerberos tangit. At claritate miraculorum, quæ quotidie per servum suum Dominicum operabatur Deus, tam celeber ac frequens factus est, ut eo tempore per Hispaniam nullus illustrior esset : nulla enim ferme morborum genera erant, quæ Dominici precibus ab hominum corporibus non pellerentur. Unde cœnobio in augustiorem formam erecto, magno etiam monachorum numero coaluit, regibus ac populis multa illi certatim offerentibus.

Lectio vj.

QUI etiam singulari privilegio servum suum insignivit Dominus, ut Christiani, qui apud Mahometanos vincti multis ferri ponderibus tenebantur, invocato Dominico, liberarentur. Demum gravi morbo correptus, Ecclesiæ Sacramentis devotissime susceptis, migravit ad Dominum, anno Domini millesimo septuagesimo quarto. Eo autem die, quo migravit a corpore, visa est a pueris quibusdam illius anima triplici corona decorata in cælum subvolare. Corpus vero ejus in eodem cœnobio conditum hodie cernimus, quod sanctum Dominicum de Sylos appellamus. Ad cujus sepulcrum orans beata Joanna Felicis Guzmani uxor filium impetravit, cui sancti hujus Viri propterea nomen imposuit. Quod quidem ipse mira vitæ sanctitate, sacroque Prædicatorum Ordine instituto, multo reddidit illustrius quam accepit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Ecce nos reliquimus, de Communi unius Abbatis, pag. 85*.

## DIE XXI. DECEMBRIS.
## S. THOMÆ APOSTOLI.
TOTUM DUPLEX.

Omnia de Communi Aposto lorum, pag. 26*. præter hic posita.

### IN I. VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. O Thoma Didyme, qui Christum meruisti tangere, te precibus rogamus altisonis, succurre nobis mise ris, ne damnamur cum impiis in adventu Judicis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, beati Apostoli tui Thomæ solemnitatibus gloriari : ut ejus semper et patrociniis sublevemur, et fidem congrua devotione sectemur. Per.

### IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 2.

ET ego, fratres, cum venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis, aut sa pientiæ, annuntians vobis te stimonium Christi. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, et timore, et tre more multo fui apud vos : et sermo meus, et prædicatio mea non in persuasibilibus huma næ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis : ut fides vestra non sit in sa pientia hominum, sed in virtu te Dei.

j.Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus : * Estote ergo pru dentes sicut serpentes, et sim plices sicut columbæ, f. Tra dent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. — Estote ergo prudentes.

Lectio ij.

SAPIENTIAM autem loquimur inter perfectos : sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur : sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam præde stinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram, quam nemo principum hujus sæculi cogno vit : si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

^z. ij. Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, et discite a me quia mitis sum et humilis corde : * Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. y. Et invenietis requiem animabus vestris. — Jugum enim meum.

Lectio iij.

SED sicut scriptum est : Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit,quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum : nobis autem revelavit Deus per Spi ritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam pro funda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spi ritus hominis, qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

3?. iij. Dum steteritis ante reges et præsides, nolite cogi tare quomodo, aut quid loqua mini : * Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, y. Non enim vos estis qui lo quimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. — Dabitur enim vobis. Gloria. Dabitur enim vobis.



### IN II. NOCTURNO.

(Ex Sophron. ac Rom. Martyrol. et Brev.)

Lectio iv.

THOMAS Apostolus, qui et Didymus, Galilæus, post acceptum Spiritum sanctum in multas provincias profectus est ad prædicandum Christi Evangelium. Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, et Bactris christianæ fidei et vitæ præ cepta tradidit. Postremo ad Indos se conferens, eos in chri stiana religione erudivit. Qui ad extremum, vitæ doctrinæ que sanctitate, et miraculorum magnitudine, cum ceteris om nibus sui admirationem, et Jesu Christi amorem commo visset, illius gentis regem, ido lorum cultorem, magis ad iram accendit : cujus sententia con demnatus, telisque confossus, Calaminæ Apostolatus hono rem martyrii corona decoravit.

iv. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est ad me dicens : * Isti sunt viri sancti facti amici Dei. y. Vidi Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna cla mantem, et dicentem. — Isti sunt viri sancti.

Sermo sancti Gregorii Papæ.

(Homil. 30. in Evang. post medium.)

Lectio v.

SCRIPTUM est : Spiritus Domini ornavit cælos. Orna menta enim cælorum sunt vir tutes prædicantium. Quæ vide licet ornamenta Paulus enu merat, dicens : Alii datur per Spiritum sermo sapientiæ alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum : alteri fides in eodem Spiritu : alii gratia sanitatum in uno Spiritu : alii operatio virtutum, alii prophe tia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii in terpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

v. Isti sunt triumphatores et amici Dei, qui contemnentes jussa principum meruerunt præmia æterna : * Modo co ronantur, et accipiunt palmam, y. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et lave runt stolas suas in sanguine Agni. — Modo coronantur.

Lectio vj.

QUOT ergo sunt bona prædicantium, tot sunt orna menta cælorum. Hinc rursus scriptum est.: Verbo Domini cæli firmati sunt. Verbum enim Domini, Filius est Patris. Sed eosdem cælos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota si mul sancta Trinitas ostendatur operata, repente de sancti Spi ritus divinitate adjungitur : Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Cælorum ergo virtus de Spiritu sumpta est : quia mundi hujus potestatibus con traire non præsumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset.

R7. vj. Vos estis lux mundi, dicit Dominus :* Qui in patien tia vestra Possidebitis animas vestras, f. Et ego dispono vo bis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. — Qui in pa tientia vestra. Gloria. Posside bitis animas vestras.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo tempore : Thomas unus ex Duodecim, qui dici tur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homil. 26. in Evang. post medium.)

NON hoc casu, sed divina dispensatione gestum est Egit namque miro modo su perna clementia, ut discipulus ille dubitans, dum in Magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infide litatis. Plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum pro fuit : quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nostra mens, omni dubitatione post posita, in fide solidatur.

Ff. vij. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in cari tate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam : * Quo rum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. y. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eo rum. — Quorum doctrina.

Lectio viij.

SIC quippe discipulum Do minus post Resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit: sicut ante nativitatem suam, Mariam sponsum habere vo luit, qui tamen ad ejus nuptias non pervenit.Nam itafactusest discipulus, dubitans et palpans, testis veræ Resurrectionis, sic ut sponsus Matris fuerat cu stos integerrimæ virginitatis. Palpavit autem, et exclamavit: Dominus meus, et Deus meus"

R?, v i ij. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, * Et quasi co lumbæ ad fenestras suas?

Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore an tiquo. — Et quasi columbæ ad fenestras suas.

Lectio ix.

DICIT ei Jesus : Quia vidi sti me Thoma, credidisti. Cum Paulus Apostolus dicat, Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium : profecto liquet quod fides illarum re rum argumentum est, quæ apparere non possunt. Quæ etenim apparent, jam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpavit, cur ei dicitur, Quia vidisti me Thoma, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine divi nitas videri non potuit. Homi nem ergo vidit, et Deum con fessus est, dicens : Dominus meus, et Deus meus.

ix. Gregem tuum Pastor æterne non deseras, sed per be atos Apostolos tuos ^Perpetua defensione custodias, y. Pro tege Domine populum tuum, et Apostolorum tuorum patro cinio confidentem. — Perpetua defensione custodias. Gloria. Perpetua defensione custodias.

### IN LAUDIBUS.

Ad Benedictus Ana. Quia vidisti me Thoma, credidisti : beati qui non viderunt, et cre diderunt, alleluia.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Do mine, beati Apostoli tui Thomæ solemnitatibus gloria ri : ut ejus semper et patroci niis sublevemur, et fidem con grua devotione sectamur. Per.

Ad Memoriam de Adventu, omissa Antiphona Feriæ cur rentis, dicitur sequens

Ana. Nolite timere : quinta enim die veniet ad vos Domi nus noster.

f. Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini. Ora tio Dominicæ (vel Feriæ, si hoc festum contigerit in jeju niis Quatuor Temporum).

T Si vero festum S. Thomæ transferatur, dimittatur Ana Nolite timere., et dicatur Anti phona signata ad Benedictus Feriæ currentis.



## DIE XXII. DECEMBRIS. B. MARIÆ MANCINI VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatam Mariam, tuæ gratiæ ubertate præ ventam, contemplationis dono, et eximia in proximum caritate mirabilem effecisti : ex ejus nobis imitatione concede ut cælestia meditantes, et aliis misericordiam exhibentes, æternam gloriam cum ipsa consequi mereamur. Per.

### IN I. NOCTURNO.

Lectiones Mulierem fortem, de Communi unius nec Virgi nis nec Martyris, pag. 106*.

### IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

MARIA, quæ in sæculo Ca marina vocabatur, ex nobili Mancinia domo, Bartho lomæo patre, Pisis orta est. Primo ævo laudabiliter trans acto, ut propinquorum volun tati obtemperaret, semel ac iterum matrimonio se addixit: quo in statu rerum divinarum contemplationi vacare, et indi gentibus officia caritatis im pendere cœpit. Altero viro de mortuo cum liberis, novas nu ptias inire totis viribus abnuit, et arctiorem vivendi formam instituit. Revera solemne illi fuit, quater per hebdomadam jejunare, quotidie corpus fla gellis cædere, super stratum ligneum vix necessario somno indulgere, diu noctuque ora tioni vacare. Hæc inter, labore manuum victum sibi compara bat, quem læto animo etiam pauperibus et ægrotis largie batur. Assidue vero a Deo efflagitabat ut juxta suum be neplacitum ipse eam dirigeret.

Lectio v.

AD ea tempora Pisas venit sancta Catharina Senen sis, qua Maria familiariter usa est, ab ipsa monita salutis ac cipiens. Illa hortante, habitum induit Sororum Ordinis sancti Dominici, quas de Pœnitentia vocant; nec multo post, mona sticum institutum ejusdem Ordinis sibi suscipiendum sta tuit. Quare in pios usus colla ta pecunia, quam habebat, in monasterium se recepit san ctæ Crucis, ubi spectabilem se ipsam præbuit regularis ob servantiæ studio. Nam ceteris monilibus proprio ære viven tibus, Maria in communi vi tam ducebat cum sex aliis, quarum curam prudenter ge rebat. Hic perfectionis amor demum effecit, ut cum beata

Clara transierit in monasterium sancti Dominici, a Petro Gambacurta ejus patre nuper erectum.

Lectio vj.

NOVUM ingressa cœnobium una cum reliquis pari ardore succensis, summam diligentiam adhibuit, ut disciplina regularis omnino vigeret, ejusque zelus hac de re adeo patuit, ut moniales post mortem beatæ Claræ ipsam communitati præfecerint. Mira sunt quæ narrantur vel de visionibus cælestibus, quibus a Deo fuit illustrata, vel de vexationibus, quas a dæmone toleravit, vel de cruciatibus, quos in corpore pertulit, ut animas piacularibus flammis addictas sublevaret. Tandem provecta cum jam esset ætate, ad Beatorum sedem migravit, die vigesima secunda Januarii, anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo. Ejus corpus aliquot post annos e sepulcro erutum super altare positum fuit, et perpetuum cultum obtinuit. Quem rite probatum Pius Nonus Pontifex Maximus ex sacræ Rituum Congregationis consulto cum confirmasset, beatæ Mariæ novos Missæ et Officii honores benigne concessit pro universo Prædicatorum Ordine et Pisana dioecesi.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro, de Communi unius nec Virginis nec Martyris, pag. in*.

DIE XXVI. DECEMBRIS.

S. STEPHANI PROTOMART.

TOTUM DUPLEX.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Aha. Tu principatum tenes in choro Martyrum similis angelo : qui pro te lapidantibus Deum deprecatus es, beate Stephane intercede pro nobis ad Dominum.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, ^z. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit

T Cum hæc Oratio dicitur ad Memoriam, et immediate sequitur alia Memoria, finitur sic : exorare Christum Dominum nostrum, ^z. Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum natum, qui beatum hodie coronavit Stephanum, * Venite adoremus.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Corona, sors et præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.



OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Beatus Stephanus jugi legis Dei meditatione roboratus, tamquam lignum fructiferum secus salutarium aquarum plantatum decursus, fructum martyrii in tempore suo dedit primus. Psalmi de Communi unius Martyris, pag. 39*. et sequentibus.

Ana. Constitutus a Deo prædicator præceptorum ejus, in timore sancto illi servire studuit : officioque fideliter peracto, in montem sanctum ejus ascendere dignus fuit.

Ana. In tribulatione lapidum se prementium positus, millia populi se circumdantis non timuit: quia susceptorem suum Iesum, ut eum salvum faceret, exsurgere in cælo vidit.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, ^z. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 6.

IN diebus illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Convocantes autem Duodecim multitudinem discipulorum dixerunt : Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto, et sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi, et ministerio verbi instantes erimus.

j. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, * Faciebat prodigia et signa magna in populo. X- Cum esset plenus Spiritu sancto beatus Stephanus. — Faciebat.

Lectio ij.

ET placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide, et Spiritu sancto, et Philippum, et Prochorum, et Nicanorem, et Unionem, et Parmenam, et Nicolaum advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum : et orantes imposuerunt eis manus. Et verbum Domini crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde : multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.

ij. Videbant omnes Stephanum, qui erant in concilio : * Et intuebantur vultum ejus, tamquam vultum angeli stantis inter illos. f. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia, et signa magna in populo. — Et intuebantur.

Lectio iij.

STEPHANUS autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et

Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia, et Asia, disputantes cum Stephano : et non poterant resistere sapientiæ, et Spiritui, qui loquebatur. Tunc submiserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen, et in Deum.

f^z. iij. Intuens in cælum beatus Stephanus vidit gloriam Dei, et ait : * Ecce video cælos apertos, et Filium hominis stantem A dextris virtutis Dei. y. Cum autem esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, ait. — Ecce video. Gloria. A dextris virtutis Dei.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Lumine vultus tui Domine insignitus Protomartyr Statianus, sacrificium justitiæ seipsum tibi sacrificavit : ideoque in lætitia cordis, in pace obdormiens requiescit.

Ana. Benedictionis tuæ Domine munere justificatus, et scuto tuæ protectionis in passione munitus, nominis sui coronam Stephanus a te percipere meruit.

Ana. O quam admirabile est nomen tuum Domine Deus noster, pro quo beatus Stephanus passus, gloria et honore a te est coronatus, et super cælos dono tuæ magnificentiæ exaltatus!

y. Posuisti Domine super caput ejus. 3?. Coronam de lapide pretioso.

Sermo sancti Fulgendi Episcopi.

(Serm. de S. Steph.)

Lectio iv.

HERI celebravimus temporalem sempiterni Regis nostri natalem : hodie celebramus triumphalem militis passionem. Heri enim Rex noster trabea carnis indutus de aula uteri virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum : hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migravit ad cælum. Ille, sempiternæ Deitatis majestate servata, servile cinctorium carnis assumens, in hujus sæculi campum pugnaturus intravit : iste, depositis corruptibilibus corporis indumentis, ad cæli Palatium perenniter regnaturus ascendit.

^z. i v. Lapidabant Stephanum invocantem, et dicentem : Domine Jesu Christe accipe spiritum meum : et * Ne statuas illis hoc peccatum, y. Positis autem genibus, beatus Stephanus orabat, dicens. — Ne statuas illis hoc peccatum.

Lectio v.

r.LE descendit carne velatus: iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste, lapidantibus Judæis : quia ille descendit, lætantibus Angelis. Gloria in excelsis Deo, heri exsultantes sancti Angeli cantaverunt : hodie Stephanum lætantes in suum consortium susceperunt. Heri Dominus exivit de utero Virginis : hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri Christus pro nobis pannis est involutus : hodie Stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus.



v. Impetum fecerunt unanimiter in eum, et ejecerunt eum extra civitatem, * Invocantem, et dicentem : Domine accipe spiritum meum. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus : et lapidabant Stephanum. — Invocantem.

Lectio vj.

HERI præsepis angustia Christum portavit infantem : hodie immensitas cæli suscepit Stephanum triumphantem. Solus descendit Dominus, ut multos elevaret : humiliavit se Rex noster, ut suos milites exaltaret. Necessarium tamen nobis est, fratres, agnoscere quibus armis præcinctus Stephanus sævitiam Judæorum potuit superare, ut ita meruisset feliciter triumphare. Stephanus ergo, ut nominis sui coronam meruisset accipere, caritatem pro armis habebat, et per ipsam ubique vincebat,

^z. vj. Stephanus servus Dei, quem lapidabant Judæi, vidit cælos apertos : vidit, et introivit :* Beatus homo, cui cæli patebant. )T. Cum igitur saxorum crepitantium turbine quateretur, inter æthereos aulæ cælestis sinus divina ei claritas fulsit. — Beatus homo. Gloria. Beatus homo.

IN HI. NOCTURNO.

Ana. In Domino Deo suo confisus fortis athleta Statianus, lapidum fortiter sustinuit ictus : et idcirco ad montem virtutum transmigravit victoriosus.

Ana. Sine macula beatus Stephanus ingressus est Domine in tabernaculum tuum : et quia operatus est justitiam, requiescit in monte sancto tuo.

Ana. Domine, virtus et lætitia rectorum : quoniam tu prævenisti dilectum tibi Stephanum dono gratuitæ benedictionis, te primum secutus est morte gloriosæ passionis : unde cum corona martyrii dedisti ei vitam in sæculum sæculi.

J.Magna est gloria ejus in salutari tuo. ^z. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 23.

IN illo tempore : Dicabat Jesus Scribis, et Pharisæis : Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et ex illis occidetis, et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. 4. Comm. in e. 23. Matth.)

OBSERVA, juxta Apostolum scribentem ad Corinthios, varia esse dona discipulorum Christi : alios prophetas, qui ventura prædicent : alios sapientes, qui noverunt quando debeant proferre sermonem : alios scribas in lege doctissimos : ex quibus lapidatus est Statianus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus Apostolorum discipuli.

Quærimus, quis sit iste Zacha rias filius Batrachiæ : quia multos legimus Zacharias.

I^z. vij. Impii super justum ja cturam fecerunt, ut eum morti traderent : * At ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriæ. I y. Continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. — At ille gaudens.

Lectio viij.

IN diversis diversa legi : et debeo singulorum opinio nes ponere. Alii Zachariam filium Barachiæ dicunt, qui in duodecim Prophetis undeci mus est, patrisque in eo nomen consentit : sed ubi occisus sit inter templum et altare, Scri ptura non loquitur; maxime cum temporibus ejus vix ruinæ templi fuerint. Alii Zachariam patrem Joannis intelligi vo lunt, ex quibusdam apocrypho rum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Sal vatoris prædicaret adventum.

1$. viij. Patefactæ sunt januæ cæli Christi Martyri beato Stephano, qui in numero Mar tyrum inventus est primus : * Et ideo triumphat in cælis coronatus, f. Mortem enim, quam Salvator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Salvatori. — Et ideo.

Lectio ix.

ALII istum esse volunt Za chariam, qui occisus est a Joas rege Juda inter tem plum et altare, sicut Regum narrat historia. Sed observan dum quod ille Zacharias non sit filius Barachiæ, sed filius Joiadæ sacerdotis : unde et Scriptura refert : Non fuit re cordatus Joas patris ejus Joia dæ, quia sibi fecisset bona Cum ergo et Zachariam teneat mus, et occisionis consentiat locus : quærimus quare Bara chiæ dicitur filius, et non Joiadæ? Bacchias lingua no stra Benedictus Domini dici tur : et sacerdotis Joiadæ ju stitia hebræo nomine demon stratur. In Evangelio quo utuntur Nazaræi, pro filio Barachiæ, filium Joiadæ repe rimus scriptum.

ix. Sancte Dei pretiose Protomartyr Stephane, qui virtute caritatis circumfultus undique, Dominum pro inimico exorasti populo : * Funde preces Pro devoto tibi nunc collegio, f. Ut tuo propitiatus interventu, Dominus nos pur gatos a peccatis jungat cæli civibus. — Funde preces. Glo ria. Pro devoto tibi nunc col legio.

Ante Laudes y. Ora pro no bis beate Stephane. I^. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Lapidaverunt Stephanum, et ipse invocabat Dominum dicens : Ne statuas illis hoc peccatum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Lapides torrentis illi dulces fuerunt : ipsum sequuntur omnes animæ justæ.
3. Adhæsit anima mea post te : quia caro mea lapidata est pro te, Deus meus.
4. Stephanus vidit cælos aper tos, vidit, et introivit : beatus homo cui cæli patebant.
5. Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei.

Capitulum. Act. 6

STEPHANUS autem plenus gratia et fortitudine, facie bat prodigia et signa magna in populo.

Hymnus.

MARTYR Dei, qui unicum
Patris sequendo Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibus :

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ repellens tædium.

SOLUTA sunt jam vincula
Tui sacrati corporis :
Nos solve vinclis sæculi,
Amore Filii Dei.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

f. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo san ctitatis.

Ad Benedictus Aha. Intuens in cælum beatus Stephanus vidit gloriam Dei, et ait : Ecce video cælos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod coli mus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare : Dominum nostrum Jesum Chri stum Filium tuum, qui tecum vivit...

Memoria de Nativitate :

Aha. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Sal vatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno,

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Dominum.

AD TERTIAM.

Capitulum Stephanus autem., ut in Laudibus.

E?. Gloria et honore coronasti eum Domine, * Alleluia, alle cia. Gloria et honore, y. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia. Glo ria Patri. Gloria et honore.

y. Posuisti Domine super caput ejus. ^z. Coronam de lapide pretioso.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. 7.

CUM esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei.

Posuisti Domine super caput ejus, * Alleluia, allecia. Posuisti, f. Coronam de lapide pretioso. Alleluia. Gloria. Po suisti.

f. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

### AD NONAM.

Capitulum. Act. 7.

POSITIS autem genibus, beatus Stephanus clamavit voce magna dicens : Domine ne statuas illis hoc peccatum.

3?. Magna est gloria ejus in salutari tuo, * Alleluia, alleluia. Magna est. y. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Alleluia. Gloria. Magna est.

y. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo sanctitatis.

### AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ de Nativitate, pag. 214.

Capitulum Act. 6.

STEPHANUS autem plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Corona, sors et præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

GLORIA tibi Domine
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Gloria et honore coronasti eum Domine, ^z. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat Ana. O quam gloriosus est beatus Stephanus Martyr et Levita, qui ante Apostolos regna cælestia possidere meruit, et ad Patris dexteram Filium videre!

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit

### PER OCTAVAM S. STEPHANI.

De S. Stephano fiat quotidie Memoria in Laudibus et Vesperis, ut fusius suis locis notatum est.

## DIE XXVII. DECEMBRIS.

## S. JOANNIS

## APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

### IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. ^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.



Memoria de Nativitate : I

Ana. Gaudeamus omnes fideles Salvator noster natus est in' mundo : hodie processit proles magnifici germinis, et perseverat pudor virginitatis.

f. Tamquam sponsus. Dominus procedens de thalamo suo.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Dominum.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus regem Apostolorum : *Qui privilegio amoris Joannem dilexit Apostolum.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus,
Resultet terra gaudiis :
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

Qui cælum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

QUORUM præcepto subditur
Salus, et languor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

### IN I. NOCTURNO.

Ana. Joannes, Apostolus et Evangelista, virgo est electus a Domino, atque inter ceteros magis dilectus. Psalmi de Communi Apostolorum, pag. 27*. et sequentibus.

Ana. Supra pectus Domini Jesu recumbens, Evangelii fluenta de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit.

Ana. Quasi unus de Paradisi fluminibus, Evangelista Joannes verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit,

y. In omnem terram exivit sonus eorum. ^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Incipit Epistola prima beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

SJOD fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus is nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ : et vita manifestata est, et vidimus, et testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, et apparuit nobis : quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre, et cum Filio ejus Jesu Christo.

j. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit: * Cui Christus in cruce Matrem virginem virgini commendavit. y. Virgo est electus a Domino, atque inter ceteros magis dilectus. — Cui Christus.

Lectio ij.

ET hæc scribimus vobis ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, et annuntiamus vobis : Quoniam Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur, et veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut et ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, et sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato.

ij. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc : *Et scimus, quia verum est testimonium ejus. )T. Fluenta Evangelii de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit. — Et scimus quia verum est.

Lectio iij.

SI dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra : fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus : mendacem facimus eum, et verbum ejus non est in nobis.

iij. Hic est beatissimus Evangelista et Apostolus Joannes, * Qui privilegio amoris præcipui, ceteris altius A Domino meruit honorari. JT. Hic est discipulus ille, quem diligebat Jesus : qui supra pectus Domini in cena recubuit. — Qui privilegio amoris præcipui. Gloria. A Domino meruit honorari.

IN II. NOCTURNO.

Ana. In ferventis olei dolium missus Joannes Apostolus divina se protegente gratia illæsus exivit.

Aha. Propter insuperabilem evangelizandi constantiam exsilio relegatus, divinæ visionis et allocutionis meruit crebra consolatione relevari.

Aha. Occurrit beato Joanni, ab exsilio revertenti, omnis populus virorum ac mulierum, clamantium et dicentium : Benedictus qui venit in nomine Domini.

y. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri de Scriptoribus ecclesiasticis.

Lectio iv.

JOANNES Apostolus, quem Jesus amavit plurimum, filius Zebedæi, frater Jacobi Apostoli, quem Herodes post Passionem Domini decollavit, novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse : unde et compulsus est divinam ejus nativitatem edicere.

iv. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, dicit Dominus : * Et scribam super eum nomen novum, et nomen civitatis novæ Jerusalem. J. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. — Et scribam.



Lectio v.

QUARTODECIMO autem anno, secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quam interpretatur Justinus Martyr, et Irenæus. Interfecto autem Domitiano, et actis ejus ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Nerva principe rediit Ephesum : ibique usque ad Trajanum principem perseverans, totas Asiæ fundavit rexitque Ecclesias. Et confectus senio, sexagesimo octavo post Passionem Domini anno mortuus, juxta eamdem urbem sepultus est.

v. Diligebat autem eum Jesus, quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum : *Quia virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit. f. In cruce denique moriturus, huic Matrem virginem virgini commendavit. — Quia virgo electus ab ipso.

(Ex Comment. ejusdem in Epist. ad Galatas, lib. 3. e. 6.)

Lectio vi.

BEATUS Joannes Evangelista, cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, et vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura verba vocem contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc : Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli et fratres, qui aderant, tædio affecti quod eadem semper audirent, dixerunt : Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Joanne sententiam : Quia præceptum Domini est : et si solum fiat, sufficit.

vj. Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit : * Beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia. y. Iste est Joannes, cui Christus in cruce Matrem virginem virgini commendavit — Beatus Apostolus. Gloria. Beatus Apostolus.

IN III. NOCTURNO.

Aha. Apparuit caro suo Joanni Dominus Jesus Christus cum discipulis suis, et ait illi : Veni dilecte mi ad me, quia tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis.

Aha. Expandens manus suas ad Deum dixit : Invitatus ad convivium tuum venio, gratias agens, quia me dignatus es, Domine Jesu Christe, ad tuas epulas invitare : sciens quod ex toto corde meo desiderabam te.

Aha. Domine suscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus veniens invitasti me : aperi mihi januam vitæ, et perduc me ad convivium epularum tuarum : tu enim es Christus Filius Dei vivi, qui præcepto Patris mundum salvasti : tibi gratias referimus per infinita sæculorum sæcula.

f. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 21.

In illo tempore : Dixit Jesus Petro : Sequere me. Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 124. in Joan. post medium.)

DUAS vitas sibi divinitus prædicatas et commen datas novit Ecclesia : quarum una est in fide, altera in spe cie : una in tempore peregrina tionis, altera in æternitate mansionis : una in labore, al tera in requie : una in via, altera in patria : una in opere actionis, altera in mercede con templationis. Una declinat a malo, et facit bonum : altera nullum habet, a quo declinet, malum ; et magnum habet, quo perfruatur, bonum. Una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat.

vij. In illa die suscipiam te servum meum : et ponam te sicut signaculum in conspectu meo : * Quoniam ego elegi te, dicit Dominus, f. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. — Quoniam ego elegi te, dicit Dominus.

Lectio viij.

UNA subvenit indigenti : al tera ibi est, ubi nullum invenit indigentem. Una alie na peccata, ut sua sibi igno scantur, ignoscit : altera nec patitur quod ignoscat, nec fa cit quod sibi poscat ignosci. Una flagellatur malis, ne ex tollatur in bonis : altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo, ut sine ulla tentatione superbiæ cohæreat summo bono.

viij. Cibavit illum Domi nus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris pota vit eum : * Et exaltavit eum I apud proximos suos. f. \n medio ecclesiæ aperuit os eius et implevit eum spiritu sapiet riæ et intellectus. — Et exal tavit eum.

Lectio ix.

ERGO una bona est, sed adhuc misera : altera me lior, et beata. Ista significata est per Apostolum Petrum illa per Joannem. Tota hic agitur ista usque in hujus sæ culi finem, et illic invenit finem : differtur illa complenda post hujus sæculi finem, sed in futuro sæculo non habet finem. Ideo dicitur huic : Se quere me. De illo autem : Sic eum volo manere donec ve niam, quid ad te? tu me seque re. Quid enim est hoc? Quan tum sapio, quantum capio, quid est hoc? nisi, Tu me se quere per imitationem, perfe rendo temporalia mala : ille maneat, donec sempiterna ve nio redditurus bona.

ix. In medio ecclesiæ ape ruit os ejus, * Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus. X- Jucunditatem et exsultationem thesaurizavit super eum. — Et implevit eum. Gloria. Et implevit eum.

Ante Laudes f- Valde hono randus est beatus Joannes.

Qui supra pectus Domini in cena recubuit.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testi monium ejus. Psalmus Domi nus regnavit, cum ceteris, pag. 17.



2. Hic est discipulus meus : sic eum volo manere donec veniam.

o Ecce puer meus electus, quem elegi : posui super eum spiritum meum.

4 Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis in re gno suo.

5.Sic eum volo manere donec veniam : tu me sequere.

Capitulum. Eccli. 15.

Qui timet Deum faciet bona: et qui continens est justi tiæ apprehendet illam, et ob viabit illi quasi mater honori ficata.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera Apostolorum gloriam,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

ECCLESIARUM principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

DEVOTA sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem.

IN his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exsultat in his Filius,
Cælum repletur gaudiis.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Annuntiaverunt opera Dei.
fy Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus Ana. Iste est Joannes, qui supra pectus Do mini in cena recubuit : beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Sal vatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. 1$. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Ecce video cælos aper tos, et Jesum stantem a dextris Dei.

f. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo sancti tatis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Do mine, imitari quod coli mus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare : Dominum nostrum Jesum Chri stum Filium tuum, qui tecum vivit....

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 15.

Qui timet Deum faciet bona: et qui continens est justi tiæ apprehendet illam, et ob viabit illi quasi mater honori ficata.

In omnem terram exivit sonus eorum, * Alleluia, alle luja. In omnem terram, y. Et in fines orbis terræ verba eo rum. Alleluia. Gloria. In omnem I terram.

y. Constitues eos principes super omnem terram. ^Z. Me mores erunt nominis tui Do mine.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 15.

CIBAVIT illum Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit il lum.

Constitues eos principes super omnem terram, * Alle luia, alleluja. Constitues eos. f. Memores erunt nominis tui j Domine. Alleluia. Gloria. Con stitues eos.

f. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ijz. Nimis confortatus est principatus eorum.

Oratio Ecclesiam tuam., ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 15.

Fi medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum Do minus spiritu sapientiæ et in tellectus, et stolam gloriæ in duit eum.

1$. Nimis honorati sunt amici tui Deus, * Alleluia, alleluja. Nimis honorati sunt. f. Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia. Gloria. Nimis honorati sunt.

f. Annuntiaverunt opera Dei I R. Et facta ejus intellexerunt

Oratio Ecclesiam tuam„ ut ad Tertiam.

AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ de Nati vitate, pag. 214.

I Capitulum. Eccli. K

QUI timet Deum faciet bona: et qui continens est justi tiae apprehendet illam, et ob viabit illi quasi mater honori ficata.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus,
Resultet terra gaudiis :
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

QUI cælum verbo clauditis,
i Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

I QUORUM præcepto subditur
Salus, et languor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. ^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. In me dio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus, stola que gloriæ induit eum, alleluja, allecia, allecia.



Oratio.

I * COLES IAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

PER OCTAVAM S. JOANNIS.

De S. Joanne fiat quotidie Me moria in Laudibus et Vesperis, I ut fusius suis locis notatum est. I

DIE XXVIII. DECEMBRIS.
SS. INNOCENTIUM
MARTYRUM. SIMPLEX.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana. Ambu labunt mecum in albis,quoniam i digni sunt : et non delebo no mina eorum de Libro vitæ.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Fi. Et gloria mini omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes I Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifi ca; ut fidem tuam, quam lingua | nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Christum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Gaudeamus omnes fide les, Salvator noster natus est in mundo : hodie processit proles magnifici germinis, et perseverat pudor virginitatis.

f. Tamquam sponsus. I^z. Do-1 I minus procedens de thalamo suo.

Oratio.

CONCEDE quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, et introivit : beatus homo, cui cæli patebant.

X. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constitui sti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Do mine, imitari quod co I mus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam | pro persecutoribus exorare : Dominum nostrum Jesum Chri I stum Filium tuum, qui tecum vivit...

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Venite adore mus Regem regum : * Qui beatis Martyribus coronam de dit gloriæ.

Hymnus.

QUÆ VOX, quæ poterit lingua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas ?
Rubri nam fluido sanguine, laureis
Ditantur bene fulgidis.

TE summa Deitas unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia sub trahas *
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus i.

BI EATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, ? et in I via peccatorum non stetit, * et in cathedra pestilentiæ non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet : * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. Novit Dominus vias Innocentium, qui non steterunt in viis peccatorum.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum :* et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominiis, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Rex terræ infremuit adversus Christum : quia Rex in Sion constitutus super Innocentium millia regnat.

Psalmus 7.

DOMINE Deus meus in te speravi : * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in manibus meis :

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, X et conculcet in terra vitam meam, * et gloriam meam in pulverem deducat.

Exsurge Domine in ira tua: * et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exsurge Domine Deus meus in præcepto quod man(lasti : * et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere : * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum, ** scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutorium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et patiens : * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis,* sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam : * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum : * et incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus : * et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus : * et psallam nomini Domini altissimi.

Ana. Deus judex justus, judica nos secundum innocentiam nostram.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloriamini omnes recti corde.

De Jeremia Propheta.

Lectio j. Cap. 31.

HÆC dicit Dominus : Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, et fletus Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua a ploratu, et oculi tui a lacrimis : quia est merces operi tuo, ait Dominus : et revertentur de terra inimici. Et est spes novissimis tuis, ait Dominus : et revertentur filii ad terminos suos. Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini ad me, et salvi eritis.

I^z. j. Sub altare Dei audivi voces occisorum dicentium : Quare non defendis sanguinem nostrum? Et acceperunt divinum responsum : * Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum, f. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ : et dictum est illis. — Adhuc sustinete.

Lectio ij.

AUDIENS audivi Ephraim transmigrantem : Castigasti me, et eruditus sum, quasi juvenculus indomitus. Converte me, et convertar : quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam : et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus : quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus. Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini ad me, et salvi eritis.

ij. Effuderunt sanguinem Sanctorum velut aquam in circuitu Jerusalem : * Et non erat qui sepeliret. J. \ indica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. — Et non erat qui sepeliret.

Lectio iij.

STATUE tibi speculam, pone tibi amaritudines : dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: revertere virgo Israel, revertere ad civitates tuas istas. Usquequo deliciis dissolveris filia vaga? Quia creavit Dominus novum super terram : Femina circumdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel. Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, et in urbibus ejus, cum convertero captivitatem eo rum : Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ, mons san ctus. Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini ad me, et salvi eritis.

iij. Adoraverunt viventem in sæcula sæculorum, * Mit tentes coronas suas ante thro num Domini Dei sui. f. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas : et benedixerunt viventem in sæcula. — Mit tentes coronas suas. Gloria. Mittentes coronas suas.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consto fuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas • insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ex ore infantium, Deus, et lactentium laude perfecta destruis inimicum.

Psalmus io.

IN Domino confido : quo modo dicitis animæ meæ :* Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores in tenderunt arcum, X paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, de struxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem re spiciunt : * palpebræ ejus inter rogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem di ligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores la queos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars ca licis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.



Ana. Judicabit Dominus pu cillum et viduam, et pluet su per peccatores laqueos ignis.

Psalmus 14.

•PV OMINE quis habitabit in ]J tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte san cto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit do lum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma lum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glo rificat :

Qui jurat proximo suo. et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, * non move- t bitur in æternum.

I Ana. Mortis usuras rex im pius exegit super Innocentes : sed illi requiescunt in monte sancto Dei : malignus ad nihi lum est deductus.

f. Exsultent justi in conspe ctu Dei. Et delectentur in lætitia.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serni. io. de Sanet, in Append. 72.)

Lectio iv.

HODIE, fratres carissimi, natalem illorum infantium I colimus, quos ab Herode cru delissimo rege interfectos esse Evangelii textus eloquitur. Et ideo cum summa exsultatione gaudeat terra nostra, cæle stium militum et tantarum parens fecunda virtutum. Ecce profanus hostis nunquam bea tis parvulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam, sicut sacra tissimum præsentis diei festum manifestat, quantum contra beatos parvulos iniquitas abun davit, tantum in eis gratia benedictionis effulsit. Tu au- | tem.

iv. Isti sunt Sancti, qui passi sunt propter te, Domine : vindica eos, * Quia clamant ad te quotidie, y. Vindica Domine sanguinem Sancto rum tuorum, qui effusus est. — Quia clamant ad te quo tidie.

Lectio v.

DIGNE tamen natalem illo rum colimus, quos beatius æternæ vitæ mundus edidit, quam quos maternorum visce rum partus effudit. Siquidem ante vitæ perpetuæ adepti sunt dignitatem, quam usum præsentis acceperint. Aliorum quidem pretiosa mors Marty rum laudem in confessione promeruit : horum in consum matione complacuit. Quia in incipientis vitæ primordiis, ipse eis occasus initium gloriæ dedit, qui præsentis terminum imposuit.

^. v. Cantabant Sancti can ticum novum ante sedem Dei et Agni : * Et resonabat terra in voces eorum. J. Sub throno Dei Sancti clamant : Vindica sanguinem nostrum, Deus no ster. — Et resonabat terra in voces eorum.

(Idem, Serm. 9. de Sanct.)
Lectio vj.

QUAM beata ætas, quæ nec dum Christum potest lo qui, et jam pro Christo meretur occidi! Nondum opportuna vulneri, et jam idonea pas sioni ! Quam feliciter nati, quibus in primo nascendi limi ne, æterna vita obviam venit! Incurrunt quidem, inter ipsa primordia acceptæ lucis, peri culum et finem salutis : sed de ipso protinus fine capiunt prin cipia æternitatis. Immaturi qui dem videntur ad mortem : sed feliciter moriuntur ad vitam.

J£.vj. Isti sunt Sancti, qui non inquinaverunt vestimenta sua : * Ambulabunt mecum in albis, Quia digni sunt. f. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. — Ambulabunt mecum. Gloria. Quia digni sunt.

IN III. NOCTURNO.
Psalmus 23.

DOMINI est terra, et pleni tudo ejus : * orbis terra rum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fun davit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ' * Dominus fortis et potens : Dtf. minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex If gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Quis ascendet, aut quis stabit in loco sancto Dei? In nocens manibus et mundo corde.

Psalmus 24.

AD te Domine levavi ani mam meam : * Deus meus in te confido, non erubescam :

Neque irrideant me inimici mei : * etenim universi, qui sustinent te, non confunden tur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi : * et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me : * quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, * et miseri cordiarum tuarum, quæ a sæ culo sunt.

Delicta juventutis meæ, * et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu : * pro pter bonitatem tuam Domine.

Dulcis et rectus Dominus : * propter hoc legem dabit delin quentibus in via.



Diriget mansuetos in judi cio : * docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, mise ricordia et veritas, * requi rentibus testamentum ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Do minum? * legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demo rabitur : * et semen ejus here ditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum : * et testamen tum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Domi num : * quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei : * quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei mul tiplicatæ sunt : * de necessi tatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum : * et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos quo niam multiplicati sunt, * et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me : * non erubescam quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæse runt mihi : * quia sustinui te.

Libera Deus Israel, * ex om nibus tribulationibus suis.

Ana. Innocentes adhæserunt mihi, quorum pedes avulsi sunt a laqueo mortis.

Psalmus 71.

DEUS judicium tuum regi da : * et justitiam tuam filio regis :

Judicare populum tuum in justitia, * et pauperes tuos in judicio.

Suscipiant montes pacem po pulo : * et colles justitiam.

Judicabit pauperes populi, ? et salvos faciet filios paupe rum : * et humiliabit calum niatorem.

Et permanebit cum sole, et ante lunam, * in generatione et generationem.

Descendet sicut pluvia in vellus : * et sicut stillicidia stillantia super terram.

Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis : * donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari usque ad mare : * et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthi opes : * et inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et insulæ mu nera offerent: * reges Arabum, et Saba dona adducent :

Et adorabunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes servient ei :

Quia liberabit pauperem a potente : * et pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi et inopi : * et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum : * et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, et dabitur ei de auro Arabiæ, ? et adorabunt de ipso semper : * tota die be nedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, ? super extolletur super Libanum fru ctus ejus : * et florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in sæcula : * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel, * qui facit mirabilia solus :

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum : % et replebitur majestate ejus omnis terra : * fiat, fiat.

Ana. Filio regis datum est judicium, ut salvet innocentes filios pauperum : et humiliabit Herodem calumniatorem.

y. Justi autem in perpetuum vivent. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i. Com. in cap. 2. Matth et apud Gloss. ord.)

QUANDO tulit Puerum et Matrem ejus, ut in Ægyptum transeat, nocte tulit, et in tenebris : quia noctem ignorantiæ his, a quibus ipse recessit, reliquit incredulis. Quando vero revertitur in Judæam, nec nox, nec tenebræ in Evangelio ponuntur : quia in fine mundi Judæi fidem, tamquam Christum ab Ægypto revertentem, suscipientes, illuminabuntur.

1$. vij. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, quod habebant et clara voce dicebant : Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, * Qui effusus est. y. Sub throno Dei Sancti clamant : Vindica Domine sanguinem nostrum. — Qui effusus est.

Lectio viij.

UT adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi filium meum. Respondeant qui hebræorum voluminum denegant veritatem ubi hoc in Septuaginta legatur interpretibus. Quod cum non invenerint, nos eis dicemus, in Osee Propheta scriptum, sicut et exemplaria probare possunt, quæ nuper edidimus.

viij. Sub throno Dei Sancti clamant :* Vindica sanguinem nostrum Deus noster, f. Sub altare Dei audivi voces occisorum, clamantium, et dicentium. —Vindica sanguinem nostrum.

Lectio ix.

TUNC adimpletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem : Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus : Rachel plorans filios suos. De Rachel natus est Benjamin, in cujus tribu non est Bethlehem. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Judæ, id est Bethlehem, quasi suos ploret. Respondebimus breviter quia sepulta sit juxta Bethlehem in Ephrata, et ex materno corpusculi hospitio matris nomen acceperit.

Sive quoniam Juda et Benjamin duæ tribus junctæ erant : et Herodes præceperat non solum in Bethlehem interfici pueros, sed et in omnibus finibus ejus.

ix. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra, hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim permanserunt : * Ideo regnant cum Deo, et Agnus Dei In illis. f. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo,etAgno :etin ore ipsorum non e?t inventum mendacium. * Ideo regnant. Gloria.

Non dicatur Canticum Te Deum., sed repetatur ix. Responsorum Centum quadraginta quatuor millia, usque ad Versum Hi empti sunt, nisi Dominica fuerit.

Ante Laudes J. Exsultabunt Sancti in gloria, Lætabuntur* in cubilibus suis.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ,

1. Herodes irausocciditmultos pueros in Bethlehem Judæ civitate David. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. j7>

2. A bimatu et infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum

3-Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus : Rachel plorans filios suos.

4. Sub throno Dei Sancti clamant: Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

5-Cantabant Sancti canticum novum ante sedem Dei et Agni : et resonabat terra in voces eorum

Capitulum. Apoc. 14.

VIDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

Hymnus.

^ATERVA matrum personat Coll... fd eflens ... rum tyrannus millia ... to sacravit victimas.

FLORIA tlb* Domine, ... Cum Patre et sancto Spiritu, ^^PJ^^f 6011 ^T

y. Mirabilis Deus. KZ. In Sanctis suis.

Ad Benedictus Ana. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quocumque ierint.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam ... fate^tun Per

Memoria de Nativitate :

Ana. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno. T. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Oratio,

/CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Ecce video cælos aper tos, et Jesum stantem a dextris Dei.

f - Corona aurea super caput ejus. I^. Expressa signo sancti tatis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Do mine, imitari quod coli mus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

y. Annuntiaverunt opera Dei. 3?. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæilluminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

AD PRIMAM.

^Z. Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.

T Responsoria ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam dicantur absque Alleluia., nisi Dominica fuerit.

AD TERTIAM.

Capitulum. Apoc. 14.

VIDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

fy Lætamini in Domino, Et exsultate justi. Lætamini.

J. Et gloriamini omnes recti corde. Et exsultate justi. Gloria Lætamini.

J. Exsultent justi in conspe ctu Dei. Et delectentur in lætitia.

Oratio

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 14.

HI sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: vir gines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit.

E?. Exsultent justi * In con spectu Dei. Exsultent justi. f. Et delectentur in lætitia. In conspectu Dei. Gloria. Exsul tent justi.

y. Justi autem in perpetuum vivent, ^z. Et apud Dominum est merces eorum.

Oratio Deus, cujus hodierna die., ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Capitulum. Apoc. 14.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno, et in ore ipsorum non est inventum mendacium.

Justi autem * In perpe tuum vivent. Justi autemX Et apud Dominum est merces eo rum. In perpetuum vivent. Gloria. Justi autem.

J. Mirabilis Deus. In San ctis suis.

Oratio Deus, cujus hodierna die.,ut ad Tertiam.



AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ de Na tivitate, pag. 214. Capitulum Vidi supra montem., ut ad Tertiani.

Hymnus.

QUÆ vox, quæ poterit lingua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas ?
Rubri nam fluido sanguine, laureis
Ditantur bene fulgidis.

TE summa Deitas unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia sub trahas :
Des pacem famulis, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

f Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloria mini omnes recti corde.

Ad Magnificat Ana. Inno centes pro Christo infantes oc cisi sunt : ab iniquo rege la ctentes interfecti sunt : ipsum sequuntur Agnum sine macula, et dicunt semper : Gloria tibi Domine.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

IN COMPLETORIO.

In manus tuas.dicatur cum duplici Alleluia., etiamsi Do minica non fuerit.

PER OCT. SS. INNOCENTIUM.

De SS. Innocentibus fiat quo tidie Memoria in Laudibus et Vesperis, ut fusius suis locis notatum est.

DIE XXIX. DECEMBRIS.
S. THOMÆ
EPISC. ET MART.

SIMPLEX.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: qui minas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cælestia regna feliciter pervenit,

y. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tua rum.

Oratio.

DEUS, pro cujus Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit : præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implorant auxilium petitionis suæ salutarem conse quantur effectum. Per Chri stum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Gaudeamus omnes fide les, Salvator noster natus est in mundo : hodie processit proles magnifici germinis, et perseverat pudor virginitatis.

f. Tamquam sponsus, ^z. Do minus procedens de thalamo suo.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus: ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana Stephanus vidit cælos apertos, vidit, et introivit: bea tus homo, cui cæli patebant.

f Posuisti Domine super ca put ejus. p. Coronam de la pide pretioso.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit,

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Dominum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem sempiternum venite adoremus, * Qui Martyrem suum digne pro meritis coronavit in cælis.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Corona, sors et præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

T In tribus Nocturnis, Psalmi Antiphonæ, ff. et Ifcfy ^ Communi unius Martyris PAGG. 39*-44*.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 6.

HUMANUM dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.

Lectio ij. Cap. 7.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri : ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

Lectio iij.

ITAQUE fratres mei et vos mortificati estis legi per corpus Christi : ut sitis alterius



mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, et non in vetustate litteræ.

IN II. NOCTURNO.

(Ex probatis Auctoribus vitæ ejus, et ex Rom. Breviar.)

Lectio iv.

THOMAS, Londini in Anglia natus, post cancellarii munus præclare gestum, Cantuariensis Episcopus factus, Henrico Secundo Angliæ regi, leges contra Ecclesiæ dignitatem et utilitatem ferre volenti, adeo constanter obstitit, ut neque pollicitationibus, neque terroribus de sententia decedens, proxime coniciendus in carcerem clam recesserit. Inde propinqui ejus omnis ætatis ejecti,' amici, fautores omnes, iis, quibus per ætatem liceret, jurejurando astrictis, universos Thomam adituros, si fortasse miserabili suorum calamitatis aspectu moveretur, qui a sancto proposito privatis incommodis deterreri minime potuisset. Non respexit carnem aut sanguinem, neque ullus in eo humanitatis sensus pastoralis officii constantiam labefactavit.

Lectio v.

CONTULIT igitur se ad Alexandrum Tertium Pontificem, a quo benigne acceptus est, et monachis Pontiniacensis monasterii Cisterciensis Ordinis commendatus. Ludovicum deinde Galliæ regem ejus invitatu convenit : apud quem tamdiu fuit, quoad, Pontifice Maximo et ipso rege agentibus, ab exsilio summa totius regni gratulatione revocatur. Sed dum boni pastoris officium securus exsequitur, calumniatorum suasu sæpius rex conqueritur se cum uno sacerdote pacem in suo regno habere non posse. Qua voce confisi nefarii satellites, ut eum interficerent, Cantuariam clam convenerunt, et vespertinas horas in templo persolventem aggressi sunt.

Lectio vj.

CLERICIS porro templum occludere conantibus, Vir sanctus 6stium aperuit; Ecclesiam Dei aiens custodiendam non esse more castrorum. Et flexis genibus, Deo, beatæ Mariæ, sancto Dionysio, ac reliquis ejus Ecclesiæ Patronis illam et seipsum commendans, sacrum caput eadem constantia, qua iniquissimi regis legibus restiterat, impio ferro præcidendum obtulit, anno Domini millesimo centesimo septuagesimo primo. Ejus cerebro respersum est totius templi pavimentum. Et multis postea illustrem miraculis prædictus Alexander in Sanctorum numerum retulit.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus Pharisæis : Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Hom. 59. in Joan.)

MAGNUM quiddam, dilectissimi, magnum, inquam, est Ecclesiæ prælatio, et quæ mul ta indiget sapientia et fortitu dine, qualem Christus propo suit : ut animam pro ovibus ponamus, et nunquam illas deseramus, ut lupo generose resistamus. Hæc enim inter pastorem et mercenarium est differentia: Alter propriæ, con temptis ovibus : alter, sua con tempta, ovium semper saluti invigilat. Pastoris ergo exem plo demonstrato, deceptores duos meminit: furem mactan tem et rapientem oves, et mer cenarium permittentem, neque defendentem commissas.

Lectio viij.

QUOD superiori tempore Ezechiel his verbis inse ctatus est : Væ pastoribus Israel! Nonne pascebant se metipsos? Nonne greges pa scuntur a pastoribus? Sed illi contrarium faciebant, quod maximæ malitiæ genus est, et plurimorum causa malorum. Idcirco inquit : Neque quod abjectum erat reducebant : neque quod perierat quære bant : neque confractum alliga bant, neque infirmum consoli dabant : quoniam se, non gre gen^pascebant.Idem et Paulus aliis verbis significat : Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi.

Lectio ix.

VERUM ab utroque se dissi dere ostendit Christus : ab Illis quidem, qui in aliorum perniciem veniunt, cum dicat se propterea venisse, ut vitam haberent, et abundantius ha berent : ab his autem, qui oves a lupis rapi negligebant, di cendo se propter eas animam ponere, ne oves perirent. Nam cum Judæi ipsum interimere vellent, non propterea destitit a doctrina, neque credentes tradidit, sed perstitit, et pertu lit mortem : ideo frequenter inquit : Ego sum pastor bo nus.

Ante Laudes Ora pro no bis beate Thoma. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Qui me confessus fuerit co ram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Psalmus Dominus regnavit cum ceteris, pag. 17.

2. Qui sequitur me non am bulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus.

3. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis, dicit Domi nus.

4. Qui mihi ministrat me se quatur : et ubi sum ego, illic erit et minister meus.

5. Volo Pater ut ubi ego sum, illic sit et minister meus.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

MARTYR Dei, qui unicum
Patris sequendo Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibus :



Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ repellens tædium.

SOLUTA sunt jam vincula
Tui sacrati corporis :
Nos solve vinclis sæculi,
Amore Filii Dei.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

f. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo sancti tatis.

Ad Benedictus Ana, Qui vult venire post me abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Oratio.

DEUS, pro cujus Ecclesia glo riosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem con sequantur effectum. Per Do minum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Sal vatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Afia. Ecce video cælos aper tos, et Jesum stantem a dextris Dei.

jP. Magna est gloria ejus in salutari tuo. ^z. Gloriam et magnum decorem impones su per eum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Do mine, imitari quod coli mus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. E/. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Aha. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

f. Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :

Aha. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

y. Mirabilis Deus. In San ctis suis.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Do minum.

AD TERTIAM.

Capitulum Beatus vir, qui suf fert tentationem.

^.Gloria et honore coronasti eum Domine, * Alleluia, alle cia. Gloria et honore. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia. G16 ria Patri. Gloria et honore.

Posuisti Domine super ca put ejus. J^z. Coronam de la pide pretioso. Oratio.

DEUS, pro cujus Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit : præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implorant auxilium petitionis suæ salutarem con sequantur effectum. Per.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

CUSTODIVIT illum Dominus ab inimicis, et a seducto ribus tutavit eum, et certamen forte dedit illi ut vinceret.

^.Posuisti Domine super ca put ejus, * Alleluia, allecia. Posuisti, y. Coronam de lapide pretioso. Alleluia. Gloria. Po suisti.

f. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Oratio Deus, pro cujus Ecclesia, ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 4.

PRO justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia.

I*- Magna est gloria ejus in salutari tuo, * Alleluia, alle cia. Magna est. f. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Alleluia. Gloria. Magna est.

f. Corona aurea super caput ejus. ^z. Expressa signo sancti tatis. Oratio Deus, pro cujus Ecclesia, ut ad Tertiam.

AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ super Psalmos de Nativitate Domini pag. 214.

Capitulum. Jac, i,

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Sors, et corona, præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula.
Amen.

y. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Ad Magnificat Aha. Iste est, qui pro lege Dei sui morti se tradidit, non dubitavit mori : ab iniquis interfectus est, et in æternum vivit cum Christo :



Agnum secutus est, et accepit palmam. Oratio Deus, pro cu jus Ecclesia, ut ad Tertiam.

Memoria de Nativitate :

Ana. Gaudeamus omnes fide les, Salvator noster natus est in mundo : hodie processit proles magnifici germinis, et perseverat pudor virginitatis.

f. Tamquam sponsus, ^z. Do minus procedens de thalamo suo. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus : ut nos Uni geniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, et introivit : beatus homo, cui cæli patebant.

f. Posuisti Domine super caput ejus. Coronam de lapide pretioso. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domi ne, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecuto ribus exorare Christum Domi num nostrum. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Aha. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pe ctus Domini in cena recubuit.

f. In omnem terram exivit sonus eorum. 1%. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. A bimatu et infra occi dit multos pueros Herodes propter Dominum.

y. Lætamini in Domino, et exsultate justi. ^z. Et gloria mini omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Do minum.

T In crastino S. Thomæ Epi scopi et Martyris, si Dominica fuerit, fiat Officium ut pag. 217.; si neque Dominica fuerit, neque Sabbatum, fiat ut pag. 222.; si vero Sabbatum fuerit, fiat ut pag. 226. notatum est.

DIE XXXI. DECEMBRIS.

S. SILVESTRI

PAPÆ ET CONFESSORIS.

SIMPLEX.

AD I. VESPERAS.

Antiphonæ super Psalmos et Psalmi ut in ij. Vesperis Nati vitatis Domini, pag. 214.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et homini bus, cujus memoria in be nedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

ISTE Confessor Domini sacra tus,
Festa plebs cujus celebrat per orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cæli.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum præsens vegetavit ejus
Corporis artus.

OB sacrum cujus meritum frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint gravata,
Restituuntur.

UNDE nunc noster chorus in honorem
Ipsius hymnum canit hunc libenter :
Ut piis ejus precibus juvemur,
Omne per ævum.

SIT salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat
Trinus et unus. Amen.

y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. 1$. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat Ana. Confessor D6mini Silvester astantem plebem corrobora sancta intercessione : ut qui vitiorum pondere premimur, beatitudinis tuæ gloria sublevemur, et te duce æterna præmia consequamur.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Silvestri, Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dominum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Gaudeamus omnes fideles, Salvator noster natus est in mundo : hodie processit proles magnifici germinis et perseverat pudor virginitatis

f. Tamquam sponsus. D<j minus procedens de thalamo suo

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, et introivit : beatus homo, cui cæli patebant.

y. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. Ifc. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit,

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus:

Ana. A bimatu et infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum.



f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

- p yEUS, cujus hodierna die IJ præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

T Ultimo fiat Memoria de Dominica infra Octavam Nativitatis, si hac die evenerit, per Anam Erant Joseph., f. Verbum caro factum est. et OrationemOmnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros., pag. 226.

AD MATUTINUM

ET IN TRIBUS NOCTURNIS.

Quæ infra notata non sunt dicantur de Communi unius Confessoris, pag. 68*.et sequentibus.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 8.

NIHIL ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu : qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem : Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

Lectio ij.

Qui enim secundum carnem sunt : quæ carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum sunt : quæ sunt spiritus, sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est : prudentia autem spiritus, vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo : legi enim Dei non est subjecta : nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

Lectio iij.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu : si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet : hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est : corpus quidem natuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem. Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis : qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

IN II. NOCTURNO.

(Ex sincerioribus Actis ejus et Romano Breviario.)

Lectio iv.

SILVESTER, Romanus, patre Rufino, trigesimo ætatis anno Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ creatus, cum in Melchiadis postea locum successisset, a Constantino imperatore sanctorum Apostolorum Petri et Pauli præceptis obtemperante, dum in Soracte monte latitaret, accersitus,

eum, lepra perfusum et ex infantium sanguine balneum sibi parare cogitantem, Baptismo sanavit : atque ad propagandam Christi religionem, exstructis publice templis, sacris imaginibus, donisque ac muneribus magnificentissimis ab eo exornatis, inflammavit.

Lectio v.

SUB hoc Pontifice, legatis illius præsidentibus, Nicænum concilium, cui Constantinus interfuit, adversus impietatem Arii habitum est, ab eoque, petentibus universis Patribus, confirmatum : et aliud Romæ, in quo considentibus ducentis octoginta quatuor Episcopis, denuo Anus condemnatus est. A solo Episcopo chrisma confici, baptizati verticem ungi, in lineo tantum velo sacrificium altaris fieri, singulos Ordines ante altiorem gradum exerceri statuit : laicum clerico crimen inferre, clericumve coram laico causam dicere vetuit, et alia multa fecit Ecclesiæ utilia decreta.

Lectio vj.

SABBATI ac Dominicæ diei nomine retento, reliquos hebdomadæ dies Ferias appellari, ut jam antea cœperant, voluit : quo significaretur clericos, ab omni aliarum rerum cura feriatos, uni Deo quotidie vacare debere. Qui ex illis egerent cum copiosis conjunxit; et ut sacris virginibus ad victum necessaria suppeterent providit : insigni quoque in ceteros pauperes benignitate ac vitæ sanctitate conspicuus. Vixit in pontificatu annos viginti unum, menses decem, diem unum.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi., ut in Communi unius Confessoris non Pontificis pag. 83*.

Ante Laudes Ora pro nobis beate Silvester. j^z.Ut digni effi. damur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, et pulsaverit januam, invenerit vigilantem.

3. Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.

4. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.

5. Serve bone et fidelis intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

JESU Redemptor omnium,
Corona confitentium,
In hac die clementius
Nostris faveto precibus :
Tui sacri qua nominis
Confessor almus claruit,
Cujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.
Qui rite mundi gaudia
Hujus caduca respuens,
Cum angelis cælestibus
Lætus potitur præmiis.



Hujus benignus annue
Nobis sequi vestigia :
Hujus precatu servulis
Dimitte noxam criminis.
GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Justus germinabit sicut lilium. I?. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Euge' serve bone, et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Silvestri, Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dominum.

Memoria de Nativitate :

Ana. Nesciens Mater Virgo virum peperit sine dolore Salvatorem sæculorum : ipsum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno.

f. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut nos Unigeniti tui nova per carnem Nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet. Per eumdem Christum.

Memoria de S. Stephano :

Ana. Ecce video cælos apertos, et Jesum stantem a dextris Dei.

f. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo sanctitatis.

Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus, ut discamus et inimicos diligere : quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Christum Dominum nostrum. E?. Amen.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his : et scimus quia verum est testimonium ejus.

y. Annuntiaverunt opera Dei. 1$. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. In Sanctis suis.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

T Ultimo fiat Memoria de Dominica, si hac die evenerit, per Anam Dum medium., f. Notum fecit Dominus, et Orationem Omnipotens sempiterne Deus dirige actus nostros , ut pag. 225. et pag. 226. notatum est.

AD TERTIAM.

Capitulum Dilectus Deo., ut in Laudibus.

I^z. Amavit eum Dominus et ornavit eum * Alleluia alleluia. Amavit eum. Stolam Goriæ induit eum. Alleluia. Gloria. Amavit eum.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit ali regnum Dei.

Oratio,

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Silvestri, Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solemnitas et devodonem nobis augeat, et salii

AncFYTAAl
AD SEXI AM.

Capitulum. Fedi. 39.

rJSTUS cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabi-

tUi£" i *iI.. -pv,

Justum deduxit Dominus per vias rectas, * Alleluia, alleluia. Justum, f. Et ostendit illi regnum Dei. Alleluia Gloria. Justum.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Oratio Da, quæsumus. ut supra

An lvrrwAM CUINAM.

Capitulum. Sap. io.

TUSTUM deduxit Dominus li per vias rectas, et ostendit 1II1 regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

Justus ut palma florebit in domo Domini, * Alleluia, alleluia. Justus. J. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia. Gloria. Justus.

Justus germinabit sicut lilium, ^z. Et florebit in æternum ante Dominum. Oratio L)a, quæsumus. ut supra.

## DIE II.
## IN OCTAVA S. STEPHANI
### SI DOMINICA FUERIT
### NOVEM LECTIONES ' v^ua.

IN I- VESPERIS,

Ad Memoriam Ana. Tu principatum tenes., f. Gloria et honore, et Oratio Da nobis. pag. 240.

Memoria de S. Joanne et cie SS. Innocentibus, ibidem

AD MATUTINUM.'

Invitatorium Christum natum et Hymnus Deus tuorum militum, ut in Festo, pag 748. In tribus Nocturnis Psalmi de Communi unius Martyris pag. 39*. et sequentibus; Antiphonæ et JJ. ut in Festo, PaS- 749- et sequentibus; Lectiones et RzR?. ut infra

INL T XTrkTMro NOCTURNO,

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap 9.

T 7ERITATEM dico in Christo, V non mentior : testimonium mihi perhibente conscientia meainS Piritu sancto : quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse ATTAthema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa : quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Tu autem...

1^7. j. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine * Faciebat prodigia et signa magna



in populo, f. Cum esset plenus Spiritu sancto beatus Stephanus. — Faciebat prodigia.

Lectio ij.

ON autem quod excident verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ : neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen : id est, non qui filii carnis, hi filii Dei : sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est : hoc tempus veniam : et erit Saræ filius.

Ri. ij. Videbant omnes Stephanum, qui erant in concilio : * Et intuebantur vultum ejus tamquam vultum angeli stantis inter illos. f. Statianus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. — Et intuebantur vultum ejus.

Lectio iij.

NON solum autem illa : sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati, fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : Quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

^z. iij. Intuens in cælum beatus Stephanus vidit gloriam Dei, et ait : *Ecce video cælos apertos, et Filium hominis stantem A dextris virtutis Dei. f. Cum autem esset Stephanus plenusSpiritu sancto,intendens in cælum, ait. — Ecce Gloria. A dextris virtutis Dei.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Fulgendi Episcopi.
(De S. Steph. et Convers. S. Pauli.)

Lectio iv.

INVICTÆ in Stephano virtutis insigne enituit : quæ nec frementium sævitiam formidavit, nec lapidantium ictibus devicta succubuit. Quod vero est tam insuperabile genus armorum, quo munitus sævientes argueret, lapidantes,non repercutiens sed patiens, superaret? Procul dubio munimine regio septus, nullatenus est ab adversariis superatus. Caritas ergo, quæ de cælo ad terras deposuit Christum, ipsa Stephanum de terra levavit ad cælum.

R iv Lapidabant Stephanum invocantem, et dicentem : Domine Jesu Christe accipe spiritum meum, et * Ne statuas illis hoc peccatum. JT Positis autem genibus, beatus Stephanus orabat dicens. — Ne statuas illis hoc peccatum.

Lectio v.

O ADMIRANDA ubique potentia Salvatoris! O prædicanda indesinenter gratia Redemptoris! Ostendit in Matre virginitatis æternæ miraculum, demonstravit in Martyre invictæ caritatis indicium. Et sicut in Matre Domini non potuit virginitas violari, sic in Martyris mente non potuit Christi caritas tanto sævientium agmine superari Per caritatem Dei sævientibus Judæis non cessit : per caritatem proximi pro lapidantibus intercessit.

v. Impetum fecerunt unanimiter in eum, et ejecerunt eum extra civitatem, * Invocantem, et dicentem : Domine accipe spiritum meum. f. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus, et lapidabant Stephanum. — Invocantem, et dicentem.

(Ex Serm. i. S. Aug. de SS.)

Lectio vj.

ET ut noverit sanctitas vestra quantum valuerit oratio sancti Stephani Martyris, recurrite ad illum adolescentem persecutorem, nomine Saulum : a quo, cum Statianus lapidaretur, omnium lapi- j dantium vestimenta servabantur,- ut tamquam in manibus omnium ipse lapidare videretur. Nam si sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Multo ergo magis nunc exaudietur pro veneratoribus suis, qui sic exauditus est tunc pro lapidatoribus suis.

^z. vj. Stephanus servus Dei, quem lapidabant Judæi, vidit cælos apertos : vidit, et introivit : * Beatus homo, cui cæli patebant, f. Cum igitur saxorum crepitantium turbine quateretur, inter æthereos aulæ cælestis sinus, divina ei claritas fulsit. — Beatus homo. Ii Gloria. Beatus homo.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 23. |

IN illo tempore : Dicebat Jesus Scribis, et Pharisæis : Ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas et ex illis occidetis, et crucifigetis et ex eis flagellabitis in syna' gogis vestris. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. 4. Coram, in cap. 21 Matth.)

CRUSALEM, Jerusalem, quæ occidis prophetas. Jerusai, non saxa et ædificia civitatis, sed habitatores vocat • quam plangit patris affectu, sicut et in alio loco legimus' quod videns eam, fleverit. In eo autem, quod dicit, Quoties volui congregare filios tuos : omnes retro prophetas a se missos esse testatur.

3?. vij. Impii super justum jacturam fecerunt, ut eum morti traderent : * At ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam i gloriæ, y. Continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. — At ille gaudens.

Lectio viij.

ECCE relinquetur vobis domus vestra deserta. Hoc ipsum ex persona Jeremias jam ante dixerat : Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam : facta est mihi hereditas mea quasi spelunca hyænæ. Desertam Judæorum domum, id est templum illud, quod fulgebat augustius, oculis comprobamus, quia habitatorem Christum perdidit, et heredi tatem præripere gestiens, occidit heredem.

viij. Patefactæ sunt januæ cæli Christi Martyri beato Stephano, qui in numero Martyrum inventus est primus : * Et ideo triumphat in cælis coronatus. f. Mortem enim, quam Salvator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Salvatori. — Et ideo triumphat.



Lectio ix.

DICO enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis : Benedictus, qui venit in nomine Domini. Ad Jerusalem loquitur, et ad populum Judæorum. Versiculum autem istum (quo et parvuli atque lactentes in ingressu Jerusalem Domini Salvatoris usi sunt, quando dixerunt, Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis) sumpsit de centesimo decimo septimo Psalmo, qui manifeste de adventu Domini scriptus est.

fy ix. Sancte Dei pretiose Protomartyr Stephane, qui virtute caritatis circumfultus undique, Dominum pro inimico exorasti populo, * Funde preces Pro devoto tibi nunc collegio. y. Ut tuo propitiatus interventu, Dominus nos purgatos a peccatis jungat cælicivibus. — Funde preces pro devoto. Gloria. Pro devoto tibi nunc collegio.

Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Stephane. Rz. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES.

Omnia ut in Festo, pag. 7S2 servato modo Dominicæ.

Omissa Memoria de Nativitate Domini, fiant sequentes Memoriæ :

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

y. Annuntiaverunt opera Dei. 1$. Et facta ejus intellexerunt. Oratio.

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem | Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. In Sanctis suis. Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Christum.

T In Octava die S. Stephani et deinceps usque ad ij. Vesperas Octavæ diei Epiphaniæ exclusive,quotidie præterquam in Laudibus Vigiliæ et in utrisque Vesperis ac Laudibus Epiphaniæ, Inventionis Domini et B. Gundisalvi, post alias Memoriasfiat Memoriade B. Maria Virgine in Laudibus et Vesperis.

Memoria de B. Maria V. in Laudibus :

Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

y. Benedictus qui venit in no
mine Domini. Deus Domi
nus, et illuxit nobis. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ,
beatæ Mariæ virginitate
fecunda, humano generi præ
mia præstitisti : tribue, quæ
sumus, ut ipsam pro nobis in
tercedere sentiamus, per quam
meruimus auctorem vitæ susci
pere : Dominum nostrum Je
sum Christum Filium tuum,
qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
SecundumMatthæum. Cap.23.

IN illo tempore : Dicebat Je
sus Scribis et Pharisæis :
Ecce ego mitto ad vos prophe
tas, et sapientes et scribas, et
ex illis occidetis, et crucifige
tis, et ex eis flagellabitis in
synagogis vestris. Tu autem.

AD PRIMAM.

Ana. Lapidaverunt Stepha
num, et ipse invocabat Domi
num dicens : Ne statuas illis
hoc peccatum. Tres Psalmi
consueti et Symbolum Qui
cumque vult.

Capitulum Regi sæculorum.
Jesu Christe, Fili Dei vivi,
miserere nobis, * Alleluia, alle
cia. Jesu Christe, f. Qui natus
es de Virgine Maria. Alleluia.
Gloria. Jesu Christe.

f. Exsurge Domine, adjuva
nos. ^z. Et libera nos propter
nomen tuum.

Confiteor...., Misereatur, et
Oratio In hac hora.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula,
cum duplici Alleluia., yy. et
Oratio ut in Festo, pag. 753.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lapida.
verunt Stephanum, et ipSe
invocabat Dominum dicens •
Ne statuas illis hoc peccatum.
Psalmus Dixit Dominus, cum
ceteris de Communi unius Mar
tyris, pag. 47*.

Capitulum. Act. 6.

STEPHANUS autem plenus
gratia et fortitudine, facie
bat prodigia et signa magna
in populo.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Corona, sors et præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

HIC nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

Jr. Gloria et honore coronasti
eum Domine. I^z. Et constitui
sti eum super opera manuum
tuarum.

Ad Magnificat Ana. O quam
gloriosus est beatus Stephanus
Martyr et Levita, qui ante
Ap6stolos regna cælestia pos
sidere meruit, et ad Patris
dexteram Filium videre!



Oratio.

DA nobis, quæsumus Domi
ne, imitari quod colimus,
ut discamus et inimicos dilige
re : quia ejus natalitia celebra
mus, qui novit etiam pro per
secutoribus exorare: Dominum
nostrum Jesum Christum Filium
tuum, qui tecum vivit.

Memoria de Octava die
S. Joannis Evangelistæ :
Ana. Valde honorandus est
beatus Joannes, qui supra pe
ctus Domini in cena recubuit.
f. In omnem terram exivit
sonus eorum, fy Et in fines
orbis terræ verba eorum.

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Domine
benignus illustra : ut beati
Joannis Apostoli tui et Evan
gelistæ illuminata doctrinis, ad
dona perveniat sempiterna. Per
Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :
Ana. Abimatu et infra occidit
multos pueros Herodes propter
Dominum.
f. Lætamini in Domino, et
exsultate justi. Et gloriami
ni omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die
præconium Innocentes
Martyres, non loquendo sed
moriendo,confessi sunt: omnia
in nobis vitiorum mala morti
fica; ut fidem tuam, quam lin
gua nostra loquitur, etiam mo
ribus vita fateatur. Per Chri
stum.

Ad Memoriam de B. Maria
Virgine in Vesperis Ana. Ger
minavit radix Jesse : orta est
stella ex Jacob : Virgo peperit
Salvatorem : te laudamus
Deus noster.

y. Tamquam sponsus. Rz. Do
minus procedens de thalamo
suo. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ,
beatæ Mariæ virginitate
fecunda, humano generi præ
mia præstitisti : tribue, quæ
sumus, ut ipsam pro nobis in
tercedere sentiamus, per quam
meruimus auctorem vitæ sus
cipere : Dominum nostrum
Jesum Christum Filium tuum...

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Natus
est nobis hodie Salvator, qui
est Christus Dominus, in civi
tate David.

Ad Nunc dimittis Ana. Alle
luia, Verbum caro factum est,
alleluia : et habitavit in nobis,
alleluia, alleluia.

EADEM DIE II. JANUARII.
IN OCTAVA S. STEPHANI.
SI DOMINICA NON FUERIT.
TRES LECTIONES.

Non dicitur Officium quoti
dianum B. Mariæ Virginis.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana Tu prin
cipatum tenes., f. Gloria et
honore, et Oratio Da nobis.,
pag. 240.

Memoria de S. Joanne et de
SS. Innocentibus, ibidem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christum natum,
qui beatum hodie coronavit
Stephanum, * Venite adore
mus. Hymnus Deus tuorum
militum., pag. 786.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Bea
tus Stephanus jugi legis Dei

meditatione roboratus, tam quam lignum fructiferum secus salutarium aquarum planta tum decursus, fructum marty rii in tempore suo dedit primus. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum octo ceteris cie Com muni unius Martyris, pag. 39*. et sequentibus.

y. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

^^Benedictiones secundum Fe riam, scilicet Feria secunda et Feria quinta Benedictio Bene dictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris dua bus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 9.

TEMERITATEM dico in Christo, V non mentior : testimo nium mihi perhibente conscien tia mea in Spiritu sancto : quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, et gloria, et testa mentum, et legislatio, et obse quium, et promissa : quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Tu autem...

R}, j. Impii super justum jactu ram fecerunt, ut eum morti traderent : * At ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriæ y. Continuerunt aures suas, et impetum fecerunt unanimiter in eum. — At ille gaudens.

Lectio ij.

\TON autem quod exciderit 1\ verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ : neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii : sed in Isaac vocabitur tibi semen ; id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt pro missionis, æstimantur in semi ne. Promissionis enim verbum hoc est : Secundum hoc tem pus veniam : et erit Saræ filius.

ij. Patefactæ sunt januæ cæli Christi Martyri beato Ste phano, qui in numero Marty rum inventus est primus : * Et ideo triumphat in cælis coro natus. y . Mortem enim, quam Salvator dignatus est pro om nibus pati, hanc ille primus reddidit Salvatori. — Et ideo triumphat in cælis coronatus.

Sermo sancti Fulgendi Episcopi.

(De S. Steph. et Conv. S. Pauli.)

Lectio iij.

INVICTÆ in Stephano virtu tis insigne enituit, quæ nec frementium sævitiam formida vit, nec lapidantium ictibus devicta succubuit. Quod vero est tam insuperabile genus ar morum, quo munitus sævientes argueret, lapidantes, non re percutiens sed patiens, supera ret? Procul dubio munimine regio septus, nullatenus est ab adversariis superatus. Caritas ergo, quæ de cælo ad terras deposuit Christum, ipsa Ste phanum de terra levavit ad cælum.



E}, iij. Sancte Dei pretiose Protomartyr Stephane, qui virtute caritatis circumfultus undique, Dominum pro inimi co exorasti populo, * Funde preces Pro devoto tibi nunc collegio, y. Ut tuo propitiatus interventu, Dominus nos pur gatos a peccatis jungat cæli civibus. —Funde preces pro de voto tibi nunc collegio. Gloria. Pro devoto tibi nunc collegio.

CanticumTe Deum laudamus.

Ante Laudes Ora pro nobis beate Stephane. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. La pidaverunt Stephanum, et ipse invocabat Dominum dicens : Ne statuas illis hoc peccatum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17 .

Capitulum, Hymnus, y. Ana ad Benedictus et Oratio ut in Laudibus Festi, pag. 753.

Memoria de S. Joanne :

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

y. Annuntiaverunt opera Dei. 1$. Et facta ejus intellexerunt.

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evan gelistæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna. Per Christum.

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

T. Mirabilis Deus. 1$. In San ctis suis.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Christum.

Memoria de B. Maria Virgine in Laudibus :

Aha. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conser vatam agnovimus tuam lauda bilem virginitatem : Dei Geni trix intercede pro nobis.

y\ Benedictus qui venit in nomine Domini. R. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti: tribue, quæsu mus, ut ipsam pro nobis inter cedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ sus cipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutio nibus.

AD PRIMAM.

Ana. Lapidaverunt Stepha num, et ipse invocabat Domi num dicens : Ne statuas illis hoc peccatum.

Capitulum Regi sæculorum immortali.

Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis, * Alleluia, alle luja. Jesu Christe. J. Qui na tus es de Virgine Maria. Alle luia- Gloria. Jesu Christe.

f. Exsurge Domine, adjuva nos. IEt libera nos propter nomen tuum.

Preces, ut pag. 32. notatum est; Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, I$Rz. et cum duplici Alleluia., Oratio ut in Festo, pag. 753

AD II. VESPERAS.

Omnia eodem modo fiant ac si Octava dies S. Stephani in Dominica evenerit, ut videlicet pag. 786. notatum est, cum Memoriis de sequenti Octava die S. Joannis, de SS. Innocentibus et de B.Maria Virgine ibidem positis.

T Prædictus modus servandus est etiamsi Dominica sequatur.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aha. Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

Ad Nunc dimittis Aha. Alleluia, Verbum caro factum est, alleluia : et habitavit in nobis, alleluja, alleluja.

Preces ut pag. 151. notatum est.

DIE HI. JANUARII.

IN OCTAVA S. JOANNIS, SI DOMINICA FUERIT.

NOVEM LECTIONES.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Aha Valde honorandus est., f. In omnem terram, et Oratio Ecclesiam tuam., ut in ij. Vesperis Octavæ diei S. Stephani, pag. 787.

Memoria de SS. Innocentibus et de B. Maria Virgine, ibidem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Adoremus Regem Apostolorum, et Hymnus Exsultet cælum laudibus, ut in Festo, pag. 755.

T In tribus Nocturnis Psalmi de Communi Apostolorum, pag. 27*.et sequentibus; Antiphonæ et ff. ut in Festo, Pag- 755- et sequentibus; Lectiones et I^z. ut infra.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

SCRIBO vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus. Scribo vobis patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicistis malignum.

R?, j. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit : * Cui Christus in cruce Matrem virginem virgini commendavit. y. Virgo est electus a Domino, atque inter ceteros magis dilectus. — Cui Christus in cruce.

Lectio ij.

NOLITE diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo : quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ : quæ I non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, et concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

ij. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc : *Et scimus quia verum est testimonium ejus. y. Fluenta Evangelii de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit. — Et scimus.

Lectio iij.

FILIOLI, novissima hora est : et sicut audistis quia Antichristus venit : et nunc Antichristi multi facti sunt; unde | scimus, quia novissima hora est. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum : sed, ut manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Sed vos unctionem habetis a Sancto, et nostis omnia.

iij. Hic est beatissimus Evangelista et Apostolus Joan- | nes, ,* Qui privilegio amoris præcipui, ceteris altius A Domino meruit honorari, y. Hic est discipulus ille, quem diligebat Jesus : qui supra pectus Domini in cena recubuit. — Qui privilegio amoris præcipui. Gloria. A Domino meruit honorari.

IN II. NOCTURNO.

Ex Tractatu sancti Augustini Episcopi in Joannem.

(Tract. 36.)

Lectio iv.

IN quatuor Evangeliis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, sanctus Joannes Apostolus non immerito secundum intelligentiam spiritalem aquilæ comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit prædicationem suam : et in ejus erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres Evangelistæ, tamquam cum homine Domino in terra I ambulantes, de divinitate ejus pauca dixerunt.

iv. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, dicit Dominus : * Et scribam super eum nomen novum, et nomen civitatis novæ [Jerusalem, f Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. — Et scribam super eum.

Lectio v

ISTUM autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se non solum super terram, et super omnem ambitum aeris et cæli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum, omnemque constitutionem invisibilium Potestatum : et pervenit ad eum, per quem facta sunt omnia, dicendo : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.

v. Diligebat autem eum Jesus, quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum * Quia virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit. f In cruce denique moriturus, huic Matrem virginem virgini commendavit. — Quia virgo electus ab ipso.

Lectio vj.

AQUILA ipse est Joannes, sublimium prædicator, et lucis internæ atque æternæ fixis oculis contemplator. Di cuntur enim et pulli aquilarum a parentibus sic probari : patris scilicet ungue suspendi, et radiis solis opponi. Qui firme contemplatus fuerit, filius agnoscitur: si acie palpitaverit, tamquam adulterinus ab ungue dimittitur. Jam ergo videte quam sublimia loqui debuit, qui est aquilæ comparatus.

vj. Iste est Joannes, qui supra pectus Domini in cena recubuit : * Beatus Apostolus, cui revelata sunt secreta cæ lestia. y. Iste est Joannes, cui Christus in cruce Matrem vir ginem virgini commendavit. — Beatus Apostolus. Gloria. Beatus Apostolus.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 21.

Fr illo tempore : Dixit Jesus Petro : Sequere me. Conver sus Petrus vidit illum discipu lum, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. 87. in Joann. circa medium.)

CUM magna Christus Petro commendasset, orbis ter rarum curam demandasset, martyrium prædixisset, et ma jorem erga eum dilectionem testatus esset; cum vellet Pe trus Joannem socium et colle gam, inquit: Hic autem quid? Numquid eamdem viam ag gredietur? Et quemadmodum in cena interrogare non ausus Joannem suffecit, ita nunc vi! cem reddit, arbitratus eum velle, sed non audere de se sciscitari.

vij. In illa die suscipiam te servum meum : et ponam te sicut signaculum in conspectu meo : * Quoniam ego elegi te dicit Dominus. J . Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. — Quoniam ego elegi te, dicit Dominus.

Lectio viij.

TUM Christus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Nam, cum nimia id caritate diceret Petrus, nec ab eo dividi vellet, ostendens Christus, quod quantavis eum dilectione prosequeretur, suam assequi non posset, inquit : Sic eum volo manere, quid ad te? His verbis nos erudiens, neque dolendum, neque curio sius præter divinam volunta tem investigandum.

R. viij. Cibavit illum Domi nus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris pota vit eum. * Et exaltavit eum apud proximos suos. JT. In medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum spiritu sapientiæ et intellectus. — Et exaltavit eum apud proximos suos.

Lectio ix.

NAM cum Petrus semper in hujusmodi interrogatio nes ferventes prosiliret, iterum ejus fervorem retundens, quod non sit ulterius inquirendum, in hunc modum respondit: Sic eum volo manere donec ve niam, quid ad te? Noli arbi trari, inquit, eodem modo me



de vobis disposuisse. Hoc autem dixit, ut intempestivum affectum, et consuetudinis de siderium tolleret. Cum enim essent orbis terrarum curam suscepturi, simul amplius esse non oportebat.

ix. In medio ecclesiæ aperuit os ejus, * Et implevit eum Dominus spiritu sapien tiæ et intellectus, f. Jucundi tatem et exsultationem thesau rizavit super eum. — Et imple vit eum Dominus. Gloria. Et implevit eum Dominus.

Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Valde hono randus est beatus Joannes. Qui supra pectus Domini in cena recubuit.

AD LAUDES.

Omnia ut in Festo, pag. 758 servato modo Dominicæ.

Omissis Memoriis de Nativi tate et de S. Stephano, fiant duæ sequentes :

Memoria de SS. Innocentibus :

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. B?. In Sanctis suis. Oratio.

TXEUS, cujus hodierna die U præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala morti fica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Memoria de B. Maria V. :

Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conser vatam agnovimus tuam lau dabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti : tribue, quæ sumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum no strum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 21.

IN illo tempore : Dixit Jesus Petro : Sequere me. Con versus Petrus vidit illum disci pulum, quem diligebat Jesus, sequentem. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus. Tres Psalmi consueti et Symbolum Qui cumque vult.

Capitulum Regi sæculorum.

Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis, * Alleluia, alle cia. Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria. Alleluia. Gloria. Jesu Christe.

f. Exsurge Domine, adjuva nos. R?. Et libera nos propter nomen tuum.

Confiteor..Misereatur..

Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, cum duplici Alleluia., ff. et Oratio ut in Festo, pag. 759 ! et pag. 760.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium ejus.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi Apostolo rum, pag. 34*.

Capitulum. Eccli. 15.

Qui timet Deum facit bona: et qui continens est justi tiæ, apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater hono rificata.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus, Resultet terra gaudiis:
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

Qui cælum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

QUORUM præcepto subditur
Salus et languor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. ^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. In medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus, stola que gloriæ induit eum, alleluja' alleluja, alleluia.

Oratio '

ECCLESIAM tuam Domine benignus illustra : ut beati Joannis Apostoli tui et Evange listæ illuminata doctrinis, ad dona perveniat sempiterna Per.

Memoria de Octava die SS. Innocentium :

Ana. Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt : et non delebo nomina eorum de Libro vitæ.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloriami ni omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Memoria de B. Maria V. :

Ana. Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo peperit Salvatorem : te lauda mus Deus noster.

X. Tamquam sponsus. Do minus procedens de thalamo suo.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti : tribue, quze sumus, ut ipsam pro nobis in tercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ sus cipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.



AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civi tate David.

Ad Nunc dimittis Ana. Alle luia, Verbum caro factum est, alleluia : et habitavit in nobis, allecia, alleluia.

EADEM DIE III. JANUARII.
IN OCTAVA S. JOANNIS,
SI DOMINICA NON FUERIT.
TRES LECTIONES.

Non dicitur Officium quoti dianum B. Mariæ Virginis.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana. Valde honorandus est., J. In omnem terram, et Oratio Ecclesiam tuam. ut in ij. Vesperis Octa væ diei S. Stephani, pag. 787.

Memoria de SS. Innocenti bus et de B. Maria Virgine, ibidem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Re gem Apostolorum : *Qui pri vilegio amoris Joannem dilexit Apostolum.

HymnusExsultet cælum lau dibus., pag. 794.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Joannes Apostolus et Evange lista virgo est electus a Domi no, atque inter ceteros magis dilectus. Psalmus Cæli enar rant gloriam Dei. cum octo ceteris de Communi Apostolo rum, pag. 27*. et sequentibus.

f. Nimis honorati sunt amici tui Deus. 1$. Nimis confortatus est principatus eorum.

T Benedictiones secundum Feriam, scilicet Feria secun da et Feria quinta Benedi ctio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris dua bus.

De Epistola prima beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 2.

SCRIBO vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus. Scribo vobis patres, quoniam cogno vistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vo bis juvenes, quoniam fortes estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicistis malignum.

1^7. j. In illa die suscipiam te servum meum : et ponam te sicut signaculum in conspectu meo : * Quoniam ego elegi te, dicit Dominus, f. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitæ. — Quoniam ego elegi te, dicit Dominus.

Lectio ij.

•V TOLITE diligere mundum, IN neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo : quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculo rum, et superbia vitæ : quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, et con cupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

ij. Cibavit illum Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris po tavit eum : * Et exaltavit eum apud proximos suos. y. In medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum spiritu sapien tiæ et intellectus. — Et exal tavit eum apud proximos suos.

Ex Tractatu sancti Augustini Episcopi in Joannem.

(Tract. 36 .)

Lectio iij.

IN quatuor Evangeliis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, sanctus Joannes Apostolus non immerito se cundum intelligentiam spiri talem aquilæ comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit prædicationem suam : et in ejus erectione etiam corda nostra erigi vo luit. Nam ceteri tres Evange listæ, tamquam cum homine Domino in terra ambulantes,de divinitate ejus pauca dixerunt.

fy iij. In medio ecclesiæ ape ruit os ejus,* Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus, f. Jucunditatem et exsultationem thesaurizavit super eum. — Et implevit eum Dominus. Gloria. Et implevit eum Dominus.

Canticum Te Deum lauda mus.

Ante Laudes f. Valde hono randus est beatus Joannes. Qui supra pectus Domini in cena recubuit.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Hic est discipulus ille, qui testimo nium perhibet de his, et sci mus quia verum est testimo nium ejus. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag ,7

Capitulum, Hymnus, f., Ana ad Benedictus et Oratio ut in Laudibus Festi, pag. 759.

Memoria de SS. Innocentibus:

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

f. Mirabilis Deus. 1$. In San ctis suis. oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala morti fica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Memoria de B. Maria V.:

Ana. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conser vatam agnovimus tuam lauda bilem virginitatem : Dei Geni trix intercede pro nobis,

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Do minus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti: tribue, quæsi mus, ut ipsam pro nobis interce dere sentiamus, per quam me ruimus auctorem vitæ suscipe re : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitu tionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Hic est discipulus ille. ut in Laudibus.



Capitulum Regi sæculorum immortali.

R. Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis, * Alleluia, allecia. Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria. Alleluia. Gloria. Jesu Chri ste.

f. Exsurge Domine, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Preces, ut pag. 32. notatum est; Oratio In hac hora.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, cum duplici Alleluia., fj. et Oratio ut in Festo, pag. 759 et pag. 760.

AD II. VESPERAS.

Omnia eodem modo fiant ac si Octava dies S. Joannis in Dominica evenerit, ut videli cet pag.794. notatum est, cum Memoriis de sequenti Octava die SS. Innocentium et de B. Maria Virgine ibidem po sitis.

T Prædictus modus servan dus est etiam si Dominica se quatur.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Alia. Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civi tate David.

Ad Nunc dimittis Ana. Alle luia, Verbum caro factum est, alleluia : et habitavit in nobis, alleluia, alleluia.

Preces, ut pag. 151. notatum est.

DIE IV. JANUARII.
IN OCT. SS . INNOCENTIUM,
SI DOMINICA FUERIT.

NOVEM LECTIONES.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana Ambula bunt.,y. Lætamini in Domino, et Oratio Deus, cujus hodierna die. ut in ij. Vesperis Octavæ diei S. Joannis, pag. 794.

Memoria de B. M . V. ibidem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Venite, adoremus Regem regum, et Hymnus Quæ vox., ut in Festo, pag. 761.

T In tribus Nocturnis Psalmi, Antiphonæ et fj. ut in Festo, pag. 761. et sequentibus; I Lectiones et ut infra.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 9.

AN non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

j. Sub altare Dei audivi voces occisorum dicentium : Quare non defendis sanguinem nostrum ? Et acceperunt divi num responsum : * Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fra trum vestrorum, f. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ : et dictum est illis. — Adhuc sustinete modicum tempus.

Lectio ij.

y^vuos et vocavit nos non
Vysolum ex Judæis, sed etiam exuentibus, sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam, Plebem meam : et non dilectam, Dilectam : et non misericordiam consecutam, Misericordiam consecutam. Et erit: In loco, ubi dictum est eis, Non plebs mea vos : ibi vocabuntur Filii Dei vivi. Isaias autem clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris,reliquiæ salvæ fient.

fy ij. Effuderunt sanguinem Sanctorum velut aquam in circuitu Jerusalem : * Et non erat qui sepeliret, y. Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. — Et non erat qui sepeliret.

Lectio iij.

T TERSUM enim consummans,
V et abbrevians in æquitate : quia verbum breviatum faciet Dominus super terram : et sicut prædixit Isaias : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Scdoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quod Gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam : justitiam autem, quæ ex fide est. Israel vero sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit.

^Z. iij. Adoraverunt viventem in sæcula sæculorum, * Mittentes coronas suas ante thronum Domini Dei sui. f. Et I ceciderunt in conspectu throni in facies suas : et benedixerunt viventem in sæcula. — Mittentes coronas suas. Gloria. Mittentes coronas suas.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

I (Hom. 3. in varios Matth. locos.)

Lectio iv.

DICUNT Domino laudes lacten
cidit ab Herode
tes : loquuntur sanguine, quod lingua non possunt : passione canunt, quod sermone non norunt : occisi prædicant, quod vivi non poterant. Contulit martyrium laudem, quibus negaverat natura sermonem : licuit sanguine clamare, quibus narrare non licebat voce : licuit sanguine loqui, quibus lingua non licuit : miscent cum Domino colloquia, quibus humana negata sunt verba.

iv. Isti sunt Sancti, qui passi sunt propter te Domine: vindica eos, * Quia clamant ad te quotidie, y/. Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. — Quia clamant ad te quotidie.

Lectio v.

O BEATA lactentium gloria, quibus pro Christo contigit dedicare martyria! Experiuntur tempore uno nativitatem, et mortem; ingressum, et exitum ; principium, et occasum : ut ipsis posset contingere tempore uno, et nascendo ingredi mundum, et dedicare martyrio cælum. Probat novos exercitus Christus : rudes milites desi gnat : legiones lactentes victoria parta coronat.

^Z. v . Cantabant Sancti canticum novum ante sedem Dei et Agni : * Et resonabat terra in voces eorum. JF. Sub throno



Dei Sancti clamant : Vindica sanguinem nostrum Deus noster. — Et resonabat terra in voces eorum.

Lectio vj.

FUNT pro Christo victores,
qui ætate fuerunt coæqua-
les : fiunt infantes sine certa-' mine fortes, sine pugna victores. Mercantur pœna marty-1 rium, gloriam sanguine comparant, æternam vitam temporali morte commutant. Transmittit infantes infans Christus ad cælum : nova xenia Patri, primitias fructuum exhibet Genitori. Ostendit futuram fecundissimam messem, dum in semine tantam exhibet ubertatem.

vj. Isti sunt Sancti, qui non inquinaverunt vestimenta sua : * Ambulabunt mecum in albis, Quia digni sunt y. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. — Ambulabunt mecum in albis. Gloria. Quia digni sunt.

IN in. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Angelus
Domini apparuit in somnis
Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Homil. 8. in Matth. ante medium.)

QUÆ cum audisset Joseph,
nequaquam passus est
scandalum, neque dixit, Incerta ista res est, ac prorsus ambigua. Tu paulo ante dicebas quia salvabit populum suum : et nunc seipsum quidem non potest de periculis liberare; sed fuga nobis est necessaria, et peregrinatio, ac transmigratio longinqua. Contraria omnino sunt facta promissis.

vij. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, quod habebant et clara voce dicebant: Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, * Qui effusus est. V. Sub throno Dei Sancti clamant : Vindica Domine sanguinem nostrum. — Qui effusus est.

Lectio viij

SED horum nihil prorsus op
ponit : vir enim erat fidelis.
Neque curiose reversionis tempus inquirit, quod utique ab Angelo non signate fuerat expressum. Sed, Esto ibi, inquit, usquequo dicam tibi. Verum ille nec per ista quidem factus est segnior; sed obedivit libenter, et credidit, omnes prorsus tribulationes cum gaudio sustinendo. Enimvero misericors Deus mæstis rebus quædam etiam jucunda permiscuit.

1$. viij. Sub throno Dei Sancti clamant :* Vindica sanguinem nostrum Deus noster, f. Sub altare Dei audivi voces occisorum, clamantium et dicentium. — Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

Lectio ix.

UOD certe in sanctis omni
KJ bus facit, quos neque tribulationes, neque jucunditates sinit habere continuas : sed tum de adversis, tum ex prosperis justorum vitam quasi admirabili varietate contexit.

Quod hic quoque eum fecisse considera. Quippe sanctus Jo seph videns Puerum natum, maxima exsultatione repletus est : sed huic gaudio pericu lum grande successit, cum tota utique civitas turbaretur, ipse rex fureret, et ad necem Pue rum quæreret.

ıx. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum mu lieribus non sunt coinquinati : virgines enim permanserunt : * Ideo regnant cum Deo, et Agnus Dei In illis. f . Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno : et in ore ipsorum non est inventum mendacium. – Ideo regnant cum Deo. Gloria. In illis.

Canticum Te Deumlaudamus.

Ante Laudes Exsultabunt Sancti in gloria. Lætabun tur in cubilibus suis.

AD LAUDES.

Omnia ut in Festo, pag. 769. servato modo Dominicæ.

Omissis Memoriis de Nativi tate, de S. Stephano et de S. Joanne, fiat Memoria de B. Maria Virgine :

Aha. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conser vatam agnovimus tuam lauda bilem virginitatem : Dei Geni trix intercede pro nobis.

y. Benedictus qui venit in nomine Domini. I^z. Deus Do minus, et illuxit nobis. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia prætitisti : tribue, quæsu mus, ut ipsam pro nobis inter cedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ sus cipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 2,

IN illo tempore : Angelus Do mini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et ac cipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in B6thlehem Judæ civitate David. Tres Psalmi consueti et Symbolum Quicumque vult.

Capitulum Regi sæculorum,

Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis,* Alleluia, alle luja. Jesu Christe, y. Qui natus es de Virgine Maria. Alleluia. Gloria. Jesu Christe.

)T. Exsurge Domine, adjuva nos. Rz. Et libera nos propter nomen tuum.

Confiteor..., Misereatur... Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Ana. A bimatu et infra occi dit multos pueros Herodes propter Dominum.

Capitulum. Apoc. 14

VIDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta qua tuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scri ptum in frontibus suis.

Ri. Lætamini in Domino, et exsultate justi, * Alleluia, alle luia. Lætamini, f. Et gloria mini omnes recti corde. Alle luia. Gloria. Lætamini.



f. Exsultent justi in conspe ctu Dei. Et delectentur in lætitia. Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : om nia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

AD SEXTAM.

Ana. Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus : Ra diet plorans filios suos.

Capitulum. Apoc. 14 .

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. Hi sequun tur Agnum quocumque ferit.

Rz. Exsultent justi in conspe ctu Dei, * Alleluia, alleluia. Exsultent, y. Et delectentur in lætitia. Alleluia. Gloria. Ex sultent.

f. Justi autem in perpetuum vivent. Et apud Dominum est merces eorum.

Oratio Deus, cujus hodierna die. ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Ana. Cantabant Sancti can ticum novum ante sedem Dei et Agni : et resonabat terra in voces eorum.

Capitulum. Apoc. 14 .

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, et Agno : et in ore ipsorum non est inven tum mendacium.

R?. Justi autem in perpetuum vivent, * Alleluia, allecia. Justi autem. f . Et apud Domi num est merces eorum. Alle luia. Gloria. Justi autem.

y. Mirabilis Deus. ^z. In Sanctis suis.

Oratio Deus, cujus hodierna die., ut ad Tertiam.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate Da vid. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi pluri morum Martyrum, pag. 62*

Capitulum. Apoc. 14 .

T TIDI supra montem Sion V Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta qua tuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scri ptum in frontibus suis.

Hymnus.

QUÆ VOX, quæ poterit lingua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido sanguine, laureis
Ditantur bene fulgidis.

TE summa Deitas unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia sub trahas :
Des pacem famulis, nos quo que gloriam
Per cuncta tibi sæcula.
Amen.

y. Lætamini in Domino, et exsultate justi. R?. Et gloria mini omnes recti corde.

Ad Magnificat Ana. Innocen tes pro Christo infantes occisi sunt: ab iniquo rege lactentes interfecti sunt: ipsum sequun tur Agnum sine macula, et dicunt semper : Gloria tibi Do mine.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt : omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, tutiam moribus vita fateatur. Per Dominum.

Memoria de B. Maria V. :

Ana. Germinavit radix Jesse : orta est stella ex Jacob : Virgo peperit Salvatorem : te laudamus Deus noster.

y. Tamquam sponsus. I^r. Dominus procedens de thalamo suo.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Natus est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Verbum caro factum est, alleluja : et habitavit in nobis, alleluja, alleluja.

EADEM DIE IV. JANUARII.

IN OCTAVA SS. INNOCENTIUM, SI DOMINICA NON FUERIT.

TRES LECTIONES.

Non dicitur Officium quotidianum B. Mariæ Virginis.

IN I. VESPERIS.

Ad Memoriam Ana. Ambulabunt mecum., Jm Lætamini in Domino, et Oratio Deus, cujus hodierna die. ut in ij. Vesperis Octavæ diei S. Joannis pag- 794

Memoria de B. Maria Virgine, ibidem.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Venite adoremus Regem regum.et Hymnus Quæ vox. ut in Festo, pag. 761.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Novit Dominus vias Innocentium, qui non steterunt in viis peccatorum. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum octo ceteris ut in Festo, pag. 76I.etsequentibus.

y. Justi autem in perpetuum vivent. I^z. Et apud Dominum est merces eorum.

T Benedictiones secundum Feriam, scilicet Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 9.

AN non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

j. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, quod habebant, et clara voce dicebant : Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, * Qui effusus est. J. Sub throno Dei Sancti clamant : Vindica Domine sanguinem nostrum. — Qui effusus est



Lectio ij.

Quod et vocavit nos, non solum ex Judæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, Plebem meam : et non dilectam, Dilectam : et non misericordiam consecutam, Misericordiam consecutam. Et erit : In loco, ubi dictum est eis, Non plebs mea vos : ibi vocabuntur Filii Dei vivi. Isaias autem clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiæ salvæ fient.

ij. Sub throno Dei Sancti clamant: * Vindica sanguinem nostrum Deus noster, y. Sub altare Dei audivi voces occisorum, clamantium, et dicentium. — Vindica sanguinem nostrum Deus noster.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
(Hom. 3. in varios Matth. locos.)
Lectio iij.

DICUNT Domino laudes trucidati ab Herode lactentes : loquuntur sanguine quod lingua non possunt : passione canunt, quod sermone non norunt : occisi prædicant, quod vivi non poterant. Contulit martyrium laudem, quibus negaverat natura sermonem : licuit sanguine clamare, quibus narrare non licebat voce : licuit sanguine loqui, quibus lingua non licuit : miscent cum Domino colloquia, quibus humana negata sunt verba.

iij. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra, hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim permanserunt : * Ideo regnant cum Deo, et Agnus Dei In illis. y. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno : et in ore ipsorum non est inventum mendacium. — Ideo regnant cum Deo. Gloria. In illis.

Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes Exsultabunt Sancti in gloria, i^z. Lætabuntur in cubilibus suis.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum. Apoc. 14.

VIDI supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

Hymnus.

CATERVA matrum personat
Collisa deflens pignora,
Quorum tyrannus millia
Christo sacravit victimas.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula.
Amen.

f. Mirabilis Deus. ^z. In Sanctis suis.

Ad Benedictus Ana. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt, et sequuntur Agnum quocumque ierit.

Oratio.

DEUS, cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres, non loquendo sed moriendo, confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per.

Memoria de B. Maria V. :

Aha. Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem : Dei Genitrix intercede pro nobis.

yr. Benedictus qui venit in nomine Domini. Deus Dominus, et illuxit nobis.

Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Aha. Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ civitate David.

Capitulum Regi sæculorum immortali.

Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis, * Alleluia' alleluja. Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria. Alleluia. Gloria. Jesu Christe.

y. Exsurge Domine adjuva nos. Bf. Et libera nos propter nomen tuum.

Preces, ut pag. 32. notatum est. Oratio In hac hora.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ, Capitula, ^zR. cum duplici Alleluia., Jf. et Oratio ut pag. 800. et pag. 801. notatum est.

AD II. VESPERAS.

Omnia eodem modo fiant ac si Octava dies SS. Innocentium in Dominica evenerit, ut videlicet pag. 801. notatum est, cum Memoria de B. Maria Virgine ibidem posita.

T Prædictus modus servandus est etiamsi Dominica sequatur.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aha. est nobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

Ad Nunc dimittis Aha. Alleluia, Verbum caro factum est, alleluia : et habitavit in nobis, alleluia, alleluia.

Preces ut pag. 151. notatum est



DIE X. JANUARII.
B. GUNDISALVI
CONF. ORD. PRÆD.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Afia. Apostolicæ virtutis Gundisalvus imitator ac æmulus repositam in cælis justitiæ coronam tandem accepit. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 49.

DIRECTUS est divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

Rz. In rapidi fluminis alveo, periclitantium misertus Christi servus, pauper opibus sed fide dives, pontem nobilissimum aggressus est *In nomine Domini. f . Ad imperium ejus tacta baculo rupes vinum fundebat, et illi ad manum placidi confluebant pisces. — In nomine Domini. Gloria. In nomine Domini.

Hymnus.

AD sacerdotis nova Gundisalvi
Festa, decursu redeuntis anni,
Confluat cantu resonans canoro
Turba fidelis.

ATTAMEN plausu modulatior
Prædicatorum sacer Ordo, cujus
Exstitit magnum decus ille,, sacros
Concinat hymnos.

MAGNA magnarum documenta vivens
Ante virtutum dedit : ad superna
Regna translatus dat ubique vitæ
Signa beatæ.

ILLIUS nomen populi cadentis
Solis, afflicti varie, salutant :
Fallitur nemo, queriturve mæstus
Damna repulsæ.

ILLIUS currunt ad opem sepulcri,
Dissiti quamvis procul, agminatim :
Nec capit duplex Amarantus amplas
Sæpe catervas.

LAUS sit æternæ pia Trinitati,
Cujus e cælo parilis potestas,
Quidquid est, quidquid viget ac movetur,
Omne gubernat. Amen.

Ora pro nobis beate Gundisalve. 1^7. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. In carne præter carnem vivens, angelicæ castitatis imaginem exhibuit : cujus nomen dignum est quod immortali memoriæ consecretur.

Oratio.

DEUS, qui beatum Gundisalvum Confessorem tuum sancti nominis tui amore mirabiliter inflammasti : concede, quæsumus, ut illius vestigiis inhærentes semper te cogitemus, et quæ tibi grata sunt inflammato studio faciamus. Per.

Memoria de Octava Epiphaniæ :

Ana. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

y. Reges Tharsis et insulæ munera offerent, fy. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

Omittitur Memoria de B. Maria Virgine in utrisque Vesperis et Laudibus.

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aha. Lux de luce apparuisti Christe, cui Magi munera offerunt, alleluja, alleluja, alleluja.

In fine Hymni dicatur hæc Stropha :

GLORIA tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Prædicta Stropha concludantur etiam Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Omnes de Saba venient, alleluia, aurum et thus deferentes, alleluia, alleluja.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem regum, qui beatum Gundisalvum perenni gloria decoravit, * Venite adoremus.

Hymnus.

NOCTIS excusso mediæ sopore,
Excitet mentes famulus beatus :
Inque divinas pia gesta laudes
Ora resolvant.

FONTE lustrali simul atque tinctus,
Pendulam passi Domini figuram
Et Genitricis memori tenebat
Mente puellus.

EVIDENS signum, fore post utrique
Deditum cultu famulum perenni,
Bucinatorem Crucis, et beatæ
Virginitatis.

BRACARI talem populi per omne
Tempus experti, meminere, prisci
Turduli; talem Tamacana felix
Prædicat ora.

USQUE Vaccæos modo Vettonesque
Tenditur gressu properante fama :
Cis Tagum transque late, populosa
Mœnia complens.

LAUS sit æternæ pia Trinitati,
Cujus e cælo parilis potestas,
Quidquid est, quidquid viget ac movetur,
Omne gubernat. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Aha. Tamquam lignum plantatum secus decursus aquarum, fructum salutiferum dedit Gundisalvus suo tempore.

Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus.

Ana. Prædicans præceptum Domini, in stadio præsentis vitæ sic certavit, ut vinceret: sic cucurrit, ut comprehenderet.



Ana. Exaudivit Dominus Sanctum suum de monte sancto suo, et suscepit eum, in salutem et benedictionem rudium populorum.

f. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. I^z. Stolam gloriæ induit eum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 6.

FILI, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam. Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta. Quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei.

j. Ab ineuntis ætatis primordio animum suum dedit Gundisalvus ad virtutem et sapientiam, et permansit illi usque ad conspectum Dei. * Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. In malevolam animam non intrabit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. — Bonum est viro.

Lectio ij.

AUDI fili, et accipe consilium intellectus, et ne abjicias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne aceedieris vinculis ejus. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus. Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam : in novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ. Decor enim vitæ est in illa, et vincula illius alligatura salutaris. Stolam gloriæ indues eam, et coronam gratulationis superpones tibi.

Ifc. ij. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore habeantur, maxime qui laborant * In verbo et doctrina, jp. Non soli sibi laboravit, sed omnibus exquirentibus veritatem. — In verbo et doctrina.

Lectio iij.

FILI, si attenderis mihi, disces : et si accommodaveris animum tuum, sapiens eris. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam : et si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, et proverbia laudis non effugiant a te. Et si videris sensatum, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto : et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

iij. Qui ad justitiam eru diunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates: * Semita enim vitæ super eru ditum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo. — Semita enim. Gloria. Semita enim.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Mirificasti Domine San ctum tuum, cum signato super illum vultus tui lumine, ab in fantia cum Christo eum simul crucifixisti.

Ana. Lumbos suos zona casti tatis præcinxit, et cetera vitio rum incentiva penitus exstir pavit.

Aha. In pauperibus alendis I benignitatem, in laboribus et injuriis tolerandis patientiam, in religionis cultu perpetuam præstitit sanctimoniam.

y. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R?. Et ostendit illi regnum Dei.

Lectio i v.

GUNDISALVUS, peregrinan tium, anachoretarum et prædicatorum illustre specu lum, Athanagilde in Lusitania nobilibus ac piis parentibus natus est Ab ipso suscepto baptismate, atque adhuc infan-! tulus, suæ erga Christi, Dei-1 paræ ac Sanctorum imagines, I religionis indicia præbuit. A J devoto presbytero virtutum ac • litterarum rudimentis imbutus, adolescentiam sub domestica Bracarensis Archiepiscopi di sciplina sancte peregit. A quo demum initiatus sacerdotio, Ecclesiæ sancti Pelagii super Viscellam præfectus est Hoc in munere, virtutum omnium exemplo pastoris optimi partes explevit. Antistitis sui accepta venia, relictoque vicario, in peragendis ac invisendis Hie rosolimitanis ac Romanis sa crariis quatuordecim annos impendit. Ad propria demum reversus, et a vicario suo, quem ob pauperum eleemosynas in proprium luxum conversasdure increpuit, minis ac fustibus ex ceptus, eremiticam vitam ele git. Amaranthumque secedens, exstructo in honorem Deiparæ sacello, solitarius hæsit, et vi cinæ plebi instruendæ se de vovit

RL iv. Effudit Dominus super servum suum aquam mundam, et spiritum suum posuit in me dio ejus : * Ut in præceptis Dei ambularet. Baptismi gratiam consecutus, admirabi lis innocentiæ donum amplius accepit. — Ut in præceptis Dei ambularet.

Lectio v.

AD vitæ genus Deiparæ acceptissimum aspirans, in tegram Quadragesimam solo pane et aqua transegit : eam dem ardentissimis precibus in terpellans, ut voluntatem suam, hac in re, aperto signo testa retur. Res ei pro voto cessit : designatumque Prædicatorum Ordinem professus est Exacto Religionis tirocinio, statim ei prædicationis munus imponi tur : proque uberiori anima rum lucro Amaranthum, socio Religionis adjuncto, remitti tur. Inter alia mirifica, quibus totam illam regionem rapuit, prodigiosum opus aggressi est : cum precariis subsidiis,



periculoso^ flumini Tamagæ pontem saxeum arcuatæ mo lis instravit, loco quidem im pervie, sed sibi per Angelum designato. Operarios, elicitis e petra copiosis vini fluentis, po tavit sæpius : pisces quoque in eorum alimoniam, quotquot sufficerent, ad ripam pluries evocavit et obsequentes ad manum habuit Post multos ab obitu suo annos, eumdem pontem, desuper omnibus con spicuus, ab inevitabili exitio servavit

v. Educatus in disciplina et correptione Domini Gundi salvus, accepit armaturam Dei, * Et in omnibus stetit perfe ctus. y. Castitatem, et carnis munditiam amavit : et ideo manus Domini confortavit illum. — Et in omnibus stetit perfectus.

Lectio vj.

ECCLESIASTICI anathematis fulmen imple subsannantes sub concione publico miraculo deterruit Demum Vir sanctus, annis, et laboribus evangelicis fractus, obitum imminentem divina revelatione cognovit : quem, susceptis Sacramentis, lætus aspexit, Virginis Deipa ræ et astantium cælitum vi sione recreatus. Ejus corpus ad hanc usque diem miraculis co ruscat, ac frequentissimo po puli concursu celebratur. Beati Gundisalvi diem solemnem ha beri, primum Lusitaniæ clero concessere Romani Pontifices Julius Tertius et Pius Quartus, comperta ac probata sanctita tis ejus fama per judices Apo stolicos. Tandem eamdem con cessionem Clemens Decimus, de consilio Congregationis sa crorum Rituum, ad universum Prædicatorum Ordinem exten dit.

vj. Crevit ab infantia cum beato Viro miseratio, et de utero matris egressa est cum illo : * Non negavit pauperi bus quæ volebant, Et oculos viduæ exspectare non fecit. Buccellam suam non come dit solus : sed comedit pupillus ex ea. — Non negavit. Gloria. Et oculos viduæ.

IN III. NOCTURNO.

Aha. Ingressus sine macula, justitiam operatus est: et sem per veritatem locutus, usque in finem in verbi ministerio laboravit.

Aha. Dedit Dominus famu lum suum in benedictionem in sæculum sæculi, dum divini tus juvantur qui invocant no men ejus.

Aha. Innocens manibus et mundo corde fuit Vir beatus : propter quem accepit a Domi no benedictionem noster orbis, et universi, qui habitant in eo.

y. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Respondens Jesus dixit : Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sa pientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reli qua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(HomiL 39. in Matth.)

QUOD hic, Confiteor, dixit, idem valet quod Gratias ago. Gratias, inquit, tibi ago, quoniam a prudentibus et sa pientibus hæc celasti. An igi tur perditione illorum gaudere ipsum dicemus, et quoniam illi hæc non didicere? Minime. Non ergo quia sapientes non cognoverunt, gaudet: sed quia parvuli perceperunt, lætatur. Ita et Paulus dicit : Gratias ago Deo meo, quoniam fuistis servi peccati : obedistis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ. Non ergo Paulus propterea gaudet, quia erant servi peccati : sed quia, cum essent hujusmodi, veritatis cultores facti sunt.

vij. Dignam percepisti Domine peregrinationem pueri tui, et misisti Angelum tuum bonum ante me : * In timore et tremore magnitudinis bra chii tui. y. Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco peregrinationis. — In ti more.

Lectio viij.

PRUDENTES autem hic Scri bas et Pharisæos appellat : quibus verbis alacriores reddit discipulos : cum intelligant illa se piscatores esse consecutos, a quibus illi summi, ut vide bantur, viri exciderunt. Cum autem Sapientes dixerit : non illam veram laudabilem sapien tiam intelligit : sed hanc, quæ seculari doctrina præstatur. Idcirco etiam non dixit, Stultis revelasti, sed Parvulis : quasi non formatis adhuc, sed simpli cibus.

viij. Suscitavit Dominus sibi sacerdotem fidelem, qui juxta cor ejus et animam ejus fecit : * Et ambulavit coram Christo Domini cunctis diebus. f. Mansuetus et patiens, cum modestia corripiebat eos, qui resistebant veritati. — Et am bulavit.

Lectio ix.

ITA ostendit non indigne illos, sed jure his rebus fuisse pri vatos : ac per omnia nos docet flatum superbiæ omnino esse fugiendum, ac simplicitatem æmulandam. Quod Paulus am plioribus verbis scribit, dicens: Si quis in vobis videtur in hoc sæculo sapiens esse, is fiat stultus, ut sapiens efficiatur : sic enim gratia Dei monstratur. Cur vero gratias agit Patri, cum ipse illud fecerit? Sicut orat et intercedit pro nobis ad Deum, magnam erga nos de clarans caritatem, sic etiam et hoc ex caritatis fervore per agit.

ix. In rapidi fluminis alveo periclitantium misertus Christi servus, pauper opibus, sed fide dives, pontem nobilissimum aggressus est * In nomine Do mini. y . Ad imperium ejus tacta baculo rupes vinum fun debat, et illi ad manum placidi confluebant pisces. — In no mine Domini. Gloria. In nomi ne Domini.

Ante Laudes y. Ora pro nobis beate Gundisalve. ^z. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Testimonia sua fecit Domi nus credibilia, dum opera, quæ fecit ipse, servus ejus fecit, et illis majora facit. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. In hymnis confiteantur Do mino Lusitant quia patronus singulari gratia datus est illis.

3. Labia Prædicatorum lau dent Dominum : cumulum enim et ornamentum accepit sacer Ordo maximum.

4. Sacerdotes Domini Domino benedicant, et presbyterorum normam celebrent Gundisal vum.

5. In ecclesia sanctorum laus Domini et canticum frequen tetur, et cum gaudio Viri san ctissimi annua colatur memo ria.



Capitulum. Eccli. 49.

DIRECTUS est divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

Hymnus.

PELLIT e cælo rubicundus umbram
Lucifer crassam, properans re ferre
Ob diem sancti bona Gundi salvi
Gaudia mundo.

JUBILO mentis, bona lux Iberis
Fulget extremis, merito co lenda :
Nunc decet festa redimire passos
Fronde capillos.

NUNC decet postes operire lauris,
Et maris rorem gracilesque myrtos
Per fores passim patulas lo care,
More triumphi.

NUNC et aulæis decorata pictis
Templa divinos resonent ho nores :
Crebra de plenis oleant acerris
Thura per aras.

Sic honoratur pietas, et istud
Præmium donant aditi labores
Pro Deo : vitæ tribuit mole stæ
Talia Christus.

LAUS sit æternæ pia Trini tati,
Cujus e cælo parilis potestas,
Quidquid est, quidquid viget ac movetur,
Omne gubernat. Amen.

y. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æter num ante Dominum,

Ad Benedictus Aha. Trans curso vitæ hujus curriculo, confessionis suæ præmio po titus est in cælis, et est in terris gloriosum sepulcrum ejus.

Oratio.

DEUS, qui beati Gundisalvi Confessoris tui mentem sancti nominis tui amore mira biliter inflammasti : concede, quæsumus, ut illius vestigiis inhærentes semper te cogite mus, et quæ tibi grata sunt inflammato studio faciamus. Per.

Memoria de Octava Epipha niæ :

Aha. Descendit Spiritus san ctus corporali specie sicut co lumba in ipsum, et vox de cælo facta est : Hic est Filius meus dilectus, alleluia.
y. Adorate Dominum. In aula sancta ejus.

Oratio.

DEUS, qui hodierna die Unigenitum tuum Gentibus stella duce revelasti : concede propitius ut qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Jesu Christe. X Qui apparuisti hodie.

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 49.

DIRECTUS est divinitus in pœnitentiam gentis, et tulit abominationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, et in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

T et f f. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 76*

Oratio.

DEUS, qui beati Gundisalvi Confessoris tui mentem sancti nominis tui amore mirabiliter inflammasti : concede, quæsumus, ut illius vestigiis inhærentes semper te cogitemus, et quæ tibi grata sunt inflammato studio faciamus. Per.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 47.

DEDIT in celebrationibus decus, et ornavit tempora sua usque ad consummationem vitæ, ut laudarent nomen sanctum Domini, et amplificarent Dei sanctitatem.

Oratio Deus, qui beati Gundisalvi. ut ad Tertiam.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 48.

NON superavit illum verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus. In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est.

Oratio Deus, qui beati Gundisalvi. ut ad Tertiam.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Testimonia sua fecit Dominus credibilia, dum opera, quæ fecit ipse servus ejus fecit, et illis majora facit. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Directus est., Hymnus Ad sacerdotis, et f. Ora pro nobis., iit in j. Vesperis, pag. 805.

Ad Magnificat Ana. O admirabilis Christi Confessor, o indefesse veritatis præco Gundisalve, te canentibus clemens suffragare, et apud æternæ majestatis tribunal piis precibus nos Pater adjuva.

Oratio Deus, qui beati Gundisalvi. ut ad Tertiam.

Memoria de Octava Epiphaniæ :

Ana. Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno : et intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus et myrrham.

f. Reges Tharsis et insulæ munera offerent. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Oratio Deus, qui hodierna die. ut supra.



DIE XIV. JANUARII.

S. HILARII

EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX

AD I. VESPERAS.

T Si Dominica non fuerit, Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in ij. Vesperis Epiphaniæ pag. 257.; super Psalmos Ana. Iste Sanctus., Capitulum Dilectus Deo.,fy. Sancte Hilari., Hymnus Iste Confessor., pag. 67*; Jt. Amavit eum Dominus, et ad Magnificat Ana Confessor Domini Hilari., pag. 68*. Oratio.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: præsta, quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per.

Deinde fiat Memoria de Octava die Epiphaniæ per Anam Fontes aquarum., W* Reges Tharsis. et Orationem Deus cujus Unigenitus., utpag.287.

T Si vero dies Octava Epiphaniæ Dominica fuerit, super Psalmos Epiphaniæ dicetur Ana.Veterem hominem renovans Salvator, venit ad baptismum : ut naturam, quæ corrupta erat, per aquam recuperaret, incorruptibili veste circumamictans nos. Capitulum et cetera ut supra.

IN I. NOCTURNO.

T Si Dominica non fuerit dicantur Lectiones De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios : Et ego fratres., pag. 287.

T Si vero I Dominica fuerit, dicantur Lectiones De Epistola prima ad Corinthios : De iis autem., pag. 295.

T Si festum S. Hilarii transferri contigerit, dicantur in j. Nocturno Lectiones de Scriptura currente.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Fortunato, aliisque prob. Auct. et ex Brev. Rom.)

Lectio iv.

HILARIUS in Aquitania nobili genere natus, doctrina et eloquentia excoluit. Qui primum in matrimonio quasi monachi vitam egit : deinde proptersingulares virtutes Pictavorum Episcopus crea-, tur : quod munus episcopale sic gessit, ut a fidelibus summam laudem consequeretur. Quo tempore, cum terroribus, bonorum spoliatione, exsilio, et omni crudelitate Constantius imperator Catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent : Hilarius tamquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorem in se concitavit. Itaque multis petitus insidiis, tandem dolo Saturnini Arelatensis Episcopi, de synodo Biterrensi in Phrygiam relegatus est : ubi et mortuum suscitavit, et libros duodecim scripsit de Trinitate contra Arianos.

Lectio v.

QUADRIENNIO post, coacto concilio ad Seleuciam Isauriæ urbem, Hilarius adesse compulsus est : ac deinde Constantinopolim profectus,

ubi extremum fidei periculum animadvertit, tribus libellis pu blice datis, audientiam impe ratoris poposcit, ut de fide cum adversariis coram disputaret. Verum cum Ursacius et Valens Ariani Episcopi, quos Hilarius scriptis conflarat, præsentis eruditionem pertimescerent : Constando persuaserunt ut specie honoris eum in suum episcopatum restitueret Tunc Hilarium e prœlio hæretico rum revertentem, ut inquit sanctus Hieronymus, Galliarum Ecclesia complexa est : quem ad episcopatum secutus est Martinus, qui postea Turo nensi præfuit Ecclesiæ : tan tumque illo doctore profecit, quantum ejus postea sanctitas declaravit

Lectio vj.

MAGNA deinceps tranquilli tate Pictavorum Eccle siam administravit : Galliam que universam adduxit, ut Arianorum impietatem con demnaret. Multos libros scri psit mira eruditione, quorum perquam studiosum fuisse san ctum Hieronymum constat : qui etiam Hilarium Latinæ eloquentiæ Rhodanum appel lat Migravit in cælum Idibus Januarii, Valentiano et Va lente imperatoribus, anno post Christum natum trecentesimo sexagesimo nono. Eum a mul tis Patribus et conciliis insi gnem Ecclesiæ Doctorem nun cupatum, atque uti talem in aliquot dioecesibus cultum, tandem, instante synodo Bur digalensi, Pius Nonus Ponti fex Maximus, ex sacrorum Ri tuum Congregationis consulto, universæ Ecclesiæ^oct6rem declaravit et confirmavit, ac ipsius festo die Missam et Officium de Doctoribus ab omnibus recitari jussit

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi unius Doctoris, pag. 80*.

DIE XV. JANUARII.

SS. NOMINIS JESU.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Philipp. 2 .

CHRISTUS humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dona vit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

^z. Lætentur omnes qui spe rant in te Domine : in æternum exsultabunt, et habitabis in eis : et gloriabuntur in te omnes * Qui diligunt nomen tuum. y . Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die. — Qui diligunt nomen tuum. Gloria. Qui diligunt no men tuum.

Hymnus.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordi gaudia,
Sed super mel et omnia
Ejus dulcis præsentia.



NIL canitur suavius,
Nil auditur jucundius,
Nil cogitatur dulcius
Quam Jesus Dei Filius.
JESU, spes pœnitentibus,
Quam pius es petentibus,
Quam bonus te quærentibus,
Sed quid invenientibus!
NEC lingua valet dicere,
Nec littera exprimere :
Expertus potest credere
Quid sit Jesum diligere.
Sis Jesu nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula.
Amen.

f. Sit nomen Domini bene dictum. ^z. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ad Magnificat Ana. Fecit mihi magna qui potens est : et sanctum nomen ejus.

Oratio.

DEUS, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Jesum vocari jussisti : concede propi tius ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quo que aspectu perfruamur in cælis : Qui tecum vivit.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Mauri Abbatis.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Mauri Abba tis commendet : ut quod no stris meritis non valemus ejus patrocinio assequamur. Per.

IN UTROQUE COMPLETORIO.

In fine Hymni dicatur hæc Stropha :

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Eodem modo concludantur Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Admirabile nomen Jesu, quod est super omne nomen, * Venite ado remus.

Hymnus.

JESU, Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
"Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis :
QUANDO cor nostrum visi tas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus fervet caritas.
JESU, dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
JESUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite :
Jesum ardenter quærite,
Quærendo inardesce.
TE nostra Jesu vox sonet,
Nostri te mores exprimant,
Te corda nostra diligant,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Aha. Domine Dominus no ster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Psalmus Domine Dominus i noster, cum ceteris ut in Festis B. M. V ., pag. 2*. et sequenti bus.

Ana. In nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, ter restrium, et infernorum.

Aha. Confitemini Domino, et invocate nomen ejus : me mentote quoniam excelsum est nomen ejus.

J. Propter nomen tuum Do mine propitiaberis peccato meo. Multum est enim.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 3.

PETRUS autem, et Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajula batur : quem ponebant quoti die ad portam templi, quæ di citur Speciosa, ut peteret elee mosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Pe trum et Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet. In tuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit : Argentum et aurum non est mihi : quod autem habeo, hoc tibi do : In nomine Jesu Chri sti Nazareni surge, et ambula. Et apprehensa manu ejus dex tera, allevavit eum, et protinus consolidatæ sunt bases ejus, et plantæ. Et exsiliens stetit, et ambulabat. Et intravit cum illis in templum ambulans, et exsiliens, et laudans Deum.

I??, j. Ecce concipies, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum : * Ipse enim salvum faciet populum suum a pecca tis eorum, f. Vocatum est no men ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. — Ipse enim.

Lectio ij.

ET vidit omnis populus eum ambulantem, et laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi • et impleti sunt stupore et exta si in eo, quod contigerat illi Cum teneret autem Petrum et Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis' stupentes. Videns autem Pel trus, respondit ad populum • Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut pote state fecerimus hunc ambula re? Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, et ne gastis ante faciem Pilati, judi cante illo dimitti. Vos autem Sanctum, et justum negastis,et petistis virum homicidam do nari vobis: Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus susci tavit a mortuis, cujus nos testes sumus. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, et no stis, confirmavit nomen ejus: et fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

R?. ij. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostro rum : qui cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, * Et in tempore tribulationis peccata dimittis, f. Et bene dictum nomen majestatis tuæ in æternum, qui facis mirabi lia solus. — Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

Lectio iij. Cap. 4

FACTUM est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, et seniores, et scribæ in Jerusalem : et Annas princeps sacerdotum, etCaiphas, et Joannes, et Alex ander, et quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuen tes eos in medio, interroga bant : In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos : Principes populi, et seniores audite : Si nos hodie dijudicamur in bene facto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel : quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixi stis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædifi cantibus, qui factus est in ca put anguli : et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

iij. Laudabo nomen tuum assidue, * Et collaudabo illud in confessione, f. Lætabor et exsultabo in te : psallam no mini tuo Altissime. — Et col laudabo illud in confessione. Gloria. Et collaudabo illud in confessione.



IN II. NOCTURNO.

Ana. Memores erunt nomi nis tui Domine, in omni gene ratione et generationem.

Ana. Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Ana. Omnes gentes, quas cumque fecisti, venient, et ado rabunt coram te Domine : et glorificabunt nomen tuum.

y. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

{Sermo 15. super Cantica.)

Lectio iv.

EST procul dubio inter oleum et nomen Sponsi similitu- do, nec otiose Spiritus sanctus alterutrum comparavit. Ego autem dico in triplici qua dam qualitate olei, quod lucet, pascit, et ungit, si vos melius non habetis. Fovet ignem, nu trit carnem, lenit dolorem : lux, cibus, medicina. Vide idem nunc et de Sponsi nomine : Lucet prædicatum, pascit re cogitatum, invocatum lenit et ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta et tam subita fidei lux, nisi de prædicato nomine Jesu? Nonne in hujus nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum? Quibus illumina tis, et in lumine isto videntibus lumen, dicat merito Paulus : Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

i v. Sperent in te qui nove runt nomen tuum : * Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine, f. Exsurge Domine, adjuva nos : et libera nos pro pter nomen tuum. — Quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.

Lectio v.

Hoc denique nomen coram regibus, et gentibus, et filiis Israel portare jussus est idem Apostolus : et porta bat nomen tamquam lumen,

et illuminabat patriam, et clamabat ubique : Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis : sicut in die honeste ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni loco Jesum, et hunc crucifixum. Quomodo lux ista resplenduit, ac perstrinxit cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri tamquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas solidavit, et bases; multosque spiritualiter cæcos illuminavit? Numquid non ignem sparsit, cum ait: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula?

fy v. Confiteamur nomini tuo magno : * Quoniam terribile et sanctum est. f . Hi in curribus, et hi in equis : nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. — Quoniam terribile et sanctum est.

Lectio vj.

NEC tantum lux est nomen Jesu, sed est et cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æque mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur • insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum. Si disputes, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilum Sed est et medicina. Tristdt^TiT quis nostrum? Veniat in ror Jesus, et inde saliat in os • e ecce ad exortum nominis'^ men, nubilum omne diffugit" redit serenum. Labitur quis hi crimen? Currit insuper ad laqueum mortis desperando" Nonne, si invocet nomen vitæ confestim respirabit ad vi' tam?

vj. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine : inæternum exsultabunt, et habitabis in eis : et gloriabuntur in te omnes, * Qui diligunt nomen tuum. f . Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die. — Qui diligunt nomen tuum. Gloria. Qui diligunt nomen tuum.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : annuntiate de die in diem salutare ejus.

Ana. Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ : justitia plena est dextera tua.

Ana. Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus : iter facite ei, qui ascendit super occasum : Dominus nomen illi.

f- Afferte Domino gloriam et honorem. Afferte Domino gloriam nomini ejus.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer, vocatum est nomen ejus Jesus. Et reliqua.



Homilia sancti Bernardi Abbatis.

(Serm. i . de Circumcisione.)

MAGNUM et mirabile sacramentum! Circumciditur Puer, et vocatur Jesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempe salvandi potius quam salvatoris esse videtur : et salvatorem circumcidere potius decet, quam circumcidi. Sed agnosce Mediatorem Dei et hominum, qui ab ipso nativitatis suæ exordio divinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere : sed cui fecunditatis fructus sic accedat, ut non decidat flos virginitatis. Pannis involvitur : sed panni ipsi angelicis laudibus honorantur. Absconditur in præsepio : sed proditur radiante stella de cælo. Sic et circumcisio veritatem susceptæ probat humanitatis : et nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat majestatis. Circumciditur tamquam verus Abrahæ Filius : Jesus vocatur tamquam verus Filius Dei.

fy vij. Tribulationem et dolorem inveni : * Et nomen Domini invocavi, f . Turris fortissima nomen Domini : in ipso speravi, et adjutus sum. — Et nomen Domini invocavi.

Lectio viij.

NEQUE enim ad instar priorum, meus iste Jesus nomen vacuum aut inane portat. Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas. Cælitus siquidem inditum nomen Evangelista testatur : Quod vocatum est ab Angelo, prius quam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem. Postquam natus est Jesus, Jesus vocatur ab hominibus : quo nomine vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippe et Angeli Salvator, et hominis : sed hominis, ab incarnatione; Angeli, ab initio creaturæ. Vocatum est, ait, nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum vel trium testium stat omne verbum : et ipsum, quod in Propheta abbreviatum, manifestius in Evangelio legitur caro factum.

1$?. viij. Exspectabo nomen tuum Domine : * Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum, y. Ut confiteamur nomini sancto tuo, et gloriemur in laude tua. — Quoniam bonum est.

Lectio ix. (Serm. 2 .)

MERITO tamen, dum circumciditur Puer, qui natus est nobis, Salvator vocatur : quod videlicet ex hoc jam cœperit operari salutem nostram, immaculatum illum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim jam quærere est Christianis, cur voluerit Dominus Christus circumcidi. Propter hoc siquidem circumcisus est, propter quod natus, propter quod passus. Nihil horum propter se, sed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec a peccato circumcisus, nec mortuus est pro peccato suo : magis autem propter delicta nostra. Quod vocatum est, inquit, ab Angelo, prius quam in utero conciperetur.

Vocatum est plane, non impo situm. Nempe hoc ei nomen est ab æterno. A natura pro pria habet, ut sit Salvator : innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel ange lica creatura.

fy. ix. Nesciens Mater Virgo virum, peperit sine dolore Sal vatorem sæculorum : * Jesum Regem angelorum sola Virgo lactabat ubere de cælo pleno, y. Beata viscera Mariæ Vir ginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. — Jesum Regem angelorum. Gloria. Jesum Re gem angelorum.

Ante Laudes JF. Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Oleum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ di lexerunt te. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Scitote quia Dominus ipse est Deus, cujus nomen in æter num.
3. Sitivit anima mea ad no men sanctum tuum Domine.
4. Benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, et laudabile, et superexaltatum in sæcula.
5. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudate nomen Domini : quia exaltatum est nomen ejus solius.

Capitulum. Phil. 2 .

CHRISTUS humiliavit semet
ipsum factus obediens
usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dona vit illi nomen, quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur.

Hymnus.

JESU, decus angelicum
I In aure dulce canticum
In ore mel mirificum,
In corde nectar cælicum.

Qui te gustant esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiunt :
Desiderare nesciunt
Nisi Jesum, quem diligunt.

O JESU mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrimæ,
Te clamor mentis intimæ.

MANE nobiscum Domine,
! Et nos illustra lumine :
I Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

JESU, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis :
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Ad Benedictus Ana. Dedit se, ut liberaret populum, et acqui reret sibi nomen æternum.

Oratio.

DEUS, qui constituisti Filium
tuum unigenitum humani
generis Salvatorem, et Jesum vocari jussisti : concede propi tius ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quo que aspectu perfruamur in cælis : Qui tecum vivit.

Memoria S. Mauri Abbatis.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus
Domine, beati Mauri Abba
tis commendet : ut quod nostris meritis non valemus ejus pa trocinio assequamur. Per.



AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum Christus humilia vit semetipsum., ut in Laudi bus.

Sit nomen Domini bene dictum, * Alleluia, allecia. Sit nomen. J. Ex hoc nunc, et usque in sæculum. Alleluia. Gloria. Sit nomen.

f. Afferte Domino gloriam et honorem. Afferte Domi no gloriam nomini ejus.

AD SEXTAM.

Capitulum. Philipp. 2.

IN nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terre strium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Domi nus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Rz. Afferte Domino gloriam et honorem, * Alleluia, alle cia. Afferte, f. Afferte Do mino gloriam nomini ejus. Al leluia." Gloria. Afferte Domino gloriam et honorem.

" f. Magnificate Dominum me cum. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.

AD NONAM.

Capitulum. Coloss. 3.

OMNE, quodcumque facitis in verbo aut in opere, om nia in nomine Domini Jesu Christi facite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

Magnificate Dominum mecum, * Alleluia, allecia. Magnificate. J. Et exaltemus nomen ejus in idipsum. Alle luia. Gloria. Magnificate.

y. Adjutorium nostrum in nomine Domini, Qui fecit cælum et terram.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem I Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con cilio justorum, et congrega I tione.

Magna opera Domini : * ex quisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ? misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo Isuo :

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum :* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus ur.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet sermones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus:? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasu inlaudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem,*et de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam :* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus:

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Ana. Oleum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te.

Capitulum Christus humiliavit semetipsum., Hymnus Jesu dulcis memoria, ut in j. Vesperis, pag. 814. et pag. 815.

y/. Sit nomen Domini benedictum. fy. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ad Magnificat Ana. Vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Oratio.

DEUS, qui unigenitum Filium tuum constituisti humani generis Salvatorem, et Jesum vocari jussisti : concede propitius ut cujus sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cælis : Qui tecum vivit.

## DIE XVI. JANUARII.
## B. STEPHANÆ DE QUINZANIS VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatam Stephanam Virginem tuam, Crucifixi amore succensam, ejusdem Passionis consortem mirabiliter effecisti : præsta, quæsumus, ut ejus intercessione et exemplo imagini Filii tui conformes fieri mereamur : Qui tecum vivit.

In i Vesperis et Laudibus' Memoria S. Marcelli Papæ et Martyris

Oratio,

THRECES populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: ut beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis meritis adjuvemur, cujus passione lætamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

QTEPHANA, in oppido Urcea O no agri Brixiensis piis honestisque parentibus orta, Deum ab ipsa infantia cognoscere ac diligere cœpit : eique adhuc septenas, ut perhibent, virginitatem et obedientiam perpetuo vovit. Mox, quo arctius cælesti Sponso conjungeretur, emisso nunquam peccandi letaliter proposito, ejus Crucem impense flagitavit, votique compotem fore, cælestibus signis admonita est. Oblatas sibi terrenas nuptias constantissime recusavit, præcisis etiam crinibus vanitatis incitamentis. Quindecim annos nata, Tertii Ordinis sancti Dominici institutum amplexa est, in duo jejuniis, vigiliis, ciliciis, et flagellationibus carnem pror, sus subegit : omnique virtutum genere animum exculta, ad religiosæ perfectionis apicem brevi pervenit. Ab humani generis hoste obscenarum rerum specie aliquando appetita, corpore inter spinas revoluto, tentatoris artes elusit.

5?° X' ;« nP..m

PLACIDISSIMO in Deum amore succensa, illi soli inhiabat. Ejus vero Passionis mysteriis ita afficiebatur ut Crucifixo conformis fierii yehementer optaret, quod e pio votis cessisse perhibetur nam quos ille pro humana Redemptione cruciatus tulit, ipsa annorum quadraginta spatio,

I

qualibet sexta Feria in proprio corpore expertam se fuisse testata est : adjecta interni doloris pœna, qua perinde se angi affirmabat, ac si cor suum rota quadam circumagi senti ret Sed et sacrorum Stigma tum signa in ejus corpore im pressa plures se vidisse testati sunt. Ab Eucharistiæ sumptio ne, quæ fere illi quotidiana erat, tanta cum adimi et cor poris alacritate proficiscebatur, ut constans opinio sit, in forti tudine cibi illius integros qua draginta dies, alterius cibi omnino expertem, aliquando transegisse. Eximia in pau peres caritate, etiam proprias vestes in eorum usum erogavit. Summo in pretio et honore ob sanctitatis famam ab exteris etiam civitatibus habita, et ab illis expetita, nonnisi humili atque obscuro in loco vivere ac mori velle profitebatur.

Lectio vj.

DIVINÆ gloriæ propagandæ studio, varias ad eam con fluentes puellas, piis ac reli giosis moribus instituendas sus cepit : iisque ad arctioris vitæ propositum excitatis, Ordinis monasterium ingentibus curis atque molestiis, sub Avoca tione sancti Pauli, prope Son tium dioecesis Cremonensis oppidum, a fundamentis ere xit, cui etiam ad plures annos sanctissime præfuit. Denique meritis plena, extasum, rap tuum, prophetiæ, cælestium apparitionum, et miraculorum fama conspicua, prænuntiato sui obitus die, obdormivit in Domino, quarto Nonas Janua rii, anno salutis millesimo quin gentesimo trigesimo, ætatis suæ septuagesimo tertio. Eiu cultum Benedictus Decimus quartus approbavit, utqueeius festum cum Officio et Missa ab universo Prædicatorum Ordi ne, atque a Brixiensi, et Cre monensi clero celebraretur Apostolica auctoritate conces sit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Si mile erit regnum cælorum de cem virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. loo*

DIE XVII. JANUARII.
S. ANTONII ABBATIS.
TOTUM DUPLEX.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Antonii Ab batis commendet : ut quod no stris meritis non valemus ejus patrocinio assequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Philippenses.

Lectio j. Cap. 3.

FRATRES, ego me non arbi tror comprehendisse. Unum autem : quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum per sequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergo perfecti su mus, hoc sentiamus : et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sa piamus, et in eadem perma neamus regula.



Lectio ij.

IMITATORES mei estote fra gres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos Crucis Christi: quorum finis interitus : quorum Deus venter est: et gloria in confu sione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conver satio in cælis est.

Lectio iij. Cap. 3. et cap. 4 .

UNDE etiam Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum ope rationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia. Itaque, fratres mei carissimi, et desi deratissimi, gaudium meum, et corona mea : sic state in Domino, carissimi.

IN II. NOCTURNO.

(Ex S. Athanasio, ac Rom. Breviario.)

Lectio iv.

ANTONIUS Ægyptius, a pa rentibus adolescens orbatus, auditis evangelicis verbis, Si vis perfectus esse, vade, et vende universa quæ habes, et da pauperibus : rem omnem familiarem vendidit, pretiumque pauperibus eroga vit. His solutus impedimentis, cælestis vitæ genus in terris colere instituit, tantumque in omni virtutum genere profecit, ut quemcumque videret aliqua virtutis laude excellentem, illum imitari studeret. Conti nentia, mansuetudine, patien tia, misericordia, humilitate, ac studio divinarum litterarum superabat omnes. Ab hæreti corum et schismaticorum ho minum, maxime Arianorum, congressu et colloquio sic ab horrebat, ut ne prope quidem ad eos accedendum diceret.

Lectio v.

A yfiRA fuit vitæ ipsius au lYL sternas. Humi jacebat, cum necessarius somnus eum occupasset. Jejunium adeo co luit, ut salem tantummodo ad panem adhiberet : sitim aqua exstinguebat, neque se ante solis occasum cibo aut potu recreabat: sæpe etiam biduum cibo abstinebat : sæpissime in oratione pernoctabat. Dæmo nis artes, frequentissimasque tentationes jejunio et oratione vicit: nec tamen frequentes de Satana reportati triumphi se curum illum ac segnem reddi derunt. Quare in vastissimam Ægypti solitudinem se contu lit, ubi quotidie ad christianam perfectionem mirifice profecit.

Lectio vj.

•pyEMONES ita contempsit, YJut illis exprobraret imbe cillitatem. Discipulos ad pu gnam cum eis conferendam peritus expertusque magister erudiebat. Sic autem dæmoni bus erat formidolosus, ut multi per Ægyptum ab eis agitati, invocato Antonii nomine libe rarentur. Illius sanctitatis fama permotus Constantinus Ma gnus, se suosque filios, per lit teras,ejus orationibus commen davit. Annum quintum supra centesimum agens, innumeris instituti sui relictis imitatoribus,

patratisque miraculis, migravit in cælum. Cujus laudes ita inter alios sanctus Joannes Chrysostomus prædicat: Considerate virum, per cunctorum usque hodie ora volitantem, quem Apostolorum simillimum Ægyptus protulit, beatum dico et magnum illum, de quo sæpe audistis, Antonium.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, ut in Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

DIE XVIII. JANUARII.

CATHEDRÆ S. PETRI,

QUA ROMÆ PRIMUM SEDIT.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

fy Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et In cælis. f . Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. — Et quodcumque. Gloria. In cælis.

Hymnus.

JAM bone pastor Petre clemens accipe
vota precantum, et peccati vincula
Resolve, tibi potestate tradita,
Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.
SIT Trinitati sempiterna glona,
Honor, potestas atque jubilatio,
In unitate cui manet imperium,
Ex tunc, et modo per æterna sæcula.
Amen.

\J.IuesPetrus,ty.Etsuper hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat Ana. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum : tibi traditæ sunt claves regni cælorum.

Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Priscæ Virginis et Martyris.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beatæ Priscæ Virginis et Martyris tuæ natalitia colimus, et annua solemnitate lætemur, et tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Tu es pastor ovium, princeps Apostolorum: * Tibi tradidit Deus clavem regni cælorum.



Hymnus Jam bone pastor., ut in j. Vesperis.

T In tribus Nocturnis, Psalmi, Antiphonæ et yy. ut in Communi unius Confessoris,pag.68* et sequentibus; Lectiones vero et ut infra.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

PETRUS Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, et Bithyniæ secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, et aspersionem sanguinis Jesu Christi : gratia vobis, et pax multiplicetur. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

j. Euge serve bone, et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : * Intra in gaudium domini tui. f. Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. — Intra in gaudium Domini tui.

Lectio ij.

IN quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus : ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi : quem cum non videritis, diligitis : in quem nunc quoque non videntes creditis : credentes autem exsultabitis lætitia inenarrabili, et glorificata : reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

ij. Justus germinabit sicut lilium, * Et florebit in æternum ante Dominum, y. Plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. — Et florebit.

Lectio iij.

DE qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt : scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi : prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, et posteriores glorias : quibus revelatum est quia non sibimet ipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere.

iij. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum : * Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione et aviditate In illa æterna patria conversatus est. J. Vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Domino suo duplicatum reportavit. — Quoniam. Gloria. In illa æterna patria conversatus est.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Leonis Papæ. (Serm. i . de SS. Petro et Paulo.)

Lectio iv.

CUM duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent, beatissimus Petrus, princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperii : ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet.

iv. Magnificavit eum in conspectu regum, * Et dedit illi coronam gloriæ, f. Statuit illi testamentum sempiternum, et beatificavit illum in gloria. — Et dedit illi.

Lectio v.

Cujus autem nationis homines in hac tunc Urbe non essent? aut quæ usquam gentes ignorarent quod Roma didicisset? Hic conculcandæ philosophiæ opiniones, hic dissolvendæ erant terrenæ sapientiæ .vanitates. hic confutandi dæmonum cultus, hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda : ubi diligentissima superstitione habebatur collectum quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum.

ty. v . Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas Paradisi coronavit eum. f . Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. — Et ad portas Paradisi.

Lectio vj.

AD hanc ergo Urbem tu beatissime Apostole Petre, venire non metuis; et consorte gloriæ tuæ Paulo Aro" stolo aliarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato silvam istam frementium be' stiarum, et turbulentissimæ profunditatis Oceanum, constantior quam cum supra mare gradereris, ingrederis : trophæum Crucis Christi Romanis arcibus inferens, quo te divinis præordinationibus anteibant, et honor potestatis, et gloria passionis.

vj. Sancte Petre Christi Confessor audi rogantes servulos : * Et impetratam cælitus Tu defer indulgentiam. f. O sancte Petre sidus aureum, Domini gratia servorum gemitus solita suscipe clementia. — Et impetratam cælitus. Gloria. Tu defer indulgentiam.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo tempore : Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi : et interrogabat discipulos l suos, dicens : Quem dicunt ho l mines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi. (Comm. in Matth. cap. 16. post initium.)

DOMINUS a discipulis requirit, quem se homines esse dicerent : et adjecit, Hominis Filium. Hæc enim confessionis tenenda ratio est, ut sicut Dei Filium, ita et Filium hominis meminerimus : quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Editis itaque, quæ diversæ de eo erant, hominum opinionibus, quid de se ipsi sentiant quærit. Petrus respondit : Tu es Christus, Filius Dei vivi. Sed Petrus conditiones propositionis expenderit. Dominus enim dixerat : Quem me homines esse dicunt, Filium hominis? Et certe Filium hominis contemplatio corporis præferebat. Sed addendo. Quem me esse dicunt : significavit præter id, quod in se videbatur, esse aliud sentiendum : erat enim hominis Filius.

vij. Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur : plantatus in domo Domini, * In atriis domus Dei nostri florebit. J . Gloria et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi. — In atriis.

Lectio viij.

QUOD igitur de se opinandi judicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de se ipso confessus est : sed occultum erat, de quo quærebatur, in quod se credentium fides debebat extendere. Et dignum plane confessio Petri præmium consecuta est, quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanum oculos intendisse, et vidisse laudatus est : non id, quod ex carne et sanguineerat,contuens;sedDei Filium, cælestis Patris revelatione, conspiciens : dignusque judicatus qui, quod in Christo Dei esset, primus agnosceret.

viij. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : * Honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius, y. Immortalis est enim memoria illius : quia apud Deum nota est, et apud homines. — Honestavit illum.

Lectio ix.

O IN nuncupatione novi nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, et tortari portas, et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus cæli janitor, cujus ! arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terrestre judicium præjudicata auctoritas sit in cælo : ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant et in cælo!

ix. Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et In cælis. f. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. — Et quodcumque solveris super terram. Gloria. In cælis.

Ante Laudes^. Exaltent eum in ecclesia plebis. Et in cathedra seniorum laudent eum.

AD LAUDES ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris pag. 17

2. Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, et pulsaverit januam, invenerit vigilantem.

3. Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus su per familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.
4. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.
5- Serve bone et fidelis intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

TESU Redemptor omnium,
J Corona confitentium,
In hac die clementius
Nostris faveto precibus :

TUI sacri qua nominis
Confessor almus claruit,
Cujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.

QUI rite mundi gaudia
Hujus caduca respuens,
Cum angelis cælestibus
Lætus potitur præmiis.

HUJUS benignus annue
Nobis sequi vestigia :
Hujus precatu servulis
Dimitte noxam criminis.

SIT Christe Rex piissime
Tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Justus germinabit sicut lilium. ty. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Afia. Quod cumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis, dicit Dominus Simoni Petro.

Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti concede ut intercessionis eius auxilio a peccatorum nostro rum nexibus liberemur. Qu; vivis.

Memoria S. Priscæ Virginis et Martyris. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beatæ Priscæ Virginis et Martyris tuæ nata- litia colimus, et annua solem- nitate lætemur, et tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum Dilectus Deo., ut in Laudibus.

Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit eum. f Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit eum. Gloria. , Amavit eum.

T- Justum deduxit Dominus per vias rectas. 1$. Et ostendit illi regnum Dei.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 39.

JUSTUS cor suum tradet ad J vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi depreca bitur.

Justum deduxit Dominus * Per vias rectas. Justum. f. Et ostendit illi regnum Dei. Per vias rectas. Gloria. Justum.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. 1$. Sicut ce drus Libani multiplicabitur.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. io.

JUSTUM deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scien tiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.



Justus ut palma florebit * In domo Domini. Justus. f. Sicut cedrus Libani multi plicabitur. In domo Domini. Gloria. Justus.

f. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æter num ante Dominum.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucra tus sum. Psalmus Dixit Domi nus. cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Dilectus Deo., Hymnus Jam bone pastor, ut in j. Vesperis, pag. 826.

f. Tu es Petrus. Bf. Et super hanc petram ædificabo Eccle siam meam.

Ad Magnificat Ana. Simon Bar Jona tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus : ja nitor cæli pulsantibus aperi : supra modum peccavimus om nes, dimitte septuagies septies.

DIE XIX. JANUARII.
B. ANDREÆ A PISCARIA
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui beatum Andream Confessorem tuum apostolico spiritu decorasti : fac nos, ejus imita tione, ita verbo et exemplo proficere, ut uberem fructum inde referre valeamus. Qui vi vis.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Felicis Presbyteri et Martyris. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos provocent, qua tenus quorum solemnia agimus etiam actus imitemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Com muni unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

ANDREAS Grægus, Piscariæ . adBenaci lacum in dioecesi Veronensi pauperibus piisque parentibus ortus, vel a teneris annis sanctitatem portendere visus est. Etenim a puerilibus lusibus abstinens, orationi va care, sapidiores dapes respuere, quin et integram Quadragesi mam solo pane et aqua transi gere solitus fuit : quem deinde morem ad obitum usque reti nuit. Crescente ætate, cum egregia corporis forma casti tatis studium conjunxit, specio sasque nuptias sibi oblatas non sine glorioso certamine fortiter et modeste sprevit. Itaque solo divinæ gratiæ magisterio, sa cræ Scripturæ lectionem unice in deliciis habens, in sortem Domini omnino vocatus vide batur. Defuncto exinde patre, a quo rei domesticæ invitus præfectus fuerat, multa indi gna a duobus fratribus passus est : ita ut propter eorum im probitatem noctu quandoque extra domum cubare cogeretur. Sed omnibus mira patientia to leratis, a pia matre, tristem filii sortem commiserante, be nedictione tandem obtenta, Brixiam petiit : ut quod jam diu in votis habuerat, religio sam vitam amplecteretur. In quo illud memoria dignum,

quod fratribus suis, qui usque ad oppidi portam se illi comi tes adjunxerant, pedes humi liter exosculatus, baculum, id est pene totum quod e pater na domo asportaverat, in sui memoriam iisdem dono dedit: quem postea mirabiliter flo rentem, prodigiisque clarum Piscarienses in summo honore habuerunt.

Lectio v.

NOVUM in Dominicana fa milia perfectioremque in dutus hominem, studiorum que causa Florentiam missus, in cœnobio sancti Marci, ubi curis beati Antonii ab Eccle sia regularis disciplina tunc maxime vigebat, ad omnium virtutum apicem animum ere xit, atque obedientiæ potissi mum se totum mancipavit, so litus exinde dicere, Virum obedientem idem sonare ac sanctum. Mox arma lucis astringens, vitiis et erroribus bellum indixit : jamque apo stolico muneri aptus, in Rhæ tiam ex obedientia commeavit cum fratre Dominico de Pisis, qui a Benigno Medice sanctis simo viro invitatus fuerat ad missiones in Valle Tellina finitimisque regionibus obeun das. Haud facile dictu quo ardore, quo zelo juvenis apo stolus Andreas provinciam illam, quam olim sanctissimus Pater Dominicus et venerabi lis Paganus, Comensis Inqui sitor pro catholica fide, ab erro ribus purgare et concupiverant, et studuerant, excolendam sus ceperit, quot errores exstirpa bat. quot perditos homines ad bonam frugem revocaverit. I Nullus fuit tam exiguus locus tugurium nullum tam inacces sum, quo non diverteret ad lucrandas animas : apud pau peres libentius hospitans, su per sarmenta semper dormiens" miliaceo pane, vel castaneis,' et aquæ potu vitam sustentans'. Tanta demum apud omnes ci vium ordines auctoritate va luit, ut sola præsentia furentis populi tumultus quandoque sedaret, immo et hæreticos ipsos pertinaciores brevi dispu tatione ad Ecclesiæ obedien tiam suaviter alliceret, Dignus plane, qui ut pauperum pater, Vallis Tellinæ apostolus, immo ut Dei angelus ab omnibus veneraretur.

Lectio vj.

AD fidem in posterum com muniendam, sanctosque mores tuendos, ecclesias ex struxit, parœciarum numerum auxit, monasteria a fundamen tis erexit : inter quæ celebre illud Morbiniense Fratrum Prædicatorum, quod veluti fidei propugnaculum ingruen tibus hæresibus et vitiis oppo suit. Post quadraginta quin que annorum apostolatum, et vitam miraculis quoque cla ram, ut referunt illius ævi monumenta, nunquam tamen adduci potuit ad præfecturas inter suos exercendas, solo quæstuatoris officio contentus. Denique Vir Dei incredibilibus per valles et montes, inter gla cies et nives exantl&tis labori bus usque ad ultimam sene ctutem, in letalem morbum incidit : prænuntiatoque mor tis die, sacrisque susceptis, in ter sodalium lacrimas placi



dissime in Domino quievit, anno millesimo quadringente simo octuagesimo quinto, die decima octava Januarii. Ejus corpus suaviter olens, ingenti primum populorum concursu humiliter conditum, deinde in honestiorem locum solemni translatione bis elatum, Mor bidi in ecclesia sui Ordinis summa veneratione colitur. Quem Beati cultum nunquam intermissum Pius Septimus Pontifex Maximus approbavit, ejusque Officium et Missam in universo Prædicatorum Ordi ne et Veronensi dioecesi, ex sacrorum Rituum Congrega tionis consulto, celebrari posse benigne concessit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Desi gnavit Dominus, de Communi unius Confessoris non Pontifi- cis, pag. 84*.

DIE XX. JANUARII.

SS. FABIANI ET SEBASTIANI

MARTYRUM.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatos Martyres tuos Fabianum atque Se bastianum virtute constantiæ in passione roborasti : ex eo rum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla ejus adversa formidare. Per.

IN II. NOCTURNO.

(Ex lib. de Rom. Polit, et ex Rom. Breviario.)

Lectio iv.

FABIANUS Romanus, a Ma ximino usque ad Decium regens Ecclesiam, septem Dia conis regiones divisit, qui pau perum curam haberent. Toti dem Subdiaconos creavit, qui res gestas Martyrum a septem Notariis scriptas colligerent. Idem statuit ut quotannis Fe ria quinta in Cena Domini, vetere combusto, Chrisma re novaretur. Denique decimo tertio Kalendas Februarii, in persecutione Decii, martyrio coronatus, in cœmeterio Cal lidi via Appia sepelitur : cum sedisset annos quindecim, dies quatuor. Hic fecit Ordinatio nes quinque mense Decembri, quibus creavit Presbyteros vi ginti duos, Diaconos septem, Episcopos per diversa loca undecim.

Lectio v.

SEBASTIANUS patre Narbo nensi, matre ex Mediolanensi natus, cum sub Diocletiano ,i dux primæ cohortis esset, Chri stianos, quorum fidem clam colebat, opera et facultatibus adjuvabat, et ad subeunda tormenta confirmabat. Inter quos fuere Marcus et Marcel lianus fratres, Romæ vincti apud Nicostratum : cujus uxor Zoe vocem, quam amiserat, Sebastiani oratione recupera vit. His Diocletiano delatis, Sebastianum accersit, et vehe mentius objurgatum, omnibus artificiis a Christi fide conatur avertere : sed cum nihil profi ceret, sagittis configi jubet.

Lectio vj.

EUM omnium opinione mor tuum, noctu sancta mulier Irene, sepeliendi gratia, jussit auferri : sed vivum repartum domi suæ curavit. Itaque pau lo post confirmata valetudine, Diocletiano obviam factus,

quem mortuum credebat, ejus impietatem liberius accusavit: sed ab eo tamdiu virgis cædi jussus est, donec animam Deo redderet. Ejus corpus in cloacam dejectum Lucina, ab eodem in somnis admonita, ad Catacumbas sepelivit : ubi ad cœmeterium Callisti via Appia sancti Sebastiani nomine celebris ecclesia, una ex septem præcipuis Urbis, est ædificata. Temporibus Agathonis Papæ, cum divino monitu eidem Sancto erectum esset altare in titulo Eudoxiæ ad Vincula sancti Petri in Exquiliis, grassantem luem ab Urbe fuisse depulsam constat.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Descendens Jesus, de Communi plurimorum Martyrum, pag. 65*

DIE XXI. JANUARII.

S. AGNETIS

VIRG. ET MART.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præparata introivit cum eo ad nuptias. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

^.Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te : *Quia per Filium tuum unie* nitum evasi minas hominum impiorum, et spurcitias diaboli impolluto calle transivi f T! confiteor labiis, te corde te totis visceribus concupisco Quia. Gloria. Quia.

Hymnus Virginis Proles, de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 86*.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. Beata Agnes in medio flammarum expansis manibus orabat : Te deprecor venerande, colende, Pater metuende, quia per sanctum Filium tuum minas evasi sacrilegi tyranni, et carnis spurcitias immaculato calle transivi : et ecce venio ad te, quem amavi, quem quæsivi, quem semper optavi. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas : concede propitius ut qui beatæ Agnatis Virginis et Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Agnum sponsum virginum * Venite adoremus Dominum Jesum Christum.

Hymnus Virginis Proles, ut in j. Vesperis de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 86*.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Discede a me pabulum mortis, quia jam ab alio amatore præventa sum. Psalmus Domine Dominus noster, cum



ceteris de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 88*. et sequentibus.

Ana. Anulo suo subarrhavit me Dominus meus Jesus Christus : et tamquam sponsam decoravit me corona.

Ana. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus pretiosis : tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione, a laqueo linguæ iniquæ, et a labiis operantium mendacium, et in conspectu astantium factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus, præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me : a pressura flammæ, quæ circumdedit me, et in medio ignis non sum æstuata; de altitudine ventris inferi, et a lingua coinquinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua injusta.

j. Diem festum sacratissimæ Virginis celebremus : qualiter passa sit beata Agnes, ad memoriam revocemus : ter tiodecimo ætatis suæ anno mortem perdidit, et vitam invenit : * Quia solum vitæ dilexit Auctorem. ^.Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. — Quia solum vitæ dilexit Auctorem.

Lectio ij.

LAUDABIT usque ad mortem anima mea Dominum, et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdederunt me undique, et non erat, qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, et non erat. Memorata sum misericordiæ tuæ Domine, et operationis tuæ, quæ a sæculo sunt : quoniam eruis sustinentes te Domine, et liberas eos de manibus gentium.

ij. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus pretiosis : tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas : * Et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis, y. Induit me Dominus cyclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me. — Et circumdedit me.

Lectio iij.

EXALTASTI super terram habitationem meam, et pro morte defluente deprecata sum. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, et in tempore superborum sine adjutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedicam nomini Domini.

℟. iij. Induit me Dominus vestimento salutis, et indumento lætitiæ circumdedit me : * Et tamquam sponsam decoravit me corona, ℣. Tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas, et circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. — Et tamquam sponsam. Gloria. Et tamquam sponsam.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Christus circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis pretiosis.

Ana. Induit me Dominus cyclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me.

Ana. Posuit signum in faciem meam, ut nullum, præter eum, amatorem admittam.

X. Specie tua et pulchritudine tua. ty. Intende, prospere procede, et regna.

Ex libro primo
sancti Ambrosii Episcopi
de Virginibus.
Lectio iv.

HODIE natalis est Virginis : integritatem sequamur. Natalis est Martyris : hostias immolemus. Natalis est sanctæ Agnatis : mirentur viri, non desperent parvuli, stupeant nuptæ, imitentur innuptæ. Hæc, tredecim annorum, martyrium fecisse dicitur. Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati : immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. Hæc inter cruentas carnificum impavida manus, hæc stridentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata : vel si ad aras invita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focis trophæum Domini signare victoris,

ty. i v. Amo Christum, in cujus thalamum introibo, cujus Mater Virgo est, cujus Pater feminam nescit, cujus mihi organa modulatis vocibus cantant : * Quem cum amavero, casta sum : cum tetigero, munda sum : cum accepero, virgo sum. f . Anulo suo subarrhavit me, et immensis monilibus ornavit me. — Quem cum amavero.

Lectio v.

NOVUM martyrii genus ! Nondum idonea pœnæ; et jam matura victoriæ : certare difficilis, facilis coronari. Magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum, læta successu, gradu festina Virgo processit: non intorto crine caput compta, sed Christo : non flosculis redimita, sed moribus. Flere omnes : ipsa sine fletu. Mirari plerique, quod tam facile vitæ suæ prodiga, quam nondum hauserat, jam quasi perfuncta donaret. Stupere universi, quod jam Divinitatis testis exsisteret, quæ adhuc arbitra sui per ætatem esse non posset. Effecit denique, ut ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur : quia quod ultra naturam est, de Auctore naturæ est.



R. v. Mel et lac ex ejus ore suscepi : *Et sanguis ejus ornavit genas meas. ℣. Cujus pulchritudinem sol et luna mirantur, ipsi soli servo fidem. — Et sanguis ejus ornavit genas meas.

Lectio vj.

QUANTO terrore egit artifex, ut timeretur, quantis blanditiis, ut suaderet; quantorum vota, ut sibi ad nuptias proveniret! At illa : Et hæc sponsi injuria est, inquit, exspectare placituram. Qui me sibi prior elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Pereat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset : tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium : pudoris, et religionis. Et Virgo permansit, et martyrium obtinuit. Passa est autem beata Agnes Romæ sub præfecto Urbis Symphronio : quam etiam sancti Patres Damasus, Augustinus, Hieronymus summis laudibus prædicarunt.

℟. vj. Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt, cujus pulchritudinem sol et luna mirantur : * Ipsi soli servo fidem : Ipsi me tota devotione committo. ℣. Dexteram meam, et collum meum cinxit lapidibus pretiosis : tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas. — Ipsi soli servo fidem. Gloria. Ipsi me tota devotione committo.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Mel et lac ex ejus ore suscepi, et sanguis ejus ornavit genas meas.

Ana. Cujus pulchritudinem sol et luna mirantur, ipsi soli servo fidem.

Ana. Ipsi soli servo fidem : ipsi me tota devotione committo.

f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. ty. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.
Lectio vij. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Homilia 12. in Evang.)

SÆPE vos fratres carissimi admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare : sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere ut et bona, quæ agitis, cum magna cautela teneatis : ne per hoc, quod a vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur : ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur.

℟. vij. Jam corpus ejus corpori meo sociatum est, et sanguis ejus ornavit genas meas : * Cujus Mater Virgo est: cujus Pater feminam nescit, ℣. Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt, cujus pulchritudinem sol et luna mirantur. — Cujus Mater Virgo est.

Lectio viij.

ECCE enim Redemptoris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis januam non omnes receptæ sunt : quia ea rum quædam, dum de virgini tate sua gloriam foris Expetunt, in vasis suis oleum habere no luerunt. Sed sciendum nobis est, quod sæpe in sacro eloquio regnum cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur : quæ quia ex utroque sexu fidelium colligitur, decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua quia mali cum bonis, et reprobi cum electis commisti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse per hibetur.

Ic. viij. Pulchra facie, sed pulchrior fide, beata es Agnes : respuens mundum, lætaberis cum angelis : * Intercede pro omnibus nobis, f Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Intercede pro omnibus nobis.

Lectio ix.

SUNT namque plerique conti nentes, qui ab exteriori se appetitu custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur; carnem macerant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant : æterna præmia expetunt, pro laboribus suis recipere huma nas laudes nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore ho minum ponunt, sed intra con scientiam contegunt. Et sunt plerique, qui corpus per absti nentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favo res expetunt.

Rz. ix Omnipotens, adoran de, colende, tremende, bene dico te : * Quia per Filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum, et spurci fias diaboli impolluto calle transivi, f. Te confiteor labiis te corde : te totis visceribus concupisco. — Quia per Filium tuum. Gloria. Quia per Filium tuum.

Ante Laudes y.Ora pro nobis beata Agnes. Ut digni effi damur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Ingressa Agnes turpitudi nis locum, Angelum Domini præparatum invenit. Psalmus Dominus regnavit, cum cete ris, pag. 17.

2. Mecum enim habeo custo dem corporis mei Angelum D6mini.

3. Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt : cujus pulchri tudinem sol et luna mirantur.

4. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi : quia per Fi lium tuum ignis exstinctus est a latere meo.

5. Congaudete mecum et con gratulamini : quia cum his omnibus lucidas sedes accepi.

Capitulum Confitebor tibi., Hymnus Jesu corona virgi num. et f. Adducentur regi. de Communi unius Virginis, pag. 95*.

Ad Benedictus Ana. Stans beata Agnes in medio flam marum expansis manibus ora bat ad Dominum : Omnipo tens, adorande, colende, tre mende, benedico te, et glorifico nomen tuum in æternum.



Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque con fundas : concede propitius ut qui beatæ Agnatis Virginis et Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sen tiamus. Per.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, E^.et ff. de Com muni unius Virginis, pag. 96*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ingressa Agnes turpitudinis locum, An gelum Domini præparatum in venit. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 96*. Capitulum Confitebor., et Hymnus Virginis Proles^, ut in j. Vesperis de eodem Com muni, pag. 86*.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. l^z. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat vel ad Memo riam in ij. Vesperis Ana. Ecce quod concupivi, jam video : quod speravi, jam teneo : illi sum juncta in cælis, quem in terris posita, tota devotione dilexi.

DIE XXII. JANUARII.
S. VINCENTII
MARTYRIS.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste est. qui pro lege Dei sui morti se tradidit : non dubitavit mori ab iniquis interfectus est, et in æternum vivit cum Christo : Agnum secutus est, et accepit palmam. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

I^z. Christi miles pretiosus Levita Vincentius ut tribunal sponte rogum conscendit intre pidus : * Cujus salis crepitantis per corpus minutiæ sparsim ibant, Atque prunæ verna bant^ sanguine. J. Inter hæc manet immotus ille Dei famu lus, orans Christum, in sublime erectis luminibus.— Cujus. Glo ria. Atque prunæ vernabant^ sanguine.

Hymnus Deus tuorum mili tum. de Communi unius Mar tyris, pag. 38*.

J. Gloria et honore coro nasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat Ana. Sacram præsentis diei solemnitatem humili celebremus devotione : qua invictus Christi Martyr Vincentius, tyranno devicto, insignem victoriæ palmam cælo gaudens intulit. Oratio.

ADESTO Domine supplica tionibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentii Martyris tui intercessione libe remur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.Vincentem mun dum adoremus Dominum : * In quo pressuram mundi Mar tyr vicit Vincentius.

Hymnus Deus tuorum militum, ut in j. Vesperis de Communi unius Martyris, pag. 38*.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Sanctus Vincentius a pueritia studiis litterarum traditus, superna sibi providente clementia, gemina scientia efficacissime claruit. Psalmi de Communi unius Martyris, pag. 39* et sequentibus.

Ana. Sanctitate quoque insignis, Diaconi arce suscepta, vices Pontificis diligenter exsequebatur.

Ana. Valerius igitur Episcopus, et Levita Vincentius, spe fruendi victoria divinitus subnixi, in confessione Deitatis alacriter cucurrerunt.

W- Gloria et honore coronasti eum Domine. 1$. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 8.

EXISTIMO quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe : quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

ty. j. Sacram præsentis diei solemnitatem humili celebremus devotione : qua invictus Christi Martyr Vincentius, tyranno devicto, * Insignem victoriæ palmam cælo gaudens intulit, f. Peracto passionis suæ venerando triumpho angelorum cœtibus comitetur — Insignem victoriæ palmam]

Lectio ij.

SCIMUS enim quod omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes : et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus : per patientiam exspectamus.

ij. Sanctus Vincentius Christi Martyr, providente superna clementia, quæ sibi eum prævidebat vas electionis futurum, * Gemina scientia efficacissime claruit, f. Sanctitate quoque insignis, Diaconi arce suscepta, vices Pontificis diligenter exsequebatur. — Gemina scientia efficacissime claruit.

Lectio iij.

SIMILITER autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

iij. Levita Vincentius dixit beato Valerio : Si jubes Pater sancte, responsis judicem aggrediar. Jam tibi fili carissime divini verbi curam commiseram : * Nunc quoque Pro fide qua astamus, responsa committo, f. Tibi enim gemina scientia pollenti, ac superni amaris igne ferventi, cælestis olim doctrinæ ministerium delegavi. —Nunc quoque. Gloria. Pro fide, qua astamus responsa committo.



IN II. NOCTURNO.

Ana. Tanto namque feliciores se esse credebant, quanto acri6ra tyranni supplicia pia longanimitate certassent evincere.

Ana. Levita Vincentius dixit beato Valerio : Si jubes Pater sancte, responsis judicem aggrediar.

Ana. Jam tibi fili carissime divini verbi curam commiseram: nunc quoque pro fide, qua astamus, responsa committo.

I f. Posuisti Domine super caput ejus. Coronam de lapide pretioso.

(Ex Aurelio Prudentio, et sinceris Actis apud Metaphrasten, et ex Romano Breviario.)

Lectio iv.

VINCENTIUS, Oscæ in Hispania citeriore natus, a prima ætate studiis deditus, sacras litteras a Valerio Cæsaraugustano Episcopo didicit : cujus etiam partes suscepit prædicandi Evangelium, quod Episcopus, propter linguæ impedimentum, prædicationis officio fungi non poterat. Eare ad Datianum, provinciæ a Diocletiano etMaximiano præpositum, delata, Vincentius Cæsaraugustæ comprehenditur, et vinctus ad Datianum Valentiam Hispaniæ Tarraconensis insignem urbem adducitur, ibique verberibus et equuleo torquetur.

^z. iv. Ecce jam in sublime | agor, et omnes principes tuos sæculo altior, tyranne, despicio : nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas laudi: * Paratus sum enim ad 6mnia tormenta, pro Salvatoris nomine sustinenda. J . Insurge ergo, et toto malignitatis spiritu debacchare : videbis me Dei virtute plus posse, dum torqueor, quam possis ipse qui torques. — Paratus sum enim.

Lectio v.

CUM vero nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate vel lenitate verborum a proposito deterreri posset, in craticula impositus, prunis ardentibus suppositis, ac ferreis unguibus excarnificatus, candentibusque laminis exustus, iterum ducitur in carcerem stratum testaceis fragmentis, ut ejus nudum corpus somno oppressum, a subjectis etiam testarum aculeis torqueretur. Verum illo in tenebrosa incluso custodia, clarissimus splendor obortus totum carcerem illustravit, et summa admirati6ne omnes, qui aderant, affecit.

I^z. v. Assumptus ex equuleo Levita Vincentius, atque ad patibulum raptus, tortores suos pene præveniens, * Moras carnificum arguendo, ad pœnam alacriter properabat, y. Intrepidus itaque Dei athleta candentis ferri machinam ultro conscendit. — Moras carnificum arguendo.

Lectio vj.

RES interim Daciano defer tur, qui eductum inde Vincen tium, in molli culcitra collo cat : et quem cruciatibus in suam sententiam trahere non poterat, deliciis perducere co natur. Sed invictus Vincentii animus, Jesu Christi fide spe que munitus, vicit omnia : et ignis,ferri,tortorum immanita te superata, victor ad cælestem martyrii coronam advolavit, undecimo Kalendas Februa rii. Cujus corpus, cum proje ctum esset inhumatum, corvus et a volucribus, et a lupo, un guibus, rostro, alis mirabiliter defendit. Qua re cognita, Da tianus illud in altum mare de mergi jubet : sed inde etiam divinitus ejectum ad litus Christiani sepeliunt.

3?. vj. Christi miles pretiosus Levita Vincentius, ut tribunal sponte rogum conscendit in trepidus : * Cujus salis crepi tantis per corpus minutiæ sparsim ibant, Atque prunæ vernabant^ sanguine. J. In ter hæc manet immotus ille Dei famulus, orans Christum, in sublime erectis luminibus. — Cujus salis crepitantis. Gloria. Atque prunæ vernabant^ sanguine.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Beatus Vincentius, cu jus jam mens conscia coronæ, dixit Datiano : Hactenus a te habitus sermo de neganda fide peroravit.

_Ana. Nefarium tamen apud Christianorum prudentiam es se cognosce, Deitatis cultum abnegando, blasphemare.

Ana. Profitemur enim chri stianæ religi6nis nos esse cui* tores : ac unius veri Dei, per" manentis in sæcula, famulos et testes.

f. Magna est gloria ejus in salutari tuo. 1$. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. i2.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Amen, amen dico vobis, nisi granum fru menti cadens in terram mor tuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Tract. 51. in Joann. sub med.)

IPSE Dominus Jesus erat gra num mortificandum, et multiplicandum : mortifican dum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populo rum. Jam vero exhortans nos ad Passionis suæ sectanda vestigia, Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi. Qui amat perdet : id est, si amas, perdes : si cupis vitam tenere cum Chri sto, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo : Qui amat animam suam, perdet eam : noli amare, ne perdas; noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

ty. vij. Beatus Dei athleta Vincentius, horrendo clausus ergastulo carceris, psalmum Deo et hymnum, Angelorum frequentia relevatus, lætus dicebat : * Quorum vallatus caterva, venerando fovebatur obsequio, et mulcebatur allo quio. f . Dantur ergo laudes Deo altissimo : et resonante organo vocis angelicæ modu lata suavitas procul diffundi te. — Quorum vallatus ca terva.

Lectio viij.

T T oc autem, quod posterius iri dixi, magis videtur habere evangelicus sensus. Sequitur enim : Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, Qui amat (subintelligitur, in hoc mundo) ipse utique perdet; et qui eam odit (utique in hoc mundo) in vitam æternam ipse custodit eam. Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti : si bene oderis, tunc amasti.

viij. Agnosce o Vincenti invictissime, pro cujus nomine fideliter decertasti : * Ipse tibi coronam præparatam servat in cælis, qui te fecit victorem in pœnis. f. Esto igitur jam se curus de præmio, quia mox, deposito onere carnis, nostro eris addendus collegio. — Ipse tibi coronam.

Lectio ix.

CUM ergo causæ articulus venerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum, quorum duorum homo si co gatur alterum eligere, commi nante mortem persecutore : ibi eligat Deo dilecto emori, quam offenso vivere. Ibi oderit in hoc mundo animam suam, ut in vitam æternam custodiat eam.

Rz. ix. Vir inclytus Vincen tius, Martyr Domini pretiosus, succensus igne divini amoris, constanter sustinuit supplicia passionis : * Et per immani tatem tormentorum Pervenit ad societatem angelorum, y. Cujus intercessio nobis ] obtineat veniam, qui per tor menta passionis æternam me ruit palmam, et sempiternam coronam. — Et per immani tatem tormentorum. Gloria. Pervenit ad societatem ange lorum.

Ante Laudes J. Ora pro nobis beate Vincenti. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Assumptus ex equuleo Le vita Vincentius, atque ad pati bulum raptus, moras carnifi cum arguendo, ad pœnam alacriter properabat. Psalmus Dominus regnavit, eum cete ris, pag. 17.

2. Intrepidus itaque candentis ferri machinam ultro conscen dit : ac manens immotus, erectis in cælum luminibus, Dominum precabatur.

3. Hinc horrendo carceris clausus ergastulo, Dei athleta angelorum venerando foveba tur obsequio, et mulcebatur alloquio.

4. Agnosce o Vincenti invi ctissime quia pro cujus nomine fideliter decertasti, ipse tibi coronam præparatam servat in cælestibus.

5. Dantur ergo laudes Deo altissimo, et resonante organo vocis angelicæ modulata sua vitas procul diffunditur.

Capitulum Beatus vir, qui suffert tentationem., Hymnus Martyr Dei, qui unicum, et f. Corona aurea, de Communi unius Martyris, pag. 46*.

Ad Benedictus Ana. Egregius Dei Martyr Vincentius, diris tormentorum suppliciis pro Christo alacriter superatis, ac felicis pugnæ agone constanter expleto, tandem pretiosam resolutus in mortem cælo triumphans spiritum reddidit.

Oratio.

ADESTO Domine supplicationibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentii Martyris tui intercessione liberemur. Per.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et Jf. de Communi unius Martyris, pag. 46*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Assumptus ex equuleo Levita Vincentius, atque ad patibulum raptus, moras carnificum arguendo, ad pœnam alacriter properabat. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris de Communi unius Martyris, pag. 47*.

Capitulum Beatus vir, qui suffert tentationem, et Hymnus Deus tuorum militum., ut in j. Vesperis, de eodem Communi, pag. 38*.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine. B?. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat vel ad Memoriam in ij. Vesperis Ana. Beatus Vincentius applicatus tormentis alacri vultu Dei præsentia roboratus dixit: Hoc est quod semper optavi, et votis omnibus exquisivi.

PER OCTAVAM S. VINCENTI^

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Assumptus ex equuleo Levita Vincentius, atque ad patibulum raptus, moras carnificum arguendo, ad pœnam alacriter properabat.

y. Corona aurea super caput ejus. ^z. Expressa signo sanctitatis.

Oratio Adesto Domine, ut in Laudibus Festi.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Beatus Vincentius applicatus tormentis alacri vultu Dei præsentia roboratus dixit: Hoc est quod semper optavi, et votis omnibus exquisivi.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, 1$. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio Adesto Domine, ut in Laudibus Festi.

DIE XXIII. JANUARII.

S.RAYMUNDI DE PENNAFORT CON F. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lætare et gaude Barcinonensis Ecclesia : sed tu magis plaude Prædicatorum familia: quia hodie, in cælesti curia, bina Remundus coronatur gloria. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 24.

SAPIENTIA laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi gloriabitur.





Rz Spretis honorum titulis, mitras recusat humilis : ex aula regis exiit, * Et vastum mare transiit, f. Cumque ex tendisset pallium super aquas, ambulavit in medio earum. — Et vastum mare transiit. Gloria. Et vastum mare transiit.

Hymnus.

GRANDE Raymundi cele Præsules, reges populique terræ,
Cujus æternæ fuit universis
Cura salutis.

QUIDQUID est alta pietate mirum
Exhibet purus niveusque morum :
Omne virtutum rutilare cernis
Lumen in illo.

SPARSA Summorum monimenta Patrum
Colligit mira studiosus arte :
Quæque sunt prisci sacra digna cedro
Dogmata juris.

DOCTUS infidum solidare pontum
Currit invectus stadio patenti:
Veste componens baculoque cymbam
Æquora calcat.

DA Deus nobis sine labe mores :
Da viæ tutum sine clade cursum :
Da perennantis sine fine vitæ
Tangere portum. Amen.

y. Ora pro nobis beate Raymunde. ^z. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Doctrinæ suæ radiis illustravit sedentes in errorum tenebris : et caritatis ardore vinctos in mendicitate et ferro redemit.

Oratio.

DEUS, qui beatum Raymundum Pœnitentiæ sacramenti insignem ministrum elegisti, et per maris undas mirabiliter traduxisti : concede ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, et ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Emerentianæ Virg. et Mart. Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Domine, beata Emerentiana Virgo et Martyr imploret : quæ tibi grata semper exstitit, et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Mirabilem in sanctis suis adoremus Dominum, * Qui in conspectu principum magnificavit Raymundum.

Hymnus.

PULCHRA, quæ mundus peritura pandit,
Fortiter spernens, inhiansque cælo,
Prædicatorum jubilans adivit
Claustra Raymundus.

ORDINIS magnum recolens Parentem,
Atque divino studio repletus,
Nititur sanctam simiiemque Patri
Ducere vitam.

NON satis linguæ poterunt referre
Cordis ardores, quibus ipse terram
Respuens,summo cupiebatæstu
Præmia cæli.

SÆPIUS corpus lacerans flageilis,
Pervigil custos animi pudici,
1 Tactus ingenti pietate flebat
I Crimina mundi.

IPSE doctrina meritisque clarus,
Prædicans verbo simul atque factis,
Duxit errantes ad ovile Christi,
Miraque gessit.

ANNUAT nobis, humiles precamur,
Unus et trinus sine fine Rector:
Cujus illustres canimus triumphos,
Facta sequamur. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Raymundus viam justitiæ ingressus ab adolescentia sua, ambulavit in ea omnibus diebus vitæ suæ. Psalmi de I Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus.

Aria. Doctrina illius eruditi, apprehenderunt disciplinam magnates et populi.

Ana. In servum sibi fidelem Dominus elegit eum : et Mater pulchræ dilectionis fuit consolatio ejus.

f. Amavit eum Dominus et ornavit eum. ^z. Stolam gloriæ induit eum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 39.

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret. et in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit.

j. Raymundus ortu nobilis, magnum decus Ordinis, * Moribus ac litterislrj^ rem auxit generis, f. A teneris annis pietatem coluit, et omnmentem virtute imbuit — uribus ac litteris.

Lectio ij.

COR suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, et in conspectu' Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum : et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et in oratione confitebitur Domino : et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.

ij- Vanitatem proterens sæculi, Ordinem subit Domini, * Singulari clarus doctrina, regulari clarior disciplina. f. Despecto propriæ voluntatis arbitrio, alieno totus subdebatur imperio. — Singulari clarus doctrina.

Lectio iij.

IPSE palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si permanserit.nomen derelinquet plusquam mille : et si requieverit, proderit illi.

ty. iij. Edoctus viam Domini, doctor erat honorabilis universæ plebi : * Et stupebant omnes super prudentia et responsis ejus. f . Principes ab ore ejus pendebant, et faciebant illius cuncta consilio. — Et stupebant omnes. Gloria. Et stupebant omnes.

IN II. NOCTURNO.

Aha. In signis atque portentis mirificavit Dominus Sanctum suum, et transvexit illum per aquam nimiam.

Ana. Deduxit eum Dominus in justitia sua : erudivit eum scientia, et viam prudentiæ ostendit ei.

Ana. Siccis pedibus perambulans semitas maris, clausis foribus se sistit fratribus suis.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

(Ex bulla Canon, ejus a Clemente Vili. data anno Domini 1601. iij. Kal. Maii.)

Lectio iv.

BEATUS Raymundus Barcinonensis, ex nobili familia de Pennafort, christianæ religionis rudimentis imbutus, adhuc parvulus eximia animi et corporis indole magnum aliquid portendere visus est. Nam adolescens humaniores litteras in patria professus, Bononiam se contulit, ubi pietatis officiis, ac pontificio civilique juri sedulo incumbens, et doctoris laurea insignitus, ibidem sacros canones magna cum hominum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum fama percrebrescente, Berengarius Barcinonensis Episcopus, cum Roma suam ad Ecclesiam rediret, eum conveniendi causa Bononiam iter instituit, et tandem summis precibus ut secum in patriam reverteretur obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiæ canonicatu et præpositura ornatus, universo clero et populo integritate, modestia, doctrina et morum suavitate præfulsit : ac Deiparæ Virginis, quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem et cultum semper pro viribus auxit.

iv. Raymundum Virgo visitat, ut novum mox instituat Redemptionis Ordinem, * Captivitatis obsidem, f. Liberavit a potente pauperem, novam condens societatem. — Captivitatis obsidem.

Lectio v.

ANNUM circiter quintum supra quadragesimum agens, in Ordine Fratrum Prædicatorum, solemni emissa professione, ut novus miles in omni virtutum genere, sed præcipue in caritate erga egenos, et maxime captivos ab infidelibus detentos, se exercuit. Unde, cum ejus hortatu sanctus Petrus Nolasco (cujus ipse confessiones audiebat) suas opes piissimo huic operi conferret, tum eidem, tum beato Raymundo, et Jacobo Primo Aragoniæ regi apparens beatissima Virgo, gratissimum sibi et unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem instituere tur Ordo Religiosorum, quibus captivos ex infidelium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare collatis inter se consiliis, Ordinem beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum fundaverunt : cui beatus Raymundus certas vivendi leges præscripsit,

ad ejusdem Ordinis vocationem accommodatissimas : quarum approbationem aliquot post annos a Gregorio Nono impetravit, et dictum sanctum Petrum, primum generalem Ordinis Magistrum, suis ipse manibus habitu eodem indutum, creavit.

v. Caput creatus Ordinis, morum illustre speculum, verbo, vita præluxit fratribus, * Exemplum bonorum operum. f. Non extulit se inter fratres, sed fuit in illis quasi unus ex ipsis. — Exemplum bonorum operum.

Lectio vj.

AB eodem Gregorio Romam /i accersitus, et Capellani, ac Pœnitentiarii, et Confessura sui munere decoratus, ejusdem jussu, Romanorum Pontificum decreta, in diversis conciliis et epistolis sparsa, in unum De cretalium volumen redegit. Archiepiscopatum Tarraconensem, ab ipso Pontifice sibi oblatum, constantissime recusavit. Et totius Ordinis Prædicatorumgenerale Magisterium, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit. Jacobo Aragoniæ regi, sacræ Inquisitionis officii suis in regnis instituendi auctor fuit. Multa patravit miracula: inter quæ illud clarissimum, quod ex insula Baleari Majori Barcinonam reversurus, strato ! super aquas pallio, centum sexaginta milliaria sex horis confecerit: et resumpto pallio, quod ne quidem aqua perfusum erat, suum cœnobium januis clausis fuerit ingressus.

*.._ prope centenarius, virtutibus et meritis cumulatus, obdormivit in Drimh^TTT^ salutis millesimo ducendo septuagesimo quinto : Clemens Octavus in Sanctorum numerum retulit.

R?, yj. Spretis honorum titulis, mitras recusat humilis • ex aula regis exiit, * Et vastum mare transiit, f. Cumque extendisset pallium super aquas ambulavit in medio earum. Et vastum mare transiit. Gloria. Et vastum mare transiit.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Honoris munera non accepit, neque animum illius flectere potuit infula, aut gratia principis.

Ana. Præventus in benedictionibus dulcedinis, divinæ Matris mulcetur alloquiis.

Ana. Consumptus ætate, plenus dierum et meritorum, ascendit in montem Domini, innocens manibus, et mundo corde.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini, ty. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. 15. in Matth. sub med.)

ATTENDITE quid dixerit, Vos estis sal terræ : per quod ostendit quam necessario ista præcipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem,



aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas: sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque mundum, et hunc variis criminibus oppressum.

R. vij. Raymundus pauper et humilis de sæculo nequam eripitur : cælum dives ingreditur, * Et bina gloria coronatur. f Post honores non abiit, neque speravit in pecuniis: ideo stabilita sunt bona illius in Domino. — Et bina gloria coronatur.

Lectio viij.

DICENDO enim, Vos estis sal ostendit universam hominum infatuatam esse naturam, et peccatorum vi corruptam : et idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorum salutem procurandam necessariæ sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est, ac modestus, et misericors, et justus, non intra se tantummodo hæc recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem præclaros , hos faciet effluere fontes. Igitur qui corde mundo est atque pacificus, et persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in commune commodum vitam instituit.

viij. Summe Dei Confessor Raymunde, tuo nos fove præsidio : * Tua canentes merita, tuis nos juva precibus. f. Qui virtutum fragrantia totam reples Ecclesiam. — Tua canentes merita.

Lectio ix.

Na igitur putetis, inquit, ad levia vos ducendos esse, certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem : Vos estis sal terræ. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sunt? Nequaquam : neque enim fieri potest, ut ea, quæ jam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibique tradita, atque ab illa jam putredine liberata, aspergebant sale, et in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est: ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum curæ est ac laboris.

ix. Factum est sepulcrum ejus gloriosum ; creavit in eo Altissimus medicamentum de terra, thesaurum sine defectione, * Ad sanitatem gentium, y. Catervatim ruunt populi, sumere cupientes de sepulcro pulverem. — Ad sanitatem gentium. Gloria. Ad sanitatem gentium.

I Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Raymunde. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Raymundus cælo redditur, et Angelorum jubilo : Doctorum cœtui jungitur, et Virginum consortio. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17 .

2. Defuncti corpus tumulo læta recondit patria : favente Dei | Famulo, signa coruscant varia.

3. De tumba pulvis nascitur ad sanitatem gentium : morbus omnis expellitur de corpore credentium.

4. Felix Raymundi patria, f f. Justus~^^nihir~r~ ^
tanto ditata filio, qui te repte- lilium, Et florii*in
vit gloria, et fovet patrocinio! num ante Dominum
5. Laudemus cæli Dominum, Ad Benedictus Ana Vir, *
et Sancti sui meritum : ut per liberavit de manu inimici?
ejus suffragia nos ferat ad et eduxit perditos de via?'
cælestia
I queatis, ut dirigerent ped^ locutis
Capitulum. E edi. 24. viam Pacis Oratio.

'APIENTIA laudabit animam IUJ EJUS' <lul beatum Ravmun
dum ' Pœnitentiæ Garrii'
O suam, et in Deo honorat- menti insignem ministrum eb
fur, et in medio populi gloria- gisti, et per maris undas miri
bltur Wliter traduxisti : concede ut

Hymnus. ejus intercessione dignos pœni.
tentiæ fructus facere et ari

nACRA Raymundi veneramur æternæ salutis portum pervie
y omnes nire valeamus. Per
nrhpqUæ t0t° r^onant in Memoria de S. Emerentiana
Et chorus noster referat ca 1 Virgine et Martyre. Oratio.
noro
Carmine laudes. INDULGENTIAM nobis quæ sumus Domine, beata Eme
Tt I gentiana Virgo et Martyr im
ILI E, qui claris meritis re- ploret : quæ tibi grata semper
rertus' exstitit, et merito castitatis, et
Duxit in terris sine labe vi- tuæ professione virtutis. Per.
tam,
Cælico lætus jubilare cœtu AD TERTIAM.
Sidera scandit.
Capitulum Sapientia lauda
DOCTOR et Virgo duplici bit., ut in Laudibus
P coTMna et f f. Horarum de
mulget in cælis : sed amore Communi unius Confessoris
plenus pag. ?6*
yuotquot hic languent miseri
fideles, AD SEXTAM.
Respicit omnes. Capitulum. Isaiæ 43.

HINC adest cunctis medi- XTOLI timere, quia redemi
PnI ;ca.m0rblS - N te' et vocavi te nomine
i ulvis e sacro tumulo rena- tuo : Meus es tu. Cum trans
srpn^
Hnnei iens Per aquas, tecum ero, et
D '^'. CelS1S mentis Beati> fl"mina non operient te.
Redditur ægris. AD NONAM.
LAUS, honor, virtus Domino
perennis, Capitulum. Isaiæ 49.
Qui Deus simplex, paritem ue
trinus, REGES videbunt, et consur
Nostra, Raymundi precibus gent principes, et adora
remittat bunt propter Dominum, quia
Crimina vitæ. Amen. fidelis est, et Sanctum Israel
qui elegit te.



AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Raymundus cælo redditur et Angelorum jubilo : Doctorum cœtui jungitur et Virginum consortio. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Sapientia., Hymnus Grande Raymundi. et f. Ora pro nobis., ut in I. Vesperis, pag. 845.

Ad Magnificat Ana. O beate Raymunde, quem doctrinæ commendat veritas, et virginalis exornat castitas, salutis semitam nos edoce, et puritatem cordis nobis obtine : ut per tua suffragia consequamur æterna gaudia.

PER OCTAVAM S. RAYMUNDI.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. O Virgo, o Doctor, o vigil reconciliationis minister, preces nostras benigne suscipe, et indignationem Judicis a nobis averte.

Oratio Deus, qui beatum Raymundum. ut in Laudibus Festi.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Piis Raymundi precibus, educ nos Domine de domo servitutis peccati, in libertatem gloriæ filiorum tuorum.

Oratio Deus, qui beatum Raymundum. ut in Laudibus Festi.

IN OCTAVA S. RAYMUNDI.

SIMPLEX.

Ubi de Octava die S. Raymundi Officium celebrari contigerit, omnia, præter hic posita, fiant ut in Festo, servato modo Octavæ diei Simplicis.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura Feriæ currentis. Si autem talis Feria Lectiones de Scriptura non habuerit, dicantur Lectiones ut in j. Nocturno Festi.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Bulla Canonizationis.)

Lectio iv.

IN Hispanias Legatus a latere missus Joannes Cardinalis Episcopus Sabinensis, beatum Raymundum legationis sibi comitem adscivit. Hoc in munere summa humilitate, prudentia, et caritate se gessit. Iter prolixum et arduum, provecta licet ætate, pedes egit : Cardinalem, quo erat venturus, anteire solebat, plebem perfectam verbi Dei præconio, censurarum ac peccatorum absolutione paraturus. Nihil, tot inter labores apostolicos, de solita ciborum abstinentia, vigiliis, jejuniis, totiusque Religionis severitate remisit. Quin et soluta legatione, Cardinalis, ut una secum Romam pergeret postulantis, precibus inclinari non potuit : ne qua ei evangelicæ sollicitudinis merces obtingeret.

Lectio v.

EUM subinde Romam vocatum, tandem fecit Gregorius Nonus, ut ei gravissima quæque Ecclesiæ negotia committeret. Hunc etiam cum a sacris sibi confessionibus præfecisset, ipse, qua erat in egenos caritate, ei pœnitentiæ loco solebat injungere, ut inopum preces ac justas sine mora petitiones exciperet, eorumque negotia absque procrastinatione conficeret. Hinc ab eodem

Summo Pontifice Pater pauperum merito dictus. Ab ecclesiasticis dignitatibus et honoribus alieno semper fuit animo: Barcinonamque valetudinis causa, ex medicorum consilio, ac Summi Pontificis accepta venia, redire compulsus, eum &nimi candorem ab omni ambitionis labe purissimum, quo imbutus ad Urbem venerat, in patriam reportavit.

Lectio vj.

JACOBO Aragonum regi a confessionibus factus, munus arduum evangelica libertate obiit. Cum enim Regem, vesano amore captum, irrito conatu, monitis ac precibus avocare tentasset, ex insula Majori Baleari, quo tunc aula convenerat, ingenti trajecti maris prodigio' secessit : Regemque miraculi celebritate perterritum vocavit ad pœnitentiam. Hujus jussu concilio provinciali Tarraconensi, contra Waldenses tunc temporis habito, interfuit. Hebræos et Agarenos magno numero vocavit ad fidem : atque ob id Hebraicæ et Arabicæ linguæ publicas scholas in Ordine Prædicatorum regiis impensis instituit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia ut in Festo, nisi legenda occurrerit aliqua Homilia de Tempore.

DIE XXIV. JANUARII.
B. MARCOLINI
CON F. ORD. PRÆD.
DUPLEX.

Oratio.

"pvEus, cui humilium et mattis' sumtorum semper placuit deprecatio : fac nos beati Margini precibus et exemplis feproficere ut vere mites et h ' miles corde effecti, facilius tUa dona capiamus. Per

j--V!SI?ris et" Laudibus Memoria S. Timothei E. M

Oratio.

T ÆTETUR Ecclesia tua Deus -Li beati Timothei Martyris tui' atque Pontificis confisa suffraglis : atque ejus precibus gl0. nosis et devota permaneat et secura consistat. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

MARCOLINUS, Forolivii Flaminiæ urbis honestis piisque parentibus ortus, ab ipsa pueritia egregiæ sanctitatis viam insistere visus est. Nam vix decennis superno lumine collustratus, arctiorisque vitæ studio vehementer accensus, in Prædicatorum Ordinem admissus est. In ipso suscepti Instituti tirocinio tantum virtutis incrementum fecit, ut ceteris esset absoluta quædam religiosæ perfectionis imago. Exactissima in eo fuit legum observatio, paupertatis et obedientiæ cultus eximius, silentii et solitudinis amor præcipuus, humilitatis vero singulare studium, quo latere prorsus, atque omnium novissimus haberi perpetuo satagebat. Sensuum custos vigilantissimus, jejuniis, vigiliis, aliisque carnis afflictationibus summam vitæ innocentiam, puritatemque animi et corporis continenter servavit.



Lectio v.

/•"V RATIONIS et divinæ con O tentationis dono maxime enituit : magnam enim diei noctisque partem positis humi renibus, quæ ingentibus propterea callis obducta post ejus mortem reperta sunt, sic in Deo defixus transigebat, ut perpetua veluti extasi in eum rapi videretur, nec alium perciperet sonum, quam quo in divinis mysteriis indicari fidelibus solet Christi Corporis elevatio. Dum vero sacris operaretur, præcipuo fervescebat caritatis æstu, quo sensibus destitutus, ac toto corpore immotus, ad aras diu consistere cogebatur. Deiparam Virginem filiali studio, cultuque eximio prosequebatur, atque ab ejus imagine, quæ nunc etiam devote servatur, familiariter responsa accipere vulgo credebatur. In commune proximorum bonum incitatissimus, pauperum pater habebatur: omnibus vero, quæcumque posset, caritatis officia amantissime impendebat.

Lectio vj.

SUPERNA dona et charismata, quibus cumulatissime fuit, tanta, dum vixit, industria occultare studuit, ut cum fere nullis ea proderet indiciis, vulgaris ac simplex omnino haberetur. Vitam demum cum Christo in Deo absconditam jam octogenarius, prænuntiato mortis die, et Sacramentis Ecclesiæ devotissime susceptis, sanctissime explevit, anno salutis millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Sancti Viri exitu ab ignoto puero per urbem vulgato, incredibilis ad cadaver concursus hominum fuit, quo exhumari illud oportuit, et confluentium venerationi diu permitti. Delatum eidem cultum, ac deinceps continuatum et auctum, Benedictus Decimus quartus sacræ Rituum Congregationisconsultoapprobavit, ejusque Officium et Missam in Ecclesia Foroliviensi, atque universo Prædicatorum Ordine recitari concessit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi.de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

DIE XXV. JANUARII.
IN CONVERSIONE S. PAULI
APOSTOLI.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis et doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Act. 9.

SAULUS adhuc spirans minas et cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas : ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.

Magnus sanctus Paulus, vas electionis, vere digne est glorificandus, * Qui et meruit thronum duodecimum possidere. †. A Christo de cælo vocatus, et in terram prostratus, ex persecutore effectus est vas electionis. — Qui et meruit. Gloria. Qui et meruit.

Hymnus.

DOCTOR egregie Paule mores instrue,
Et mente polum nos transferre satage :
Donec perfectum largiatur plenius,
Evacuato quod ex parte gerimus.

SIT Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas atque jubilatio,
In unitate, cui manet imperium,
Ex tunc, et modo per æterna sæcula. Amen.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. Elegit Dominus virum de plebe, et claritatem visionis æternæ dedit illi. Celebremus Conversionem sancti Pauli Apostoli : gaudium sit in cælo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Oratio.

DEUS qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti : da nobis, quæsumus, ut qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum *In Conversione Apostoli Pauli.

Hymnus Doctor egregie., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Saulus adhuc spirans minarum, et cædis in discipulos Domini, abiit ad Principem sacerdotum, et petiit ab eo ut ubicumque inveniret hujus viæ viros, vinctos perduceret in Jerusalem. Psalmi de Communi Apostolorum, pag. 27* et sequentibus.

Ana. Ibat igitur Saulus furiis invectus, dirum toto pectore virus efflabat, et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat.

Ana. Et subito circumfulsit eum lux de cælo : et cecidit in terram, nihilque videbat.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. I^z. Et in fines orbis terræ verba eorum.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 9.

SAULUS adhuc spirans minarum, et cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas : ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco : et subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit : Quis es Domine? Et ille : Ego sum Jesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

j. Saulus adhuc spirans minarum, et cædis in discipulos Domini, abiit ad Principem sacerdotum, et petiit ab illo, * Ut ubicumque inveniret hujus viæ viros, vinctos perduceret in Jerusalem, y. Ibat igitur Saulus furiis invectus, dirumque toto pectore virus efflabat. — Ut ubicumque.

Lectio ij.

ET tremens, ac stupens dixit : Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum : Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.

ij. Ibat igitur Saulus furiis invectus, dirumque toto pectore virus efflabat : * Et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat, f. Per totam Judæam insania ferebatur, ut Christi membra laniaret in terris. — Et sanctorum sanguinem.

Lectio iij.

ERAT autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias : et dixit ad illum in visu Dominus : Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum : Surge, et vade in vicum, qui vocatur Rectus : et quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem : ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, et imponentem sibi manus, ut visum recipiat.) Respondit autem Ananias : Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem : et hic habet potestatem a Principibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus : Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel.

iij. A Christo de cælo vocatus, et in terram prostratus, ex persecutore effectus est vas electionis : et plus omnibus laborans, multo latius inter omnes verbi gratiam seminavit, * Atque doctrinam evangelicam sua prædicatione complevit. f . Inter Apostolos vocatione novissimus, prædicatione primus, nomen Christi multarum manifestavit gentium populis. — Atque doctrinam evangelicam. Gloria. Atque doctrinam evangelicam.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Saule, Saule, quid me persequeris? Quis es Domine? Ego sum Jesus, quem tu persequeris : durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Ana. Saulus autem tremens ac stupens dixit ad Jesum : Domine, quid me vis facere? Ait autem Dominus ad eum : Surge, et ingredere civitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere.

Ana. A Christo de cælo vocatus, et in terram prostratus, ex persecutore factus est vas electionis.

f. Constitues eos principes super omnem terram. I^z. Memores erunt nominis tui Domine.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Serni. 14 . de Sanctis in Append. 189.)

Lectio iv.

APOSTOLUS Paulus ex persecutore Christianorum annuntiator factus est Christi.

Prostravit enim Christus persecutorem, ut faceret Ecclesiæ doctorem : percutiens eum, et sanans; occidens, et vivificans. Occidit Agnus lupum, faciens agnum de lupo. Ita enim erat in præclara illa prophetia, cum Jacob Patriarcha benediceret filiis suis, præsentia tangens, futura prospiciens. Prædictum erat quod in Paulo contigit Erat autem Paulus, sicut ipse testatur, de tribu Benjamin. Cum autem Jacob, benedicens filios suos, venisset ad benedicendum Benjamin, ait de illo : B6njamin lupus rapax.

iv. Vade Anania, et quære Saulum, quia vas electionis est mihi, ut portet nomen meum * Coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel. y. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. — Coram Gentibus.

Lectio v.

QUID ergo? Lupus rapax semper? Absit. Sed qui mane rapiet prædam, ad vesperam dividet escas. Hoc in Apostolo Paulo impletum est, quia et de illo dictum erat. Jam, si placet, audiamus illum mane rapientem, et ad vesperam escas dividentem. Mane et vespere posita sunt pro eo, ac si diceretur, Prius et postea. Sic igitur accipiamus : Prius rapiet, postea dividet escas. Attendite raptorem : Saulus, inquit, acceptis epistolis a Principibus sacerdotum, ibat, ut ubicumque inveniret Christianos, ad sacerdotes traheret et adduceret, utique puniendos.

v. Ingressus Paulus in synagogas, prædicabat Jesum Judæis, affirmans hk est Christus, f. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant dicentem. — Quia hic est Christus.

Lectio vj.

IBAT spirans et anhelans cædes : Hoc est, Mane rapiens. Nam et quando lapidatus est Stephanus primus Martyr pro nomine Christi, evidentius ad erat et Saulus : et sic aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat : magis sæviens omnes adjuvando, quam suis manibus lapidando. Audivimus, Mane rapiet : videamus, Ad vesperam qualiter dividat escas. Voce Christi de cælo prostratus, et accipiens desuper interdictum jam sæviendi, cecidit in faciem suam, prius prosternendus, deinde erigendus; prius percutiendus, postea sanandus.

vj. Magnus sanctus Paulus, vas electionis, vere digne est glorificandus : * Qui et meruit thronum duodecimum possidere. J . A Christo de cælo vocatus, et in terram prostratus, ex persecutore effectus est vas electionis. — Qui et meruit. G16ria. Qui et meruit.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Viri autem, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, sed neminem videntes.

Ana. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum : et erat tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit.



Ana. Vade Anania, et quære Saulum : ecce enim orat: quia vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel.

fi Nimis honorati sunt amici tui Deus. 3?. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Hora. in Natali S. Benedicti.)

PERFECTUS ille est, qui habens vendit omnia quæ habet, et dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum. Habebit enim thesaurum non deficientem in cælis. Unde bene, interrogante Petro, dixit talibus Jesus : Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus nomine laborantes, in alia præmium sperare docuit : id est in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

R}, vij. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole, prædicator veritatis in universo mundo : * Per quem omnes Gentes cognoverunt gratiam Dei. f. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. — Per quem.

Lectio viij.

ET justi qui hic pro Christo, humanæ gloriam celsitudinis neglexerunt, illic a Christo judices glorificati, singulariter cum eo assideant, qui a sequendis ejus vestigiis nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putet duodecim tantum Apostolos (quia pro Juda prævaricante Mathias electus est) tunc esse judicaturos; sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israel judicandæ : alioquin tribus Levi, quæ tertiadecima est, injudicata recedet.

1$. viij. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, et doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, * Qui te elegit. y. Ut digni efficiamur gratia Dei. — Qui te elegit.

Lectio ix.

ET Paulus, qui tertiusdecimus est Apostolus, judicandi sorte privabitur, cum ipse dicat, Nescitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis sæcularia? Sciendum namque est omnes, qui ad exemplum Apostolorum sua reliquerunt omnia, et secuti sunt Christum, judices cum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse judicandum. Quia enim duodenario sæpe numero solet in Scripturis universitas designari, per duodecim sedes Apostolorum, omnium numerositas judicantium, et per duodecim tribus Israel, universitas eorum, qui judicandi sunt, ostenditur.

ix. Celebremus Conversionem sancti Pauli Apostoli : * Quia hodie ex persecutore effectus est vas electionis. )F. Gaudent Angeli, et exsultant Archangeli, et collaudant in cælis Filium Dei. — Quia hodie. Gloria. Quia hodie.

Ante Laudes y. Dedisti hereditatem. ^.Timentibus nomen tuum Domine.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

T. Saulus, qui et Paulus, magnus prædicator, a Deo confortatus, convalescebat, et confundebat Judæos. Psalmus Dominus regnavit cum ceteris, pag. 17 .

2. Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, et implearis Spiritu sancto.

3. Sub manu continuo Ananiæ ceciderunt squamæ ab oculis ejus : et surgens baptizatus est, et accipiens cibum, confortatus est.

4. Prostratus est sævissimus persecutor, sed erectus est fidelissimus prædicator. Quos Domine verbis edocet de te, meritis ducat ad te.

5. Ingressus Paulus in synagogas, prædicabat Judæis Jesum, affirmans quia hic est Christus.

Capitulum. Act. 9.

SAULUS adhuc spirans minarum, et cædis in discipulos Domini, accessit ad Principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas : ut si quos invenisset hujus viæ virosae mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera
Apostolorum gloriam
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

ECCLESIARUM principes
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

DEVOTA sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem.

IN his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exsultat in his Filius,
Cælum repletur gaudiis.

TE nunc Redemptor quæsumus
Ut ipsorum consortio
Jungas precantes servulos,
In sempiterna sæcula.
Amen.

S. Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus Afia. Celebremus Conversionem sancti Pauli Apostoli, quia hodie ex persecutore effectus est vas electionis : ideo gaudent Angeli, lætantur Archangeli, et collaudant in cælis Filium Dei.

Oratio.

DEUS qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti : da nobis, quæsumus, ut qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum Saulus adhuc spirans. ut in Laudibus.

T Si Conversio sancti Pauli post Septuagesimam evenerit, omittatur Alleluia, in sequentibus Responsoriis Horarum.

R In omnem terram exivit sonus eorum, * Alleluia, alleluja. In omnem terram, f. Et in fines orbis terræ verba eorum. Alleluia. G16ria. In omnem terram.

ym Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. 9.

VADE Ananias, quoniam vas electionis mihi est iste : ut portet nomen meum coram Gentibus, et regibus, et filiis Israel.

Constitues eos principes super omnem terram, * Alleluia, alleluia. Constitues eos. f. Memores erunt nominis tui Domine. Alleluia. Gloria. Constitues eos.

y. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis confortatus est principatus eorum.

AD NONAM.

Capitulum. Act. 9.

ET abiit Ananias, et introivit in domum : et imponens ei manus dixit : Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, ut videas, et implearis Spiritu sancto.

Nimis honorati sunt amici tui Deus, * Alleluia, alleluja. Nimis honorati sunt. Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia. Gloria. Nimis honorati sunt

f. Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt



AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Saulus, qui et Paulus, magnus prædicator, a Deo confortatus, convalescebat, et confundebat Judæos. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi Apostolorum, pag. 34*.

Capitulum Saulus, adhuc spirans., Hymnus Doctor egregie, y. In omnem terram, ut in j. Vesperis, pag. 853. et pag. 854.

Ad Magnificat Ana. Cum autem complacuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret in me Filium suum in Gentibus : continuo non acquievi carni et sanguini.

Oratio.

DEUS qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicati6ne docuisti : da nobis, quæstuus, ut qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

DIE XXVI. JANUARII.
B. MARGARITÆ
DE HUNGARIA
VIRO. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS fidelium animarum remunerator, qui beatæ Margaritæ Virginis renuntiationem perfectam et mortificationem assiduam donis spiritualibus et gaudiis æternis decorasti : fac nos, ejus intercessione et exemplo, carnis vitia conterere et terrena despicere, ut vitam assequamur æternam. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Polycarpi Episcopi et Martyris. Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui beati Polycarpi Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex processu Apostol. pro Canoniz. et aliis monum.)

Lectio iv.

CUM Tartari, duce Battho, Poloniam et Pannoniam ferro flammaque vastarent, Christi fidelium, Fratrum maxime Prædicatorum sanguine ingratas terras benigne respiciens Deus, sicuti aliis populis Hyacinthum et Ceslaum, prece signisque potentes, præsidio dederat, ita Hungaros nova ejusdem Ordinis hostia placatus liberavit. Bela enim Quartus et Maria Lascaris eorum reges, Dalmata recepti arce, conceptam prolem Deo et sancto Dominico pro regni liberatione offerentes, pacatis repente omnibus, Budam cum recens nata Margarita remigrarunt. Eam, avito regno tutelarem ex utero factam, parens optima, promissi beneficiique memor, ad Vesprimienses dicti Ordinis sanctimoniales ante annum ætatis quartum deduxit. Crucis ibi discipula ex animo effecta, domumque suam vere oblita Margarita, illico promeruit ut Rex regum speciem ejus concupisceret. Vix septennis sacrum Religionis habitum pia obtinens importunitate et triennio post ad monasterium translata, quod rex ei ædificaverat in Danubii insula, ac recusatis Poloniæ et Siciliæ principum nuptiis, duodenas vota solemnia coram venerabili Magistro Ordinis Humberto nuncupavit. Adhuc autem a rege Bohemiæ serio expetita : ut talia magis exscinderet, et Christo se palam proderet desponsatam, sacrum capitis velamen cum Strigoniensis benedictione Pontificis ad aram sanctæ Elisabeth amitæ suæ accipere festinavit.

Lectio v.

SPONSO virginum devicto mundo, consecrata, suo etiam contemptu, et carnis crucifixione Regi ipsi Martyrum impigre studuit assimilari. Deterrimis vestibus semper amicta, abjectisque muneribus inhians, verrere domum, sordes abstergere, parare cibos, et gravi sæpe pondere onerari in deliciis habuit. Ægrotis sororibus et ancillis, quarum etiam infici morbo ceteræ timerent, tali inserviebat caritate et abjectionis desiderio, ut gravia cuncta et infima officia erga ipsas sibi unice arrogaret. Manus gelu, et cubitos ac genua humi adhæsione tumescere et dilacerari nil reputans, attritum multo jejunio corpus cilicio, flagris, et insomni nocte acriter divexabat, sextis maxime Feriis, ac pridie solemnitatum Christi et Deiparæ, tum diebus quindecim Paschali sacramento præviis. Passionis item mysteria cum singultu recole



^^^i^i æstu flagrabat, j Coram Dilecto velis eucharisticis abscondito, aut ad crucem depicto, libentius, et ad multas quotidie horas, cor suum effundens, ubique tamen et sine intermissione orabat, præscriptæ divinæ laudi integrum non raro addens Psalterium, tum millenas (toties se inclinando) ad Deum Patrem orationes, vel ad Paraclitum Spiritum, aut salutationes dilectissimæ sibi Dei parenti Virgini. Præpositæ ad nutum obediens, in paupertatis cultu severa, afflictorum et egentium angustiis occurrens, maximo erat ceteris ad virtutem incitamen

T0 T I-* *

Lectio vj.

PASSIONUM suarum sociam, consolationis item, et potestatis consortem reddidit Christus viventem pariter, et post mortem. Nam vel a pueritia prophetizans, et inter sacra sensibus avocari solita, cordium arcana cognovit, febres morbosque abegit, et puteo lapsam semi mortuam famulam ab omni subito ruina liberavit. Ignis ventorumque vim superans, fluminis quandoque impetum, et lucis radios sibi habuit obsequentes. Ejus quoque capiti flamma insidens, et corpori circumfusus splendor apparuit: nec monumenta desunt, quæ sacris donatam asserunt Redemptionis nostræ stigmatibus. Proximæ tandem mortis præscia, Sacramentis inter lacrimas de more susceptis, in festo sanctæ Priscæ, anno millesimo bis centesimo septuagesimo, lustris sex non dum peractis, diademati Christi innexa Margarita cælos intravit. Exstinctæ corpus, futuræ resurrectionis decus quoddam cum suavi fragrantia præ se ferens, solemni pompa sepulcro illatum, supplicantium morbis frequens medicina fuit : quod præ aliis sanctus Antoninus testatur, Margaritam asserens in vita et post mortem claruisse miraculis. Ad ea autem cognoscenda non semel Apostolici delegati sunt judices, egeruntque sæpe cum Pontificibus reges de Margarita cælitibus adscribenda. Concessam tandem quibusdam ecclesiis potestatem de regia Virgine Officium recitandi et Missam celebrandi, Pius Septimus Pontifem Maximus ad universum Prædicatorum Ordinem, qui singulari se ejus protectione auctum gloriatur, clementer extendit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. loo*.

## DIE XXVII. JANUARII.

## S. JOANNIS CHRYSOSTOMI EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX. Oratio.

ECCLESIAM tuam, quæsumus Domine, gratia cælestis amplificet, quam beati Joannis Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis et doctrinis. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Juliani Episcopi et Confessoris.

Oratio.

EXAUDI, quæsumus, Domine, preces nostras, quas in beati Juliani Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus : ut qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolvas peccatis. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres,Lectiones Beatus vir, qui in sapientia morabitur, de Communi unius Doctoris, pag. 79*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JOANNES, Antiochenus, propter aureum eloquentiæ flumen cognomento Chrysostomus, Antiochenæ primum Ecclesiæ Presbyter, postea Arcadii imperatoris 6pera invitus Constantinopolitæ Ecclesiæ præficitur. Quo suscepto munere, pravos nobilium mores vehementius objurgans, magnam subiit invidiam : quin et • Eudoxia, quam propter ademptam Callitropæ viduæ pecuniam et alterius viduæ agrum reprehenderat, agente, per aliquot Episcoporum concilium, cui, quod nec legitimum, nec publicum esset, interesse noluit, ejicitur in exsilium.

Lectio v.

PAULO post propter ejus desiderium seditione populi facta, admirabili civitatis plausu ab exsilio revocatus, cum perditos mores increpare non desisteret, et ad argenteam Eudoxiæ statuam in foro sanctæ Sophiæ ludos fieri prohiberet, conspiratione inimicorum Episcoporum, iterum exsulare cogitur, viduis et e^en" tibus omnibus communis parentis ejectionem lugentibus" In exsilio incredibile est et quanta mala perpessus sit et quam multos ad Jesu Christi fidem converterit Verum dum concilio Romæ habito, decreto Innocenti Primi Pontificis restituitur, a militibus, qui eum custodiebant, miris in itinere malis afficitur.

Lectio vj.

CUM per Armeniam duceretur, sanctus Basiliscus Martyr, in cujus templo oraverat, noctu sic eum affatus est: Joannes frater, crastinus dies nos loco conjunget. Quare postridie, sumpto Eucharistiæ sacramento, seque crucis signo muniens, animam Deo reddidit, decimo octavo Kalendas Octobris. Quo mortuo, horribilis grando Constantinopoli cecidit, et quatriduo Augusta cessit e vita. Ejus corpus, magnis miraculis clarum, Theodosius Arcadii filius Constantinopolim portandum et honorifice sepeliendum curavit, sexto Kalendas Februarii : cujus etiam reliquias veneratus, parentum suorum veniam petiit Quod deinde Romam translatum, in basilica Vaticina conditum est. Scribenti sæpius astare sanctus Paulus visus est, quædam quasi suggerens: et ipse sæpius templum Angelis plenum, divini præsertim tempore sacrificii, vidit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi unius Doctoris, pag. 80*.





DIE XXVIII. JANUARII.
IN TRANSLATIONE
S. THOMÆ AQUINATIS.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Felix Thomas, Doctor Ecclesiæ, lumen mundi, splendor Italiæ, candens virgo flore munditiæ, bina gaudet corona gloriæ. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 45.

ELEGIT eum Dominus ex omni carne, et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

Sertum gestans cum torque duplici, cappa gemmis ornata cernitur : ex monili fulgoris cælici lux emissa mundo" diffunditur : * Augustinus Fratri sic loquitur : f. Thomas mihi par est in gloria, virginali præstans munditia. — Augustinus Fratri sic loquitur. Gloria. Augustinus Fratri sic loquitur.

Hymnus.

EXSULTET mentis jubilo
Laudans turba fidelium,
Erorum pulso nubilo
Per novi solis radium.

THOMAS in mundi vespere
Fudit thesauros gratiæ,
Donis plenus ex æthere
Morum et sapientiæ.

DE cujus fonte luminis
Verbi coruscant faculæ,
Scripturæ sacræ Numinis
Et veritatis regulæ.

FULGENS doctrinæ radiis,
Clarus vitæ munditia,
Splendens miris prodigiis,
Dat toti mundo gaudia.

LAUS Patri sit ac Genito,
Simulque sancto Flamini,
Qui sancti Thomæ merito
Nos cæli jungat agmini.
Amen.

y. Ora pro nobis beate Thoma. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. O Thoma, laus et gloria Prædicatorum Ordinis, nos transfer ad cælestia, professor sacri Numinis.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui atque Doctoris, mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas : da nobis, quæsumus, et quæ docuit intellectu conspicere, et quæ egit imitatione complere. Per.

In j. Vesperis et Laudibus fiat Memoria de S. Agnete Virgine et Martyre secundo :

Ad Memoriam ejus in j. Vesperis Aha. Ista est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit: quæ accepta lampade sumpsit secum oleum, et veniente Domino introivit cum eo ad nuptias.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio.

DEUS, qui nos annua beatæ Agnetis Virginis et Martyris tuæ solemnitate lætificas, da ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adsunt Doctoris cælici Thomæ festa solemnia : * Devotione supplici laudes promat Ecclesia.

Hymnus.

THOMAS insignis genere,
Claram ducens originem,
Subit ætatis teneræ
Prædicatorum Ordinem.

TYPUM gessit luciferi,
Splendens in cœtu nubium,
Plusquam doctores ceteri
Purgans dogma Gentilium.

PROFUNDA scrutans flumi num
In lucem pandit abdita.
Dum supra sensus hominum
Obscura facit cognita.

FIT Paradisi fluvius
Quadripartite pervius :
Fit Gedeonis gladius,
Tuba, lagena, radius.

LAUS Patri sit ac Genito
Simulque sancto Flamini,
Qui sancti Thomæ merito
Nos cæli jungat agmini.
Amen.

IN L NOCTURNO.

Ana. Doctor Thomas repletus gratia, præmonstratus sacris oraculis, mundi, carnis, ho stisque vitia fugat, exemplar datum sæculis. Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 68* et sequentibus.

Ana. Mentis innocentia flos que puritatis exstiterunt præ via luci veritatis.

Ana. Ope Doctoris cælici tota gaudet Ecclesia : fulget Ordo Dominici peculiari gloria.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 39 .

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarura simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum con versabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in con spectu præsidis apparebit In terram alienigenarum gentium pertransiet; bona enim et maia in hominibus tentabit

j- Sancti viri verbum propheticum præmonstravit mundo mirificum sanctum Thomam Doctorem cælicum * Sectaturum sanctum Domi nicum. y. Nam vir sanctus hunc matri gravidæ ducem prompsit doctrinæ lucidæ. — Sectaturum sanctum Domini cum.

Lectio ij.

COR suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus ma gnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum : et ipse tamquam imbres mittet elo quia sapientiæ suæ, et in oratione confitebitur Domino : et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.

ij. Christi pia tractus dul cedine, mundum linquens probatur turbine : * Pugil fortis raptus de Ordine vicit prorsus pulsa libidine. 7. Orat pressa cruce mirifica : renes cingit manus angelica. — Pugil fortis.

Lectio iij.

IPSE palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur. Non recedet memo ria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in genera ti6nem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si perman serit, nomen derelinquet plus quam mille : et si requieverit, proderit illi.

iij. O anima sanctissima, qua contemplante dulciter,cor pus linquebat infima, * Stans sursum mirabiliter! f. Nullo prorsus fultus subsidio, leva batur in raptus gaudio. — Stans sursum mirabiliter. Gloria. Stans sursum mirabiliter.

IN II. NOCTURNO.

Ana. O munus Dei gratiæ, vincens quodvis miraculum! pestiferæ superbiæ nunquam persensit stimulum.

Ana. Prece curat socium febrem patientem, et in ora vestium sanguine fluentem.

Ana. Stella candens emicat, stuporem dans insolitum, quæ instantem indicat beati Thomæ transitum.

Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

(Ex sancto Antonino, et aliis probatis auctoribus.)

Lectio iv.

DOCTORE Angelico inter amplexus et lacrimas monachorum Cisterciensium Fossæ Novæ e vivis sublato, sacrum ejus corpus ibidem conditum est : sed monachis de tanto thesauro pie sollicitis, sæpius subinde, nunquam vero sine miraculis, loco mutatum. Septem enim post mensibus, Prioris jussu, clam sepulcro subductum, dum sequenti et intempesta nocte (Superiore a divo Thoma per somnium du rius objurgato) clam restitui tur, ad cælestis odoris e sacris reliquiis late manantis fragrantiam excitatis mona chis, et ad ecclesiam confluentibus, fraus detecta prodigio est, aucta sacri pignoris re ligio. Unde septem post an nos decentiorem in locum arcamque marmoream solemni ritu translatum, integrum adhuc, integrisque vestibus, suavissimumque spirans odo rem, etiam post quatuordecim annos repertum est; habi tus licet plenioris esset, dum viveret, locoque humidiori fuisset repositum.

1^7. iv. De excelsis Fons sapientiæ sancto Thomæ infudit copiam, tamquam flumen claræ scientiæ : qui susceptam refudit gratiam, dum fluentis summæ peritiæ * Rigat totam sanctam Ecclesiam, y. Stilus brevis, grata facundia: celsa, clara, firma sententia. — Rigat totam sanctam Ecclesiam.

Lectio v.

SED cum septuaginta quinque annis a sancti Thomæ obitu, sacrum ejus corpus in arcem comitis Fundensis de latum esset, ipso sancto Doctore matrem comitis nec semel increpante, quod nisi apud fratres suos libenter non quiesceret; fratreque comitis ex equo terræ letaliter alliso, et facto de restituendis reliquiis voto, repente sanato, comes graviorem Dei iram pertimescens, pretiosum pignus Cisterciensibus monachis, et tandem

Fratribus Prædicatoribus Fundensibus consignavit. Suis Sanctus ipse reliquiis sæpius fecit fidem. De iis enim, dum adhuc in arce servarentur, dubitantibus Episcopo et comitis Fundensis matre, palam ab iisdem visus est in habitu Ordinis e loculo surgere, et cum aliquandiu tacitus coram deambulasse^ eodem residere : redditoque Ordini corpore, Fratri Raymundo Fundis ad ejus sepulcrum oranti apparens, ibidem corpus suum esse contestatus est.

R?, v. Felix Doctor, cujus solatio angelorum servit attentio, Petrus, Paulus favent obsequio, * Dei Mater mulcet alloquio. jP. Elevatus a terra cernitur, Crucifixus eum alloquitur. — Dei Mater mulcet alloquio.

Lectio vj.

SACRI depositi jacturam ægre tulere Cistercienses, de reliquiis sibi a Fratribus Prædicatoribus ablatis apud Urbanum Quintum graviter conquesti, sed frustra, ut injuria. Placatus enim derepente, nec sine miraculo, Summus Pontifex, ipso festo Corporis Christi, cujus Officium a sancto Thoma editum audierat, Ordini Prædicatorum, ejusque Generali Magistro, sancti Doctoris corpus, ejusque præterea caput, quod Cistercienses in castro Piperni seposuerat, gratulante sacro Cardinalium collegio, perpetua concessione donavit. Tolosam ejusdem auctoritate et gratia, ad conventum Ordinis transmissum, haud facile dictu, quanta pompa a Tolosatibus exceptum est. Processit obviam ad plura milli ari a Ludovicus dux Ande?avensis, Caroli Quinti regis christianissimi frater, cum multi' aliis Ecclesiæ regnique prin^ pibus, universoque urbis clero et magistratu : populus supra centum quinquaginta millia effusus, faces ad decem et amplius millia accensæ : miraculorum denique gloria, et sanitatum gratiis cumulata lætitia.

vj. Sidus missum Thomæ de superis, novo signo divini muneris, * Hunc cælestem demonstrat ceteris Verbo, vita, doctrina, litteris. F - Quam excelsus, quem cæli prædicant; quam præclarus, quem stellæ indicant! — Hunc cælestem. Gloria. Verbo, vita, doctrina litteris.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Instante vitæ termino, vidit regna cælestia: et revelante Domino, novit parata præmia.

Ana. Seminavit hic largiter Doctor virtuosus : metit illic feliciter victor gloriosus.

Ana. Sidus de nube trahitur, de fœno flos elicitur, salque de terra tollitur, dum Thomas cælo redditur.

Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Thomæ Aquinatis.

(Comment. in Matth. e. 5.)

MONENTUR hic Apostoli diligentiam habere in exsecutione sui officii, tum in for



nia exsequendi, tum in modo docendi. Vos estis, id est, Esse debetis sal terræ. Comparantur autem sali ratione virtutis, quia cibos condit : sic sermo Apostolicus mentes insipidas condiebat. Et sicut sal sterilem terram facit, sic Apostoli, destructo regno peccati, germen vitiorum compescebant. Ratione originis : nam sal ex aqua maris, et calore ignis vel solis conficitur; et Apostoli ex aqua tribulationis, et calore dilectionis facti sunt Ratione consuetudinis : quia usus salis in omni sacrificio erat : sic Apostolorum honesta conversatio erat et in occulto et in aperto, et coram Deo et coram proximo. Prius autem sal quam lux dicti, quia prius vita quam doctrina : vita enim ducit ad scientiam veritatis.

fy vij. Scholas Thomæ Paulus ingreditur, sacra simul fantur mysteria : digne tandem per raptum trahitur * Vir cælestis ad cæli præmia. f. Clamor Fratris trinus emittitur : Doctor noster a nobis tollitur. — Vir cælestis ad cæli præmia.

Lectio viij.

Vos estis lux mundi. Hic ostenditur, quod Apostoli debent illuminare verbo doctrinæ. Tria autem notantur, quæ debet habere prædicator verbi divini : stabilitas, ut non deviet a veritate; claritas, ut non doceat cum obscuritate; utilitas, ut quærat Dei laudem, et non suam. Comparantur vero luci tum ratione essentiæ, quæ est cælestis; nam et ipsi conversatione debent esse cælestes : tum ratione actus, qui est, tenebras illuminare, vias dirigere, latibula manifestare, differentias rerum ostendere; nam et prædicatores debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, et vitanda manifestare : ac denique ratione efficaciæ; luce enim Apostolorum, mundus est ædificatus exemplis, inflammatus doctrinis, fecundatus bonis operibus, alleviatus peccatis, excitatus a negligentiis, animatus ad contemplationem cælestium, et ereptus de potestate dæmonum.

I^z. viij. Beati Thomæ gloria divo fulsit miraculo, dum odoris fragrantia mira fluxit ex tumulo : * Qui nitens pudicitia vixit absque piaculo, jp. Hic, speciali gratia lustrato mentis oculo, celsa novit mysteria cæli doctus oraculo. — Qui nitens pudicitia vixit absque piaculo.

Lectio ix.

NON potest civitas abscondi. Id est, soliditas Apostolicæ doctrinæ, vel sancta vita ipsorum, munita virtutibus. Supra montem posita : super Christum nempe, vel Ecclesiam. Quare non potest celari? Quia ipse mons manifestat eam. Quia vero est supra montem, secura, inexpugnabilis, et immobilis est Quod indicat constantiam, patientiam, et perseverantiam. Neque accendunt lucernam sub modio. Lucerna, doctrina prædicationis est, in qua debet esse fervor spiritus interius, et lumen boni exempli exterius. Hæc autem non ideo data est, ut celetur sub modio timoris, vel commodi vitæ præsentis.

Ut videant opera vestra bona. Si enim doctrina est bona, et prædicator malus, tunc ipse est occasio blasphemiæ doctrinæ Dei.

R?. ix. Sertum gestans cum torque duplici, cappa gemmis ornata cernitur; ex monili fulgoris cælici lux emissa mundo diffunditur. * Augustinus Fratri sic loquitur, f. Thomas mihi par est in gloria, virginali præstans munditia. — Augustinus Fratri sic loquitur. Gloria. Augustinus Fratri sic loquitur.

Ante Laudesy. Ora pro nobis beate Thoma. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Collaudetur Christus Rex gloriæ, qui per Thomam lumen Ecclesiæ mundum replet doctrina gratiæ. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Aurum sub terra tegitur, et lucerna sub modio : sed virtus Dei cernitur miraculorum radio.

3. Alma mater Ecclesia, Christi fundata sanguine, sceptra conscendit grandia, novi Doctoris lumine.

4. Pressus vi dæmonii cito liberatur : raptu mersus fluvii vitæ restauratur.

5. Tumor gulæ pellitur, leprosus mundatur, cæco lumen redditur, claudo gressus datur.

Capitulum. Eccli. 45.

ELEGIT eum Dominus ex omni carne, et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

Hymnus.

LAUDA mater Ecclesia
Thomæ felicem exitum
Qui pervenit ad gaudia
Per verbi vitæ meritum.

FOSSA Nova tunc suscipit
Thecam thesauri gratiæ,
Cum Christus Thomam Afficit
Heredem regni gloriæ.

MANENS doctrinæ veritas
Et funeris integritas,
Mira fragrans suavitas,
Ægris collata sanitas .

MONSTRAT hunc dignum laudibus
Terræ, ponto et superis.
Nos juvet suis precibus,
Deo commendet meritis.

LAUS Patri sit ac Genito,
Simulque sancto Flamini,
Qui sancti Thomæ merito
Nos cæli jungat agmini.
Amen.

jP. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Viror carnis flore munditiæ, vigor vitæ fructu justitiæ, splendor verbi dono scientiæ, te decorant stantem in acie, te coronant in statu gloriæ. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui atque Doctoris, mira eruditione clariflcas, et sancta operatione fecundas : da nobis, quæsumus, et quæ docuit intellectu conspicere, et quæ egit imitatione complere. Per.

Ad Memoriam S. Agnetis Ana. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : quia concupivit rex speciem tuam.

J. Adducentur regi virgines post eam. 1^7. Proximæ ejus afferentur tibi.



Oratio.

DEUS, qui nos annua beatæ Agnetis Virginis et Martyris tuæ solemnitate lætificas: da ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum Elegit eum Dominus., ut in Laudibus.

T et ff. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 39.

IPSE tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et palam faciet disciplinam doctrinæ ejus : collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 7.

LÆTATUS sum, quoniam antecedebat me ista sapientia : quam sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Collaudetur Christus Rex gloriæ, qui per Thomam lumen Ecclesiæ mundum replet doctrina gratiæ. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Elegit eum Dominus, et Hymnus Exsultet mentis jubilo., ut in j. Vesperis, Pag. 86s.

f. Ora pro nobis beate Thoma. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Militantis Doctor Ecclesiæ, virginali florens munditia, triumphantis optata curiæ sancte Thoma largire gaudia.

DIE XXIX. JANUARII.
S. FRANCISCI SALESII
EPISC. CON F. ET ECCL. DOCT.
DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui ad animarum salutem, beatum Franciscum, Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti : concede propitius ut caritatis tuæ dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis ac suffragantibus meritis, æterna gaudia consequamur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria de Octava die S. Vincentii Martyris (nisi transferenda fuerit), ut infra sub titulo Eadem die xxix. Januarii. notatum est, pag. 871.

Item in j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Pauli primi Eremitæ, Confessoris. Oratio.

DEUS, qui nos beati Pauli Confessoris tui annua solemnitate lætificas : concede propitius ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres Lectiones Beatus vir, qui in sapientia morabitur, de Communi unius Doctoris, pag. 79*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

FRANCISCUS in oppido Salesio, unde familiæ cognomen, piis et nobilibus parentibus natus, a teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit,

morum innocentia et gravita te. Adolescens liberalibus di sciplinis eruditus, mox philo sophiæ ac theologiæ Parisiis operam dedit : et ne quid sibi deesset ad animi culturam, ju ris utriusque lauream summa cum laude Patavii obtinuit. In sacra æde Lauretana perpe tuæ virginitatis votum, quo pridem Parisiis se obstrinxe rat, innovavit :a cujus virtutis proposito nullis unquam dæ monum fraudibus, nullis sen suum illecebris potuit dimo veri.

Lectio v.

RECUSATA in Sabaudiæ se . natu amplissima dignita te, clericali militiæ nomen dedit. Tum sacerdotio initia tus, et Genevensis Ecclesiæ Præposituram adeptus, ejus muneris partes adeo perfecte explevit, ut eum Granerius Episcopus vindicandis ab hæ resi Calviniana Chaballicensi bus, aliisque Gene væ finitimis populis, divini verbi præco nem destinarit. Quam expedi tionem alacri animo suscipiens, asperrima quæque perpessus est, sæpe ab hæreticis conqui situs ad necem, variisque ca lumniis et insidiis vexatus. Sed inter tot discrimina et ag6nes, insuperabilis ejus con stantia semper enituit : Deique ope protectus, septuaginta duo millia hæreticorum ad cae licam fidem reduxisse dicitur, inter quos multi nobilitate et doctrina insignes numeran tur.

Lectio vj.

MORTUO Granario, qui eum sibi Coadjutorem decerni curaverat, Episcopus Conse enitus sanctitatis suæ radios circumquaque diffudit, ze]n ecclesiasticæ disciplinæ, pacis studio, misericordia in paUpe res, omnique virtute conspi cuus. Ad divini cultus aug mentum, novum Ordinem san ctimonialium instituit, a Visi tatione beatæ Virginis nun cupatum, sub regula sancti Augustini, cui addidit consti tutiones, sapientia, discretione et suavitate mirabiles. Suis etiam scriptis, cælesti doctrina refertis, Ecclesiam illustravit, quibus iter ad christianam per fectionem tutum et planum demonstrat. Annum denique agens quinquagesimum quin tum, dum e Gallia Annecium regreditur, post Sacrum in die sancti Joannis Evangelistæ Lugduni celebratum, gravi morbo correptus, sequenti die migravit in cælum, anno Do mini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Ejus cor pus Annecium delatum, in ec clesia monialium dicti Ordinis honorifice conditum fuit, cœ pitque statim miraculis clare scere. Quibus rite probatis, ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo in Sanctorum nume rum relatus est, assignata ejus festivitati die vigesima nona Januarii, et a Summo Pontifice Pio Nono, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto, uni versalis Ecclesiæ Doctor fuit declaratus.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi unius Doctoris, pag 80*.



EADEM DIE XXIX. JANUARII.

IN OCTAVA S. VINCENTII M.

MEMORIA IN I. VESPERIS ET LAUDIBUS.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana. Sacram præsentis di6i solemnitatem humili celebre mus devotione : qua invictus Christi Martyr Vincentius, ty ranno devicto, insignem victo riæ palmam cælo gaudens in tulit.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, ^z. Et constituisti eum super opera manuum tua rum.

Oratio.

ADESTO Domine supplica tionibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati Vincentii Martyris tui intercessione libe remur. Per.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Egregius Dei Martyr Vincentius, diris tormentorum suppliciis pro Christo alacriter superatis, ac felicis pugnæ agone constanter expleto, tan dem pretiosam resolutus in mortem cælo triumphans spi ritum reddidit.

f. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo sancti tatis.

Oratio Adesto Domine., ut supra.

DIE XXX. JANUARII.

S. MARTINÆ

VIRG. ET MART.

SIMPLEX.

Oratio.

DEUS, qui inter cetera po tentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : concede propitius ut qui beatæ Marti næ Virginis et Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

In utrisque Vesperis et Lau dibus Memoria de Octava die S.Raymundi de Pennafort Con fessoris Ordinis Prædicatorum (nisi transferenda fuerit) ut in fra sub titulo Eadem die xxx. Januarii.notatum est, pag. 872.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Con fitebor tibi.de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 89*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

MARTINA Virgo Romana, patre consulari, illustri genere nata, teneris adhuc annis orbata parentibus, chri stianæ pietatis ardore succen sa, divitias, quibus affluebat, mira in pauperes liberalitate distribuit. Sub Alexandro prin cipe, cum deos inanes colere ju beretur, immane facinus sum ma libertate detestatur. Qua propter iterum atque iterum affecta verberibus, uncis, un gulis ferreis, testarum fragmen tis lacerata, acutissimis gladiis membratim concisa, adipe fer venti peruncta, demum in amphitheatro damnatur ad bestias : a quibus illæsa divi nitus evadens, in ardentem rogum injecta, incolumis pari beneficio servatur.

Lectio v.

Ex ejus tortoribus nonnulli, miraculi novitate correpti, Dei aspirante gratia, Christi fidem amplexi, post cruciatus gloriosam martyrii palmam ca pitis abscissione promeruere.

Ad ejusdem preces nunc terræ motibus exortis, nunc ignibus e cælo tonante delapsis, deo rum templa prostrata sunt, et simulacra consumpta. Inter dum ex vulneribus ejus lac cum sanguine erupit, splendorque nitidissimus, ac suavissimus odor e corpore emanavit : in terdum sublimis, regia in sede, divinis laudibus una cum cæ litibus interesse visa est.

Lectio vj.

HISCE prodigiis, eousque in primis constantia acriter permotus judex, caput Virgini amputari præcepit. Qua per empta, auditaq ue de cælo voce, qua ad superos evoca batur, Urbs tota contremuit, ac multi idolorum cultores ad Christi fidem conversi sunt. Sacrum Martinæ corpus, Ur bano Octavo Pontifice Ma ximo, in pervetusta ejusdem ecclesia ad Mamertinum car cerem, in Capitolini clivi radi cibus, cum sanctorum Marty rum Concordii, Epiphanii et Sociorum corporibus repartum, eodem loco in meliorem for mam redacto atque decentius ornato, magno populi concur su, totius Urbis lætitia, solemni ritu ac pompa repositum est.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Si mile erit regnum cælorum de cem virginibus, ut in Communi unius Virginis non Martyris, p ag. 100*.

EADEM DIE XXX. JANUARII.
IN OCTAVA S. RAYMUNDL
SIMPLEX.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana. Doctrinæ suæ radiis illu stravit sedentes in errorum tenebris : et caritatis ardore vinctos in mendicitate et ferro redemit.

f. Ora pro nobis beate Rav munde. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oratio

DEUS, qui beatum Raymun dum Pœnitentiæ sacra menti insignem ministrum ele gisti, et per maris undas mira biliter traduxisti : concede ut ejus intercessione dignos pœni tentiæ fructus facere, et ad æternæ salutis portum perve nire valeamus. Per.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Vinctos liberavit de ma nu inimicorum, et eduxit per ditos de via iniquitatis, ut diri gerent pedes suos in viam pa cis.

)T. Justus germinabit sicut lilium, ^z. Et florebit in æter num ante Dominum.

Oratio Deus, qui beatum Ray mundum. ut supra.

Ad Memoriam in ij. Vesperis Aha. O beate Raymunde, quem doctrinæ commendat veritas, et virginalis exornat castitas, salutis semitam nos edoce, et puritatem cordis nobis obtine: ut per tua suffragia consequa mur æterna gaudia.

Ora pro" nobis, et Oratio Deus, qui beatum Raymun dum. ut supra ad Memoriam in j. Vesperis.

DIE XXXI. JANUARII.
S. PETRI NOLASCO
CONFESSORIS.
DUPLEX. Oraria

DEUS, qui in tuæ caritatis exemplum, ad fidelium redemptionem sanctum Pe



trum Ecclesiam tuam nova prole fecundare divinitus do cuisti : ipsius nobis interces sione concede, a peccati servi tute solutis, in cælesti patria perpetua libertate gaudere. Qui vivis.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres Lectiones Bea tus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

PETRUS Nolasco, Recludi prope Carcassonam, in Gal lia, nobili genere natus, singu lari erga proximum caritate excoluit. Cujus virtutis præsa gium fuit, quod cum adhuc in cunabulis vagiret infans, exa men apum ad eum convolavit, et favum mellis in ejus dextera construxit. Adolescens paren tibus orbatus, Albigensium hæresim, quæ tunc in Gallia grassabatur, exsecrans, divi dito patrimonio, in Hispaniam secessit; et apud beatam Vir ginem Montis Serrati, votum, quo pridem se obstrinxerat, exs61vit.TuncBarcinonam per gens, cum in Christi fidelibus ab hostium servitute redimen dis omnem pecuniam consum psisset, se ipsum pro iis libe randis venum ire, aut in illo rum vincula suffici, cupere dictitabat.

Lectio v,

QUAM gratum Deo fuerit hoc sancti Viri desiderium, subsequens declaravit eventus. Nam noctu oranti, et de Chri stianorum in captivitate de gentium subsidio multa animo volventi, beata Virgo appa rens, Filio suo sibique acce ptissimum fore suggessit, si ad sui honorem Religiosorum Ordo institueretur, quibus præ cipue esset cura captivos ab infidelium tyrannide liberare. Huic cælesti monito illico ob temperans, una cum sancto Raymundo de Pennafort, et Jacobo Primo, rege Aragoniæ, de eadem re a Dei Genitrice ipsa nocte præmonitis, Reli gionem beatæ Mariæ de Mer cede Redemptionis captivorum instituit: sodalibus suis quarto voto obstrictis, manendi in pi gnus sub paganorum potestate, si pro Christianorum liberatio ne opus fuerit.

Lectio vj.

EDITO virginitatis voto, illi batam perpetuo castitatem servavit. Patientia, humilitate, abstinentia, ceterisque virtuti bus mirabiliter enituit. Pro phetiæ dono Illustris futura prædixit : inter quæ maxime celebratur, quod Jacobus rex Valentiam a Mauris occupa tam expugnaverit, accepta prius ab eo obtinendæ victoriæ securitate. Angeli Custodis ac Deiparæ Virginis frequenti ap paritione recreabatur. Senio tandem confectus, de immi nenti morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque re fectus Sacramentis, fratres suos ad caritatem erga capti vos cohortatus, et Psalmum Confitebor tibi Domine in toto corde meo devotissime recitans, ad illa verba, Red emptionem misit Dominus populo suo : spiritum Deo red didit media nocte Vigiliæ Na tivitatis Domini, anno mille simo ducentesimo quinquage

simo sexto. Cujus festivitatem Alexander Septimus die trigesima prima Januarii celebrari præcepit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Nolite timere pusillus grex. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 84*.

DIE I. FEBRUARII.

S. IGNATII

EPISCOPI ET MARTYRIS.

DUPLEX. Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui beati Ignatii, Martyris tui atque Pontificis, solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones A Mileto. de Communi unius Martyris Pontificis, pag. 40*.

IN II. NOCTURNO.

Ex sancto Hieronymo, Libro de Scriptoribus ecclesiasticis.

Lectio iv.

IGNATIUS, Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commovente persecutionem Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Cumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus, auditor Joannis, Episcopus erat, scripsit unam epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos, in qua nobile Romanæ Ecclesiæ testimonium perhibet, eam sanctificatam, illuminatam, Deo dignam, castissimam, beatificandam, Spiritu sancto plenam appellans. Inde egressus, scripsit ad Philadelphios, et ad Smyrnæos, et propriam ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam : jn qua et de Evangelio, quod nuper a me translatum est super persona Christi ponit testimonium.

Lectio v.

DIGNUM autem videtur, quia tanti Viri fecimus mentionem, et de epistola ejus, quam ad Romanos scribit, pauca ponere : De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari et in terra, nocte dieque ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt : quibus et cum benefeceris, pejores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est; sed non idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ! quas et oro mihi veloces esse ad interitum, et ad supplicia, et allici ad comedendum me, ne sicut et aliorum Martyrum, non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciam, ego me urgebo, ut devorer. Ignoscite mihi, filioli: quid mihi prosit, ego scio.

Lectio vj.

NUNC incipio Christi esse discipulus, nihil de his, quæ videntur, desiderans, ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, membrorum divisio et totius corporis contritio, et tota tormenta diaboli in me veniant : tantum ut Christo fruar. Cumque jam damnatus esset ad bestias, et ardore patiendi rugientes audiret leones, ait : Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inveniar. Passus est anno undecimo Trajani. Reliquiæ corporis ejus, primo Roma Antiochiam, tandem Antiochia Romam translatæ, in ecclesia sancti Clementis conditæ sunt.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Nisi granum., ut in Communi unius Martyris non Pontificis, pag.



DIE II. FEBRUARII.

# IN FESTO PURIFICATIONIS

## B. MARIÆ VIRGINIS.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Malach. 3 .

ECCE ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis.

Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti : * Dum Virgo Deum et hominem genuisti, et post partum Virgo inviolata permansisti, jp. Gabrielem i Archangelum scimus divinitus te esse affatum : uterum tuum de Spiritu sancto credi mus imprægnatum : erubescat Judæus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. — Dum Virgo. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Omissa resumptione, statim dicatur Prosa sequens :

INVIOLATA, intacta et casta es Maria,
Quæ es effecta fulgida cæli porta.
O Mater alma Christi carissima
Suscipe pia laudum præc6nia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcisona
Nobis concedas veniam per sæcula,
O benigna, quæ sola inviolata permansisti.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis :
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

^.Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto. Non visu rum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Ad Magnificat Ana. Cum in ducerent puerum Jesum Pa rentes ejus, accepit eum Si meon in ulnas suas, et benedi xit Deum dicens : Nunc dimit tis Domine servum tuum in pace.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, majestatem tuam supplices exoramus : ut sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substan tia in templo est præsentatus, ita i nos facias purificatis tibi nan tibus præsentari. Per eumdem"

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Aria. Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria, intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

In fine Hymni duæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, ut in fine Hymni ad Matutinum.

Ad Nunc dimittis Ana. Nunc dimittis Domine servum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ecce venit ad templum sanctum suum Domi nator Dominus : * Gaude et lætare Sion occurrens Deo tuo.

Hymnus.

QUEM terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA Mater munere
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu :
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est

MARIA, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.



IN L NOCTURNO.

Psalmus 8.

J-^OMINE Dominus noster, * JJ quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Benedicta tu in mulie ribus, et benedictus fructus ventris tui.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas : * testimo nium Domini fidele, sapien tiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo*

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Sicut myrrha electa odo rem dedisti suavitatis, sancta Dei Genitrix.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et pleni tudo ejus : * orbis terra rum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundaviteum: * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, * et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, £ et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Post partum Virgo inviolata permansisti : Dei Genitrix intercede pro nobis.

f. Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. B?. Amen.

De libro Exodi.

Lectio j. Cap. 13.

LOCUTUS est Dominus ad Moysen, dicens : Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis : mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad P6Pulum : Cum introduxerit te Dominus in terram Chanani sicut juravit tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam : separabis omne, quod aperit vulvam, Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis • quidquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino Primogenitum asini mutabis ove : quod si non redemeris interficies. Omne autem prilmogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.

p?, j. Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe Regem Christum : * Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit adoravit, y. Accipiens Simeon Puerum in inanibus, gratias agens benedixit Dominum. — Quem Virgo concepit.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

De libro Levitici.

Lectio ij. Cap. 12.

LOCUTUS est Dominus ad Moysen, dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus juxta dies separationis menstruæ. Et die octavo circumcidetur infantulus : ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus juxta ritum fluxus menstrui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.



R? ij. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem M6ysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, * Sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. f. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum. — Sicut scriptum est.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. 13?. Amen.

Lectio iij.

CUMQUE expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ sive turturem pro peccato, adostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti. Qui offeret illa coram Domino, et orabit pro ea, et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut feminam. Quod si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur,

ty. iij. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum, * Sicut scriptum est In lege Domini. J. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem. — Sicut scriptum est. Gloria. In lege Domini.

IN II. NOCTURNO.

Antiphonæ, Psalmi et f. ut in Festis B. Mariæ V., pag. 4 •

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo, l^z. Amen.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serni. 13. de Tempore.)

Lectio iv.

Sicut prædictum est : Mater Sion dicet : Homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. O omnipotentia nascentis! o magnificentia de cælo ad terram descendentis! Adhuc in utero portabatur, et ex utero matris a Joanne Baptista salutabatur. In templo præsentabatur, et a Simeone sene famoso, annoso, probato, coronato, agnoscebatur. Tunc cognovit, tunc adoravit, tunc dixit : Nunc Domine dimittis servum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum.

137. iv. Simeon justus, et timoratus exspectabat redemptionem Israel, * Et Spiritus sanctus erat in eo. f . Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. — Et Spiritus sanctus erat in eo.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

Lectio v.

DIFFEREBATUR exire de sæculo, ut videret natum, per quem conditum est sæculum. Agnovit Infantem Senex, factus est in Puero puer : innovatus in ætate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christum infantem :

Christus regebat Simeonis senectutem. Dictum ei fuerat a Domino quod non gustaret mortem, nisi videret Christum Domini natum. Natus est Christus, et impletum est desiderium Senis in mundi ipsius senectute. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum inveteratum invenit.

13?. v. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini : et benedixit Deum, et dixit : * Nunc dimittis servum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum Domine. J . Cum inducerent puerum Jesum Parentes ejus, accepit eum Simeon in ulnas suas, et dixit. — Nunc dimittis servum tuum.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis.

Lectio vj.

IN isto quidem sæculo diu esse nolebat, et Christum in hoc sæculo videre cupiebat, cantans cum Propheta, et dicens : Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Denique, ut noveritis ita esse istius lætitiam, conclusit, dicens : Nunc dimittis Domine servum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum. Prophetæ cecinerunt Conditorem cæli et terræ in terra cum hominibus futurum : Angelus nuntiavit Creatorem carnis et spiritus in carne venturum. Salutavit Joannes ex utero in utero Salvatorem : Simeon senex Deum agnovit infantem.

vj. Cum inducerent puerum Jesum Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, accepit eum Simeon in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit : * Nunc dimittis Domine servum tuum in pace. f. Suscipiens Simeon Puerum in manibus, exclamavit, dicens. — Nunc dimittis Domine. Gloria. Nunc dimittis Domine.

IN III. NOCTURNO.

Antiphonæ, Psalmi et f ut in Festis B. Mariæ V., pag.7*

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo tempore : Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. Comment. in e. 2. Luc.)

ET ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, et homo iste justus, et timoratus, exspectans consolationem Israel. Non solum ab Angelis, et Prophetis, et pastoribus, sed etiam a senioribus, et justis generatio Domini accipit testimonium. Omnis ætas, et uterque sexus, eventorumque miracula fidem astruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, magus adorat, in utero clausus Joannes exsultat, vidua confitetur, justus exspectat.

R?, vij. Suscipiens Jesum in ulnas suas Simeon, exclamavit, et dixit : * Tu es vere lumen ad illuminationem Gentium, et gloriam plebis tuæ Israel. f. Simeon in manibus Infantem accepit : sed majestatem intus agnovit, et dixit. — Tu es vere lumen.



Benedictio.^ omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

Lectio viij.

ET bene justus, qui non suam, sed populi gratiam requirebat : cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis exsolvi, sed exspectans videre promissum : sciebat enim quia beati oculi, qui eum viderent. Et accepit eum in manibus suis, et benedixit Deum, et dixit : Nunc Domine dimitte servum tuum in pace. Vide justum, velut corporeæ carcere molis inclusum, velle dissolvi, ut incipiat esse cum Christo. Dissolvi enim, et esse cum Christo, multo melius est.

37. viij. Senex Puerum portabat, Puer autem Senem regebat. * Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit adoravit. f. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. — Quem Virgo concepit.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

Lectio ix.

SED qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Jerusalem, exspectet Christum Domini, accipiat in manibus Verbum Dei, complectatur operibus, velut quibusdam fidei suæ brachiis. Tunc dimittetur, ut non videat mortem, quia viderit vitam. Vides uberem in omnes gratiam, Domini generatione diffusam; et prophetiam incredulis esse negatam, non justis. Ecce et Simeon prophetat, in ruinam, et resurrectionem multorum venisse D6minum Jesum Christum.

ix. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti : * Dum Virgo Deum, et hominem genuisti, Et post partum Virgo inviolata permansisti, y. Gabrielem Archangelum scimus divinitus te esse affatum : uterum tuum de Spiritu sancto credimus imprægnatum : erubescat Judæus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. — Dum Virgo. Gloria. Et post partum Virgo inviolata permansisti.

Ante Laudes y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. f^. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Simeon justus et timoratus exspectabat redemptionem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17 .
2. Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi videret Dominum.
3. Accipiens Simeon Puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum.
4. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum.
5. Lumen ad revelationem Gentium, et gloriam plebis tuæ Israel.

Capitulum. Malach. 3.

ECCE ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera,
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Prædictæ duæ ultimæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, dicantur etiam ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Ana. Senex Puerum portabat, Puer autem Senem regebat : quem Virgo peperit, et post partum Virgo permansit, ipsum quem genuit adoravit.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, majestatem tuam supplices exoramus : ut sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eumdem.

AD PRIMAM.

3?. Jesu Christe. J. Qui llatus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum Ecce ego., ut in Laudibus.

T Si festum Purificationis B. Mariæ V. in Septuagesima, vel post Septuagesimam evenerit, omittatur Alleluia, in sequentibus Horarum Responsoriis.

Ad Tertiam fy. Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria, * Alleluia, alleluia. Sancta Dei Genitrix, y. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Alleluia. Gloria. Sancta Dei Genitrix.

T. Post partum Virgo inviolata permansisti. I^z. Dei Genitrix intercede pro nobis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Malach. 3.

IPSE enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum : et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi.

Post partum Virgo inviolata permansisti, * Alleluia, alleluia. Post partum Virgo. y. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum Virgo,

y. Speciosa facta es, et sua vis. R?. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.



AD NONAM.

Capitulum. Malach. 3.

TJT colabit eos quasi aurum, JCi et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in justitia.

Speciosa facta es, et sua vis, * Alleluia, alleluja. Speciosa. y. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Simeon justus et timoratus exspectabat redemptionem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Psalmi de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum. Malaci*. 3.

ECCE ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, et Angelus testamenti, quem vos vultis.

Hymnus Ave maris stella, et y. Responsum accepit, ut in j. Vesperis, pag. 876.

Aci Magnificat Ana. Hodie beata Virgo Maria puerum Jesum præsentavit in templo : et Simeon repletus Spiritu sancto accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum.

DIE III. FEBRUARII.
S. BLASII
EPISC. ET MART.

SIMPLEX.

Oratio.

T\A, quæsumus omnipotens J^f Deus : ut qui beati Blasii Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

A Post Cineres, Lectiones Mileto. de Communi unius Martyris Pontificis, pag. 40*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Actis ejus apud Metaph. et ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

BLASIUS, Sebaste in Armenia sanctitate inde florente, ejusdem civitatis Episcopus eligitur. In primis autem mira mansuetudine pollebat. Qui, quo tempore Diocletianus insatiabilem crudelitatem in Christianos exercebat, se in spelunca abdidit montis Argæi, ubi orationibus et meditationibus assidue vacabat. Feræ silvestres ad eum confluebant, nec prius inde abibant quam accepta ab ipso benedictione. Ibi [tamdiu latuit, donec ab Agricolai præfecti militibus venantibus deprehensus, et ad præfectum ductus, ejus jussu conjectus est in vinculajNocte, quæ diem præcessit, quo captus est, apparuit illi Christus Dominus, dicens : Surge, offer mihi sacrificia pro more tui sacerdotii.

Lectio v.

IN carcere positum, multos ægrotos sanavit, qui ad Blasium, ejus fama sanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit matris unicus, qui desperata a medicis salute, transversa spina faucibus inhærente, animam agebat. Pro ductus autem ad præfectum,

cum nec blanditiis, nec minis adduci posset, ut diis sacrificaret, primum virgis agrestibus dirissime cæditur J deinde in carcerem ducitur. Ubi pia anus porcellum, quem a lupo raptum sancti Episcopi precibus miraculose illæsum receperat, cum occidisset, caput ac pedes coctos in canistro, cum aliis terræ frugibus et cereis, ad recreandum Blasium detulit. Quibus ille cum gratiarum actione perceptis, mulieri benedixit, ac Dominum precatus est, ut quisquis, exemplo officiosæ mulieris, Deo in memoriam Blasii ejusmodi res obtulisset, benedictionem a Domino consequeretur.

Lectio vj.

ITERUM autem sanctus Antistes præsidi sistitur, et cum constantior in fidei confessione maneret, ligno suspenditur, acerrime verberatur, [carnes ei ferreis pectinibus dilaniantur, postea in lacum demergitur, unde salvus ab Angelo extrahitur. Tandem, jubente eodem judice, una cum duobus pueris [capite truncato, illustre fidei testimonium Christo Domino dedit tertio Nonas Februarii^ Ante eum vero septem mulieres, quæ guttas sanguinis ejus deflentes, dum torquere tur, colligebant, deprehensæ, quod essent Christianæ, post dira tormenta gladio percussæ sunt.

IN in. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Si quis vult post me venire, de Communi unius Martyris, Pag. si*.

DIE IV. FEBRUARII
S. ANDREÆ CORSICI
EPISC. ET CONF.

DUPLEX.

Oratio

DEUS, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum : da populo tuo beati Andreæ Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia, ut assequatur et præmia. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Fidelis sermo, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.

IN II. NOCTURNO.
(Ex Romano Breviario.)
Lectio iv.

ANDREAM, Florentiæ ex nobili Corsinorum familia natum, parentes precibus a Deo impetrarunt, et beatæ Virgini spoponderunt. Qualis autem futurus esset, divino præsagio, antequam nascere tur, ostensum est : nam mater gravida sibi visa est per quietem lupum edidisse, qui ad Carmelitarum ædem pergens, in ipso templi vestibulo statim in agnum conversus est. Adolescens pie et ingenue educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sæpe a matre increpatus fuit. Ubi autem cognovit se parentum voto Deiparæ Virgini dicatum fuisse, Dei amore succensus, deque visu matris admonitus, Carmelitarum institutum amplexus est : in quo variis tentationibus a dæmone vexatus, nunquam tamen potuit a Religionis proposito dimoveri. Mox Lutetiam missus, emenso studiorum curriculo, et laurea donatus, in patriam revocatur, suique Ordinis regimini in Etruria præficitur.



Lectio v.

INTEREA Fesulana Ecclesia suo viduata pastore eum sibi Episcopum elegit : quo munere se indignum æstimans, diu latuit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquentis proditus, et extra urbem inventus, ne divinæ contradiceret voluntati, Episcopatum suscepit. Ea dignitate auctus, humilitati, quam semper coluerat, impensius incubuit : et pastorali sollicitudini misericordiam in pauperes, liberalitatem, orationis assiduitatem, vigilias, aliasque virtutes adjunxit, et spiritu etiam prophetico clarus fuit; adeo ut ejus sanctitas ab omnibus celebraretur.

Lectio vj.

His permotus Urbanus Quintus, ad sedandas Bononiæ turbas, Andream legatum misit : quo in munere multa perpessus, civium odia, quæ ad internecionem exarserant, summa prudentia restinxit : tum restituta tranquillitate ad propria reversus est. Nec multo post assiduis laboribus et voluntaria carnis maceratione confectus, obitus die a beata Virgine sibi prædicto, ad cælestia regna migravit, anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo tertio,ætatis suæ septuagesimo primo. Quem Urbanus Octavus multis magnisque miraculis clarum Sanctorum numero adscripsit. Ejus corpus Florentiæ in ecclesia sui Ordinis quiescit, et maxima civium veneratione colitur, quibus non semel in præsenti discrimine præsidio fuit.

IN ni. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Homo peregre, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 78*.

DIE V. FEBRUARII.
S. AGATHÆ
VIRG. ET MARI.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præparata introivit cum eo ad nuptias.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine Rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

f^. Beata Agatha ingressa carcerem expandit manus suas ad Deum, et dixit : Domine, qui me fecisti vincere tormenta carnificum, * Jube me Domine ad tuam misericordiam pervenire. y. Domine, qui me creasti, et tulisti a me amorem sæculi, qui corpus meum a pollutione separasti. — Jube me Domine ad tuam misericordiam pervenire. Gloria. Jube me Domine ad tuam misericordiam pervenire.

Hymnus Virginis Proles, de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 86*.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. Agatha Virgo sacra, nobili orta genere, gloriosam propter Christum pertulit passionem.

Oratio.

DEUS, qui inter cetera po tentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : concede propitius ut qui beatæ Aga thæ, Virginis et Martyris tuæ, natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Agnum spon sum virginum * Venite adore mus Dominum Jesum Chri stum.

Hymnus Virginis Proles., pag. 86*.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Ingenua sum et specta bilis genere, ut omnis paren tia mea testatur. Psalmi de Communi unius Virginis, pag. 88*. et sequentibus.

Ana. Ancilla Christi sum : ideo me ostendo servilem per sonam.

Aha. Summa ingenuitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 7.

DE virginibus præceptum Domini non habeo : con silium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Exi stimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessita tem, quoniam bonum est ho mini sic esse. Alligatus es uxori? Noli quærere solutio nem. Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem. Si au tem acceperis uxorem : n0n peccasti. Et si nupserit virgo non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujus modi.

Bf. j. Dum torqueretur beata Agatha in mamilla graviter,di xit ad judicem: * Impie, crude lis, et dire tyranne, non es con fusus amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? yr. Ego habeo mamillas integras intus in anima mea, quas ab infantia Domino consecravi. — Impie, crudelis.

Lectio ij.

EGO autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres : Tem pus breve est : reliquum est, ut et qui habent uxores, tam quam non habentes sint : et qui flent, tamquam non flen tes : et qui gaudent, tamquam non gaudentes : et qui emunt, tamquam non possidentes : et qui utuntur hoc mundo, tam quam non utantur : præterit enim figura hujus mundi.

ij. Vidisti Domine, et spectasti agonem meum, quo modo pugnavi in stadio : sed quia nolui obedire mandatis principum, * Jussa sum in ma milla torqueri. Propter veri tatem, et mansuetudinem, et justitiam. — Jussa sum in ma milla torqueri.

Lectio iij.

VOLO autem vos sine sollici tudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sol licitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et di visus est. Et mulier innupta, et virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro.



iij. Q"is es tu, qui venisti ad me, curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi : nihil in me dubites filia : ipse me misit ad te, * Quem dile xisti mente, et puro corde. f. Nam et ego Apostolus ejus sum, et in nomine ejus scias te esse curandam. — Quem dile xisti mente. Gloria. Quem dile xisti mente.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Agatha lætissime et gloriarer ibat ad carcerem, quasi ad epulas invitata : et agonem suum Domino preci bus commendabat.

Ana. Si ignem adhibeas, ro rem mihi salvificum de cælo Angeli ministrabunt.

Ana. Nisi diligenter perfece ris corpus meum a carnificibus attrectari, non potest anima mea in Paradisum Domini cum palma intrare martyrii.

^.Specie tua et pulchritudine tua. Intende, prospere pro cede et regna.

(Ex Actis apud Metaph. et ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

AGATHA Virgo in persecu tione Decii passa est. Nam cum pari pulchritudinis et ca stitatis laude commendaretur, Quintianus Siciliæ prætor ejus amore captus est. Post tenta tam variis artibus fidem ejus, et castitatem, eam ille ad se duci jussit : et, Nonne, inquit, te pudet nobili genere natam, humilem et servilem Christia norum vitam agere? Cui Aga tha : Multo præstantior est christiana humilitas et servi tus regum opibus ac superbia. Quam ob rem colaphis cæsa ad carcerem mittitur: unde postri die educta, candentibus lami nis in equuleo torquetur : tum ei mamilla abscinditur."

37. iv. Ipse me curavit, qui per Apostolum suum in custodia me confortavit, pro eo quod jussa sum suspendi in equuleo propter fidem castitatis. * Ad juva me, Domine Deus meus, in tortura mamillarum mea rum. y . Ipse me dignatus est ab omni plaga curare, et ma millam meam meo pectori re stituere. — Adjuva me Do mine Deus meus.

Lectio v.

Hoc in vulnere Quintianum appellans Virgo: Crudelis, inquit, tyranne, non te pudet amputare in femina quod ipse in matre suxisti? Sed etiamsi externam mamillam abscidisti, habeo aliam in anima, quam non poteris abscindere : est enim oblata Christo Deo meo a tenera ætate. Mox conjecta in vincula, Petri Apostoli appa ritione recreata est, et ab eo ceu quodam divino medico curata. Tunc Agatha procum bens in oratione, et gratias Christo agens, mamillam suo pectori restitutam probavit. Tota vero nocte lux fulsit in carcere, et custodes territi fu gerunt, relicto ostio carceris aperto : nec tamen aufugit illa, ne coronam martyrii per deret.

v. Agatha lætissime et gloriarer ibat ad carcerem, quasi ad epulas invitata : * Et agonem suum Domino preci bus commendabat. JF. Nobilis simis orta natalibus, ab igno bili gaudens trahebatur ad car cerem. — Et agonem suum.

Lectio vj.

HINC rursus evocata, sancti propositi tenax, in acutis testulis et candentibus carbo nibus ei subjectis volutatur. Quo tempore ingenti terræ motu urbs tota contremuit, ac duo parietes corruentes Sil vinum et Favonium, intimos prætoris familiares, oppresse runt. Quare vehementer com mota civitate, veritus populi tu multum Quintianus Agatham semimortuam clam reduci im perat in carcerem : quæ Deum brevi precata, migravit in cæ lum Nonis Februarii. Cum autem corpus ejus sepulcro in ferretur, tabella marmorea ad sanctæ Martyris caput mira biliter, cum hac inscriptione, posita est : Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo, et patriæ liberationem.

vj. Ego autem adjuta a Domino, perseverabo in con fessione ejus, *Qui me salvam fecit, et consolatus est me. Jf. Mens mea solidata est, et in Christo fundata. — Qui me salvam fecit. Gloria. Qui me salvam fecit.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Agatha sancta dixit : Si feras mihi promittis, au dito Christi nomine, mansue scunt.

Ana. Vidisti Domine ago nem meum, quomodo pugnavi in stadio : sed quia nolui ohe dire mandatis principum, jussa sum in mamilla torqueri!

Ana. Propter fidem castitatis jussa sum suspendi in equu leo : adjuva me, Domine Deus meus, in tortura mamil larum mearum.

J. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i9.

IN illo tempore : Accesserunt ad Jesum Pharisæi tentan tes eum, et dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Et reli qua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Homil. 63. in Matth.)

VIDE Magistri sapientiam : qui, etiam interrogatus es set, Si liceret homini dimittere uxorem; ne conturbarentur, antequam sententiam profer ret, confirmationem a Scri ptura posuit, ostendens Patris sui id esse mandatum : et quod ea, quæ ab ipso sunt dicta de non repudianda uxore, non modo non repugnant, verum etiam valde cum Moyse con veniunt. Considerandum au tem est, quod non solum ab opificio, verum etiam ab ipso præcepto sententiam corrobo rat. Non enim dixit, Quia vi rum et mulierem unam solum modo fecit; verum etiam, Quia jussit ut unus uni conjunga tur : nam si voluisset alteram etiam conduci uxorem, uni viro creato multas formasset mulieres : nunc vero et crea



donis, et sanctionis modo, unam uni perpetuo conjungi, et nunquam rescindi oportere perdocuit.

R?, vij. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebran tes sub honore Agathæ Vir ginis, * De cujus passione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. y. Immaculatus Dominus immaculatam sibi famulam, in hoc fragilitatis corpore positam, misericordi ter consecravit — De cujus passione.

Lectio viij.

POSSE autem nos perpetuam servara continentiam osten dit, dicens : Sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum. His omnibus occulte ad optandam eligen damque virginitatem inducit : possibile namque id esse homi nibus, hoc fere modo confir mat : Cogita tecum, si aut a natura eunuchus esses, aut injuria hominum sic effectus, quid faceres, cum et hujusmodi voluptate careres, et nullam carendo mercedem conseque ris? Gratias igitur Deo agas, quia magna præmia, rutilan tesque coronas habebis, si ita vives, quemadmodum sine ali quo illi præmio; immo vero multo facilius, tutius, atque ju cundius, tum quia spe retribu tionis corroborans, tum quia conscientia virtutis gaudes, et ad hæc, non ita ingentibus cu piditatis fluctibus jactaris.

viij. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamil lam meam meo pectori resti tuere, * Ipsum invoco Deum vivum. ^ .Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat universa. — Ipsum invoco Deum vivum.

Lectio ix.

CUM ergo de his eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se contineant, fru stra et incassum tales sunt, ac de his, qui ut cælos nan ciscantur, se continent, sub junxit rursus dicens : Qui potest capere, capiat. Ita ma gis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis ostendit, vel quia inæstimabili misericordia sua noluit rem in necessitatem legis concludere. Et ad hæc, possibile id esse monstrat, ut eligendi cupiditas crescere possit. Sed si electio nis opus est id, inquies, quo modo incipiens statim dixit, Non omnes capiunt, sed qui bus datum est? Ut singulare id esse certamen perdiscas, non ut sorte datam necessita tem suspiceris.

ix. Beata Agatha ingressa carcerem expandit manus suas ad Deum, et dixit: Domi ne, qui me fecisti vincere tor menta carnificum, * Jube me Domine ad tuam misericor diam pervenire, y. Domine, qui me creasti, et tulisti a me amorem sæculi, qui corpus meum a pollutione separasti. — Jube me Domine ad tuam misericordiam pervenire. Glo ria. Jube me Domine ad tuam misericordiam pervenire.

Ante Laudes f. Ora pro no bis beata Agatha. Ut digni efficiamur promissi6nibus Chri sti.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi : nihil in me dubites filia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17 .

2. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat universa.

3. Gratias tibi ago, Domine, quia memor es mei; et misisti ad me Apostolum tuum curare vulnera mea.

4. Benedico te Pater Domini mei Jesu Christi : quia per Apostolum tuum mamillam meam meo pectori restituisti.

5. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo pectori restituere, ipsum invoco Deum vivum.

Capitulum Confitebor., Hymnus Jesu corona virginum, et y. Adducentur, de Communi unius Virginis, pag. 95*.

Ad Benedictus Ana. Paganorum multitudo, fugiens ad sepulcrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem : ut comprobaret Domulus quod a periculis incendii, meritis Agathæ Martyris suæ, eos liberaret.

Oratio.

DEUS, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : concede propitius ut qui beatæ Agathæ, Virginis et Martyris tuæ, natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula,^, et f f, de Communi unius Virginis, pag. 96*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi : nihil in me dubites filia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Confitebor.,Hymnus Virginis Proles, et J. Diffusa est. ut in j. Vesperis de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 86* etpag.87*.

Ad Magnificat Ana. Mentem sanctam,spontaneam,honorem Deo, et patriæ liberationem.

DIE VI. FEBRUARII.
S. DOROTHEÆ
VIRG. ET MART.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui nos annua beatæ Dorotheæ Virginis et Martyris tuæ solemnitate lætificas: da ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

In j. VesperisMemoria SS. Vedasti et Amandi Episcoporum et Confessorum :

Ana. Fulgebunt justi, et tamquam scintillæ in arundineto discurrent : judicabunt nationes, et regnabunt in æternum. Lætamini in Domino et exsultate justi. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, qui nos sanctorum Confessorum tuorum Vedasti et Amandi confessionibus gloriosis circumdas et protegis: da nobis eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per.

IN I- NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Confitebor. de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 89*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex sinceris Actis.)
Lectio iv.

DOROTHEA Virgo, in Cæsarea Cappadociæ, propter Christi confessionem ab Apriño illius provinciæ præfecto comprehensa, Crystæ et Callistæ sororibus, quæ a fide defecerant, tradita est, ut eam a proposito removerent. Sed ipsa reduxit eas ad fidem, propter quam in cupam missæ, et incensæ sunt Dorotheam vero jussit præses in catasta levari; quæ dixit ad illum : Nunquam in tota vita mea sic lætata sum, sicut hodie. Tum ad ejus latera lampades ardentes apponi, dein faciem diutissime cædi, tandem caput gladio percuti præses imperat

Lectio v.

EA porro dum duceretur ad supplicium, dicente, Gratias tibi, amator animarum, qui me ad Paradisum tuum vocasti : Theophilus quidam præsidis advocatus irridens : Eia tu, inquit, sponsa Christi, mitte mihi de Paradiso sponsi tui mala, aut rosas. Et Dorothea respondit : Et plane ita faciam. Cum ante ictum breviter precari permissa esset, pulchra specie puer ante eam apparuit, ferens in orario tria mala et tres rosas. Cui illa ait : Obsecro te ut feras ea Theophilo. Et mox gladio percussa perrexit ad Christum.

Lectio vj.

IGITUR cum Theophilus irridens promissionem sanctæ Dorotheæ sodalibus narraret, ecce puer ante eum cum orario, in quo ferens tria mala magnifica et tres rosas elegantissimas, dixit ei : En sicut petenti promisit Virgo sacratissima Dorothea, transmisit hæc tibi de Paradiso sponsi sui. Tum Theophilus stupens, quod esset Februarius, et gelu cuncta rigerent, ea accepit, atque exclamavit : Vere Deus Christus est. Sicque palam fidem Christi professus, gravissimum quoque pro ea martyrium strenue pertulit

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro. de Communi unius Virginis et Martyris, pag. 94*.

IN LAUDIBUS.

Memoria SS. Vedasti et Amandi :

Ana. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris : et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

y. Mirabilis Deus. In Sanctis suis.

Oratio.

DEUS, qui nos sanctorum Confessorum tuorum Vedasti et Amandi confessionibus gloriosis circumdas et protegis : da nobis eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per.

## DIE VII. FEBRUARII.
## S. ROMUALDI ABBATIS.

DUPLEX. Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Romualdi Abbatis commendet : ut quod nostris meritis non valemus ejus patrocinio assequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

T Ante Cineres, dicantur Lectiones de Scriptura currente.

T Post Cineres vero, dicantur Lectiones sequentes :

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 4.

AUDITE filii disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea : et docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum : custodi præcepta mea, et vives.

Lectio ij,

POSSIDE sapientiam, posside prudentiam : ne obliviscaris, neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, et custodiet te : dilige eam, et conservabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tua acquire prudentiam : arripe illam, et exaltabit te : glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.

Lectio iij.

AUDI, fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam Te^r semitas æquitatis : quas cum ingressus fueris, non arctabitur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam • custodi illam, quia ipsa est vita tua.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Actis ejus a B. Petro Damiano conscriptis, et ex Romano Breviario.)

Lectio iv.

ROMUALDUS Ravennæ ex illustrissima ducum familia natus, cum adolescens in monasterium Classense pœnitentiæ causa secessisset, religiosi hominis hortatu, et nocturno in ecclesia, sicut ille promiserat, beati Apollinaris aspectu, ad monachi vitam impellitur. Mox ad Marinum, vitæ sanctitate, ac severiori disciplina in finibus Venetorum eo tempore celebrem, se contulit, ut ad arctam et sublimem perfectionis viam eo magistro ac duce uteretur : cum quo alternis vicibus Psalmos recitans, et non satis expedite legens, ob id sæpissime ad sinistram capitis sui partem verberatus, advertens illinc se jam auditum perdere, senem humiliter rogavit ut deinceps ad dexteram auriculam percuteretur : quam ejus patientiam admiratus ille, a severa imposterum disciplina abstinuit.

Lectio v.

MULTIS Satanæ insidiis, et hominum invidia oppugnatus, tanto humilior se assiduis jejuniis et orationibusexercebat : et rerum cælestium meditatione, vim lacrimarum



assidue, ac præsertim dum Missam celebraret, profundens fruebatur : vultu tamen adeo læto semper erat, ut intuentes exhilarant. Magno apud principes et reges in honore fuit : multique ejus consilio, mundi illecebris abjectis, solitudinem petierunt Martyrii quoque cupiditate flagravit : cujus causa dum in Pannosam proficiscitur, morbo reverti cogitur.

Lectio vj.

IN vita et post mortem miraculis clarus, spiritu etiam prophetiæ non caruit. Scalam a terra cælum pertingentem, per quam homines in veste candida ascendebant et descendebant, per visum conspexit : eoque Camaldulenses monachos, quorum instituti auctor fuit, designari mirabiliter agnovit. Denique cum annos centum et viginti ageret, et centum ipsos in summa vitæ asperitate Deo sedisset, ad eum migravit anno salutis millesimo vigesimo septimo. Ejus corpus quinquennio post mortem integrum repertum, Fabriani in ecclesia sui Ordinis honorifice conditum est.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Ecce nos reliquimus omnia, de Communi unius Abbatis, pag. 85*.

## DIE VILI. FEBRUARII.
## S. JOANNIS DE MATHA CONFESSORIS,

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui per sanctum Joannem Ordinem sanctissimæ Trinitatis, ad redimendum de potestate Saracenorum captivos, cælitus instituere dignatus es : præsta, quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, a captivitate corporis et animæ, te adjuvante, liberemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*

IN II. NOCTURNO.

(Ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

JOANNES de Matha, Ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum institutor, Falcone in Provincia natus est parentibus pietate et nobilitate conspicuis. Studiorum causa Aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoque theologiæ curriculo, magisterii lauream adeptus, doctrinæ et virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes, ad sacrum Presbyteratus ordinem præ humilitate reluctantem promovit, eo consilio, ut in ea civitate commorans, sapientia et moribus studiosæ juventuti præluceret. Cum autem in sacello ejusdem Episcopi, ipso cum aliis astante, primum Deo Sacrum offerret, cælesti favore meruit recreari. Nam Angelus candida et fulgenti veste indutus, cui in pectore crux rubei et cærulei coloris assuta erat, brachiis cancellatis, et super duos captivos ad latera positos, Christianum unum, alterum Maurum, extensis, apparuit. Qua visione in extasim raptus, intellexit protinus Vir Dei, se ad redimendos ab infidelibus captivos destinari.

Lectio V.

Quo vero maturius in re tanti momenti procederet, in solitudinem secessit: itaque divino nutu factum est, ut Felicem Valesium in ipsa eremo jam multis annis degentem reperent: cum quo inita societate, se per triennium oratione et contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit. Contigit autem, ut dum secum de rebus divinis prope fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit, crucem inter cornua gerens, rubei et cærulei coloris. Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima Missa habitam: et exin de ferventes orationi incum-. bentes, ter in somnis admoniti, Romam proficisci decreverunt, ut a summo Pontifice novi Ordinis pro redimendis captivis institutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius Tertius, qui illis benigne acceptis, dum secum de re proposita deliberat, in festo sanctæ Agnatis secundo, Laterani intra Missarum solemnia, ad sacræ Hostiæ elevationem, Angelus ei candida veste, cruce bicolora specie redimentis captivos apparuit. Quo viso, Pontifex institutum approbavit, et novum Ordinem sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum vocari jussit, ejusque professoribus albas vestes cum cruce rubei et cærulei coloris præbuit.

Lectio vj.

Sic stabilito Ordine, sancti Fundatores in Galliam redierunt; primoque cœnobio Cervi Frigidi in dioecesi Meldensi constructo, ad ejus regimen Felix remansit, et Joannes Romam cum aliquot sociis reversus est, ubi Innocentius domum, ecclesiam, et hospitale sancti Thomæ de Formis in monte Cælio eis donavit, cum multis reditibus et possessionibus. Datis quoque litteris ad Miramolinum regem Marochii, opus redemptionis felici auspicio inchoatum fuit. Tum ad Hispanias, sub jugo Saracenorum magna ex parte oppressas, Joannes profectus est; regumque, principum, atque aliorum fidelium animos ad captivorum et pauperum commiserationem commovit. Monasteria ædificavit, hospitalia erexit, magnoque lucro animarum plures captivos redemit. Romam tandem reversus, sanctisque operibus incumbens, assiduis laboribus attritus, et morbo confectus, ardentissimo Dei et proximi amore exæstuans, ad extremum devenit. Quare fratribus convocatis, eisque ad opus redemptionis cælitus præmonstratum efficaciter cohortatis, obdormivit in Domino, sexto decimo Kalendas Januarii, anno salutis millesimo ducentesimo decimo tertio, ejusque corpus in ipsa ecclesia sancti Thomæ de Formis condigno honore tumulatum fuit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag



DIE IX. FEBRUARII.

B BERNARDI SCAMMACCA CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Bernardum, a sæculi vitiis revocatum, in viam perfectionis traduxisti: ejus meritis et precibus concede ut nos, peccata nostra deflentes, ad te puris mentibus convertamur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Apolloniæ Virginis et Martyris.

Oratio.

DEUS, qui nos annua beatæ Apolloniæ Virginis et Martyris tuæ solemnitate lætificas: da ut quam veneramur officio, etiam piæ conversationis sequamur exemplo. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

BERNARDUS Catanæ in Sicilia ex familia de Scammacca, sanguine et pietate Illustri, ortum habuit. Adolescens sæculi illecebris tractus, cupiditatibus laxatas habenas dedit. Cum vero in omni vanitatis et lubricitatis cœno plane cæcus ageretur et præceps, ineffabilis in eum respexit divina misericordia: nam gravi affectus vulnere, dum prostratum a vitiis desistere felix compellebat necessitas, æternæ suæ salutis periculum, superno coruscante lumine, agnovit, atque ut meliora de se ageret obtinuit. Mundum itaque, cujus technas calamitatesque expertus fuerat, deserere et contemnere statuit. Pristinæ restitutus sanitati, quod decreverat, in Prædicatorum Ordine perficiendum curavit. Ad conventum itaque sancti Dominici veniens, a Præsule, ut in eorum consortium admitteretur, enixis precibus postulavit, quod ei pro votis cessit.

Lectio v.

CANDIDA in Prædicatorum familia induisset veste, simul visus est novum induisse hominem. Etenim in obedientia, humilitate, mansuetudine, ac modestia, aliisque virtutibus, perfectiores æmulando, maxime præstabat. Serio perpendens Instituti, in quo fuit cooptatus, præcipuum onus esse aliorum saluti intendere, sublevandis proximorum necessitatibus impigre occurrebat: quod ut efficacius præstaret, Deum prophetiæ dono illum exornasse perhibetur. Ne autem dum aliis prædicaret, reprobus ipse efficeretur, utque juventutis crimina pœnitentiæ laboribus deleret, diris sese cruentabat flagellis, ac vitam in summa asperitate ducebat. Caritate exæstuans in Deum, ita in rerum divinarum contemplatione assidue detinebatur, ut sæpe divina passus fuerit: in quibus aliquando toto corpore a terra elevatum, quandoque vero superno circumfusum lumine illum fratres aspexere, ut vetera monumenta ferunt.

Lectio vj.

TANDEM post vitam in exactissima regulari sui Instituti observantia transactam,

ad Superos, ut repositam operibus justitiæ coronam acciperet, anno millesimo quadringentesimo octogesimo sexto feliciter evolavit. Ejus transitus pervulgata fama, magnus ad ejus corpus, venerandi causa, factus est civium concursus. Aliquibus transactis annis, de ipsius corporis in decentiorem locum translatione actum fuit: quod quidem ferventia? ac devotius completum est, cum integrum, sicut etiamnum apparet, fuerit repertum. Multis in vita et post mortem miraculis claruisse traditur. Cultum vero religiosum ab ejus obitu eidem constanter tributum, et ad hæc usque tempora nunquam intermissum, Leo Duodecimus Pontifex Maximus ex sacræ Rituum Congregationis consulto probavit, et ut in universo Prædicatorum Ordine, ac civitate et dioecesi Catanensi de beato Bernardo Officium recitari, ac Missa celebrari possit, benigne concessit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag.83*.

## DIE x. FEBRUARII.
## S. SCHOLASTICÆ VIRGINIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui animam beatæ Virginis tuæ Scholasticæ, ad ostendendam innocentiæ viam, in columbæ specie cælum penetrare fecisti: da nobis ejus meritis et precibus ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire Per.

I

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris,pag. 98*

IN II. NOCTURNO.

Ex libro secundo Dialogorum sancti Gregorii Papæ.

Lectio iv. Cap. 33.

SCHOLASTICA, venerabilis Patris Benedicti soror, omnipotenti Domino ab ipso infantiæ tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat, ad quam Vir Dei non longe extra januam in possessione monasterii descendebat. Quadam vero die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis ejus descendit frater : qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, et inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina, soror ejus, eum rogavit, dicens : Quæso te, ut ista nocte me non deseras, ut usque mane de cælestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat cæli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina, cum verba fratris negantis audivisset, insertas digitis manus super mensam posuit, et caput in manibus, omnipotentem Dominum rogatura, declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta coruscationis et tonitrui virtus, tantaque inundatio pluviæ erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci' limen, quo consederant, pedem movere potuerint.



Lectio v.

SANCTIMONIALIS quippe femina caput in manibus declinans, lacrimarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est: sed tanta fuit convenientia orati6nis et inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum item que esset momentum, et levare caput, et pluviam deponere. Tunc Vir Dei, inter coruscos et tonitruos atque ingentis pluviæ inundationem, videns se ad monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus, dicens : Parcat tibi omnipotens Deus, soror : quid est, quod fecisti? Cui illa respondit : Ecce rogavi te, et audire me noluisti; rogavi Deum meum, et audivit me : modo ergo, si potes, egredere, et me dimissa, ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit invitus. Sicque factum est, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia, sese vicaria relatione satiarent.

Lectio vj.

CUMQUE die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, Vir Dei ad monasterium rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens, elevatis in aere oculis, vidit ejusdem sororis suæ animam de corpore egressam, in columbæ specie cæli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis et laudibus gratias reddidit, eousque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad monasterium deferrent, atque in sepulcro, quod sibi ipsi paraverat, ponerent. Quo facto contigit, ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. loo*.

## DIE XI. FEBRUARII.
## IN DESPONSATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hæc est Regina virginum, quæ genuit Regem, velut rosa decora Virgo. Dei Genitrix, per quam reperimus Deum et hominem, alma Virgo, intercede pro nobis omnibus. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 24.

EGO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis.

Stirps Jesse virgam pro duxit, virgaque florem : * Et super hunc florem Requiescit Spiritus almus. f. Virgo Dei Genitrix virga est : flos Filius ejus. — Et super hunc florem. Gloria. Requiescit Spiritus al mus.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore.
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. 1$. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Beatis simæ Virginis Mariæ Despon sationem devotissime celebre mus : ut ipsa pro nobis inter cedat ad Dominum Jesum Christum.

Oratio.

SUPPLICATIONEM servorum tuorum Deus miserator ex audi : ut qui in Desponsatione Dei Genitricis et Virginis con gregamur, ejus intercessioni, bus a te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem.

Ante alias quascumque Me morias, fiat Memoria de S. Jo seph Confessore, Sponso beatæ Mariæ V. :

Afia. Exsurgens Joseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit Conjugem suam.

y. ^Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi,quæsumus Domine, me ritis adjuvemur : ut quod pos sibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Omnia ut in Festis B. Mariæ Virginis, pag. i*

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Desponsatio nem Virginis Mariæ celebre mus * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

Hymnus Quem terra, pontus, æthera., pag. 2*.

T In tribus Nocturnis, P5al: mi, Antiphonæ et Versiculi ut in Festis B. Mariæ Virginis, pag. 2*. et sequentibus; cetera ut hic sunt notata.

IN I. NOCTURNO.

Benedictio. Alma Virgo vir ginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

Incipiunt Cantica canticorum.

Lectio j. Cap. i.

OSCULETUR me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia un guentis optimis. Oleum effu sum nomen tuum : ideo ado lescentulæ dilexerunt te. Trahe me : post te curremus in odo rem unguentorum tuorum. In troduxit me rex in cellaria sua : exsultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum super vinum : recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

Rz. j- Hodie desponsata est beata Virgo Maria ex progenie David, per quam salus mundi credentibus apparuit : * Cujus vita gloriosa lucem dedit sæ culo. f. Beatissimæ Virginis Mariæ Desponsationem devo tissime celebremus. — Cujus vita gloriosa lucem dedit sæ culo.

Benedictio. Sancta Dei Geni trix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij.

NOLITE me considerare quod fusca sim, quia de coloravit me sol : filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vi neis : vineam meam non custo divi. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cu bes in meridie, ne vagari inci piam post greges sodalium tuo rum. Si ignoras te o pulcherri ma inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et Pasce hædos tuos juxta taber nacula pastorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assi milavi te amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis : collum tuum sicut monilia.

p?, ij. Gloriosæ Virginis Ma riæ Desponsationem dignis simam recolamus : * Cujus Dominus humilitatem respe xit : quæ Angelo nuntiante concepit Redemptorem mundi, y. Hodie desponsata est beata Virgo Maria ex progenie Da vid. — Cujus Dominus humili tatem respexit.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. R?- Amen.

Lectio iij.

MURENULAS aureas facie mus tibi, vermiculatas argento. Dum esset rex in ac cubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myr rhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Bo trus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columba rum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, et decorus. Lectulus noster floridus : tigna domorum no strarum cedrina, laquearia no stra cypressina.

R?, iij. Stirps Jesse virgam pro duxit, virgaque florem :* Et super hunc florem Requiescit Spiritus almus. f. Virgo Dei Genitrix virga est : flos Filius ejus. — Et super hunc florem. Gloria. Requiescit Spiritus al mus.

IN II. NOCTURNO.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. ty Amen.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Ex Hom. 2 . super Missus est.)

Lectio iv.

OPORTEBAT d, aliquando [illegible] celari divini consilii sacramentum : non quod Deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab illo metueret; sed quia ipse, qui non solum po tenter, sed etiam sapienter quæcumque voluit, fecit, sicut in omnibus operibus suis quasdam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare con suevit : ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostræ videlicet Reparationis,non tan tum potentiam suam, sed et prudentiam ostendere voluit.

iv. Desponsatio gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David : * Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. )T. Regali ex pro genie Maria exorta refulget. — Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

Benedictio. Jesus Mariæ Fi lius sit nobis clemens et propi tius. Amen.

Lectio v.

CONVENIENS ergo erat, ut suaviter quoque omnia, cælestia scilicet et terrena disponeret, quatenus et illinc dejiciens inquietum, reliquos in pace firmaret : et hic debel laturus invidum, nobis prius suæ humilitatis et mansuetu dinis valde necessarium exem plum relinqueret : sicque mi rabili fieret moderamine sa pientiæ, ut et suis suavis, et hostibus fortis appararet.

v. Desponsatio tua Dei Genitrix Virgo gaudium an nuntiavit universo mundo : * Ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, et con fundens mortem donavit nobis vitam sempiternam. )F. Felix namque es, quæ sola Genitricis dignitatem obtinuisti, et virgi nalem pudicitiam non amisisti. — Ex te enim ortus est Sol justitiæ.

Benedictio. Stella Maria ma ris succurrat piissima nobis. R. Amen.

Lectio vj.

QUID enim prodesset, diabo lum a Deo vinci, nobis manentibus superbis? Neces sario igitur desponsata est Maria Joseph, quando per hoc et a canibus Sanctum abscon ditur, et a Sponso virginitas comprobatur, et Virginis tam verecundiæ parcitur quam famæ providetur. Quid sapien tius? Quid dignius divina pro videntia? Uno tali consilio se cretis cælestibus et admittitur testis, et excluditur hostis, et integra servatur fama Virginis Matris.

R/, vj. Ad nutum Domini no strum ditantis honorem, * Sic ut spina rosam genuit Judæa Mariam. J . Ut vitium virtus operiret, gratia culpam. — Sic ut spina rosam. Gloria. Sicut spina rosam.

IN in. NOCTURNO.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. 1$. Amen.



Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

CUM esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, ante quam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu san cto. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i . Coram, in cap. i. Matthæi.)

QUARE non de simplici vir gine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur; secundo, ne lapidaretur a Judæis ut adultera; tertio, ut in Ægy ptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignarius etiam quar tam addidit causam cur a desponsata conceptus sit : Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de ux6re gene ratum.

vij. Regali ex progenie Maria exorta refulget: * Cujus precibus nos adjuvari, mente et spiritu devotissime posci mus. f . Corde et animo Chri sto canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. — Cujus precibus.

Benedictio.^ omni tribulatio ne et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

Lectio viij.

ANTEQUAM convenirent, in venta est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est nisi a Joseph, qui Pene licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. Quod autem dicitur, Antequam con venirent, non sequitur ut post ea convenerint : sed Scriptura quod factum non sit ostendit.

1^. viij. Corde et animo Chri sto canamus gloriam,* In hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. y. Cum jucunditate Desponsationem sanctæ Mariæ celebremus. — In hac sacra solemnitate præ celsæ Genitricis Dei Mariæ.

Benedictio. Ad societatem ci vium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

Lectio ix.

JOSEPH autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte di mittere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus effi citur : et in lege præceptum est, non solum reos, sed et conscios criminum obnoxios esse pec cati : quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, et admirans quod evenerat, celat silentio cujus mysterium nesciebat.

ix. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima, * Quia ex te or tus est Sol justitiæ Christus Deus noster. jF. Ora pro po pulo, interveni pro clero, in tercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam Desponsationem. — Quia ex te ortus est Sol justitiæ. Gloria. Christus Deus noster.

Ante Laudes )T. Ora pro no bis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Desponsatio glori6sæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17 .

2. Desponsatio est hodie sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias.

3. Regali ex progenie Maria exorta refulget : cujus precibus nos adjuvari, mente et spiritu devotissime poscimus.

4. Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ.

5- Cum jucunditate Desponsationem sanctæ Mariæ celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

Capitulum. Eccli. 24.

EGO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flores mei fructus honoris et honestatis.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera :
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

T Prædictæ duæ ultimæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, dicantur etiam ad Primam, Tertiani Sextam et Nonam.

y. Elegit eam Deus, et præelegit eam. E?. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Aha. Desponsationem hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ solemniter celebremus, qua celsitudo throni processit.

T Ante Septuagesimam, huic Antiphonæ addatur Alleluia.

Oratio.

SUPPLICATIONEM servorum tuorum Deus miserator exaudi : ut qui in Desponsatione Dei Genitricis et Virginis congregamur, ejus intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem.

Ante aliam quamcumque Memoriam fiat Memoria de S. Joseph :

Aha. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph.

y. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æternum ante Dominum. Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur : ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

AD PRIMAM.

Jesu Christe. J. Qui natus es de Virgine Maria.



f Infra Septuagesimam non dicitur Alleluia, in Horarum.

AD TERTIAM.

Capitulum Ego quasi vitis, ut in Laudibus.

Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria, * Alleluia, allecia. Sancta Dei Genitrix. fm Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Alleluia. Gloria. Sancta Dei Genitrix.

f. Post partum Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix intercede pro nobis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 24.

TRANSITE ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini : spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum.

Post partum Virgo inviolata permansisti, * Alleluia, alleluja. Post partum Virgo. f. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum Virgo.

f. Speciosa facta es, et suavis. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

Qui audit me, non confundetur : et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Speciosa facta es, et suavis, * Alleluia, allecia. Speciosa. f . In deliciis tuis sancta Uei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

y. Elegit eam Deus, et præelegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Desponsatio gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Communi unius Virginis, pag.96*.

Capitulum Ego quasi vitis., HymnusAve maris stella, cum y.Ora pro nobis, ut in j. Vesperis, pag.897. et pag. 898.

Ad Magnificat Ana. Desponsatio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo : ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, et confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam. Oratio.

SUPPLICATIONEM servorum tuorum Deus miserator exaudi : ut qui in Desponsatione Dei Genitricis et Virginis congregamur, ejus intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eumdem.

Ante alias quascumque Memorias fiat Memoria de S. Joseph :

Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum. Oratio,

BEATI Patriarchæ Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur : ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

DIE XII. FEBRUARII.
B. REGINALDI
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui beatum Confessorem tuum Reginarum singulari sanctissimæ Genitricis tuæ protectione donasti: illius nobis meritis et precibus concede ut ejusdem gloriosæ semper Virginis Mariæ perpetuo muniamur auxilio. Qui vivis.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

REGINALDUS, qui et Reynaldus, vel Rinaldus, post medietatem sæculi duodecimi in Gallia ortus est. Adolescentam sedulam litteris scientiisque colendis operam dedit, ut deinceps juris laurea insignitus, sacros canones summa cum laude in florentissima Parisietisi Academia per quinquennium fuerit interpretatus. Aureliæ in Celtica Gallia electus Decanus ecclesiæ et collegii Canonicorum sancti Aniani, tum vitæ integritate, tum doctrina clero et populo præluxit. Postea vero instinctu divino ad perfectiora aspirans, Jerosolymitanam peregrinationem cum Aurelianensi Episcopo peracturus,ineunte anno millesimo ducentesimo decimo octavo Romam venit. Ubi a sancto Patriarcha Dominico ad apostolicam vitam in Ordine Prædicatorum consectandam invitatus, voto se prompte ad ejus Instituti professionem obstrinxit. Cum autem per id tempus letali febri correptus esset, in vitæ discrimine constituto clementissima Virgo Maria Dei Mater, beati Domiilici exorata precibus, ei astitisse perhibetur, ipsumque mira quadam adhibita unctione a morbo simul atque ab omni exinde carnis stimulo liberasse : habitus forma illi insuper ostensa, quem Fratres Prædicatores induere deberent

Lectio v.

His itaque ab eodem beato Papæ in cœnobio sancti Xysti indutus vestibus, in Palæstram cum Aurelianensi Episcopo navigavit, et sacra humanæ Redemptionis loca piissime invisit. In Italiam revectus, atque sub exitu anni prædicti a Dominico Bononiam missus, ut vicariam pro ipso nascentis in ea urbe Prædicatorum familiæ curam gereret, confestim in se illorum civium oculos convertit ob insignes virtutes, quibus ornatus apparuit, præsertim vero ob arctissimæ paupertatis et profundissimæ humilitatis studium. Cumque ad hæc accederet ingens ejus eloquii vis, quo vel saxea corda ad virtutem inflammabat, efferbuit ad ejus prædicationem miro christianæ pietatis ardore Bononia tota, ut alter veluti Elias in ea surrexisse videretur. Hinc vix unius anni spatio opportuniorem ecclesiam et ædes pro Fratribus obtinuit, adeo ut, quæ prius exigua omnino erat,Prædicatorum familia valde excreverit, insignibus quoque aucta viris, præsertim tribus Universitatis Bononiensis antecessoribus, ejus concionibus allectis, qui ejusdem regimine exculti, Ordinem non minus quam totam Ecclesiam eximia vitæ sanctimonia ac doctrina deinde illustrarunt.

Lectio vj.

TAM celebris ubique fam[illegible] Bononiam regressus Patriarcha Dominicus, fidelem Christi Ministrum Parisios remittendum putavit, ut in Galliarum metropoli, ubi junior canonici juris doctor floruerat, excellentiorem adhuc caritatis semitam hominibus demonstraret Paruit sine mora obsequens filius, et collacrimantibus Bononiensibus valedicens, Lutetiam properavit Sed enim paulo post, dum indefessus inibi Jesum Christum, et hunc crucifixum, verbo et opere prædicaret, jamque duos alios præclaræ virtutis viros, in his beatum Jordanum, sancto Institutori in supremo magistratu Ordinis proxime successurum, ad Religionis professionem admisisset : consummatus in brevi explens tempora multa, morte pretiosa ad Dominum evolavit circa initium mensis Februarii, anno vigesimo supra millesimum biscentesimum. Cum recens adhuc esset Parisiense Prædicatorum cœnobium sancti Jacobi, conditus est honorifice in ecclesia sanctæ Mariæ de Campis. Ejus autem sepulcrum illico clarere cœpit miraculorum fama, magnoque concursu populorum, Reginali opem, præsertim ad febres abigendas, implorantium, acei publice deferentium Beatorum cultum. Quem nunquam intermissum, et ad hæc usque tempora vel ad remotiores Americæ regiones propagatum, Pius Nonus Pontifex Maximus, ex sacræ Rituum Congregationis consulto, Apostolica auctoritate firmavit,ac de eodem beato Reginaldo,tum Ordini Prædicatorum universo, tum dioecesibus Parisiensi et Aurelianensi, festum cum Officio et Missa quotannis celebrandum indulsit

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis,pag.83*



DIE XIII. FEBRUARII.
S. CATHAR1NÆ DE RICCIIS
VIRG. ORD. PRÆD.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Afia. Egredimini filiæ Sion,et videte Sponsam in diademate, quo coronavit eam Sponsus in die desponsationis illius et lætitiæ cordis ejus. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Apoc. 19.

REGNAVIT Dominus Deus noster omnipotens : gaudeamus, et exsultemus : et demus gloriam ei : quia venerunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se.

1$. O Sponsa Christi amabilis, quæ sacra Sponsi stigmata expressa refers corpore, ejusque charismatibus pleno redundas spiritu : * Nos te colentes protege, Et quæ precamur obtine, y. Fac Crucifixi vulnera recogitemus perpetim, ejusque mortis pretio tuum assequamur præmium. — Nos te. Gloria. Et quæ precamur obtine.

Hymnus.

SOLEMNE laudis canticum
Pandamus almæ Virgini,
Quam Sponsus Agnus evocat
Ad sempiternas nuptias.

REGALIS hanc Etruria,
Senensis instar, protulit,
Donis refertam gratiæ,
Totoque plenam Numine.

ORARE docta ab Angelo
Cælum puella transvolat,
Corpusculique motibus
Christi dolores exprimit.

SERTUM dat illi spineum,
Dat anulum, cor, stigmata,
Vulsisque Sponsus brachiis
E cruce eam complectitur.

O SPONSA felix, affluens
Cælestibus deliciis,
Votis tuorum supplicum
Aures benignas admove.

TE Sponse Jesu Virginum,
Castæ Parentis Unice,
Laudent beati Spiritus
In sæculorum sæcula. Amen.

y. Ora pro nobis beata Ca marina. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Exsul tavit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento sa lutis et indumento justitiæ, quasi sponsam ornatam moni libus suis.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui beatam Catharinam Vir ginem, tui amore succensam, Passionis contemplatione cla rescere voluisti : ejus interces sione concede ut Passionis mysteria devote recolentes, ejus fructum percipere merea mur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitator. Regi Sponso Vir ginum exsultemus :* Sponsæ Virgini Catharmoe jubilemus.

Hymnus.

F \ VIRGO, cui præcordia
v-/ Sanctus perussit Spiritus
Raptoque corde carneo,
Dedit superno vivere!

BEATA, cui Rex Martyrum
Spinas crucemque contulit
Et sacra virginalibus
Membris inussit stigmata.

BEATA, quam Rex Virginum
Alma Parente pronuba,
Plaudente cæli curia,
Sacro recepit thalamo.

O JAM perenni vinculo
Conjuncta Regi gloriæ,
Fac nos amoris nexibus
Jungi supremo Numini.

TE Sponse Jesu Virginum, ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Ex ore infantis Catha rinæ perfecisti tibi laudem, Deus, sapientiam præstans parvulis. Psalmi de Communi unius Virginis, pag. 88*.

Ana. Exsultavit ut gigas ad currendam viam mandatorum tuorum Domine, cum dilatasti cor ejus.

Ana. Innocens manibus, et mundo corde, accepit benedi ctionem a Domino, et miseri cordiam a Deo salutari suo.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. 1$. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De Canticis canticorum.

Lectio j. Cap. 8.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemodespiciat? Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ : ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granato



rum meorum. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dile ctam donec ipsa velit.

j. Deus docuisti me a juventute mea : Spiritus tuus bonus deduxit me in terram rectam, * Et docuit me facere voluntatem tuam. f. Domina tor cælorum misisti Angelum tuum ante me. — Et docuit me facere voluntatem tuam.

Lectio ij.

QUÆ est ista, quæ ascen dit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo susci tavi te : ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum : quia fortis est ut mors dilectio : dura sicut infernus æmulatio, lampades ejus lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt exstinguere carita tem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem sub stantiam domus suæ pro di lectione, quasi nihil despiciet eam.

fy ij. Sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te in justitia, et judicio, et * In misericordia et in miseratio nibus. y . Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. — In misericordia et in miserationibus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio iij. Cap. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini no stri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

1$. iij. Secundum exspecta tionem, et spem meam, * Ma gnificabitur Christus in cor pore meo. y . Ego enim stig mata Domini Jesu in corpore meo porto. — Magnificabitur Christus. Gloria. Magnificabi tur Christus.

IN II. NOCTURNO.

Afia. Oblita es populum tuum, et domum patris tui : et concupivit rex decorem tuum.

Ana. Sanctificavit in te ta bernaculum suum Altissimus : Deus in medio ejus, non com movebitur.

Ana. Gloriosa dicta sunt de te Virgo mirabilis, quam Do minus dilexit super omnia ta bernacula Jacob.

y. Specie tua et pulchritudine tua. 1$. Intende, prospere pro cede, et regna.

Lectio iv.

CATHARINA nobili familia de Ricciis Florentiæ nata, vel ab ineunte ætate piam indolem præmature ostendit. In suburbano monasterio san cti Petri de Monticulis, ubi morum disciplina imbueretur, collocata, quotidie ad Christi crucifixi imaginem orans, non sine lacrimis, horis etiam animi relaxatioTM addictis, ejus Passionem meditabatur.

Ad monasterium postea sancti Vincentii, Ordinis sancti Pa tris Dominici, in civitate Prati, translata, paternos lares ad tempus repetere, nisi certa spe reditus habita, constanter re cusavit. Tandem anno decimo tertio, sæculi deliciis contem ptis, ibidem religiosum Insti tutum professa est

iv. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei : cor meum dereliquit me, * Et appropin quavit cor illius. jT. Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. — Et appropinqua vit cor illius.

Lectio v.

CARITATE in Deum fervens, orationi fere assidue va cabat, quidquid temporis ne cessariis occupationibus et modicæ quieti supererat, in ea insumens : utque corpus in servitutem redigeret, ferrea catena et flagellis illud mace rabat. Cibi parcissima, octo supra quadraginta annis car nibus abstinuit, leguminibus plerumque et herbis vescens, interdum vero solo pane et aqua contenta. Proximorum æternam salutem exoptans, ardentissimas ad Deum pro peccatorum conversione pre ces fundebat. Tanto etiam commiserationis sensu erga purgantem animam commota est, ut acerbissimos dolores, sibi divinitus inflictos, in pœ narum illi debitarum expiatio nem pertulisse visa sit. Exi mia prudentia et regularis observantiæ zelo moniales diu rexit, eas non minus exem plo quam adhortationibus ad omnem sanctimoniam infor mans : quo in officio humili, tatem adeo coluit, ut abjectis sima quæque opera sponte obiret, ac infirmis præcipua caritate et summo studio in serviret.

v. Dedit mihi pennas sicut columbæ, et volavi, et requie scam : * Sive in corpore, sive extra corpus nescio. Nostra autem conversatio in cælis est — Sive in corpore.

Lectio vj.

SUPERNORUM charismatum copia singularis in ea emi tuit, anulo desponsationis, sa crisque stigmatibus, quæ non semel spectanda se exhibue runt, acceptis. Plurium anno rum spatio, quinta et sexta Feria in altissimam contem plationem rapta, singulos Redemptoris cruciatus in Pas sione toleratos ex ordine in corpore mirabilitersentire con suevit. Prati degens, sanctum Philippum Nedum, Romæ commorantem, videre prome ruit, ejusque colloquio frui. Extasum, raptuum, cælestium visionum, ac prophetici lumi nis dono Illustris, futura præ dixit, ac simul occulta revela vit. Gravibus denique morbis decumbens, Ecclesiæ Sacra mentis munita, anno a Christo nato millesimo quingentesimo nonagesimo, ætatis sexagesi mo nono, quarto Nonas Fe bruarii in cælum migravit. Eam Benedictus Decimus quartus Pontifex Maximus solemni ritu sanctarum Virgi num fastis adscripsit, anno sa lutis millesimo septingentesi mo quadragesimo sexto.

vj. Inveni quem diligit ani ma mea : fasciculus myrrhæ



dilectus meus, inter ubera mea commorabitur : * Tenui eum, nec dimittam, f. Ego autem exsultabo, et gaudebo in Deo Jesu meo. — Tenui eum, nec dimittam. Gloria. Tenui eum, nec dimittam.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Annuntiate inter gentes Catharmoe gloriam, in omni bus populis mirabilia ejus.

Ana. Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : et viderunt omnes populi gloriam sancti tatis ejus.

Ana. In conspectu gentium revelavit Dominus mirabilia Sponsæ suæ.

f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. fy. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25 .

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

(Serm. 93. de verbis E v. e. 2.)

INTELLIGAMUS, carissimi, id omnes nos, id est ad uni versam omnino Ecclesiam pertinere istam parabolam. Quare ergo quinque, et quin que virgines? Istæ quinque, et quinque virgines, omnes omnino sunt animæ Christia norum, non qualescumque animæ, sed tales animæ, quæ habent catholicam fidem, et habere videntur bona opera in Ecclesia Dei : et tamen ex ipsis quinque sunt prudentes, et quinque fatuæ. Quare ergo appellatæ sunt quinque, et quare virgines, prius videa mus : et deinde cetera conside remus. Omnis anima in corpo re ideo quinario numero cen- setur, quia quinque sensibus utitur. Qui ergo se abstinet ab illicito visu, ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustatu, ab illicito tactu, pro pter ipsam integritatem, Vir ginis nomen accepit.

vij. Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi :* Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat con solatio nostra. — Per quem.

Lectio viij.

SED si bonum est abstinere ab illicitis sensibus, et ideo unaquæque ani ma christiana Virginis nomen accepit, quare quinque ad mittuntur, et quinque repel luntur? Et virgines sunt, et repelluntur. Parum est, quia virgines sunt, et lampades ha bent. Virgines propter absti nentiam ab illicitis sensibus, lampades habent propter opera bona; de quibus operibus Do minus dicit : Luceant opera vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Item discipu lis dicit : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ arden tes. In lumbis accinctis virgi nitas, in lucernis ardentibus opera bona.

K?, viij. Vidi prævaricantes, et tabescebam : defectio te nuit me, * Pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. f. Optabam ego ipsa anathe ma esse a Christo pro fratribus meis. — Pro peccatoribus.

Lectio ix.

ETIAM ipsas virgines, et ferentes lampades, alias dixit prudentes, alias stultas. Unde intuemur? Unde discer nimus? De oleo. Aliquid ma gnum significat oleum : valde magnum. Putas, non caritas est? Apostolus dicit : Adhuc supereminentiorem vobis viam demonstro : si linguis homi num loquar, et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum so nans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est supereminens via, id est caritas, quæ merito oleo si gnificatur : omnibus enim hu moribus oleum supereminet.

1$. ix. O Sponsa Christi ama bilis, quæ sacra Sponsi sti gmata expressa refers corpore, ejusque charismatibus pleno redundas spiritu : * Nos te colentes protege, Et quæ pre camur obtine, f. Fac Crucifixi vulnera recogitemus perpetim, ejusque mortis pretio tuum assequamur præmium. — Nos te colentes protege. Gloria. Et quæ precamur obtine.

Ante Laudes f. Ora pro no bis beata Camarina. Bf. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

I. Indue te decore sempi ternæ gloriæ : Deus enim ostendet splendorem suum in te. Psalmus Dominus regna vit. cum ceteris, pag. 17.

2. Fasciculus myrrhæ" dile ctus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

3-Sub umbra illius, quem de sideraveram, sedi : et fructus ejus dulces gutturi meo.

4- Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? His plagata sum in domo ejus qui diligebat me.

5. Veni de Libano sponsa, veni, coronaberis.

Capitulum. Apoc. 19.

REGNAVIT Dominus Deus noster omnipotens : gau deamus, et exsultemus : et demus gloriam ei : quia vene runt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparavit se.

Hymnus.

JAM noctis umbras Lucifer, Fugat, diemque prævenit,
Quæ Catharinæ meritis
Coruscat et prodigiis.

AVE Crucis discipula,
Et Passionis æmula :
Divini amoris victima,
Casti pudoris lilium.

FAC te sequamur regiam
Per caritatis semitam :
Et quibus ardes, ignibus
Accende nostra pectora.

QUÆ tibi Sponsus sanguinum
Dedit, salutis symbola
Insculpe nostris mentibus,
Nostrisque fige cordibus.

TE Sponse Jesu Virginum,
Castæ Parentis Unice,
Laudent beati Spiritus
In sæculorum sæcula. Amen.

y. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Benedictus Ana. Visitavit ex alto Dominus Sponsam suam in sanctitate et justitia incedentem coram ipso omni-1 bus diebus vitæ suæ. Oratio.



DOMINE Jesu Christe, qui beatam Catharinam Vir ginem, tui amore succensam, Passionis contemplatione cla rescere voluisti : ejus interces sione concede ut Passionis mysteria devote recolentes, ejus fructum percipere merea mur : Qui vivis et regnas.

AD TERTIAM.

Capitulum Regnavit Domi nus., ut in Laudibus.

T I^z. et ff. Horarum de | Communi unius Virg., pag. 96*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Osee 2.

SPONSABO te mihi in sempi ternum : et sponsabo te in justitia, et judicio, et in mise ricordia, et in miserationibus.

AD NONAM.

Capitulum. Gai. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini no stri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.

AD II. VESPERAS. I

Super Psalmos Ana. Indue te decore sempiternæ gloriæ : Deus enim ostendet splendo rem suum in te. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Com- j muni unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Regnavit Domi nus., Hymnus Solemne laudis canticum, et y. Ora pro no bis., ut in j. Vesperis, pag. 905. et pag. 906.

Ad Magnificat Ana. O su perni Sponsa amoris, Christi plagis decorata, ante thronum Redemptoris esto supplex ad vocata pro cœtu fidelium.

PER OCTAVAM
S. CATHARINÆ DE RICCIIS.

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Ana. Visita vit ex alto Dominus Sponsam suam in sanctitate et justitia incedentem coram ipso omni bus diebus vitæ suæ.

f. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio Domine Jesu Christe, ut in Laudibus Festi.

Ad Magnificat vel ad Memo riam in Vesperis Ana. O su perni Sponsa amoris, Christi plagis decorata, ante thro num Redemptoris esto sup plex advocata pro cœtu fide lium.

X. Ora pro nobis beata ca marina. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Oratio Domine Jesu Christe, ut in Laudibus Festi.

T Si aliquando contigerit fieri Officium de die infra I Octavam, Lectio iij. erit una ex propriis Festi, incipiendo a iv.

DIE XIV. FEBRUARII.

B. NICOLAI PALEA
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

SPIRITUM nobis beati Nicolai Confessoris tui Deus beni gnus infunde : ut sicut illum, in prædicatione verbi tui ac in procuranda proximorum salute, singulari gratia deco rasti, ipsius precibus facias nos in eadem vocatione sancta firmiter permanere. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Com muni unius Confessoris Pontificis, pag. Si*. F6

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

NICOLAUS ex nobili Palea rum familia Juvenali, quod est oppidum in Apulia, piis parentibus natus est, Cæ- testis dulcedinis benedictione præventus, adhuc puer non obscura supernæ vocationis, qua a Deo vocatus erat, signa dedit. Nam non solum a car- rbus vescendis voluntarie sese ex integro abstinuit, verum etiam ad optima quæque aptis simus apparuit. Sub pia et so lerti disciplina positus profecit, ut qualis futurus es set ex eo manifeste innotue- rit, quod ad perfectiora ex sequenda freno potius quam incitamento indiguerit Cre scente ætate, crevit pariter in illo litterarum et christianæ K pietatis profectus. Bononiæ audita a sancto Patriarcha Dominico concione ita super norum desideriorum exarsit mam amore, ut statim ab ipsomet enixis precibus habitum Reli- gionis expetierit

T .

Lectio v.

I propter non solum fuit magni spfntus * mult ^. itionis, .meditationi et contemplationi addictus. Inter præcipuas vero dotes mire in illo micuit innocentia, et animi candor, quibus amabilis omni bus efficiebatur : unde ab ipso sanctissimo Patriarcha, ut bo nu* mil ?s s4 b optimo duce astrueretur, in verbi Dei mi comt ls , adscitus fuit. ad Jun cto sancto ^datore, Nicolaus in lucran dls Ue ∘ animab us mirifice se ^CSV11 ', benedicente de supe ns Pom , in ∘. et signis pariter conhrm ante Servi sui opus.

Lectio vi

r,

£DEO OFFECTURAM suæ Provin x ?. æ £ere ns simu [ac Pudentia mirabili eam guber qua Pro Pte u r , s "ave Per b ftur quidquid ab ipso præce p um fuerit: hinc factum est> ut multl ∘ rdl TM nom en dede mt ' quem .postea pietate et doctn ila maxime exornarunt, Sanctls simam Virginem JVla nam ceu matrem amanti transact0 onerabatur. Tandem quadraginta anno IV." ls ?atl ∘ in apostolico verbi Dei ministerio, in quo uberri mos fructus reportavit, meritis et virtutibus plenus, prænun

VOTI compos effectus, atque tiato mortis die, placidissime ad probationis tempus post medietatem sæculi decimi admissus, omnium virtutum tertii exspiravit. Ob eximiam exercitio, ac præsertim ea- ejus sanctitatem, statim reli rum, quæ ad rationem Insti- gioso decoratus est cultu. Sa tiati a se suscepti pertinere erum ejus corpus Perusii, in videbantur, totum se dedit, conventu ab ipso fundato, in Admirabiles in corde suo veteri ecclesia sub altari in ascensiones disponens, in re- ejus honorem Deo dicato sta Jigiosæ perfectionis palæstra tim sepultum fuit : postea limites nunquam posuit : qua- I vero, instaurata ecclesia, sub



majorem aram translatum ibi adhuc religiose colitur. Ejus cultum Leo Duodecimus Pon tifex Maximus probavit, utque eius festum cum Officio et Missa ab universo Prædica torum Ordine celebraretur benigne indulsit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag 83*.

DIE XV. FEBRUARII.

B. JORDANI SAXONIS

CON F. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui salutis animarum zelo et amplianda Reli gionis gratia beatum Jorda num mirabilem effecisti : ejus intercedentibus meritis, fac nos in eodem semper spiritu vivere, ac repositam in cælis gloriam invenire. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Com muni unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JORDANUS in oppido Boter gæ provinciæ Saxoniæ ex Illustri familia ducum Ebern stein originem duxit. Adhuc in sæculo exsistens, pietatem sibi plenissime vindicavit. Erat enim super miseros pia ge stans viscera, ita ut raro vel nunquam pauper ab eo sine eleemosyna discederet: et cum aliquando petenti nihil habe ret quod daret, cingulum con cessit. Ecclesiam deinde ora turus ingressus, Crucifixum vidit illo præcinctum : cujus spectaculo plurimum commo tus, togam Religionis assu mere constituit. Quare mundo valedicens, a Reginaldo viro optimo in Prædicatorum Or dinem receptus fuit. Ibi lenis ac mitis apparuit, cibi somni que parcissimus : humilitatis servandæ studio honores obla tos sapienter declinavit. Ab orationis assueto exercitio nulla re deflecti potuit, et me ditationibus, ex quibus miram eliciebat suavitatem, totus et ubique incumbebat.

Lectio v.

DEFUNCTO sancto Patre Do minico, propter magnam in vita et doctrina probita tem dignus habitus est ut ei sufficeretur : et quia zelo sa lutis animarum maxime affi ciebatur, in regimine positus nihil intentatum reliquit, unde Ordo latius amplificaretur. Li cet multis magnisque curis occupatus, nunquam tamen a verbi Dei prædicatione desti tit. Delinquentes, ubi oporte ret, severe corrigebat, sed tali ac tanta utebatur gratia, ut humanitate potius quam seve ritate illos devinceret. Sicut corporalis vita cibi potusque mutua commistione sustine tur, ita orationis studiorumque Scripturarum alternas exerci tationes pro vitæ spiritualis incremento adhibendas esse docebat : ac ut uberiores in oratione elicerentur fructus, in eo insistendum, ubi major haberetur devotio. Erga bea tissimam Virginem devotissi

mus fuit, modumque eam fervientes deprecandi aliis tribuit, ac ut post Completorium Salve Regina caneretur primus disposuit. Ceterum tantæ fuit virtutis, ut altero captus oculo, secum fratres congaudendi causa vocaverit, ceu ab inimico liberatus.

Lectio vj.

TANDEM animo constituit Hierosolymam, visendi gratia sacra Redemptionis nostræ loca ac fratrum cœnobia, petere : sed cum prope Achon pervenisset, ingenti oborta tempestate, cum duobus sociis, fracta navi, in fluctibus periit, et ita ab hoc sæculo nequam ereptus est. Ejus corpori ad litus ejecto lumina de cælo delapsa noctu insedisse, nimiumque odorem sepelientium manibus per plures dies adhæsisse memoriæ traditum est. Servi sui gloriam Deus sanctæ Lutgardæ absque manifeste ostendit. Nam magna luce æque ac cruce insignitus apparens, dixit: Exivi de hoc sæculo ad gloriam Beatorum, et inter Apostolorum choros et Prophetarum evectus sum. Multis magnisque claruisse miraculis sanctus Antoninus aliique auctores gravissimi fidem faciunt: unde religiosum cultum promeruit, quem multiplici monumentorum genere ad nostra usque tempora probatum, Leo Duodecimus Pontifex Maximus ex sacræ Rituum Congregationis consulto confirmavit, utque de beato Jordano in universo Prædicatorum Ordine Officium recitari ac Missa celebrari possit indulsit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis pag.*83*

DIE XVI. FEBRUARII.
B. GREGORII DECIMI
PAPÆ ET CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Gregorii, Confessoris tui atque Pontificis, religionis zelo et Apostolicis curis amplificasti, ejus meritis et intercessione concede ut fidei et sanctitatis nova semper incrementa suscipiat. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Fidelis sermo, de Communi unius Confessoris Pontificis,pag. 70*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

GREGORIUS Decimus, Thealdus seu Theobaldus antea nuncupatus, Placentiæ ad Æmiliæ fines nobili Vicecomitum genere natus est. Adolescens ecclesiasticæ militiæ adscriptus, singulari nituit honestate morum vitæque munditia, nulla unquam, ut creditur, criminis contagione polluta. In Galliam cum Jacobo Cardinali Pecorario Gregorii Noni Legato profectus, Archidiaconus Leodiensis renuntiatus est. Eo in Italiam redeunte, theologiæ Parisiis operam dedit, ac magistri munus adeptus, verbo et exemplo fideles ac principes ad Terræ sanctæ recuperationem vehementer



accendit. In Syriam deinde peregrinatus, dum ibi sacram expeditionem urgeret, a Cardinalibus, Viterbii Pontificis electionem in annum fere tertium protrahentibus, in Petri Sedem evectus est anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Lectio v.

ACCEPTO decreto, Ptolemaide in Italiam navigavit, ac Viterbium se contulit, deinde Romam : ubi anno insequente solemniter inauguratus est. Ab ipso Pontificatus exordio, ad generalis concilii celebrationem curas et cogitationes omnes adjecit. Eo Lugdunum Galliarum indicto, Michaelem Palæologum Græcorum imperatorem, tum alios Christianos principes et Græcæ Latinæque Ecclesiæ præsules litteris amantissimis invitavit : arcessitis etiam eximiis doctrina et sanctitate viris, uti sancto Thoma Aquinate, in ipso itinere vita functo, sancto Bonaventura, sancto Philippo Benitio, beato Alberto Magno, Petro de Tarantasia Ordinis Prædicatorum, qui eidem in Pontificatu successit. Igitur œcumenicam synodum, Patrum numero omnium frequentissimam, cui præfuit Pontifex ipse, Græcis ejurato schismate ad Ecclesiæ unitatem receptis, decretis pro sacra expeditione subsidiis, editisque pluribus sanctissimis legibus, trimestri spatio feliciter celebravit.

Lectio vj.

DE pace in Ecclesia firmanda cumprimis sollicitus, prælatorum dissidia, regum inimicitias, provinciarum odia, populorum factiones composuit, diremit, exstinxit. Ecclesiæ jura, etiam adversus reges et principes, severe ac fortiter vindicavit : nullam esse prædicans solidiorem regnorum basim quam tutelam ecclesiasticæ libertatis. Pauperum amantissimus, primus omnium in Apostolico Palatio piarum in illos largitionum præsidem constituit, iisque propriis manibus pedes quotidie abluebat. In Italiam a concilio redux, dum profectionem in Palæstinam meditatur, pleraque alia christianæ reipublicæ bono moliretur, Aretii in Etruria morte interceptus est, quarto ab electione sua anno, mense quarto, die decima. Fuit vir animi plane invicti et apostolici, terrenorum contemptu, cultus divini studio, fidei zelo, disciplinæ et morum restaurratione, rerum gerendarum prudentia, fortitudine, magnanimitate, aliisque virtutibus prorsus eximius. Miraculis post mortem claruisse, Ecclesiæ Aretinæ monumenta testantur.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Homo peregre. de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 78*

IN festo sanctorum septem Confessorum, Ordinis Servorum B. Mariæ Fundatorum, si extra Tempus Paschale celebrandum fuerit, fiat Officium ut hic notatum est.

T Si vero infra Tempus Paschale translatum fuerit, fiat Officium ut pag. 9 22 notatum est.

DIE XVII. FEBRUARII.
SS. SEPTEM CONFESSORUM
ORDINIS SERVORUM B. M. V.
FUNDATORUM
I EXTRA TEMPUS PASCHALE.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

I Super Psalmos Ana. Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad cælestia regna.

Capitulum. Hebr. II.

QANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

Dominus electorum suorum spes, et turris fortitudinis eorum, * Dedit hereditatem timentibus nomen suum. V. Habitabunt justi in tabernaculo Dei in sæcula.—Dedit. Gloria. Dedit.

Hymnus.

T> ELLA dum late furerent, et D urbes
Cæde fraterna gemerent cruentæ,
Adfuit Virgo, nova semper edens
Munera matris.

EN vocat septem famulos, fideles
Ut sibi in luctu recolant dolores,
Quos tulit Jesus, tulit ipsa consors
Sub cruce Nati.

ILLICO parent Dominæ vocanti :
Splendidis tectis opibusque spretis,
Urbe secedunt procul in Senari
Abdita montis.

hic pœnis eriant acerbis,
Sontium labes hominum niantes :
Hic prece avertunt lacrimisque fusis
Numinis iram.

PERDOLENS Mater fovet atque amictum
Ipsa lugubrem monet induendum :
Agminis sancti pia cœpta surgunt,
Mira patescunt.

PALMES in bruma viridans honores
Nuntiat Patrum : proprios Mariæ
Ore lactenti vocitant puelli
Nomine Servos.

SIT decus Patri genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus
Spiritus semper, Deus unus, omni
Temporis ævo. Amen.

y. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloriamini omnes recti corde.

Ad Magnificat Afia. Fulgebunt justi, et tamquam scintillæ in arundineto discurrent: judicabunt nationes, et regnabunt in æternum.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui ad recolendam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti : concede propitius ita nos eorum consociari fletibus, ut perfruamur et gaudiis. Qui vivis.

.AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Confessorum Dominum * Venite adoremus.



Hymnus.

CIC Patres vitam peragunt 3 in umbra,
Lilia ut septem nivei decoris,
Virgini excelsæ bene grata, Petro
Visa nitere.

JAMQUE divina rapiente flamma,
Cursitant urbes, loca quoque oberrant,
Si queant cunctis animis dolores
Figere Matris.

HINC valent iras domuisse cæcas,
Nescia et pacis fera corda jungunt,
Erigunt mæstos, revocant nocentes
Dicta piorum.

AT suos Virgo comitata Servos
Evehit tandem superas ad oras:
Gemmeis sertis decorat per ævum
Omne beatos.

EIA nunc cœtus gemitum precantis
Audiant,duros videantlabores,
Semper et nostris faveant benigno
Lumine votis.

SIT decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque Virtus
Spiritus semper, Deus unus, omni
Temporis ævo. Amen.

T Antiphonæ et Psalmi trium Nocturnorum de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus; cetera ut infra.

IN I. NOCTURNO.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. 1$. Et gloriamini omnes recti corde.

T Ante Cineres, dicantur Lectiones de Scriptura currente.

T Post Cineres vero, dicantur Lectiones sequentes :

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 8.

EXISTIMO quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe : quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

j. Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : * Intra in gaudium domini tui. y. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. — Intra in gaudium domini tui.

Lectio ij.

SCIMUS enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes : et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes : nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus : per patientiam exspectamus.

l^z. ij. Justus germinabit sicut lilium : * Et florebit in æter num ante Dominum. JF. Plan tatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. — Et flo rebit.

Lectio iij.

SIMILITER autem et Spiritus adjuvat infirmitatem no stram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro no bis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

iij. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit ange lorum : * Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione et avi ditate In illa æterna patria conversatus est. f. Vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Domino suo duplica tum reportavit. — Quoniam in hac peregrinatione. Gloria. In illa æterna patria conversa tus est.

IN II. NOCTURNO.

y. Exsultent justi in conspe ctu Dei. Jf. Et delectentur in lætitia.

(Ex Romano Breviario.)
Lectio iv.

SÆCULO tertio decimo, cum Friderici Secundi diro schi smate cruentisque factionibus cultiores Italiæ populi scinde rentur, providens Dei miseri cordia, præter alios sanctitate illustres, septem e Florenti!);, nobilitate Viros suscitavit ani in caritate conjuncti, præda rum fraternæ dilectionis præ* herent exemplum. Hi, nimi rum Bonfilius Monaldius Bo najuncta Manemus, Manemus Antellensis, Amideus de Ami deis, Uguccio Uguccionum" Sosteneus de Sosteneis, et Alexius Falconerius, cum anno trigesimo tertio ejus sæculi die sacra Virgini cælo rece ptæ, in quodam piorum homi num conventu, Laudantium nuncupato, ferventes orarent; ab eadem Deipara singulis apparente sunt admoniti ut sanctius perfectiusque vitæ genus amplecterentur. Re itaque prius cum Florentine Præsule collata, hi septem Viri,generis nobilitate divitiis que posthabitis, sub vilissimis detritisque vestibus cilicio in duti, octava die Septembris in ruralem quamdam ædiculam secessere, ut ea die primordia vitæ sanctioris auspicarentur, qua ipsa Dei Genitrix mortali bus orta sanctissimam vitam inceperat.

R7. iv. Magnificavit eum in conspectu regum, * Et dedit illi coronam gloriæ, f. Statuit illi testamentum sempiternum, et beatificavit illum in gloria. — Et dedit illi coronam gloriæ.

Lectio v.

Hoc vitæ institutum quam sibi foret acceptum Deus miraculo ostendit. Nam cum paulo deinceps hi septem Viri per Florentinam urbem ostia tim eleemosynam emendica ret, accidit ut repente infan tium voce, quos inter fuit



sanctus Philippus Benitius, Quintum ætatis mensem vix ingressus, beatæ Mariæ Servi acclamarentur : quo deinde nomine semper appellati sunt. Quare vitandi populi occur sus ac solitudinis amore ducti, in Senarii montis recessum omnes convenere, ibique cæ leste quoddam vitæ genus ag gressi sunt. * Victitabant enim in speluncis, sola aqua herbis que contenti; vigiliis aliisque asperitatibus corpus attere bant : Christi Passionem ac mæstissimæ ejusdem Genitri cis dolores assidue meditantes. Quod cum olim sacra Parasce ves die impensius exsequeren tur, ipsa beata Virgo illis iterato apparens, lugubrem vestem,quam induerent,osten dit, sibique acceptissimum fore significavit, ut novum in Ec clesia regularem Ordinem ex citarent, qui jugem recoleret ac promoveret memoriam do lorum, quos ipsa pertulit sub cruce Domini. Hæc sanctus Petrus, inclytus Ordinis Præ dicatorum Martyr, ex fami liari cum sanctis illis Viris con suetudine, ac peculiari etiam Deiparæ visione cum didicis set; iis auctor fuit, ut Ordinem regularem sub appellatione Servorum beatæ Virginis in stituerent : qui postea ab Innocenti© Quarto Pontifice Maximo approbatus fuit.

1$. v. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas Paradisi coronavit eum. S- In duit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. — Et ad portas Paradisi coronavit eum.

Lectio vj.

PORRO sancti illi Viri, cum plures sibi socios adjunxis sent, Italiæ civitates atque oppida, præsertim Etruriæ, excurrere cœperunt, prædi cantes ubique Christum cruci fixum, civiles discordias com pescentes, et innumeros fere devios ad virtutis semitam revocantes. Neque Italiam modo, sed et Galliam, Germa niam ac Poloniam suis evan gelicis laboribus excoluerunt. Denique cum bonum Christi odorem longe lateque diffu dissent, portentorum quoque gloria illustres, migrarunt ad Dominum. Sed quos unus ve ræ fraternitatis ac religionis amor in vita sociaverat, unum pariter demortuos contexit se pulcrum, unaque populi vene- ratio prosecuta est. Quapropter Clemens Undecimus et Bene dictus Decimus tertius Ponti fices Maximi, delatum iisdem a pluribus sæculis, indivi duum cultum confirmarunt; ac Leo Decimus tertius, ap probatis antea miraculis, post indultam venerationem ad collectivam eorumdem Avo cationem a Deo patratis, eos dem anno quinquagesimo Sa cerdotii sui Sanctorum honori bus cumulavit, eorumque me moriam Officio ac Missa in universa Ecclesia quotannis recolendam instituit.

1$. vj. Dominus electorum suorum spes, et turris fortitu dinis eorum * Dedit heredita tem timentibus nomen suum. y. Habitabunt justi in taber naculo Dei in sæcula. — De dit hereditatem. Gloria. Dedit hereditatem.

IN III. NOCTURNO.

y. Justi autem in perpetuum vivent. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 19.

IN illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

[ (Lib. 3. in Matth. cap. 19.)

GRANDIS fiducia! Petrus piscator erat, dives non fuerat, cibos manu et arte quærebat : et tamen loquitur confidenter : Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est : Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti : quid igitur nobis dabis præmii? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.

vi J- Justus ut palma florebit .- Sicut cedrus Libani multiplicabitur : plantatus in domo Domini,* In atriis domus Dei nostri florebit. J. Gloria et I divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi. — In atriis.

Lectio viij.

NON dixit, Qui reliquistis omnia, hoc enim et Crates fecit philosophus, et multi ain divitias contempserunt • sed, Qui secuti estis mT^^ proprie Apostolorum est atque credentium. In regeneri" tione cum sederit Filius homi ,nis in sede majestatis suæ [(quando et mortui de corruptione resurgent incorrupti)" sedebitis et vos in soliis judicantium, condemnantes duo tribus Israel, quia vobis credentibus, illi credere noluerunt.

viij. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : * Honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. ^.Immortalis est enim memoria , illius : quia apud Deum nota est, et apud homines. — Honestavit.

Lectio ix.

ET omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. Locus iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator 16quitur : Non veni pacem mittere, sed gla . dium. Veni enim separare hominem a patre suo, et ma I trem a filia, et nurum a socru: et inimici hominis domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, et prædicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias et sæculi voluptates : isti centuplum recipient, et vitam æternam possidebunt.

ix. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibOs vestris, * Et vos simi



rTT^iiiibus exspectantibus li'minum suum Quando revertatur a nuptiis. f. Vigilate J£o quia nescitis qua hora Gloria. Quando revertatur a nuptiis.

Ante Laudes f. Exsultabunt Sancti in gloria. Lætabuntur in cubilibus suis.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domine quinque talenta tradidisti mihi : ecce alia quinque superlucratus sum. I salmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus et pulseverit januam, invenerit vigentem.

;v Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.

4- Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.

5- Serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Hebr. li.

CANCTI per fidem vicerunt O regna, operati sunt justifiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino | nostro.

Hymnus.

MATRIS sub almæ numine
Septena proles nascitur
Ipsa vocante, ad arduum
Tendit Senari verticem.

Quos terra fructus proferet,
Dum sacra proles germinat,
Uvis repente turgidis
Onusta vitis præmonet.

I VIRTUTE claros nobili
Mors sancta cælo consecrat :
Tenent Olyram limina
Servi fideles Virginis.

COHORS beita, Numinis
Regno
Cinctos relinquis hostium.

ERGO per almæ vulnera
Matris rogamus supplices,
Mentis tenebras disjice,
Cordis procellas comprime.

perft,nde sancto robore,
poss{mus ut feliciter
Ex£mpia patrum subsequi,
Amen.

f. Mirabilis Deus. In Sanctis suis

^ Benedictus Ana. Sint Lmbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestrjs . et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a niwiis.

Oratio.

y^OMINE Jesu Christe, qui J_j acj recolendam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricjs tuæ? per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti : concede propitius ita nos eorum consociari Retibus, ut perfruamur et gaudiis. Qui vivis.

AD TERTIAM.

Capitulum Sancti per fidem., ut in Laudibus.

K. Lætamini in Domino, * Et exsultate justi. Lætamini. ?.Et gloriamini omnes recti corde. I Et exsultate justi. Gloria. Lætamini.

f. Exsultent justi in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Oratio,

DOMINE Jesu Christe, qui ad recolendam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti : concede propitius ita nos eorum consociari fletibus, ut perfruamur et gaudiis. Qui vivis.

...ixit Dominus. cum ceteris in Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Sancti per fidem. Hymnus Bella dum late. Lætamini, ut in I Vesperis, pag. 916.

Ad Magnificat Ana Simi labo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

### AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. 10.

REDDIDIT Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, et deduxit illos in via mirabili: et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum nocte.

℟. Exsultent justi * In conspectu Dei. Exsultent, f. Et delectentur in lætitia. In conspectu Dei. Gloria. Exsultent.

ỳ. Justi autem in perpetuum vivent. ℟. Et apud Dominum est merces eorum.

### AD NONAM.

Capitulum. Sap. 3.

JUSTORUM animæ in manu Dei sunt, et non tangat illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

℟. Justi autem* In perpetuum vivent. Justi autem. f. Et apud Dominum est merces eorum. In perpetuum vivent. Gloria. Justi autem.

f. Mirabilis Deus. ℟. In Sanctis suis.

### AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Domine quinque talenta tradidisti mihi : ecce alia quinque superlucratus sum. Psalmus Di

### IN EODEM FESTO TEMPORE PASCHALI.

Si festum SS. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. Mariæ V. Tempore Paschali celebrari contigerit hoc modo fiat Officium •

### AD VESPERAS,

Super Psalmos Ana. Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad cælestia regna, alleluja.

Capitulum. Hebr. 11.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

℟. De ore prudentis procedit mel, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : *Favus distillans labia ejus, Alleluja, alleluja, f. Sapientia requiescit in corde ejus, et prudentia in sermone oris illius. — Favus. Gloria. Alleluja, alleluja.

Hymnus. Bella dum late., pag. 916.

ỳ. Lætamini in Domino, et exsultate justi, allecia. ℟. Et gloriamini omnes recti corde, alleluja.



Ad Magnificat Ana. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum corona, qua coronavit eum Dominus in die solemnitatis et lætitiæ, allecia, allecia.

Oratio,

DOMINE Jesu Christe, qui ad recolendam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti : concede propitius ita nos eorum consociari fletibus, ut perfruamur et gaudiis. Qui vivis.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti, * Alleluia.

Hymnus Sic Patres vitam., pag. 917.

### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Tristitia vestra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluja.

¶ Feria secunda et Feria quinta dicantur tres Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Confessoris extra Tempus Paschale, cum f. Lætamini in Domino, et exsultate justi, alleluia. Rz. Et gloriamini omnes recti corde, alleluia.

¶ Feria tertia et Feria sexta dicantur tres Psalmi ex ij. Nocturno de Communi unius Confessoris extra Tempus Paschale, cum f. Exsultent justi in conspectu Dei, allecia. Rz. Et delectentur in lætitia, alleluja.

¶ Feria quarta et Sabbato dicantur tres Psalmi ex iij. Nocturno de Communi unius Confessoris extra Tempus Paschale, cum y. Justi autem in perpetuum vivent, alleluia. Et apud Dominum est merces eorum, alleluia.

Ante Lectiones Benedictiones dentur secundum prædictum ordinem Nocturnorum.

Lectio j. de Feria currente. Lectio ij. et Lectio iij. erunt tres Lectiones ij. Nocturni supra positæ pag. 918. et divisæ per *

℟. j. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluja : *In mandatis ejus cupit nimis, alleluia, allecia, allecia, f. Potens in terra erit semen ejus : generatio rectorum benedicetur. — In mandatis ejus.

℟. ij De ore prudentis procedit mel, alleluia : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : * Favus distillans labia ejus, allecia, allecia, f. Sapientia requiescit in corde ejus, et prudentia in sermone oris illius. — Favus distillans,

℟. iij. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum corona, qua coronavit eum Dominus * In die solemnitatis et lætitiæ, Alleluia, f. Induit illum Dominus stolam gloriæ, et coronavit eum. — In die. Gloria. Alleluia.;

Ante Laudes ỳ. Exsultabunt Sancti in gloria, alleluja. ℟. Lætabuntur in cubilibus suis, alleluia.

### AD LAUDES ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Sancti et justi in Domino gaudete, alleluja : vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

3. In velamento clamabunt Sancti tui Domine, alleluja, alleluja, alleluja.

4. Spiritus et animæ justorum hymnum dicite Deo nostro, alleluia, alleluja.

5. In cælestibus regnis Sanctorum habitatio est, alleluja : et in æternum requies eorum, alleluja.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

Hymnus.

MATRIS sub almæ numine
Septena proles nascitur :
Ipsa vocante, ad arduum
Tendit Senari verticem.

Quos terra fructus proferet,
Dum sacra proles germinat,
Uvis repente turgidis
Onusta vitis præmonet.

VIRTUTE claros nobili
Mors sancta cælo consecrat:
Tenent Olympi limina
Servi fideles Virginis.

COHORS beata, Numinis
Regno potita, respice
Quos hinc recedens fraudibus
Cinctos relinquis hostium.

ERGO per almæ vulnera
Matris rogamus supplices,
Mentis tenebras disjice,
Cordis procellas comprime.

T Penultima Stropha Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

T Penultima Stropha Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurus præmium : '
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

Ultima Stropha utroque Tempore :

Tu nos beata Trinitas
Perfunde sancto robore,
Possimus ut feliciter
Exempla Patrum subsequi.
Amen.

J. Mirabilis Deus, alleluja. 1$. In Sanctis suis, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, alleluia, et æternitas temporum, alleluja, alleluja, alleluja.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui ad recolendam memoriam dolorum sanctissimæ Genitricis tuæ, per septem beatos Patres nova Servorum ejus familia Ecclesiam tuam fecundasti : concede propitius ita nos eorum consociari fletibus, ut perfruamur et gaudiis. Qui vivis.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 19.

IN illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Tu autem Domine.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etff.utin Communi plurimorum Martyrum Temporis Paschalis, pag. 121*.



AD II. VESPERAS.

Suoer Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut ilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia. ['saluius Dixit Dominus, cum ceteris ut in Communi unius Confessoris alterius Temporis,

Capitulum Sancti per fidem, et Hymnus Bella dum late., nae;. 916.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi, allecia. R. Et gloriamini omnes recti corde, allecia.

Ad Magnificat Ana. In civitate D6mini clare sonant jugiter organa Sanctorum : ibi Angeli et Archangeli hymnum decantant ante thronum Dei, alleluja.

T Si hoc festum solam Memoriam in ij. Vesperis habere debuerit, fiat præfata Memoria per Anani In civitate., f. Lætamini, et Orationem Domine JesuChriste., ut supra.

T Si tamen præcedens y. Lætamini. post Hymnum dictus luerit, dicatur ad Memoriam hujus festi sequens Exsultent justi in conspectu Dei, allecia. Et delectentur in lætitia, alleluja.

DIE XVIII. FEBRUARII.

B. LAURENTII A RIPAFRAGTA CON F. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Laurentium Confessorem tuum regularis disciplinæ studio et caritatis ardore clarescere fecisti : ejus nobis intercessione concede ut perfectiora semper exsequentes, æterna gaudia consequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

LAURENTIUS Ripæfractæ natus, a pueritia animum ad pietatem excoluit. Simplex, rectus, ac timens Deum, et recedens a malo, ecclesiasticæ militiæ nomen dedit. Potioris deinde perfectionis amore incensus, cum jam esset Diaconus, Prædicatorum Ordinem Pisis amplexus est, in quo religiosis virtutibus incumbens, obedientiæ filium et puritatis speculum se exhibuit : nullus fuit eo pauperior, nullus tam mundi contemptor. In divinis Officiis diurnis et nocturnis sedulus ac devotus, in opere et sermone mitis, Domino et hominibus dilectus, dum ab aliis in maxima haberetur existimatione, sibi ipsi vilescebat. Cunctis clemens, sibi austerus, carnem suam crucifigens jejuniis ac vigiliis, in adversis patiens, ulcerosæ tibiæ dolores per annos plurimos patienter sustinuit.

Lectio v.

CUM Præsides Labentium experti fuerint [illegible] legum Ordinis assertorem, eo usi sunt ad instaurandam in Etruria regularem disciplinam, ac in conventu Cortonensi eum præfecerunt tironum institutioni,

quos inter fuit sanctus Anto ninus Florentinorum deinde Archiepiscopus. Jugi Dei legis meditationi intentus, Scriptu rarum mysteria cognovit ex plicavitque, atque in concioni bus multos avertit ab iniquita te. Pistorio, Fabriano,finitimis que locis pestilentia infectis, Laurentius,indefesse laborans, animam suam ponere non du bitavit pro fratribus suis.

Lectio vj.

IN regulari vita per annos sexaginta in vinea Do mini viriliter desudavit, atque octogenario major in cœnobio Pistoriensi ad extremum vitæ perveniens, receptis Ecclesiæ Sacramentis, hortatisque fra tribus coram positis ut instituta Patrum et Deum maxime co lerent, piissime in Domino ob dormivit anno millesimo qua dringentesimo quinquagesimo septimo. Beati Laurentii san cta conversatio perspecta et cognita effecit, ut maxima cum veneratione totius cleri et po puli elato in tumulo depone retur in ecclesia ejusdem cœ nobii, et Pistorienses eum in Patronum apud Deum sibi eli gerent Cultus sacris illius exu viis inceptus, auctus exinde fuit, atque ad hæc usque tem pora propagatus. Cujus docu mentis rite expensis a sacra Rituum Congregatione, Pius Nonus Pontifex Maximus cul tum beato Laurentio præsti tum ratum habuit et confir mavit, et benigne concessit ut in universo Prædicatorum Ordine ejus memoria Officii recitatione et Missæ celebra tione quotannis fieret.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis pag. 83*.

DIE XIX. FEBRUARII.
B. ALVARI
CONF. ORD. PRÆD
DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Alvarum Confessorem tuum carita tis et pœnitentiæ donis insi gniter decorasti : da ut ejus intercessione et exemplo sem per Christi mortificationem in corpore, et tui amorem in corde geramus. Per eumdem.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. deCom muni unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

ALVARUS Cordubensis, avi tæ generis claritati exi miæ sanctitatis decus adjunxit Nam a prima adolescentia, posthabitis terrenis omnibus, Prædicatorum Ordini nomen dedit, in quo spiritu et litte ris mirifice profecit. Absoluto studiorum cursu, prædicationi se totum impendit, ac plures Hispaniæ nec non Italiæ partes uberrimo animarum fructu evangelizando peragra vit. Joanni Secundo Castellæ regi ejusque matri Catharinæ a confessionibus fuit: sed reli giosæ solitudinis studio, dimis sione petita, ab aula secessit, ac regia ope novum Ordinis cœnobium sub appellatione sancti Dominici Scalæ cæli,



prope Cordubam, a fundamen tis excitavit : ubi cum aliis sui Ordinis fratribus severiorem colens disciplinam, vitam san ctissimam duxit.

Lectio v.

CORPORI velut hosti inimico subacto, perpetuum omni asperitatum afflictationumque genere intu lit. Noctes ante divini Sacra menti altare fere ducebat in somnes, non aliam quandoque fesso corpori quietem indul gens quam brevem admodum, lapidi innixus, vel altari. Pau perum ac miserorum omnium ærumnis vehementer compa tiens, quamcumque posset opem amantissime ferebat.Ob vium sibi aliquando pauperem toto corpore ulcerosum, pro pria involutum cappa, hume risque superimpositum ad cœ nobium detulit, curam ejus acturus. Dum vero coram fra tribus eum deponeret, mutata repente forma, Crucifixi simu lacrum apparuisse pie credi tur : quod summa admiratione ac reverentia exceptum, in ec clesiæ sacello, ubi ad hanc diem constanti traditione ser vatur et colitur, repositum est.

Lectio vj.

SINGULARI ac præcipuo erga Christi Passionem agebatur affectu. Quam ob rem loca san cta Palæstræ, ejus mysteriis conspicua, summa devotione lustravit: utque eorum monu menta aliqua in exstructo a se cœnobio perpetuo exstarent, varia in eo oratoria disposuit, in quibus Redemptionis no stræ mysteria certis distin cta Stationibus exhiberentur : quam subinde piam institutio nem alia cœnobia adoptasse perhibentur. Vitam denique sanctissime actam beato fine complevit circa annum Christi millesimum quadringentesi mum vigesimum, miraculo rum fama ante et post mor tem conspicuus. Ejus corpus, editum illustremque in locum Episcopi Cordubensis decreto illatum, ad hæc usque tem pora cultum non intermissum obtinuit, quem Benedictus De cimus quartus Apostolica au ctoritate probavit, atque illius festum cum Officio et Missa in universo Prædicatorum Or dine et in civitate Cordubensi celebrari concessit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*

DIE XX. FEBRUARII.
IN OCTAVA
S. CATHARINÆ DE RICCIIS.
SIMPLEX.

Quæ hic posita non sunt di cantur ut in Festo, pag. 9°S et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis.

IN I. NOCTURNO.

Ante Cineres, Lectiones de Scriptura currente; post Cine res, Lectiones Quis mihi det., ut in Festo, pag. 906.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

CATHARINÆ sanctitatis fama, quæ intra Pratensis monasterii septa contineri non posset, per Etruriam, Italiam,

Galliam, Germaniam longe la teque vagata percrebuit Qua propter frequentissimi ad eam fiebant populorum virorum que principum concursus, ma gna sane omnium admiratione, nec minore ejusdem preces implorantium emolumento : sed et Paulus Tertius Pontifex Maximus famæ adjunxit au ctoritatem. Cum enim Rober to Cardinali Puccio Episcopo Pistoriensi commisisset ut Ca tharinæ spiritum exploraret ; is secum in examen tantæ rei adhibitis doctrina, dignitate, et pietate præstantibus viris, Catharmoe sanctitatem proba vit, invenitque fama ipsa ma jorem. Sanctus quoque Philip pus Nerius et sancta Maria Magdalena de Pazzis amici tiam et litterarum commer cium cum ea inierunt: ac Phil ippus quidem cum in Urbe maneret, eam Prati commo rantem longo temporis spatio est allocutus.

iv. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei : cor meum dereliquit me : * Et appropin quavit cor illius, f. Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus. — Et appropinquavit cor illius.

Lectio v.

PROPHETIÆ lumine collu strata, futura et absentia sæpe prospiciens certo præ dixit Penetravit etiam ali quando secreta cordium : et quasi oculis animorum sensa perlegeret, quidquid Sorores cogitassent, quid mente vol vissent, omni dubietate sepo sita, opportune patefaciebat, admirantibus cunctis, ac sibi unaquaque metuente, ne sj quidpiam reprehensione di gnum admisisset vel cogitas! set, Catharina cognosceret" objiceret, atque objurgaret' Ex quo illud consequebatur ut suaviter ac salubriter cuji apud Deum, tum apud homi nes in officio continerentur.

v. Dedit mihi pennas sicut columbæ, et volavi, et requie scam Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, f. Nostra autem conversatio in cælis est — Sive in corpore, sive extra corpus, nescio.

Lectio vj.

PLURIMIS vivens miraculis claruit, quibus et demor tuæ gloriam Deus testatam voluit ac declaratam. Nam quo temporis momento ad cæ lestis Sponsi amplexus inter plaudentes angelorum choros evolavit,non solum facies ejus, diuturnorum morborum macie et pallore fœdata, insolita quadam venustate refloruit: sed mirus quidam universo corpori splendor circumfusus apparuit, mirus quidam odor efflari cœpit, qui eo etiam iti sepulcro jam posito, maxima omnium admiratione perseve ravit. Quanto autem in cælesti Patria excepta fuerit gaudio ac triumpho, sancta Maria Magdalena de Pazzis in pri mis testata est, quæ se tantæ solemnitati interfuisse con fessio suo narravit.

R?, vj. Inveni quem diligit anima mea:fasciculus myrrhæ dilectus meus, inter ubera mea commorabitur : * Tenui eum, nec dimittam. Ego autem exsultabo, et gaudebo in Deo Jesu meo. — Tenui eum, nec



dimittam. Gloria. Tenui eum, nec dimittam.

IN in. NOCTURNO.

Homilia ut in Festo, pag. 9°9 nisi legenda fuerit aliqua Ho milia de Tempore.

Tria ut in Festo, ibidem. T Infra Septuagesimam, reincipiatur ix. O sponsa Christi.,et omittatur Canticum Te Deum laudamus.

DIE XXI. FEBRUARII.
B. AIMON1S
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, cui servire regnare est : per merita et intercessio nem beati Aimonis Confessoris tui, quem eximium fidei pro pugnatorem effecisti, concede ut mandatis tuis fideliter ser vientes in terris, æterno regno perfrui cum ipso mereamur in cælis. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Valentini Marty ris. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus : ut qui beati Valentini Martyris tui natali tia colimus, a cunctis malis imminentibus ejus interces sione liberemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Com muni unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

AIMO Taparellus Saviliaensis, exeunte sæculo deci mo quarto ex clarissima La gnasci comitum stirpe pro genitus, pieque ac liberaliter institutus, ab adolescentia cor poris animique dotibus orna tus apparuit. Confirmata æta te, blandienti mundo nuntium remittens, Prædicatorum Or dinis Institutum amplexus est Ut autem idoneus evangelicæ messis operarius evaderet, mortificationi carnis, humili tati, paupertati, mansuetudini ceterisque apostolico homine dignis virtutibus excolendis magnam curam impendit. Ex sacris vero studiis talem sibi eruditionem comparavit, ut deinceps, non privatim modo docere, verum etiam in Tauri nensi Universitate divinas lit teras summa cum laude profi teri potuerit Ad hæc fervidis ad populum sermonibus catho licam fidem bonosque mores tueri cœpit, ac Domino bene dicente, multos peccatores ad pœnitentiam, plures etiam hæ reticorum, qui per ea tempora Subalpinas terras intercur rent, ad Ecclesiæ sinum revo cavit. Hinc beatus Amadeus Sabaudiæ dux, Viri doctrina et sanctitate permotus, eum sibi a sacris concionibus esse jussit; immo conscientiæ quo que arbitrum identidem adsci visse perhibetur.

Lectio v.

BEATO Bartholomæo Cerva rio ab hæreticis perempto, Aimo in ejus locum sacræ In quisitionis Commissarius ac generalis Vicarius Saviliani constitutus est, ut catholicæ fidei incolumitati tum ibi, tum vero Albæ Pompeiæ, Clarasci, Monteregali, Salutiis ac Valle

Lucerna prospiceret. Non ita multo post, generalis Quæsitor fidei in Longobardia Superiore atque Liguria renuntiatus est; quod onus, laboris periculique plenissimum, usque ad vitæ exitum sanctissime gessit. Interim Savilianensis persæpe cœnobii Prior, et aliquando Provincialis etiam Vicarius institutus, regularem disciplinam verbo et exemplo provexit. At præcipuum virtutis præsidium in jugi orationis exercitio collocavit Nam præterquam quod chori Officia et Missæ sacrum memorabili semper devotione peragebat, crebras ardentesque obsecrationes habere perspiciebat. Sæpe etiam in solitarium montem prope Versolium Salutiense se recipiebat, uberioribus meditationibus infusæ caritatis ignem vehementius excitaturus. Sed et Deiparam Virginem singulari veneratione prosecutus est, ejusque cultum impense promovit.

Lectio vj.

His constanter insistens Vir sanctus, ad centenariam senectutem pervenit. Senio et laboribus exhaustus, imminentem obitum persensit, ac devotissima Sacramentorum perceptione sese ad eum comparavit. Tandem adveniente solemnitate Assumptæ in cælum Deiparæ, cum canonicas Horas in ejus laudem persolvisset, Crucem Domini adeo amanter amplexatus, ut ne defunctus quidem dimitteret, ad cælestem felicitatem evolavit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Re in vulgus perlata, ad ejus venerandum cadaver, et conquirendas Beati reliquias, incredibilis omnium civium concursus est factus. Miraculis post mortem claruisse ferunt eorumque plura monumenta ad ejus olim tumulum exstitisse. Ipsius autem ossa post compositam ineuntis sæculi decimi noni tempestatem Taurinorum Augustam ad ecclesiam divi Dominici translata sunt. Quem Beatorum cultum ab obitu eidem tributum, et continenter propagatum Pius Nonus Pontifex Maximus rite probavit, indulsitque ut annua ipsius festivitas in universo Prædicatorum Ordine ac in Taurinensi et Salutiensi dioecesibus proprio Officio et Missa celebraretur.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

IN festo Cathedræ S. Petri, si extra Tempus Paschale celebrandum fuerit, fiat Officium ut hic notatum est.

T Si vero infra Tempus Paschale translatum fuerit, fiat Offæ. ut notatum est pag. 935.

## DIE XXII. FEBRUARII. CATHEDRÆ S. PETRI ANTIOCHIÆ.

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

Capitulum. Eccli.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et In cælis. T- Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. — Et quodcumque solveris. Gloria. In cælis.

Hymnus Jam bone Pastor., ut infra ad Matutinum.

f. Tu es Petrus. Rz. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat Ana. Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum : tibi traditæ sunt claves regni cælorum.

Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti : concede ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum: * Tibi tradidit Deus claves regni cælorum.

Hymnus

JAM bone Pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, et peccati vincula
Resolve, tibi potestate tradita,
Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.



SIT Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque jubilatio,
In unitate cui manetimperium,
Ex tunc, et modo per æterna sæcula. Amen.

T In tribus Nocturnis dicantur Psalmi, Antiphonæ et Versiculi de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus, cum Lectionibus et Responsoriis hic positis.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

PETRUS Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, et Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, et aspersionem sanguinis Jesu Christi : gratia vobis, et pax multiplicetur. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per Resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

Kz. j. Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : * Intra in gaudium domini tui. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. — Intra in gaudium domini tui.

Lectio ij.

IN quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus : ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem, in revelatione Jesu Christi : quem, cum non videritis, diligitis : in quem nunc quoque non videntes creditis : credentes autem exsultabitis lætitia inenarrabili, et glorificata : reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

Rz. ij. Justus germinabit sicut lilium, * Et florebit in æternum ante Dominum. Plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. — Et florebit in æternum ante Dominum.

Lectio iij.

DE qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt : scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, et posteriores glorias : quibus revelatum est quia non sibimet ipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant angeli prospicere.

Rz. iij. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum : * Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione et aviditate In illa æterna patria conversatus est f. Vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Domino suo duplicatum reportavit. — Quoniam Gloria. In illa æterna patria conversatus est.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serni. 15. de Sanctis.)

Lectio iv.

INSTITUTIO solemnitatis hodiernæ a senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideo quod primus Apostolorum Fetrus hodie Episcopatus Cathedram suscepisse referatur. Recte ergo Ecclesiæ natalem Sedis illius colunt, quam Ap6stolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

iv. Magnificavit eum in conspectu regum, * Et dedit illi coronam gloriæ, y. Statuit illi testamentum sempiternum, et beatificavit illum in gloria. — Et dedit illi.

Lectio v.

PETRUM itaque fundamentum Ecclesiæ Dominus nominavit : et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificii altitudo consurgit. Unde convenienter Psalmus, qui lectus est, dicit : Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus Deus, qui beatum Petrum Apostolum in Ecclesia exaltari præcepit : quia dignum est ut fundamentum hoc in Ecclesia honoretur per quod ad cælum conscenditur.

RL V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriæ induit eum,* Et ad portas Paradisi coronavit eum. ^.Induit eum Dominus loricam fidei, et ornavit eum. — Et ad portas.



Lectio vj.

QUOD natalis ergo Cathedræ hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. Sibi hoc Ecclesiæ invicem præstant : quia tanto necesse plus habet Ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solemnitatem hanc Ecclesiis merito religiosa observatio introduxerit, miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant.

Rz. vj. Sancte Petre Christi Confessor audi rogantes servulos : * Et impetratam cælitus Tu defer indulgentiam. f. O sancte Petre, sidus aureum, Domini gratia, servorum gemitus solita suscipe clementia. — Et impetratam cælitus. Gloria. Tu defer indulgentiam.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo tempore : Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi: et interrogabat discipulos suos, dicens : Quem dicunt homines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

(Comm. in Matthæum cap. 16. post initium.)

DOMINUS a discipulis requirit quem se homines esse dicerent : et adjecit: Hominis Filium. Hæc enim confessionis tenenda ratio est, ut sicut Dei Filium, ita et Filium hominis meminerimus : quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Editis itaque, quæ diversæ de eo erant, hominum opinionibus, quid de se ipsi sentiant quærit Petrus respondit : Tu es Christus Filius Dei vivi. Sed Petrus conditiones propositionis expenderit Dominus enim dixerat, Quem me homines esse dicunt, Filium hominis?Et certeFilium hominis contemplatio corporis præferebat Sed addendo, Quem me esse dicunt : significavit præter id, quod in se videbatur, esse aliud sentiendum : erat enim hominis Filius.

R?- vij. Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur : plantatus in domo Domini, * In atriis domus Dei nostri florebit T. Gloria et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi. — In atriis.

Lectio viij.

QUOD igitur de se tantum di judicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de se ipso confessus est : sed occultum erat, de quo quærebatur, in quod se credentium fides debebat extendere. Et dignum plane confessio Petri præmium consecuta est, quia Dei Filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanos oculos intendisse et vidisse laudatus est : non id, quod ex carne et sanguine erat, contuens; sed Dei Filium, cælestis Patris revelatione, conspiciens : dignusque judicatus qui quod in Christo Dei esset primus agnosceret.

R*. viij. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : * Honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. )T. Immortalis est enim memoria illius : quia apud Deum nota est, et apud homines. — Honestavit illum.

Lectio ix.

O Nimis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges et tortari portas et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus cæli Janitor, cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terrestre judicium præjudicata auctoritas sit in cælo, ut quæ in terris aut ligata sint aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant et in cælo!

K7, ix. Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et In cælis. JF. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. — Et quodcumque solveris. Gloria. In cælis. _

Ante Laudes ^.Exaltent eum in ecclesia plebis. Et in cathedra seniorum laudent eum.

AD LAUDES ET PER HORAS.

Ana. Domine quinque talenta. cum ceteris ut in Communi unius Confessoris, pag. 75* Capitulum Dilectus Deo., Hymnus Jesu Redemptor omnium. et f. Justus germinabit, ibidem.

Ad Benedictus Ana.^Qi^J cumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis, dixit D6minus Simoni Petro

Oratio.

DÆUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti : concede ut intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et JJ\ ut in Communi unius Confessoris, pag. 76*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Domine quinque talenta tradidisti mihi : ecce alia quinque superlucratus sum. Psalmus Dixit Dominus : cum ceteris ut in Communi uiiiiis Confessoris, pag. 76*.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus Jam bone Pastor, ut Pag- 935

T. Tu es Petrus. Rz. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

Ad Magnificat Ana. Simon Bar Jona tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus : Janitor cæli pulsantibus aperi: supra modum peccavimus omnes : dimitte septuagies septies.



IN EODEM FESTO CATHEDRÆ S. PETRI ANTIOCHIÆ. TEMPORE PASCHALI.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum, alleluja.

Capitulum. Eccli.

DILECTUS Deo, et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis, Alleluia. f. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. — Et quodcumque solveris. Gloria. Alleluia.

Hymnus Jam bone Pastor., ut ad Matutinum.

f. Tu es Petrus, alleluia. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,alleluja.

Ad Magnificat Ana. Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum : tibi traditæ sunt claves regni cælorum, allecia.

Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti : concede ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum : * Tibi tradidit Deus claves regni cælorum, alleluja.

Hymnus.

JAM bone Pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, et peccati vincula
Resolve, tibi potestate tradita,
Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.

SIT Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas atque jubilatio,
In unitate, cui manet imperium
Ex tunc, et mundo per æterna sæcula. Amen.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Tristitia vestra, alleluja, vertetur in gaudium, alleluja.

Tres Psalmi de Communi unius Confessoris per annum secundum ordinem Nocturnorum, scilicet in Feria secunda et in Feria quinta Psalmus Beatus vir. cum duobus sequentibus, pag. 68*; Feria tertia et Feria sexta Psalmus Cum invocarem, cum duobus sequentibus, pag. 70*; Feria quarta et Sabbato Psalmus Domine quis habitabit, cum duobus sequentibus, pag. 73*.

Versiculi autem hoc ordine dicantur :

T Feria secundaetFeria quinta,y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluia. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

T Feria tertia et Feria sexta, y. Justum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja. R. Et ostendit illi regnum Dei, alleluja.

T Feria quarta et Sabbato f. Justus ut palma florebit in domo Domini, alleluia. Sicut cedrus Libani multiplicabitur, alleluia.

Benedictiones ante Lectiones dentur etiam secundum ordinem Nocturnorum.

Incipit Epistola prima beati Petri Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

PETRUS Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, et Bithyniæ, secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, et aspersionem sanguinis Jesu Christi : gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per Resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem, conservatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

K7, j. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluia : *In mandatis ejus cupit nimis, alleluia, allecia, alleluja. Jm Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur. — In mandatis ejus cupit nimis, allecia, allecia, allecia.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Serm. 15. de Sanctis.)
Lectio ij.

INSTITUTIO solemnitatis hodiernæ a senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideo quod primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus Cathedram suscepisse referatur" Recte ergo Ecclesiæ natalem Sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petrum itaque fundamentum Ecclesiæ Dominus nominavit: et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificii altitudo consurgit. Unde convenienter Psalmus, qui lectus est, dicit : Exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum.

ij. De ore prudentis procedit mel, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : * Favus distillans labia ejus, alleluia, alleluia. Sapientia requiescit in corde ejus, et prudentia in sermone oris illius. — Favus distillans.

Lectio iij.

BENEDICTUS Deus, qui beatum Petrum Apostolum in Ecclesia exaltari præcepit : quia dignum est ut fundamentum hoc in Ecclesia honoretur, per quod ad cælum conscenditur. Quod natalis ergo Cathedræ hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. Sibi hoc Ecclesiæ invicem præstant : quia tanto necesse plus habet Ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solemnitatem hanc Ecclesiis merito religiosa observatio introduxerit, miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos et



vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant.

Kz. iij. Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : * Et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis, Alleluia. f. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et quodcumque solveris. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Exaltent eum in ecclesia plebis, alleluja. Et in cathedra seniorum laudent eum, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Ana Sancti tui. cum ceteris ut in Communi Apostolorum Tempore Paschali, pag. 115*.

Capitul. Dilectus Deo., Hymnus Jesu Redemptor omnium, et f. Justus germinabit, ut in Communi unius Confessoris Tempore Paschali, pag. 123*.

Ad Benedictus Ana. Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis et quodcumque solveris super terram erit solutum et in cælis, dixit Dominus Simoni Petro, alleluia. Oratio.

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cælestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti : concede ut intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum. Cap. 16.

IN illo tempore : Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi: et interrogabat discipulos suos, dicens : Quem dicunt homines esse Filium hominis? Tu autem Domine.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etff. utin Communi unius Confessoris Tempore Paschali, pag. 124*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in Communi unius Confessoris extra Tempus Paschale, pag. 76*.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus Jam bone Pastor., P ag. 935

y. Tu es Petrus, alleluja. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,alleluja.

Ad Magnificat Ana. SimonBar Jonatu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus : Janitor cæli pulsantibus aperi : supra modum peccavimus omnes: dimitte septuagies septies, allei.

DIE XXIII. FEBRUARII.
S. PETRI DAMIANI
EPISC. CON F. ET ECCL. DOCT.
DUPLEX. Oratio.

CONCEDE nos, quæsumus omnipotens Deus, beati Petri, Confessoris tui atque Pontificis, monita et exempla sectari : ut per terrestrium rerum contemptum, æterna gaudia consequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Fide lis sermo, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

PETRUS Ravennæ honestis parentibus natus, adhuc lactens a matre numerosæ prolis pertæsa abjicitur : sed domesticæ mulieris opera se mivivus exceptus ac recrea tus, genitrici ad humanitatis sensum revocatæ redditur. Utroque orbatus parente, tam quam vile mancipium sub aspera fratris tutela duram servitutem exercuit. Religio nis in Deum ac pietatis erga patrem, egregium tunc speci men dedit : inventum siqui dem forte nummum, non pro priæ inediæ sublevandæ, sed Sacerdoti, qui divinum Sacri ficium ad illius expiationem offerret, erogavit. A Damiano fratre, a quo, uti fertur, cogno mentum accepit, benigne re ceptus, ejus cura litteris eru ditur, in quibus brevi tantum profecit, ut magistris admira tioni esset. Cum autem libe ralibus scientiis floreret et nomine, eas cum laude docuit. Interim,ut corpus rationi sub deret, sub mollibus vestibus cilicium adhibuit, jejuniis, vi giliis et orationibus solerter insistens. Calente juventa dum carnis stimulis acriter urgere tur, insultantium libidinum faces rigentibus fluvii mersus aquis noctu exstinguebat; tum venerabilia quæque loca obire, totumque Psalterium recitare consueverat. Ope assidua pau peres levabat, quibus frequen ter pastis convivio propriis ipse manibus ministrabat.

Lectio v.

PERFICIENDÆ magis vitæ causa, in Avellanensi Eu gubinæ dioecesis cœnobio Or dini monachorum sanctæ Cru cis Fontis Avellanæ, a beato Lodulpho, sancti Romualdi discipulo, fundato, nomen dedit. Non ita multo post, in monasterium Pomposianum, mox in cœnobium sancti Vin centii Petræ Pertusæ ab Ab bate ^ suo missus, utrumque asceterium verbo sacro, præ claris institutionibus et mori bus excoluit. Ad suos revo catus, post Præsidis obitum, Avellanitarum familiæ præ ficitur, quam novis, variis in locis, ^ exstructis domiciliis et sanctissimis institutis ita auxit, ut alter ejus Ordinis Parens, ac præcipuum ornamentum jure sit habitus. Salutarem Pe tri sollicitudinem alia quoque diversi instituti cœnobia, Ca nonicorum conventus, et po puli sunt experti. Urbinati dioecesi non uno nomine pro fuit. Theuzoni Episcopo in causa gravissima assedit, ipsumque in recte admini strando episcopatu consilio et opera juvit. Divinorum con templatione, corporis macera tionibus, ceterisque spectatæ sanctimoniæ exemplis exco luit. His motus Stephanus No nus Pontifex Maximus eum licet invitum et reluctantem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car dinalem creavit, et Ostiensem Episcopum. Quas Petrus di gnitates splendidissimis virtu tibus et consentaneis episco pali ministerio operibus gessit.



Lectio vj.

^DIFFICILLIMO tempore Ro \j manæ Ecclesiæ Summis que Pontificibus doctrina, le gationibus aliisque susceptis laboribus mirifice adfuit. Ad versus Nicolaitarum et Simo niacam hæreses ad mortem usque strenue decertavit. Hu jusmodi depulsis malis, Me diolanensem Ecclesiæ Roma næ conciliavit. Benedicto et Cadaloo falsis Pontificibus for titer restitit. Henricum Quar tum Germaniæ regem ab ini quo uxoris divortio deterruit. Ravennates ad debita Romano Pontifici obsequia revocatos sacris restituit. Canonicos Ve liternos ad sanctioris vitæ leges composuit. In provincia præsertim Urbinate vix ulla fuit episcopalis Ecclesia, de qua Petrus non sit benemeri to : Eugubinam, quam ali quando creditam habuit, mul tis levavit incommodis : alias alibi, quando oportuit, perinde curavit, ac si suæ essent tute læ commissæ. Cardinalatu et episcopali dignitate depositis, nihil de pristina juvandi proxi mos sedulitate remisit. Jeju nium sextæ Feriæ in honorem sanctæ Crucis Jesu Christi : horarias beatæ Dei Genitricis preces ejusque die Sabbato cultum propagavit. Inferendæ quoque sibi verberationis mo relli ad pacatorum scelerum expiationem provexit. Demum sanctitate, doctrina, miracu lis et præclare actis Illustris, dum e Ravennate legatione rediret, Faventiæ octavo Ka lendas Martii migravit ad Christum. Ejus corpus ibidem apud Cistercienses multis mi raculis clarum, frequenti po pulorum veneratione colitur. Ipsum Faventini non semel in præsenti discrimine propitium experti, Patronum apud Deum delegerunt. Leo vero Duo decimus Pontifex Maximus Officium Missamque in ejus honorem tamquam Confess6 ris Pontificis, quæ aliquibus in dioecesibus atque in Ordine Camaldulensium jam celebra bantur, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto, ad dita Doctoris qualitate, ad uni versam extendit Ecclesiam.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi unius Doctoris, pag. 80*.

## DIE XXIV. (ANNO VERO BISSEXT. XXV.) FEBRUARII. S. MATHIÆ APOSTOLI.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Mathiam Apostolorum tuorum col legio sociasti; tribue, quæsu mus, ut ejus interventione tuæ circa nos pietatis semper vi scera sentiamus. Per.

IN I. NOCTURNO.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. i.

IN diebus illis : Exsurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba homi num simul fere centum vi ginti) : Viri fratres, oportet im pleri Scripturam, quam præ dixit Spiritus sanctus per os David, de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum : qui connumeratus erat

in nobis, et sortitus est sortem ministerii hujus. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius : et diffusa sunt omnia viscera ejus.

j. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum, dicit Dominus : * Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. ym Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. — Estote ergo prudentes.

Lectio ij.

ET notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est Ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum : Fiat commoratio eorum deserta, et non sit qui inhabitet in ea : et episcopatum ejus accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem Resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.

1%. ij. Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde : * Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. "f Et invenietis requiem animabus vestris. — Jugum enim meum.

Lectio iij.

ET statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus : et Mathiam. Et orantes dixerunt : Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus, et apostolatus, de quo prævaricatus est J udas ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, et cecidit sors super Mathiam, et annumeratus est cum undecim Apostolis.

iij. Dum steteritis ante reges et præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini : * Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. JF. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. — Dabitur enim vobis. Gloria. Dabitur enim vobis.

## IN II. NOCTURNO.

De Expositione sancti Augustini Episcopi super Psalmum octuagesimum sextum.
(Ante medium.)

Lectio iv.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis : diligit Dominus portas Sion. Quare sunt fundamenta Apostoli et Prophetæ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intramus ad regnum Dei : prædicant enim nobis : et cum per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim janua. Et cum dicuntur duodecim portæ Jerusalem; et una porta Christus, et duodecim portæ Christus, quia in duodecim portis Christus: et ideo duodenarius numerus Apostolorum.

i v. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est



ad me, dicens : * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. J. Vidi Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna clamantem, et dicentem. — Isti sunt viri sancti.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
(In Encom. duodecim Apostolorum apud Metaph. Mense Junio.)

Lectio v.

O BEATUM et præclarum vestrum, o Apostoli, cœtum, quod omnia facti estis omnibus Dei gratia, non arundine, sed sermone greges hominum perite capientes! Vos enim estis immobiles columnæ rectæ fidei, sceptra Ecclesiæ, et hujus maxime Pastoris vigiles defensores, morbi humani tatis gratuiti medici, et nostræ ad Deum pœnitentiæ susceptores misericordes. Cum enim essetis veluti quædam animatæ incudes, dum verberaremini, eos qui verberabant fabricati estis ad agnitionem.

v. Isti sunt triumphatores, et amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt præmia æterna : *Modo coronantur, et accipiunt palmam. f. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. — Modo coronantur.

Lectio vj.

NON cessant omnes omnibus ubique benefacere. Pulverem immortalem reliquerunt in sepulcris : nunc quidem pii cultores, paulo post autem, sedentes mundi judices. Cum huic appropinquasset claudus, reversus est sanis et integris pedibus. Cum in illum incidisset paralyticus, jussus est ferre grabatum. Alius vocabat mortuos : illi vero statim obtemperarunt. Alterius autem umbra sola fugabat morbos. Alterius Avocationem exhorrebant dæmones, et eorum sudaria distillabant medicinam.

R?. vj. Vos estis lux mundi, dicit Dominus, * Qui in patientia vestra Possidebitis animas vestras. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo. — Qui in patientia vestra. Gloria. Possidebitis animas vestras.

## IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Respondens Jesus dixit : Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Hora. 39. in Matth.[1]

QUOD hic, Confiteor, dixit, idem valet quod, Gratias ago. Gratias, inquit, tibi ago, quoniam a prudentibus et sapientibus hæc celasti. An igitur perditione illorum gaudere ipsum dicemus, et quoniam illi hæc non didicere? j Minime. Non ergo quia sapientes non cognoverunt, gaudet : sed quia parvuli perceperunt, lætatur. Ita et Paulus dicit : Gratias ago Deo meo, quoniam fuistis servi peccati :

obedistis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ. Non ergo Paulus propterea gaudet, quia erant servi peccati; sed quia, cum essent hujusmodi, veritatis cultores facti sunt.

R?. vij. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam : * Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. y. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum. — Quorum doctrina fulget Ecclesia.

Lectio viij.

PRUDENTES autem hic Scribas et Pharisæos appellat : quibus verbis alacriores reddit discipulos : cum intelligant illa se piscatores esse consecutos, a quibus illi summi, ut videbantur, viri exciderunt. Cum autem Sapientes dixerit : non illam veram laudabilem sapientiam intelligit : sed hanc, quæ sæculari doctrina præstatur. Idcirco etiam non dixit, Stultis revelasti, sed Parvulis : quasi non formatis adhuc, sed simplicibus.

viij. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, * Et quasi columbæ ad fenestras suas? f. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. — Et quasi columbæ ad fenestras suas.

Lectio ix.

ITA ostendit non indigne illos, sed jure his rebus fuisse privatos : ac per omnia nos docet flatum superbiæ omnino esse fugiendum, ac simplicitatem æmulandam. Quod Paulus amplioribus verbis scribit, dicens : Si quis in vobis videtur in hoc sæculo sapiens esse" is fiat stultus, ut sapiens efficiatur : sic enim gratia Dei monstratur. Cur vero gratias agit Patri, cum ipse illud fecerit? Sicut orat et intercedit pro nobis ad Deum, magnam erga nos declarans caritatem sic etiam et hoc ex caritatis fervore peragit.

K; i*- Gregem tuum Pastor æterne non deseras, sed per beatos Apostolos tuos * Perpetua defensione custodias y. Protege Domine populum tuum, et Apostolorum tuorum patrocinio confidentem.—Perpetua defensione custodias. Gloria. Perpetua defensione custodias.

## DIE XXV. (ANNO VERO BISSEXT. XXVI.) FEBRUARII. B. CONSTANTI! A FABRIANO CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Constantium, Confessorem tuum, assiduæ orationis et promovendæ pacis studio in populis gloriosum effecisti : ejus nobis intercessione concede ut per justitiæ semitas jugiter incedentes, pacem et gloriam assequamur æternam. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir.de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

CONSTANTIUS Fabriani in Piceno honestis ortus parentibus, prima ætate sancte



traducta, evangelicæ perfectionis ardore incensus, Prædicatorum Ordini nomen dedit. Sub sancti Antonini primum, dein vero sub venerabilis Conradi^ Brixiensis disciplina adeo in sanctorum scientia profecit, ut ceteris esset velut absoluta quædam religiosæ perfectionis imago. Miræ abstinentiæ vir, præter stata Ordinis jejunia a se diligentissime servata, sextis quoque Quadragesimæ Feriis pane tantum et aqua, quoad usque vixit, se reficere solitus fuit. Paleis pro strato utebatur, hirtoque cilicio flagrisque carnem subjiciens, castitatem perpetuo custodivit. In sacrarum litterarum studio et meditatione defixus, fere semper orans videbatur. Matutinis laudibus absolutis, unus ipse in choro persistens, eo spiritus fervore preces fundebat, ut ipsius suspiria, gemitus, sæpe etiam clamores ex intimo corde vehementius erumpentes, eminus audirentur.

Lectio v.

QUOTIDIE Officium Defunctorum, sæpissime Psalterium recitare in more habuit, quod quidem se nunquam absolvisse testatus est, quin a Deo efflagitata obtinuerit. Hinc Mahumetanis Græciam oppugnantibus, cum illud persolvere rogaretur, pluries inchoatum explere se minime potuisse affirmavit, id Dei voluntate factum conjectans, ut illæ gentes ob iteratam a Catholicis defectionem meritas luerent pœnas. Prophetico spiritu patriæ direptionem longe ante prænuntiasse traditur, neque interim gratia visionum caruit. Siquidem Asculi in ecclesia orans, animam sancti Antonini ab angelis in cælum efferri suspexit eo temporis momento, quo Virum sanctissimum Florentiæ decessisse postea compertum est. Qua visione a Summis Pontificibus Hadriano Sexto et Clemente Septimo in bulla canonizationis approbata, tum beatissimi Antistitis post mortem gloriam, tum Servi sui adhuc in terris degentis sanctitatem Deus voluit esse testatam.

Lectio vj.

PRÆDICATIONIS munus summa cum auditorum fructu obiisse legitur, nedum sanctissimæ vitæ exemplo, sed et prodigiis sæpe confirmatum : inter quæ illud præclarum, quod pane cælitus suppeditato egentes non semel exsaturaverit. Opere et sermone potens, factiones et odia, quibus Asculana urbs tunc misere discerpebatur, patientia et mansuetudine usus exstinxit. Denique perantiquo sancti Dominici cœnobio et templo restauratis in dicta civitate, suisque ibidem reductis ad regularis disciplinæ observantiam, meritis et annis plenus, sancto fine quievit anno millesimo quatercentesimo octogesimo primo, sexto Kalendas Martii. Quæ magna semper fuerat de Constanti! sanctitate populorum opinio, Mantuæ præsertim, quo ad comitia provincialia perrexerat, miris manifestata modis, eadem viguit in morte. Hinc beati Viri corpus honorifice conditum, sanitatum gratiis illustre factum,

Asculani cives insigni cultu prosecuti sunt. Sed et Fabrianenses sacrum Concivis sui caput pro summo thesauro ad se deferri curarunt, eumque in Patronum urbis electum annuo festo coluerunt. Quem cultum utrobique nunquam intermissum Pius Septimus Pontifex Maximus approbavit,et in ejus honorem, tam ab universo Prædicatorum Ordine quam a Clero Asculano, Fabrianensi, nec non Mathilicensi Officium recitandum Missamque celebrandam decrevit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Designavit Dominus, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 84*

DIE XXVIII. (ANNO VERO BISSEXT. XXIX.) FEBRUARII. B. VILLANÆ DE BOTTIS VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatam Villanam famulam tuam, a mundi illecebris revocatam, per omnes pœnitentiæ et humilitatis semitas transire fecisti; illius intercessione concede ut reatus nostri confessio indulgentiam tuam valeat invenire. Per.

IN I. NOCTURNO.

De Canticis canticorum.

Lectio j. Cap. 3.

IN lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni. Surgam, et circuibo civitatem : per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea : tenui eum : nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ et in cubiculum genitricis meæ!

Lectio ij. Cap. 8

fXUis mihi det te fratrem V/ meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat? Apprehendam te, et ducam in domum matris meæ : ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos filiæ Jerusalem, ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

Lectio iij.

QUÆ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te : ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum : quia fortis est ut mors dilectio : dura sicut infernus æmulatio, lampades ejus lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt exstinguere caritatem, nec flumina obruent illam.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

T TILLANA sub initium sæculi V decimi quarti ex honesta familia de Bottis Florentiæ



^"Ib^ungu^ 11115 cælestium i Sacrificii tempore, et cum le
desideriis, ac summa? pœni- etio vel sermo de spiritualibus
tentiæ operibus unice se addi- haberetur. Admonita vero ut
etam exhibuit. Hinc ad cæle- austeritatibus modum lmpo
stem Sponsum feruenter an- neret, respondebat talem esse
helans domo aufugit, ut in divini amoris, quam expene
sacrarum Virginum collegio batur, dulcedinem, ut corpo
semetipsam abderet. Sed fru- ralis cibus ei esset fastidio,
stra quia divinæ misereor- Tanta ea in pauperes cantate
diæ'divitiæ super eam latius flagravit, ut nonnisi in obse
patere debebant. Ideoque pa- quium parentum et mariti, sti
bis voluntate matrimonio pem pro iisdem ostiatim pe
quamvis reluctans juncta, sæ- tendi consilium deposuerit. Ut
culi vanitatibus et pompis in- Filio Dei crucifixo perfectius
dulgens, ab inchoatæ spiritui- conformaretur, injuriæ, ca
lis vitæ ratione paulisper de- lumniæ, contumeliæ, diutur
flexit. Verum errantem ovem næ gravesque infirmitates, ac
bonus Pastor Jesus perire no- dæmonum insultus et insidiæ
lens, dum ipsa sese studiosius illi non defuere. Quæ omnia
ornaret, suique vultus venu- adeo fortiter toleravit, ut plura
statem in speculo contempla- addi vehementer optaret,
retur, effecit, ut horribilem in Lectio vj.
illo dæmonis figuram iterum T TIS aliisque pœnitentiæ,
iterumque conspiceret. Quo JTl fortitudinis ac omnimo
visu, sui spiritus fœditatem dæ pietatis operibus, cælitum
agnoscens, ac summopere de- apparitionibus et colloquiis
territa, abjectis illico pretiosis frui, supernaturalibus splen
vestibus monilibusque, humili doribus illius cubiculum per
amictu ad Fratres Prædica- fundi, spirituque prophetiæ
tores sanctæ Mariæ Novellæ insigniri pluries pluriesque
convolavit, et ingenti lacri- Villanam promeruisse pro cer
marum imbre præteritas ani- to traditur. Tandem cum fem
inæ sordes abluit. pus properaret, ut tantarum

Lectio v. virtutum præmia perciperet,

HAC mutatione dexteræ Ex- viribus corporis exhausta, in
cedi, Villana ut tempus vidi hostis artibus delusis,
redimeret, totam se jejuniis, Ecclesiæ Sacramentis summa
orationibus, cujusque generis devotione perceptis, dum Chri
expiationibus, rerumque per- sti Passio, uti exoptaverat, sibi
iturarum contemptui dedit, legeretur, ad ea verba, Et in
Nedum autem intermissum clinato capite emisit spiritum :
pristinæ spiritualis vitæ gres- manibus ad modum crucis su
sum ferventes reassumpsit; pra pectus compositis, pretio
sed brevi etiam tanto divini sam efflavit animam anno mil
amoris æstuavit igne, melio- lesimo tercentesimo sexage
ribusque charismatibus fuit simo. Ejusdem corpus habitu
dignata, ut sæpius in extasim Tertii Ordinis sancti Domi
raperetur, præsertim divini nici amictum, cælesti fragrans

odore, tanta populi devotione coli cœpit, ut per mensem et ultra in templo sanctæ Mariæ Novellæ recondi non posset, cunctorum admiratione, pluri busque illius vestes frustatim decedentibus. Ejus etiam san ctitatem et gloriam in cælis variis prodigiis testatam fuisse illius ævi monumenta ferunt. Unde non mirum si cultus eidem tot sæculorum decursu præstitus, magis magisque in dies ad hæc usque tempora creverit. Quibus rite cognitis et probatis, Leo Duodecimus Pontifex Maximus ex sacro rum Rituum Congregationis consulto, Officium et Missam in beatæ Villanæ honorem ab Ordine Prædicatorum et utro que Clero Florentinæ dioecesis celebrari benigne indulsit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Si mile est regnum cælorum thesauro, de Communi unius nec Virginis nec Martyris, pag. in*.

DIE I. MARTII.

B. CHRISTOPHORI

CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Christo phorum Confessorem di gnum tibi famulum reddidisti; ejus meritis et imitatione, con cede ut Christum in nobis tota mentis intentione et cordis affectu portare valeamus : Qui tecum vivit.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Albini Episcopi et Confessoris.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Albini Confessoris tui atque Pontifi' cis, veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir.de Corn ili uni unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

GLORIOSO eorum agmini, qui per sæculum deci mum quintum Ordinem Præ dicatorum vitæ sanctimonia illustrarunt, merito accensen da est beatus Christophorus de Mediolano : qui cum Prædi catoris generalis munere fun geretur, diversas Italiæ regio nes, sed præcipue occiduam Liguriam oram evangelizando circumcursans Tabiæ constitit, ibique rogatu civium, et colla tis ultro subsidiis, conventum et ecclesiam sub Avocatione beatæ Mariæ Matris misericor diarum fundavit. Fuit magni nominis prædicator, virtuti bus ac dotibus, quæ virum de cent apostolicum, cumulate instructus : cujus efficacia verbi ac præclaris exemplis, magna in populis perditorum hominum ad Christum con versio et morum mutatio effe cta est.

Lectio v.

CŒNOBIO ab se fundato diu præfectus, tamquam lucerna supra montem posita, ita suæ conversationis lumine sibi Tabiensium animos de vinxit, ut ex primoribus ple



rique, quo tutum sub tanto magistro ad christianam per fectionem iter arriperent, Or dini dato nomine, illi se disci pulos adjunxerint. Divini cul tus imprimis sollicitus, dispo suit ut qui per hebdomadam directioni ecclesiastici officii deputabantur, ad instar prio rum sacerdotum templo inser vientium, non possent domo egredi, neque in aliis occupari, sed cultui unice mancipari, pro ceteris fratribus, aliis detentis ministeriis, sequestres apud Deum manerent. Bonorum studiorum vindex formam de dit, qua fratres, sepositis pro fanis aut parum utilibus inve stigationibus, in assidua sacra rum Scripturarum lectione, et Patrum, præsertim vero Do ctoris Angelici commentariis diu noctuque versari deberent. Plura scripsit religiosis maxi meque prædicatoribus admo dum utilia, quæ, uti illius doctrinæ ac zeli animarum illustria monumenta,apud ejus sodales adhuc asserventur.

Lectio vj.

SPIRITU prophetiæ a Deo di tatum tradunt, ac multa prædixisse, quæ post ejus mortem eventu probata, san ctitatis illius famam in finiti mis populis summopere auxe runt. Denique, longæva licet ætate, eodem semper actus salutis animarum zelo, dum Pigni, quod Vintimiliensis dioecesis oppidulum est, Qua dragesimali prædicationi va caret, morbo correptus, voluit quantocius ad suos deferri, ac ubi cœnobium ingressus, sta tim generali confessione præ missa, Sacramentisque summa cum devotione susceptis, orans et psallens, fratribusque plo rantibus, ad cælestem Patriam evectus est. Accidit ejus beata mors anno millesimo quadrin gentesimo octogesimo quarto, a fundatione conventus quarto supra vigesimum. Ejus corpus humili primum loco conditum, ac succrescente de die in diem miraculorum fama, quæ ad Servi sui fidelis Avocationem operabatur Deus, paucos post annos in arcam marmoream illatum, cultu ecclesiastico exinde coli cœpit. Quem cul tum, ad nos usque propaga tum, Pius Nonus Pontifex Maximus de consulto sacræ Rituum Congregationis ratum habuit, indulsitque ut annua de beato Christophoro ab uni verso Prædicatorum Ordine memoria cum Officio et Missa celebretur.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi vestri, de Communi unius Confessoris non Pontifi cis, pag. 83*

DIE II. MARTII.

B. HENRICI SUSONIS

CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Henri cum, Confessorem tuum, corporis mortificatione et ca ritate mirabilem effecisti : concede ut Christum cruci fixum opere in nobis expri mere, et corde diligere valea mus : Qui tecum vivit.

## IN I. NOCTURNO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 6.

FILI, a juventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam. Quasi is qui arat, et seminat, accede ad eam, et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum labora bis, et cito edes de generatio nibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis ho minibus ! et non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur projicere illam. Sapientia enim doctri næ secundum nomen est ejus, et non est multis manifesta. Quibus autem cognita est, per manet usque ad conspectum Dei.

Lectio ij.

AUDI, fili, et accipe consi lium intellectus, et ne ab jicias consilium meum. Injice pedem tuum in compedes il lius, et in torques illius collum tuum. Subjice humerum tuum, et porta illam, et ne acedieris vinculis ejus. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua conserva vias ejus. Investiga illam, et mani festabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam : in novissimis enim invenies re quiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes ejus in prote ctionem fortitudinis, et bases virtutis, et torques illius in stolam gloriæ : decor enim vitæ est in illa, et vincula illius alligatura salutaris. Stolam gloriæ indues eam, et coronam gratulationis superpones tibi.

Lectio iij.

FILI, si attenderis mihi, di scès : et si accommoda veris animum tuum, sapiens eris. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam : et si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine presbyte rorum prudentium sta, et sa pientiæ illorum ex corde con jungere, ut omnem narratio nem Dei possis audire, et pro verbia laudis non effugiant a te. Et si videris sensatum evi gila ad eum, et gradus ostio rum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præ ceptis Dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto : et ipse dabit tibi cor, et con cupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

## IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

HENRICUS Suso, Joannes a Suevia dictus, ubi ex no bili æque ac Illustri familia ortus, cognomen non a patre Montese, sed potius Suson a matre, ceu piissima femina, retinuit. Juste sancteque edu catus, adeo in virtutibus pro fecit, ut decimo tertio ætatis anno ad altiora a Deo voca tus, Prædicatorum Ordini Constantiæ nomen dederit. Humanæ vero fragilitati in Religione paululum indul gens, per quinquennium ita se habuit, ut leves communesque culpas parvipenderet, donec Deus, volens divitias miseri cordiæ suæ ostendere, a ter renis affectibus expeditum, illum ad se penitus attraxit:



propterea que Henricus inter nis certaminibus et afflictatio nibus, quibus retardabatur in via perfectionis magno animo superatis, cælestia solum in hians, Dei præsentiam jugiter contemplare constituit.

Lectio v.

CHRISTIANÆ mortificationis exemplar effectus, Christi Passionem in semetipso expri mere miris abstinentiis cor porisque cruciatibus conatus est : nam cilicium et catenam ferream diu tulit, ipsamque subuculam quibusdam ligami nibus et acubus obarmatam diu noctuque gestavit, et in ejusdem Passionis memoriam, ligneam crucem clavis refer tam inter scapulas ad carnem sibi aptavit. Super nudam ta bulam, ac sine ullo operimento dormire solebat, multis præ terea vigiliis, flagellationibus, aliisque pœnitentiæ operibus corpus suum, ceu infensissi mum hostem reputans, quoti die in servitutem redegit. Di vino amore vehementer ac census, Nomen Jesu a latere pectoris sinistro super carnem stylo impressit : sed Deus, qui ad sublimiora illum vocaverat, corporis cruciatus spiritus af flictationibus, ceu amarioribus, cumulavit.

Lectio vj.

HISCE angustiis, nec non hominum molestiis ac persecutionibus Henricus un dique jactatus, in Dei bonitate confidens, firma spe, humili tate et patientia, de adversis triumphavit. In Ordinis ob servationibus erat sollicitus, orandi habens studium inde fessum, ac silentium, custo dem cæremoniarum religio nis, ita servavit, ut nunquam perfregerit. Erga Deiparam Virginem Ordinis tutelarem ferventissimo ferebatur obse quio. Salutis misertus anima rum, innumeros peccatores ad pœnitentiam reduxit, præci pue vero dum magnam Ger maniæ partem, Sueviam im primis, et Alsatiam, verbi Dei prædicationi insistens, per lustravit. Omnium virtutum genere enituit, ac tanta fuit in ejus mente per Spiritum san ctum gratiarum diffusa copia, in corde sinceritas, in sermone veritatis auctoritas, talisque in actione caritatis et humilitatis lucebat sanctitas, ut Deum, quem unice diligebat, veris sime prædicaret Moritur post multos labores multasque pa tientiæ coronas, plenus die rum ac virtutum, in cœnobio Ulmensi, ubi multis miraculis a Deo claruisse perhibetur. Hujus sancti Viri fama longe lateque diffusa, cultum eccle siasticum illico ad præsentem usque diem promeruit : quem rite probatum Gregorius Deci mus sextus Pontifex Maximus, ex sacrorum Rituum Congre gationis consulto, confirmavit, atque universo Prædicatorum Ordini in beati Henrici hono rem Officium Missamque be nigne concessit.

## IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Re spondens Jesus dixit : Confi teor tibi. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 82*.

## DIE IV. MARTII.
## S. CASIMIRI
### CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui inter regales delicias et mundi illecebras sanctum Casimirum virtute constantiæ roborasti: quæsumus ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, et ad cælestia semper aspirent. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

CASIMIRUS, patre Casimiro, matre Elisabetha Austriaca Poloniæ regibus ortus, a pueritia sub optimis magistris pietate et bonis artibus instructus, juveniles artus aspero domabat cilicio, et assiduis extenuabat jejuniis. Regii spreta lecti mollitie, dura cubabat humo: et clam intempesta nocte, præ foribus templorum pronus in terra, divinam exorabat clementiam. In Christi contemplanda Passione assiduus, Missarum solemniis adeo erecta in Deum mente solebat adesse, ut extra se rapi videretur.

Lectio v.

CATHOLICAM promovere fidem summopere studuit, et Rutenorum schisma abolere: quapropter Casimirum patrem induxit ut legem ferret, ne schismatici nova templa construerent, nec vetera collabentia restaurarent. Erga pauperes et calamitatibus oppressos beneficus et misericors, patris et defensoris egenorum nomen obtinuit. Virginitatem denique, ab incunabulis usque ad extremum vitæ spiritum, integram intemeratamque servavit: gravi enim pressus infirmitate, mori potius quam castitatis jacturam ex medicorum consilio subire constanter decrevit.

Lectio vj.

CONSUMMATUS in brevi virtutibus et meritis plenus prænuntiato mortis die, inter Sacerdotum et Religiosorum choros spiritum Deo reddidit anno ætatis vigesimo quinto. Corpus Vilnam delatum, multis claret miraculis. Etenim, præterquam quod puella defuncta vitam, cæci visum, claudi gressum, et varii infirmi sanitatem ad ejus sepulcrum recuperarunt: Lithuanis exiguo numero ad potentissimi hostis insperatam irruptionem trepidantibus in aere apparens, insignem tribuit victoriam. Quibus permotus Leo Decimus, eumdem Sanctorum catalogo adscripsit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi vestri, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*

## DIE VI. MARTII.
## B. JORDANI A PISIS
### CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Jordanum, Confessorem tuum, evangelicæ prædicationis dignum ministrum effecisti: ex ejus nobis imitatione tribue operari quæ præcipis, ut æternæ mercedis fructum consequi valeamus. Per.



IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag.81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv

UBEREM dotem gratiæ et naturæ munera contulerunt in beatum Jordanum, qui Pisis circa dimidium decimi tertii sæculi progenitus est. Animam quippe sortitus bonam, post exactam laudabiliter adolescentiam, in cœnobio sancti Dominici illius civitatis, Prædicatorum Instituti habitum suscepit, brevique evasit magni nominis concionator. Multis annis Florentiæ decoratus est verbum Dei e suggesto annuntiare nunquam intermittens: nec mirum, si copiosos uberis messis fructus colligere illi datum fuerit; quandoquidem sanctitate vitæ morumque suavitate, magis quam doctrina et eloquentia, qua præstabat, oratori rem sacrum habebat. Quam doctrinæ eminentiam moderatores Ordinis cum suspexissent, eum Lutetiam Parisiorum miserunt, ut ibidem Sententias interpretaretur. Sed morbo interceptus, vix Placentiam ad Æmiliæ fines attigerat, quartodecimo Kalendas Septembris, anno millesimo tercentesimo undecimo, placidissime spiritum Deo reddidit. Placentia Pisas ejus corpus asportatum, juxta aram sancti Petri Martyris in ecclesia sui Ordinis conditum fuit. Cultum ex tunc a fidelibus beato Jordano præstitum, atque ad hæc usque tempora propagatum, Gregorius Decimus sextus Pontifex Maximus ex sacrorum Rituum Congregationis consulto rite probavit, concessitque ut ejus festum ab universo Prædicatorum Ordine et a Clero Pisanæ dioeceseos, Officio et Missa imposterum

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(In Orat. de S. Philogonio.)

Lectio v.

BEATI (Jordani) dies, cujus festivitatem celebramus, ad ipsius recte factorum enarrationem linguam nostram evocavit: siquidem hodie Beatus iste ad tranquillam omnisque perturbationis expertem vitam transiit, eoque navigium appulit, ubi deinceps non potest metuere naufragium, nec ullam animi perturbationem aut dolorem.

Lectio vj.

QUAM ob rem maximopere gratulor hujus Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quæ apud nos est, civitatem reliquit; tamen in alteram adscriptus est civitatem, nempe Dei: ac digressus ab hac Ecclesia, ad illam pervenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cælis: ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem angelorum.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi vestri, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.

Si Dominica prima Quadragesimæ die vij. Martii evenerit, fiat Officium de Dominica; festum vero S. Thomæ transferatur illo anno.

# DIE VII. MARTII.

# S. THOMÆ DE AQUINO

## CONFESSORIS ET ECCLESIÆ DOCTORIS ORDINIS PRÆDICATORUM.

TOTUM DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Felix Thomas, Doctor Ecclesiæ, lumen mundi, splendor Italiæ, candens virgo flore munditiæ, bina gaudet corona gloriæ. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 45.

ELEGIT eum Dominus ex omni carne, et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

℟. Sertum gestans cum terque duplici, cappa gemmis ornata cernitur : ex monili fulgoris cælici lux emissa mundo diffunditur : * Augustinus Fratri sic loquitur : ℣. Thomas mihi par est in gloria, virginali præstans munditia. Augustinus Fratri sic loquitur. Gloria. Augustinus Fratri sic loquitur.

Hymnus

EXSULTET mentis jubilo
Laudans turba fidelium,
Errorum pulso nubilo
Per novi solis radium.

THOMAS in mundi vespere
Fudit thesauros gratiæ,
Donis plenus ex æthere
Morum et sapientiæ.

De cujus fonte luminis
Verbi coruscant faculæ,
Et Scripturæ sacræ Numinis
veritatis regulæ,

FULGENS doctrinæ radiis,
Clarus vitæ munditia,
Splendens miris prodigiis,
Dat toti mundo gaudia.

Patri sit ac Genito,
Simulque sancto Flamini,
[illegible]

[illegible] Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Scandit [illegible] cælestium, orbis decor, dux, lux fidelium, norma morum, limes, [illegible] vas virtutum ad vitæ bravium [illegible]

Oratio.

[illegible] Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris [illegible] Doctoris mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas : da nobis, quæsumus, et quæ docuit in[illegible] conspicere, et quæ [illegible]atione complere. Per.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adsunt Doctoris cælici Thomæ festa solemnia : * Devotione supplici laudes promat Ecclesia.



Hymnus.

THOMAS insignis genere,
Claram ducens originem,
Subit ætatis teneræ
prædicatorum Ordinem.

TYPUM gessit luciferi,
Splendens in cœtu nubium,
Plusquam doctores ceteri
purgans dogma Gentilium.

PROFUNDA scrutans fluminum,
In lucem pandit abdita,
Dum supra sensus hominum
Obscura facit cognita.

FIT Paradisi fluvius
Quadripartite pervius :
Fit Gedeonis gladius,
Tuba, lagena, radius.

LAUS Patri sit ac Genito,
Simulque sancto Flamini,
Qui sancti Thomæ merito
Nos cæli jungat agmini. Amen.

### IN I. NOCTURNO.

Ana. Doctor Thomas repletus gratia, præmonstratus sacris oraculis, mundi, carnis, hostisque vitia fugat, exemplar datum sæculis. Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 68* et sequentibus.

Ana. Mentis innocentia, flosque puritatis, exstiterunt prævia luci veritatis.

Ana. Ope Doctoris cælici tota gaudet Ecclesia : fulget Ordo Dominici peculiari gloria.

℣. Amavit eum Dominus et ornavit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 39.

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit.

℟. j. Sancti viri verbum propheticum præmonstravit mundo mirificum sanctum Thomam Doctorem cælicum, * Sectaturum sanctum Dominicum. ℣. Nam vir sanctus hunc matri gravidæ ducem promsit doctrinæ lucidæ.— Sectaturum sanctum Dominicum.

Lectio ij.

COR suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum : et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et in oratione confitebitur Domino : et ipse diriget consilium ejus, et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.

℟. ij. Christi pia tractus dulcedine, mundum linquens probatur turbine : * Pugil fortis raptus de Ordine, vicit prorsus pulsa libidine. ℣. Orat pressa cruce mirifica : renes cingit manus angelica.— Pugil fortis.

Lectio iij.

IPSE palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi

sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, et no men ejus requiretur a genera tione in generationem. Sapien tiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit eccle sia. Si permanserit, nomen de relinquet plus quam mille : et si requieverit, proderit illi.

iij. O anima sanctissima, qua contemplante dulciter, cor pus linquebat infima, * Stans sursum mirabiliter! Jfm Nullo prorsus fultus subsidio, leva batur in raptus gaudio. — Stans sursum mirabiliter. Glo ria. Stans sursum mirabiliter.

IN II. NOCTURNO.

Ana. O munus Dei gratiæ, vincens quodvis miraculum! pestiferæ superbiæ nunquam persensit stimulum.

Ana. Prece curat socium fe brem patientem, et in ora ve stium sanguine fluentem.

Ana. Stella candens emicat, stuporem dans insolitum ; quæ instantem indicat beati Tho mæ transitum.

y. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R?. Et ostendit illi regnum Dei.

(Ex Rom. Breviario.)

Lectio iv.

PRÆCLARUM Christiani orbis decus et Ecclesiæ lumen, beatissimus vir Thomas, Lan dulpho comite Aquinate et Theodora Neapolitana nobili bus parentibus natus, futuræ in Deiparam devotionis affe ctum adhuc infantulus osten dit. Nam chartulam ab eo inventam, in qua Salutatio Angelica scripta erat, frustra adnitente nutrice, compressa manu valide retinuit, et a ma tre per vim abreptam ploratu et gestu repetiit, ac mox red ditam deglutivit. Quintum an' num agens, monachis sancti Benedicti Cassinatibus custo diendus traditur. Inde Neapo lini studiorum causa missus" jam adolescens Fratrum Præ dicatorum Ordinem suscepit Sed matre ac fratribus id indi gne ferentibus, Lutetiam Pari siorum mittitur. Quem fratres in itinere per vim raptum, in arcem castri sancti Joannis perducunt : ubi varie exagita tus, ut sanctum propositum mu taret, mulierem etiam, quæ ad labefactandam ejus constan tiam introducta fuerat, titione fugavit. Mox beatus juvenis, flexis genibus ante signum Crucis orans, ibique somno correptus, per quietem sentire visus est sibi ab Angelis con stringi lumbos : quo ex tem pore omni postea libidinis sensu caruit. Sororibus, quæ ut eum a pio consilio remo verent, in castrum venerant, persuasit ut contemptis curis sæcularibus, ad exercitationem cælestis vitæ se conferrent.

1^z. iv. De excelsis Fons sa pientiæ sancto Thomæ infudit copiam, tamquam flumen cla ræ scientiæ : qui susceptam refudit gratiani, dum fluentis summæ peritiæ* Rigat totam sanctam Ecclesiam, f. Stylus brevis, grata facundia : celsa, clara, firma sententia. — Rigat totam sanctam Ecclesiam.

Lectio v.

EMISSUS e castro per fene stram, Neapolim reduci tur : unde Romam, postea Parcium a fratre Joanne Teu tonico, Ordinis Prædicatorum eenerili Magistro, ductus, Al bedo Magno doctore, philoso phiæ ac theologiæ operam dedit. Viginti quinque annos natus, Magister est appellatus, publiceque philosophos ac theologos summa cum laude est interpretatus. Nunquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationem. In diffi cultatibus locorum sacræ Scri pturæ, ad orationem jejunium adhibebat. Quin etiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret non tam studio aut labore suo pe perisse quam divinitus tradi tum accepisse. Neapoli cum ad imaginem Crucifixi vehe mentius oraret, hanc vocem audivit : Bene scripsisti de me, Thoma : quam ergo mer cedem accipies? Cui ille : Non aliam Domine, nisi teipsum. Collationes Patrum assidue pervolabat; et nullum fuit scriptorum genus, in quo non esset diligentissime versatus. Scripta ejus et multitudine, et varietate, et facilitate expli candi res difficiles adeo excel lunt, ut uberrima atque incor rupta illius doctrina, cum re velatis veritatibus mire con sentiens , aptissima sit ad omnium temporum errores pervincendos.

R7 v. Felix Doctor, cujus so latio Angelorum servit atten tio : Petrus, Paulus favent obsequio : * Dei Mater mulcet alloquio. J. Elevatus a terra cernitur, Crucifixus eum allo quitur. — Dei Mater mulcet alloquio.

Lectio vj.

A SUMMO Pontifice Urbano Quarto Romam vocatus, ejus jussu ecclesiasticum lucu bravi Officium in Corporis Christi solemnitate celebran dum. Oblatos vero honores, et Neapolitanum Archiepiscopa tum, etiam deferente Clemente Quarto, recusavit. A prædica tione divini verbi non desiste bat; quod cum faceret per Octavam Paschæ in Basilica sancti Petri, mulierem, quæ ejus fimbriam tetigerat, a fluxu sanguinis liberavit. Missus a beato Gregorio Decimo ad concilium Lugdunense, in mo nasterio Fossæ Novæ in mor bum incidit, ubi ægrotus Can tica canticorum explanavit. Ibidem obiit quinquagenarius, anno Salutis millesimo ducen tesimo septuagesimo quarto, Nonis Martii. Miraculis etiam mortuus claruit; quibus pro batis, a Joanne Vigesimo se cundo in Sanctorum numerum relatus est, anno millesimo tercentesimo vigesimo tertio : translato postea ejus corpore Tolosam, ex mandato beati Urbani Quinti. Cum sanctis Angelicis Spiritibus non minus innocentia quam ingenio com paratus, Doctoris Angelici no men jure est adeptus, eidem auctoritate sancti Pii Quinti confirmatum. Leo autem De cimus tertius, libentissime ex cipiens postulationes et vota omnium pene sacrorum An tistitum orbis catholici, ad tot præcipue philosophicorum systematum a veritate aber rantium luem propulsandam, ad incrementa scientiarum,

et communem humani generis utilitatem, eum, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto, per Apostolicas litteras cælestem Patronum scholarum omnium catholicarum declaravit et instituit.

vj. Sidus missum Thomæ de superis, novo signo divini muneris, * Hunc cælestem demonstrat ceteris, Verbo, vita, doctrina, litteris, y. Quam excelsus, quem cæli prædicant : quam præclarus, quem stellæ indicant! — Hunc cælestem. Gloria. Verbo, vita, doctrina, litteris.

IN III. NOCTURNO.

Ana, Instante vitæ termino, vidit regna cælestia : et revelante Domino, novit parata præmia.

Ana. Seminavit hic largiter Doctor virtuosus : metit illic feliciter victor gloriosus.

Ana. Sidus de nube trahitur, de fœno flos elicitur, salque de terra tollitur, dum Thomas cælo redditur.

y. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.
(Lib. i. Com. in e. 5. Matth.)

SAL appellantur Apostoli et Doctores : quia per illos universum hominum conditur genus. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Si doctor erraverit, a quo alio doctore emendabitur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab homini.' bus. Exemplum de agricultura sumptum est. Sal etenim, sicut in ciborum condimentum et ad siccandas carnes necessarium est : ita alium usum non habet. Certe legimus in Scripturis urbes quasdam, ira victorum, sale seminatas, ut nullum in ipsis germen oriretur.

vij. Scholas Thomæ Paulus ingreditur, sacra simul fantur mysteria : dignetandemper raptum trahitur * Vir cælestis ad cæli præmia, y. Clamor Fratris trinus emittitur: Doctor noster a nobis tollitur. — Vir cælestis ad cæli præmia.

Lectio viij.

CAVEANT ergo Doctores et Episcopi, et videant potentes potenter tormenta sustinere : nihilque esse remedii, sed majorum ruinam ad tartarum ducere. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. J Neque accendunt lucernam,et 'ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat I omnibus, qui in domo sunt. Docet fiduciam prædicandi, ne Apostoli abscondantur ob metum, et sint similes lucernæ. sub modio: sed tota libertate se prodant, ut quod audierunt in cubiculis prædicent in tectis,

f^z. viij. Beati Thomæ gloria divo fulsit miraculo, dum odoris fragrantia mira fluxit ex tumulo : * Qui nitens pudicitia, vixit absque piaculo, f. Hic speciali gratia, lustrato nientis oculo, celsa novit mysteria, cæli doctus oraculo. — Qui nitens pudicitia.



Lectio ix.

NOLITE putare quoniam veni solvere Legem aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere. Sive quod de se per alios prophetata compleverit : sive quod ea, quæ ante, propter infirmitatem audientium, rudia et imperfecta fuerant,sua prædicatione compleverit, iram tollens, et vicem talionis excludens, et occultam in mente concupiscentiam damnans. Donec transeat cælum et terra. Promittuntur nobis cæli novi et terra nova, quæ facturus est Dominus Deus. Si ergo nova creanda sunt, consequenter vetera transitura.

ix. Sertum gestans cum torque duplici, cappa gemmis ornata cernitur : ex monili fulgoris cælici lux emissa mundo diffunditur : * Augustinus Fratri sic loquitur, y. Thomas mihi par est in gloria, virginali præstans munditia. — Augustinus Fratri sic loquitur. Gloria. Augustinus Fratri sic loquitur.

Ante Laudes y. Ora pro nobis beate Thema. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Adest dies lætitiæ, quo Thomas Doctor inclytus fit civis cæli curiæ, bina corona præditus. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Aurum sub terra tegitur, et lucerna sub modio : sed virtus Dei cernitur miraculorum radio.

3. Alma mater Ecclesia, Christi fundata sanguine, sceptra conscendit grandia, novi Doctoris lumine.

4. Pressus vi dæmonii cito liberatur : raptu mersus fluvii vitæ restauratur.

5. Tumor gulæ pellitur, leprosus mundatur, cæco lumen redditur, claudo gressus datur.

Capitulum. Eccli. 45.

ELEGIT eum Dominus ex omni carne, et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum. et judicia sua Israel.

Hymnus.

LAUDA mater Ecclesia
Thomæ felicem exitum,
Qui pervenit ad gaudia
Per verbi vitæ meritum.

FOSSA Nova tunc suscipit
Thecam thesauri gratiæ,
Cum Christus Thomam efficit
Heredem regni gloriæ.

MANENS doctrinæ veritas,
Et funeris integritas,
Mira fragrans suavitas,
Ægris collata sanitas

MONSTRAT hunc dignum laudibus
Terræ, ponto, et superis :
Nos juvet suis precibus,
Deo commendet meritis.

LAUS Patri sit ac Genito,
Simulque sancto Flamini,
Qui sancti Thomæ merito
Nos cæli jungat agmini.
Amen.

y. Justus germinabit sicut lilium. R. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Viror carnis flore munditiæ, vigor vitæ fructu justitiæ, splendor verbi dono scientiæ, te decorant stantem in acie, te coronant in statu gloriæ. Oratio.

Dfius, qui Ecclesiam tuam beati Thomæ Confessoris tui atque Doctoris mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas : da nobis, quæsumus, et quæ docuit intellectu conspicere, et quæ egit imitatione complere. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 45.

ELEGIT eum Dominus ex omni carne, et dedit illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, et judicia sua Israel.

I^Z. Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit eum. y. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit eum. Gloria. Amavit eum.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas. ^ Et ostendit illi regnum Dei.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 39.

IPSE tamquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, et palam faciet disciplinam doctrinæ ejus : collaudabunt multi sapientiam ejus, et usque in sæculum non delebitur.

Rz. Justum deduxit Dominus * Per vias rectas. Justum, f. Et ostendit illi regnum Dei. Per vias rectas. Gloria. Justum.

y. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

AD NONAM.

Capitulum. Sap.

LÆTATUS sum, quoniam antecedebat me ista sapientia : quam sine fictione didici et sine^ invidia communico, et honestatem illius non abscondo.

Injustus ut palmaflorebit*In domo Domini. Justus. Jt Sicut cedrus Libani multiplicabitur. In domo Domini. Gloria. JUstus.

y. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æternum ante Dominum.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Adest dies lætitiæ, quo Thomas Doctor inclytus fit civis cæli curiæ, bina corona præditus. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Elegit eum Dominus., Hymnus Exsultet mentis jubilo, et Ora pro nobis., ut in j. Vesperis, pag. 952.

Ad Magnificat Ana, Militantis Doctor Ecclesiæ, virginali florens munditia, triumphantis optata curiæ sancte Thoma largire gaudia.

PER OCTAVAM S. THOMÆ.

Ad Benedictus vel ad Memoriam in Laudibus Ana. Collaudetur Christus Rex gloriæ, qui per Thomam lumen Ecclesiæ mundum replet doctrina gratiæ.

de Communi unius Confessoris.

Oratio Deus qui Ecclesiam tuam, ut in Laudibus Festi.



Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. O Thoma laus et gloria Prædicatorum Ordinis, nos transfer ad cælestia, professor sacri Numinis.

V. Ora pro nobis beate Thoma. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio Deus qui Ecclesiam tuam. ut in Laudibus Festi.

PRIMA DIE
INFRA OCTAVAM S. THOMÆ.

Lectio j. et ij. de Feria, vel de Homilia currente (quod ob servandum erit etiam in aliis diebus) : tertia vero de infra positis.

Lectio iij.

CUM Neapoli ad imaginem Crucifixi sanctus Thomas oraret, cubiti altitudine a terra sublatus audivit: Bene scripsisti de me, Thoma : quam ergo mercedem accipies? Tum ille : Non aliam, Domine, nisi te ipsum. Ab Urbano Quarto Romam vocatus, adduci non potuit ut honores acciperet. Archiepiscopatum etiam Neapolitanum, deferente Clemente Quarto, recusavit, Nempe id unum erat ex tribus, quæ potissimum a Deo postulare consueverat: ut regularis vitæ humilitatem ac paupertatem posset ad mortem usque servare. Nullum fuit scriptorum genus, in quibus non esset diligentissime versatus : præsertim vero collationes Patrum ad componendam vitam suam assidue volvebat. Memoria fuit incredibili: adeo ut res omnino diversas uno tempore tribus et quatuor amanuensibus quandoque dictaret.

SECUNDA DIE
INFRA OCTAVAM S. THOMÆ.

Lectio iij.

SCRIBENDIS tot libris licet tantopere occupatus, sanctus Thomas a divini verbi prædicatione non cessabat : quod cum per Octavam Paschæ faceret Romæ in Basilica sancti Petri, mulierem, quæ vestem ejus tetigerat, a fluxu sanguinis liberavit. Jussu Gregorii Decimi pergens ad concilium Lugdunense sanctus Thomas, in monasterio Fossæ Novæ Cisterciensis Ordinis in morbum incidit. Illic a monachis benigne acceptus, e6rum rogatu, æger licet, Cantica canticorum exposuit : sed cum morbus incresceret, petiit sibi sacrosanctam Eucharistiam exhiberi. Ut allata fuit, etsi fractis viribus esset, humi se dejecit : et cum lacrimis adorans accepit. Post sacram deinde Unctionem, erectis in cælum oculis ac manibus, felicissime obdormivit in Domino, anno ætatis quinquagesimo, Salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

TERTIA DIE
INFRA OCTAVAM S. THOMÆ.

Lectio iij.

MULTIS miraculis et vivus et mortuus floruit sanctus Thomas : quibus cognitis, a Joanne Vigesimo secundo in Sanctorum numerum relatus est, anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio. Quin et illud a Pontifice tunc dictum ferunt aliis opus non esse miraculis : tot enim sanctum Virum fecisse miracula, quot

scripsisset articulos. Ejus corpus postea, decreto Urbani Quinti, Ordini Prædicatorum, quem professus fuerat, concessum, Tolosam translatum est, ubi maxima veneratione a fidelibus colitur.

DIE VILI. MARTII.
S. JOANNIS DE DEO
CONFESSORIS.
DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Joannem, tuo amore succensum, inter flammas innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fecundasti : præsta, ipsius suffragantibus meritis, ut igne caritatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Romano Breviario.)

Lectio iv.

JOANNES a Deo, ex catholicis piisque parentibus in oppido Montis Majoris, Junioris regni Lusitaniæ, natus, quam sublimiter in sortem Domini fuerit electus, insuetus splendor super ejus domo refulgens, sonitusque æris campani sua sponte emissus, ab ipso ejus nativitatis tempore non obscure prænuntiarunt. A laxiori vivendi ratione, divina operante virtute, revocatus, magnæ sanctitatis exhibere specimen cœpit : et ob auditam prædicationem verbi Dei, sic ad meliora se excitatum sensit, ut jam ab ipso sanctioris vitæ rudimento consummatum aliquid perfectumque visus sit attigisse. Bonis omnibus jn pauperes carceribus inclusos erogatis, admirabilis pœnitentiæ, suique ipsius contemptus cuncto populo spectaculum factus, a plerisque, ceu demens, graviter afflictus, in carcerem amantibus destinatum conjicitur. At Joannes, cælesti caritate magis incensus, gemino atque amplo valetudinario ex piorum eleemosynis in civitate Granatensi exstructo, jactoque novi Ordinis fundamento, Ecclesiam nova prole fecundavit Fratrum Hospitalitatis, infirmis præclaro animarum corporumq ue profectu inservientium, et longe lateque per orbem diffusorum.

Lectio v.

PAUPERIBUS ægrotis, quos propriis quandoque humeris domum deferebat, nulla re ad animæ corporisque salutem proficua deerat. Effusa quoque extra nosocomium caritate, indigentibus mulieribus, viduis, et præcipue virginibus periclitantibus clam alimenta subministrabat :curamque indefessam adhibebat, ut carnis concupiscentiam a proximis hujusmodi vitio inquinatis exterminaret. Cum autem f« maximum in regio Granatensi valetudinario excitatum fuisset incendium, Joannes impavidus prosiliit in ignem, hucilluc discurrens, quousque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos e fenestris projectos ab igne vindicavit : ac per dimidiam horam inter flammas jam in immensum succrescentes versatus, exinde



divinitus incolumis, universis civibus admirantibus, exivit; in schola caritatis edocens se gniorem in eum fuisse ignem, qui foris usserat, quam qui intus accenderat.

Lectio vj.

MULTIPLICI asperitatum genere, demississima obedientia, extrema paupertate, orandi studio, rerum divinarum contemplatione, ac in beatam Virginem pietate mirifice excoluit, et lacrimarum dono enituit. Denique gravi morbo correptus, omnibus Ecclesiæ Sacramentis rite sancteque refectus, viribus licet destitutus, propriis indutus vestibus e lectulo surgens ac provolutus in genua, manu et corde Christum Dominum e cruce pendentem perstringens, octavo Idus Martii anno millesimo quingentesimo quinquagesimo obiit in osculo Domini : quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit, et in eadem corporis constitutione sex circiter horas, quousque inde dimotus fuisset, tota civitate inspectante, mirabiliter permansit, odorem mire fragrantem diffundens. Quem ante et post obitum plurimis miraculis clarum, Alexander Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 22.

IN illo tempore : Accesserunt ad Jesum Pharisæi, et interrogavit eum unus ex eis Legis doctor,tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in Lege ? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrys6stomi.
(Hom. 72. in Matth.)

SADDUCÆIS confusis, Pharisæi rursus aggrediuntur : cumque quiescere oporteret, decertare voluerunt, et Legis peritiam profitentem præmittunt, non discere, sed tentare cupientes; ac ita interrogant quodnam primum mandatum in Lege sit. Nam cum primum illud sit, Diliges Dominum Deum tuum : putantes causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum, aliquid addendo, quoniam Deum se faciebat; hoc modo interrogant: Quid igitur Christus? LTt ostendat idcirco ad hæc eos devenisse, quia nulla in eis esset caritas, sed invidiæ livore tabescerent : Diliges, inquit, Dominum Deum tuum : hoc primum et magnum mandatum est. Secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

Lectio viij.

QUAM ob rem simile est huic? Quoniam hoc illud inducit, et ab illo rursus munitur. Quicumque enim male agit, odio habet lucem, et non venit ad lucem. Et rursus : Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Deinde sequitur : Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum -.Radix omnium malorum avaritia est, quam quidam appetentes,erraverunt a fide. Et, Qui diligit me, mandata mea servabit : quorum caput et radix est, Diliges Dominum Deum tuum, et proximum tuum, sicut teipsum.

Lectio ix.

Si ergo diligere Deum, diligere proximum est (nam Si diligis me o Petre, inquit, pasce oves meas) : si etiam dilectio proximi facit ut mandata custodias : merito ait in his totam Legem et Prophetas pendere. Et quemadmodum in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant : sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam non valde quam primum inferius, sponte attulit : secundum enim est primo simile. Ita occulte insinuavit odio illos ad quærendum incitari. Caritas enim, inquit, non æmulatur.

DIE IX. MARTII.
S. FRANCISCÆ ROMANÆ
VIDUÆ.
DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatam Franciscam famulam tuam, inter cetera gratiæ tuæ dona, familiari Angeli consuetudine decorasti : concede, quæsumus, ut intercessionis ejus auxilio Angelorum consortium consequi mereamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Post Cineres, Lectiones Mulierem fortem, de Communi unius nec Virginis nec Martyris, pag. 106*.

IN II. NOCTURNO.

(Ex Romano Breviario.)

Lectio iv.

FRANCICA, nobilis matrona Romana, ab ineunte ætate illustria dedit virtutum exempla : etenim pueriles ludos et illecebras mundi respuens, solitudine et oratione magnopere delectabatur. Undecim annos nata, virginitatem suam Deo consecrare et monasterium ingredi proposuit. pa" Tentum tamen voluntati humiliter obtemperans, Laurentio I de Ponticis, juveni æque diviti ac nobili, nupsit. In matrimonio arctioris vitæ propositum, quantum licuit, semper retinuit : a spectaculis, conviviis aliisque hujusmodi oblectamentis abhorrens, lanea ac vulgari veste utens, et quidquid a domesticis curis super erat temporis, orationi aut proximorum utilitati tribuens; in id vero maxima sollicitudine incumbens, ut matronas Romanas a pompis sæculi et ornatus vanitate revocaret. Quapropter domum Oblatarum, sub Regula sancti Benedicti, Congregationis Montis Oliveti, adhuc viro alligata, in Urbe instituit. Viri exsilium, bonorum jacturam ac universæ domus mærorem non modo constantissime toleravit, sed gratias agens, cum beato Job illud frequenter usurpabat : Dominus dedit, Dominus abstulit : sit nomen Domini benedictum.

Lectio v.

VIRO defuncto, ad prædictam Oblatarum domum convolans, nudis pedibus, fune | ad collum alligato, humi prostrata, multis cum lacrimis earum numero adscribi suppliciter postulavit. Voti compos facta, licet esset omnium mater, non alio tamen quam ancillæ vilissimæque feminæ et immunditiæ vasculi titulo gloriabatur. Quam vilem sui existimationem et verbo declaravit et exemplo. Sæpe enim e suburbana vinea revertens, et lignorum fascem proprio capiti impositum deferens, vel eisdem onustum agens per Urbem asellum, pauperibus subveniebat, in quos etiam largas eleemosynas erogabat: ægrotantesque in xenodochiis visitans, non corporali tantum cibo, sed salutaribus monitis recreabat. Corpus suum vigiliis, jejuniis, cilicio, ferreo cingulo crebrisque flagellis in servitutem redigere jugiter satagebat. Cibum illi semel in die herbæ et legumina, aqua potum præbuit. Hos tamen corporis cruciatus aliquando confessarii mandato, a cujus ore nutuque pendebat, modice temperavit.

Lectio vj.

DIVINA vero mysteria, præsertim Christi Domini Passionem, tanto mentis ardore, tantaque lacrimarum vi contemplabatur, ut præ doloris magnitudine pene confici videretur. Sæpe etiam, cum oraret, maxime sumpto sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, spiritu in Deum elevata, ac cælestium contemplatione rapta, immobilis permanebat. Quapropter humani generis hostis variis eam contumeliis ac verberibus a proposito dimovere conabatur : quem tamen illa imperterrita semper elusit; Angeli præsertim præsidio, cujus familiari consuetudine gloriosum de eo triumphum reportavit. Gratia curationum et prophetiæ dono enituit, quo et futura prædixit, et cordium secreta penetravit. Non semel aquæ, vel per rivum decurrentes vel e cælo labentes, intactam prorsus, dum Deo vacaret, reliquerunt Modica panis fragmenta, quæ vix tribus Sororibus reficiendis fuissent satis, sic ejus precibus Dominus multiplicavit, ut quindecim inde exsaturatis, tantum superfuerit, ut canistrum impleverit. Et aliquando earumdem Sororum, extra Urbem mense Januario ligna parantium, sitim recentis uvæ racemis ex vite in arbore pendentibus mirabiliter obtentis, abunde explevit Denique meritis et miraculis clara, migravit ad Dominum anno ætatis suæ quinquagesimo sexto. Quam Paulus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro. de Communi unius nec VirginisnecMartyris,pag.i I I*.

DIE x. MARTII.
B. PETRI DE JEREMIA
CONF. ORD. PRÆD.
DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beati Petri Confessoris tui precibus et hortamentis errantes in viam justitiæ misericorditer redire fecisti : dilata, quæsumus, illius intercessione corda nostra; ut semitam mandatorum tuorum semper curramus. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

PETRUS Panormi natus, de Je remia familia nobili, Bo noniam adolescens missus est, ut utrique Juri operam daret. Doctoratus insignia in utraque facultate mox consecuturus, cælestium amore ductus, ter rena cuncta despiciens, ea in urbe ingressus est Ordinem Fratrum Prædicatorum. Pa trem, id ægre ferentem sibi que acriter obsistentem, ma gna animi constantia, sed fusis potissimum lacrimis et preci bus ad Deum, tandem devicit. Religiosis exinde votis solem niter nuncupatis, ac theolo giæ divinarumque litterarum studiis expletis, uni se devovit proximorum æternæ saluti procurandæ, totusque fuit in sacris eorum confessionibus excipiendis atque ministerio verbi Dei. Quo sane in munere ex eo tempore diligentius et ferventes coepit laborare, quo a sancto Vincentio Ferrario, quem Bononiæ tunc degentem convenerat, certior effectus fuit studium hoc suum Domi no vehementer esse probatum.

Lectio v.

ILLUD autem veritus ne, dum aliis prædicaret, reprobus ipse efficeretur, nunquam de stitit corpus suum castigare atque redigere in servitutem. Zona quinque circulis ferreis compacta ita lumbos constrin xit, ut nec post ejus obitum, nisi exsiccato cadavere, evelli inde potuerit Huic severiori corporis castigationi jejunia addidit, vigilias aliasque car nis macerationes. Adeo in eo vigebat pro Jesu Christi amore patiendi ardor, ut se minus illi acceptum esse ingemisceret si vel ægritudine aliqua, vei ærumnis aliis frequentius non tentaretur. Reliquæ item, qu& hominem perfectionem sectan tem decent, virtutes in illo singulari prorsus modo eni tuerunt, ac præ ceteris cultus assiduus regularis disciplinæ. Quo factum est ut sæpius No vitiorum institutioni præposi tus, illos ad omnem sanctimo niam informaverit, aliisque auctor fuerit ut monasticæ vitæ institutum susciperent: quos inter merito recensetur beatus Joannes Liccius, qui, Petro suadente, Ordini nomen dedit.

Lectio vj.

IN cœnobiis, quorum pluri [illegible] zelo præfecturam gessit, Re gulæ observantiam religio samque vivendi normam, si cubi collapsam invenit, resti tuere, ubi vero florentem, tueri et amplificare, non tam dictis quam benefactis, sedulo cura vit. Illius sanctitatis et doctri næ fama Eugenius Quartus permotus, concilio œcumenico a se Florentiæ indicto, eum, ut interesset, vocavit. In hoc vero concilio ita se gessit, ut deinde in clerum Trinariæ universum commissum ei fue rit ab eodem Summo Pontifice arduum reformationis opus, quod tamen pro animi sui modestia nonnisi in Regulares viros perficiendum suscepit : et ut erat mitissimus, benigne cum omnibus agens feliciter absolvit. Post hæc in cœno bium Panormitanum sanctæ Zitæ se recepit, ubi tandem meritis et laboribus plenus sanctissime excessit. Signis, iisque præclaris, a Deo fuisse illustratum vetera produnt monumenta. Ejus cultum Pius Sextus Pontifex Maximus pro bavit, ac toti Fratrum Prædi catorum Ordini de beato Pe tro Jeremia recitandi Officium, Missamque celebrandi fecit potestatem.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi, de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 83*.



DIE XII. MARTII.

S. GREGORII MAGNI

PAPÆ, CONF. ET ECCL. DOCT.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui nos beati Gregorii Confessoris tui atque Pon tificis annua solemnitate læti ficas : concede propitius ut cujus opere atque doctrina Scripturæ tuæ mysteria multa cognovimus, ejus apud te sem per patrocinia sentiamus. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir, qui in sapientia morabitur, de Com muni unius Doctoris, pag.79*.

N II. NOCTURNO.

(Ex Joanne Diacono, aliisque, et ex Rom. Brev.)

Lectio iv.

GREGORIUS Magnus Roma nus, Gordiani senatoris filius, mortuo patre, sex mo nasteria in Sicilia ædificavit : Romæ septimum, sancti An dreæ nomine, in suis ædibus : ubi monachi vitam professus, et postea Abbas fuit. Mox Diaconus Cardinalis creatus, et Constantinopolim a Pela gio Secundo Legatus missus, Eutychium Patriarcham, qui contra veram ac tractabilem corporum resurrectionem scri pserat, ita coram imperatore Tiberio convicit, ut ejus librum in ignem imperator ipse pro jecerit. Romam reversus, Pela gio pestilentia sublato, Ponti fex eligitur. Quem honorem ne acciperet, alieno vestitu in spelunca delituit : sed indicio igneæ columnæ deprehensus, ad sanctum Petrum conse cratur.

Lectio v.

IN Pontificatu multa succes soribus doctrinæ ac sancti tatis exempla reliquit. Pere grinos quotidie ad mensam adhibebat : in quibus et An gelum et Dominum Angelo rum peregrini specie accepit. Pauperes, et urbanos et ex ternos, quorum numerum de scriptum habebat, benigne sustentabat. Catholicam fidem multis locis labefactatam re stituit. Donatistas in Africa, Arianos in Hispania, Agnoitas Alexandriæ, Neophytos hære ticos in Gallia repressit. Gothos hæresim Arianam relinquere coegit. Angliam, missis in eam sanctis viris, ad fidem convertit. Joannis Patriarchæ Constantinopolitae audaciam fregit, qui sibi universalis Ec clesiæ Episcopi nomen arroga bat Mauricium imperatorem eos, qui milites fuissent, mon achos fieri prohibentem, a sententia deterruit

Lectio vj.

ECCLESIAM ornavit sanctis simis institutis et legibus. Litanias, Stationes, ecclesia sticum Officium auxit. Quatuor conciliis Nicæno, Constanti nopolitane, Ephesino et Chal cedonensi, tamquam quatuor Evangeliis, honorem haberi voluit. Multos mirabilesque libros, infirma licet semper va letudine, confecit : quos dum dictaret, testatus est Petrus Diaconus se Spiritum sanctum in columbæ specie in ejus ca pite sæpe vidisse. Denique multis editis miraculis, anno Salutis sexcentesimo quarto, Pontificatus decimo tertio, mense sexto, die decimo, quar to Idus Martii, ad cælestem beatitudinem evocatus est.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Ex Hom. 17. in Lucæ io. ante medium.)

CONSIDERANDUM nobis est ut qui una eademque ex hortationis voce non sufficit simul cunctos admonere, stu deat singulos, in quantum valet, instruere, privatis locu tionibus ædificare. Debemus namque pensare continuo quod sanctis Apostolis dicitur, et per Apostolos nobis : Vos estis sal terræ. Si ergo sal sumus, con dire mentes fidelium debemus. Vos igitur, qui pastores estis pensate quia Dei animalia pascitis. De quibus profecto animalibus Deo per Psalmi stam dicitur : Animalia tua habitabunt in ea. Et sæpe vi. demus quod petra salis brutis animalibus anteponitur, ut ex eadem salis petra lambere de beant et meliorari.

Lectio viij.

QUASI ergo inter bruta animalia petra salis, debet esse Sacerdos in populis. Cu rare namque Sacerdotem ne cesse est quæ singulis dicat, unumquemque qualiter admo' neat : ut quisquis Sacerdoti jungitur, quasi ex salis tactu, æternæ vitæ sapore condia tur. Sal Atenim terræ non su mus, si corda audientium non condimus. Quod profecto con dimentum ille veraciter proxi mo impendit, qui prædicatio nis verbum non subtrahit. Sed tunc vere aliis rccta prædica^ mus, si dicta rebus et exemplis ostendimus.

Lectio ix.

"XTQLLUM puto, fratres caris - LN simi, ab aliis majus præ judicium quam a Sacerdoti bus tolerat Deus : quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit : quando ipsi peccamus, qui compescere pec cata debuimus : nulla anima rum lucra quærimus, ad no stra quotidie studia vacamus, terrena concupiscimus, huma nam gloriam intenta mente captamus. Et quia, eo ipso quo ceteris prælati sumus, ad agenda quælibet majorem licentiam habemus : susceptæ benedictionis ministerium ver timus ad ambitionis argumen tum : Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus : locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur.



DIE XIV. MARTII.
IN OCTAVA S. THOMÆ.
SOLEMNE.
AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, f. Anti phona ad Magnificat et Oratio ut in j. Vesperis Festi, pag. 952.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo, pag. 952. et pag. 953. T In tribus Nocturnis Psalmi de Communi unius Confesso ris, pag. 68*. et sequentibus; Antiphonæ et ut in Festo, pag. 953. et sequentibus; cete ra ut infra.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones et Rzf£. ut in Festo, pag.953

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

NULLUS enarrare sufficeret quot sanctissimus Tho mas theologorum præconiis celebretur : quacumque ejus illibatæ doctrinæ a Summis Pontificibus fuerit acclama tum. Innocentius Sextus : Hu jus Doctoris, inquit, doctrina præ ceteris, excepta canonica, habet proprietatem verborum, modum dicendorum, verita tem sententiarum : ita ut nunquam qui eam tenuerit, inveniatur a veritatis tramite deviasse, et qui eam impugna verit, semper fuerit de veritate suspectus. Urbanus Quintus ad Tolosanam Academiam : Volumus, ait, et tenore præs entium vobis injungimus ut beati Thomæ doctrinam tam quam veridicam et catholicam sectemini : eamqire studeatis totis viribus ampliare.

iv. De excelsis Fons sa pientiæ sancto Thomæ infudit copiam, tamquam flumen cla ræ scientiæ, qui susceptam refudit gratiam, dum fluentis summæ peritiæ * Rigat totam sanctam Ecclesiam, y. Stilus brevis, grata facundia, celsa, clara, firma sententia. — Rigat totam sanctam Ecclesiam.

Lectio v.

Pius Quintus : Factum est, inquit, omnipotentis Dei providentia, ut Angelici Do ctoris vi et veritate doctrinæ, qua apostolicam Ecclesiam infinitis confutatis erroribus illustravit, ex eo tempore quo cælestibus civibus adscriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ sunt hæreses, confusæ et convictæ dissiparentur. Quod et antea, et liquido nu per in sacris Tridentini concilii decretis apparuit. Clemens Octavus ad Neapolitanos : Pie, ait, prudenterque cogitatis de novo Civitati Patrono adsci scendo, cive vestro, divinæ voluntatis Angelico interprete, vitæ sanctitate et miraculis claro, Thoma Aquinate. Hic siquidem honor ejus virtuti bus, cum admirabili doctrina conjunctis, jure optimo debe tur. Ac doctrinæ quidem testis est ingens librorum numerus, quos ille brevissimo tempore in omni fere disciplinarum genere, singulari ordine ac mira perspicuitate sine ulla prorsus errore conscripsit.

Ri. V. Felix Doctor, cujus so latio Angelorum servit atten tio : Petrus, Paulus favent ob sequio : * Dei Mater mulcet alloquio. Elevatus a terra cernitur, Crucifixus eum allo quitur. — Dei Mater mulcet alloquio.

Lectio vj.

PAULUS Quintus : Splendi dissimi, inquit, catholicæ fidei athletæ, beati Thomæ Aquinatis, cujus scriptorum clypeo militans Ecclesia hæ reticorum tela feliciter eludit, honorem et venerationem in dies magis magisque augeri, plurimum in Domino gaude mus. Et Leo Decimus tertius, omnes suorum Præcessorum laudes una complectens et prætergrediens, de ipso hæc habet : Rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice conso cians, utriusque tum jura con servavit, tum dignitati consu luit, ita quidem ut ratio, ad humanum fastigium Thomæ pennis evecta,jam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adjumenta præ stolari quam quæ jam est per Thomam consecuta. Et iterum sanctum Thomam in variis scientiarum studiis tamquam exemplar catholicis hominibus proponens atque Patronum, ait: Præclara lumina animi et ingenii, quibus ad imitationem sui jure vocet alios, in eo sunt omnia : doctrina uberrima, in corrupta, apte disposita : obse quium fidei, et cum veritatibus divinitus traditis mira consen sio : integritas vitæ cum splen dore, virtutum maximarum.

R?. vj. Sidus missum Thomæ de superis, novo signo divini muneris, * Hunc cælestem demonstrat ceteris Verbo vita doctrina, litteris, f. Quam ex celsus, quem cæli prædicant quam præclarus, quem stellæ indicant! — Hunc cælestem. Gloria. Verbo, vita, doctrina] litteris.

IN III. NOCTURNO.

Homilia Feriæ currentis cum tribus ultimis Responsoriis Fe sti.

Ante Laudes )T. Ora pro no bis beate Thoma. ^L Ut di gni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES,
HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo, servato modo Octavæ diei Solemnis.

AD PRETIOSA.

Evangelium iit in Nocturno Feriæ currentis.

DIE XVII. MARTII.
S. PATRITII
EPISC. ET CONF.

DUPLEX. Oratio.

DEUS qui, ad prædicandam gentibus gloriam tuam, beatum Patritium Confesso rem atque Pontificem mittere dignatus es : ejus meritis et intercessione concede ut quæ nobis agenda præcipis, te mise rante adimplere possimus. Per.

IN L NOCTURNO.

•In Quadragesima, Lectiones Fidelis sermo, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.



IN II- NOCTURNO.

Lectio i v.

PATRITIUS Hibernorum Apo stolus, sanctitate insignis, doctrina eximius, signis mira bilis fuit, natione Brito, ge nere nobilis, sancti Martini ex sorore nepos. Ab ineunte ætate litteris incubuit, adole scensque adhuc, a piratis in Hiberniam abductus et ven ditus, ibi servire coactus est. Exacto, summa cum patien tia, ea in captivitate sexennio; reperto, cæli munere, thesauro, in pristinam se libertatem vin dicavit, ad suosque reversus, primum sancio Martino avun culo suo, a quo Clericus factus est, demum sancto Germano Autissiodorensi Episcopo sa cris litteris instituendum se præbuit.

Lectio v.

SUB his magistris a mundi [illegible] divina rum meditationem cælestis que sapientiæ studium plane translatus est. Divina interim visione admonitus, Hiberno rum conversionem, quorum cæcitatem et miseriam jugibus lacrimis deplorabat, arden tissimo zelo cœpit deperire : Romamque profectus, Cæle stino Primo Summo Pontifici pro eorum salute per Evange lii prædicationem procuranda supplex factus, ipse ad aposto licum hoc munus a Cælestino delegatur, primus Hiberniæ Episcopus consecratus.

Lectio vj,

"M^EC mora, in Hiberniam enavigans, divino operi, tanto fervore tantaque gratia incubuit, ut primum ipsos fe rocis gentis reges, ipsamque mox gentem, principum suo rum exempla certatim secu tam, ad fidem converterit, excussaque dæmonis, miris artibus et præstigiis illuden tis, tyrannide, divina virtute potentior Patritius, Christi jugo verbis, exemplis, miraculis sub jecerit : adeoque feliciter, ut quæ tot sæculis dæmonum sedes fuerat Hibernia, Sancto rum postmodum insula dice retur.Tandem,postquam sexa ginta annos per multos labores multaque prodigia Ecclesiam hanc sapienter rexisset et in fide confirmasset, plenus annis et meritis placida morte quie vit, anno Salutis quadringen tesimo nonagesimo primo.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Ho mo peregre, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 78*.

TEMPORE PASCHALI, Lectio j. erit de Scriptura curren te; pro ij. Lectione sumantur iv. et v. simul junctæ; iij.vero Lectio erit vj. supraposita.

DIE XVIII. MARTII.
B. SIBYLLINÆ
VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatæ Sibyllinæ Virginis, corporalibus lu minibus orbatæ, mentem ad mirabili claritatis fulgore illu strare voluisti : ejus interces sione nobis concede ut superna luce illuminati terrena despi ciamus, et æterna efficaciter exquiramus. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones De Virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv. *

SIBYLLINA de Biscossis, piæ ex honestis pisque pa rentibus orta, a pueritia reli gionis operibus adeo intenta visa est, ut preces, quas quoti die recitare solebat, nunquam prætermiserit. Duodennis visu orbata, didicit ex hac ipsa di vina permissione studiosius virtutum omnium exercitio in cumbere. Nam a quibusdam Sororibus Tertii Ordinis sancti Dominici excepta, atque ea rum habitum ac regulam am plexata, ab iisdem sedula cura instructa fuit quomodo se in oratione haberet, ac in eadem perseveraret; media quoque ab iisdem accepit mentis ac con scientiæ puritatem servandi. Deinde, austerioris vitæ cu pida, ad absconditum reces sum confugit, in quo reliquo vitæ tempore commorata est.

Lectio v.

HAC in solitudine, veluti columba in caverna ma ceriæ, Passionem contemplans Jesu Christi, dum illi maxime compateretur, ejus anima sua vissima devotione et affectu perfundebatur. Patienti Sponso suo conformis fieri studens, pœnitentiæ rigoribus se affli xit : etenim durissimo pane pro cibo utebatur : quotidie tam aspere se flagellabat, ut sanguis ad terram usque dif flueret : lacrimæ illi panes erant die ac nocte, ac membra, vigiliis, orationibus ac pro strationibus defatigata, super ligneam tabulam brevissimo somno recreabat. Ne tempus inaniter absumeret, cum loqui ei contingeret, ejus sermones circa cælestia jugiter versa bantur : ex quo fiebat ut illi qui eam adibant, spiritualiter recreati ac meliores effecti re verterentur.

Lectio vj. *

LICET plane illiterata esset beata Sibyllina, in divinis tamen mire edocta apparuit, et de mysticis rebus tanta facilitate tantaque verborum proprietate loquebatur, ut in divi Augustini Soliloquiis ac sancti Bernardi Meditationi bus mire versata videretur. De proximorum spiritali salute sollicita, nonnullos, qui perdi tionis viam misere currebant, ad se accersitos, aliquibus Dei misericordiam, aliis ejus justi tiam ob oculos ponendo, a vitiis excitavit, et ad pœni tentiam adduxit. Tandem, ple na dierum et bonorum ope rum, octogenaria, omnibus Ec clesiæ Sacramentis refecta, ad cælos evolavit, decimo quarto Kalendas Aprilis, Feria sexta, anno millesimo tercentesimo sexagesimo septimo. Ejus cor pore ad ecclesiam Fratrum Prædicatorum delato, magna ad illud facta fuit concurren tium populorum frequentia, Christo cælesti ejus Sponso sanctitatem ipsius signis ma nifestante; unde publici eccle siastici cultus ei tribui cœpe runt honores, in quibus, ad hæc usque tempora, Papiæ et alibi fideles perseverant. Qui bus rite probatis, Pius Nonus Pontifex Maximus, ex sacræ



Rituum Congregationis con sulto, cultum confirmavit, in dulsitque ut in universo Præ dicatorum Ordine festum bea tæ Sibyllinæ cum Officio et Missa celebraretur.

IN III. NOCTURNO.

Homiliam EvangeliumSimile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi unius Virg. non Martyris, pag. 100*.

TEMPORE PASCHALI. Lectio prima erit De Virginibus, Lectio secunda et Lectio tertia erunt quarta et sexta de supra positis signatæ *.

FESTUM S. Joseph, universæ Ecclesiæ Patroni, si occu rerit in Dominica Passionis, transferendum erit in Feriam se cundam immediate sequentem.

T Quoties vero inciderit in Majorem Hebdomadam, repo nendum erit in Feria quarta post Dominicam in Albis tam quam in sede propria, servato Rubricarum præscripto quoad translationem festorum iisdem diebus occurrentium.

Festum S. Joseph celebretur cum Octava Solemni, quæ ta men omnino cesset Dominica in Ramis palmarum, si infra eam Octavam prædicta Domi nica inciderit

T Si festum S. Joseph ante Dominicam in Ramis palma rum evenerit, omnia fiant ut hic pro Tempore Quadragesi mæ notatum est.

T Si vero Tempore Paschali celebrandum fuerit, de ipso fiat Officium utpag. 983. et se quentibus est signatum.

## DIE XIX. MARTII.
# S. JOSEPH CONFESSORIS
## SPONSI B. MARIÆ VIRGINIS
## TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Mariam Virginem desponsa tam Joseph. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Prov. 28. et 27.

VIR fidelis multum laudabi tur : et qui custos est do mini sui glorificabitur.

fy Angelus Domini apparuit Joseph, dicens : Joseph fili Da vid noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiritu san cto est: * Pariet autem filium : Et vocabis nomen ejus Jesum. y.Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem filium. Gloria. Et vocabis nomen ejus Jesum.

Hymnus.

TE Joseph celebrent agmina Cælitum,
Te cuncti resonent Christfa dum chori,
Qui clarus meritis junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

ALMO cum tumidam ger mine conjugem
Admirans, dubio tangeris an xius,
Afflatu superi Flaminis Ange lus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum strin gis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas,
Amissum Solymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

POST mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit :
Tu vivens, Superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.

NOBIS summa Trias parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scan dere :
Ut tandem liceat nos tibi per petim
Gratum promere canti cum. Amen.

r. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat Ana. Exsur gens Joseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Do mini, et accepit conjugem suam

Oratio.

QEATI Patriarchæ Joseph, •iJ sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, I i meritis adjuvemur : ut qUod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione done tur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Dei Filium, qui putari dignatus est Filius Joseph, * Venite adore mus.

Hymnus.

CÆLITUM, Joseph, decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti canimus, beni gnus
Suscipe laudes.

TE Sator rerum statuit pu dicæ
Virginis Sponsum, voluitque Verbi
Te Patrem dici : dedit et mi nistrum
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.

REX Deus regum, Domina tor orbis,
Cujus ad nutum tremit infero rum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.

LAUS sit excelsæ Triadi per ennis,
Quæ tibi præbens superos ho nores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO. .

Ana, Ascendit Joseph a Gali læa de civitate Nazareth in



Tudæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria. Psal mus Beatus vir. cum ceteris de Communi unius Confessoris, pati. 68*. et sequentibus.

Ana. Venerunt pastores fe stinantes : et invenerunt Ma riam et Joseph et Infantem positum in præsepio.

Ana. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, di cens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum.

f. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. ^.Stolam gloriæ induit eum.

De libro Genesis.

Lectio i. Cap. 39.

TOSEPH igitur ductus est in I Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægy ptius, de manu lsmaelitarum, a quibus perductus erat. Fuit que Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens : habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Domi num esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Jo seph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei : a quo præpositus omnibus guberna bat creditam sibi domum, et universa quæ ei tradita fue rant : benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Jo seph.

j. Fuit Dominus cum Jo seph, et dedit ei gratiam in conspectu principis carceris : * Qui tradidit in manu illius universos vinctos. X. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Dominus enim erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat. — Qui tradidit in manu illius.

Lectio ij. Cap. 41.

PLACUIT Pharaoni consilium Joseph, et cunctis ministris ejus : locutusque est ad eos : Num invenire poterimus talem virum, qui Spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph : Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid sa pientiorem et consimilem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet : uno tantum regni solio te præcedam.

Kr. ij. Esuriente terra Ægy pti, clamavit populus ad re gem alimenta petens : quibus ille respondit: * Ite ad Joseph, et quidquid vobis dixerit fa cite. T. Crescebat quotidie fa mes in omni terra : aperuit que Joseph universa horrea, et vendebat Ægyptiis. — Ite ad Joseph.

Lectio iij.

DIXITQUE rursus Pharao ad Joseph : Ecce, constitui te super universam terram Ægy pti. Tulitque anulum de manu sua, et dedit eum in manu ejus : vestivitque eum stola byssina, et collo torquem au ream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone ut omnes coram eo genu flecterent, et præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti. Dixit quoque rex ad Joseph : Ego sum Pharao : absque tuo imperio non mo vebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

H?. iij. Fecit me Dominus quasi patrem regis et dominum universæ domus ejus : nolite pavere :* Pro salute enim ve stra misit me Deus ante vos in Ægyptum, y. Venite ad me : et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, et comedetis medul lam terræ. — Pro salute enim vestra. Gloria. Pro salute enim vestra.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Consurgens Joseph accepit Puerum et Matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum : et erat ibi usque ad obitum Herodis.

Ana. Defuncto Herode, Ange lus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto, dicens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri.

Afia. Accepit Joseph Puerum et Matrem ejus, et venit in terram Israel.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas, ^z. Et ostendit illi regnum Dei.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Homil. 2. super Missus est. prope finem.)

Lectio iv.

Quis et qualis homo fuerit beatus Joseph, conjice ex appellatione, qua, licet dis pensatoria, meruit honorari, adeo ut Pater Dei et dictus et creditus sit: conjice et ex pro prio vocabulo, quod Augmen tum non dubites interpretari. Simul et memento magni illius Patriarchæ venditi in Ægypto, et scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum : sed et casti moniam adeptum, innocentiam assecutum et gratiam.

^z. i v. Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David quæ vocatur Bethlehem : * Eo quod esset de domo et familia David. J. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore — Eo quod esset de domo et familia David.

Lectio v.

Si quidem ille Joseph fraterna ex invidia venditus, et ductus in Ægyptum, Chri sti venditionem præfiguravit: iste Joseph, Herodianam invi diam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille, do mino suo fidem servans, do minæ noluit commisceri : iste. Dominam suam Domini sui Matrem, Virginem agnoscens, et ipse continens, fideliter cu stodivit. Illi data est intelli gentia in mysteriis somnio rum : isti datum est conscium fieri atque participem cæle stium sacramentorum.

v. Surge, et accipe Pue rum et Matrem ejus, et fugem Ægyptum, * Et esto ibi usque dum dicam tibi. f. Ut adim pleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicen tem : Ex Ægypto vocavi Fi lium meum. — Et esto ibi usque dum dicam tibi.

Lectio vj.

ILLE frumenta servavit non sibi, sed omni populo : iste Panem vivum e cælo servan dum accepit, tam sibi quam toti mundo. Non est dubium



quin bonus et fidelis homo fuerit iste Joseph, cui Mater desponsata est Salvatoris. Fi delis, inquam, servus et pru dens quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ car nis nutritium, solum denique in terris magni consilii coad jutorem fidelissimum.

Rz vj. Cum inducerent pue rum Jesum Parentes ejus, ut facerent secundum consuetu dinem legis pro eo, * Accepit eum Simeon in ulnas suas, et benedixit Deum. J. Et erant Pater ejus et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. — Accepit eum Simeon. Gloria. Accepit eum Simeon.

IN HI. NOCTURNO.

Ana. Audiens Joseph quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo, timuit illo ire.

Ana. Admonitus in somnis Joseph secessit in partes Gali lææ : et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Naza reth : ut adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quo niam Nazaræus vocabitur.

Ana. Erat Pater Jesu et Ma ter mirantes super his, quæ dicebantur de illo : et bene dixit illis Simeon.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. I^z. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i.

CUM esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, ante quam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu san cto. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

(Lib. i .Cotum, in cap. i. Matth.)

QUARE non de simplici vir gine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur: secundo, ne lapidaretur a Judæis ut adultera : tertio, ut in Ægy ptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignarius etiam quar tam addidit causam cur a de sponsata conceptus sit : Ut partus, inquiens, ejus celare tur diabolo, dum eum putat, non de virgine, sed de uxore generatum.

vij. Dicit Mater Jesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. X Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? — Ecce Pa ter tuus et ego.

Lectio viij.

ANTEQUAM convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est nisi a Joseph, qui pene licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. Quod autem dicitur, Antequam con venirent, non sequitur ut post ea convenerint : sed Scriptu ra quod factum non sit osten dit.

viij. Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth : * Et erat subditus illis. J. Proficie bat sapientia et ætate et gra tia apud Deum et homines. — Et erat subditus illis.

Lectio ix.

JOSEPH autem vir ejus, cum justus et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur : et in lege præceptum est, non solum reos, sed et conscios criminum obnoxios esse peccati: quomodo Joseph, cum crimen celaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, et admirans quod evenerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat.

R?, ix. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est : * Pariet autem Filium : Et vocabis nomen ejus Jesum. ℣. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium. Gloria. Et vocabis nomen ejus Jesum.

Ante Laudes ℣. Constituit eum dominum domus suæ. R?. Et principem omnis possessionis suæ.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. Psalmum Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Cum redirent remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus.

3. Non invenientes Jesum, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum et post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem et interrogantem eos.

4. Dicit Mater ejus ad illum : Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te.

5. Descendit Jesus cum eis et venit Nazareth : et erat subditus illis.

Capitulum. Prov. 28. et 27.

VIR fidelis multum laudabitur : et qui custos est domini sui glorificabitur.

Hymnus.

ISTE, quem læti colimus fideles,
Cujus excelsos canimus triumphos,
Hac die Joseph meruit perennis
Gaudia vitæ.

O NIMIS felix, nimis o beatus,
Cujus extremam viriles ad horam
Christus et Virgo simul astiterunt
Ore sereno!

HINC Stygis victor, laqueo solutus
Carnis, ad sedes placido sopore
Migrat æternas, rutilisque cingit
Tempora sertis.

ERGO regnantem flagitemus omnes
Adsit ut nobis, veniamque nostris
Obtinens culpis, tribuat supernæ
Munera pacis.

SINT tibi plausus, tibi sint honores,



Trine, qui regnas, Deus, et coronas
Aureas Servo tribuis fideli
Omne per ævum. Amen.

℣. Justus germinabit sicut lilium. R. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur : ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

AD TERTIAM.

Capitulum Vir fidelis., ut in Laudibus.

Hymnus et ℣℣. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et hominibus : cujus memoria in benedictione est. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 10.

PROFUGUM justum deduxit Sapientia per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Vir fidelis., Hymnus Te Joseph celebrent, et ℣. Amavit eum Dominus, ut in I. Vesperis, pag. 971. et pag. 972.

Ad Magnificat Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

TEMPORE PASCHALI, in festo S. Joseph fiat Officium ut pag. 983. notatum est.

PER OCTAVAM S. JOSEPH

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

Si infra Octavam S. Joseph Tempore Quadragesimæ, de Dominica aut de aliquo Festo agatur Officium, fiat Memoria de Octava in Laudibus et Vesperis, ut sequitur :

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph.

℣. de Communi unius Confessoris.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

℣. de Communi unius Confessoris.

Oratio Beati Patriarchæ Joseph. ut ad Memoriam in Laudibus.

T Quando tamen Dominica in Ramis Palmarum infra Octavam S. Joseph evenerit, Memoria de ipsa Octava in Laudibus ac Vesperis Dominicæ et sub sequentium Feriarum omittatur illo anno.

Si vero infra Octavam S. Joseph, Tempore Quadragesimæ de ipsa Octava agatur Officium, omnia fiant ut hic notatum est.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christum Dei Filium, et Hymnus Cælitum Joseph. ut in Festo, pag. 972.

IN NOCTURNO.

Super novem Psalmos de Communi unius Confessoris (pag. 68* et sequentibus) singulis diebus una tantum Antiphona, quæ pro prima vel secunda die respective pag. 980. posita fuerit.

Versiculus secundum ordinem Nocturnorum, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta f. Amavit eum Dominus et ornavit eum. K?. Stolam gloriæ induit eum.

T Feria tertia et Feria sexta J. Justum deduxit Dominus i per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

T Feria quarta et Sabbato Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; tertia de Sermone S. Bernardi Abbatis proprio loco notata pro prima vel secunda die respective.

Responsoria tria ex sequentibus secundum Feriam, scilicet

T Feria secunda et Feria quinta :

R?, j. Fuit Dominus cum |0seph, et dedit ei gratiani in conspectu principis carceris * Qui tradidit in manu illius universos vinctos, f. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Dominus enim erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat. — Qui tradidit in manu illius universos vinctos.

ij. Esuriente terra Ægypti, clamavit populus ad regem alimenta petens : quibus ille respondit : * Ite ad Joseph: et quidquid vobis dixerit facite. f. Crescebat quotidie fames in omni terra : aperuitque Joseph universa horrea, et vendebat Ægyptiis. — Ite ad Joseph.

iij. Fecit me Dominus quasi patrem regis et dominum universæ domus ejus : nolite pavere :.* Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum, y. Venite ad me : et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, et comedetis medullam terræ. — Pro salute enim vestra. Gloria. Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos.

T Feria tertia et Feria sexta :

j- Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem :* Eo quod esset de domo et familia David. f. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. — Eo quod esset de domo et familia David.



Kz ij. Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, * Et esto ibi usque dum dicam tibi. J. Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ex Ægypto vocavi Filium meum. — Et esto ibi usque dum dicam tibi.

iij. Cum inducerent puerum Jesum Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo,* Accepit eum Simeon in ulnas suas, et benedixit Deum. f. Et erant Pater ejus et Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. — Accepit eum Simeon. Gloria. Accepit eum Simeon.

I" Feria quarta et Sabbato :

^z. j. Dicit Mater Jesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. y. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? — Ecce Pater tuus et ego.

RL ij. Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth : * Et erat subditus illis. Proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines. — Et erat subditus illis.

iij. Angelus Domini apparuit Joseph dicens : Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est: * Pariet autem Filium, Et vocabis nomen ejus Jesum. y. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent,inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium. Gloria. Et vocabis nomen ejus Jesum.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes y. Constituit eum dominum domus suæ. Et principem omnis possessionis suæ.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem in die solemni Paschæ. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus, Antiphona ad Benedictus et Oratio ut in Festo, pag. 976. et pag. 977

AD PRETIOSA.

Evangelium de Nocturno Feriæ occurrentis.

AD PRIMAM.

Ana. Ibant Parentes Jesu., ut supra in Laudibus.

Capitulum Regi sæculorum.

Omittantur Preces, et dicatur Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo, pag. 977.

AD VESPERAS.

T Si sequatur in crastino festum Duplex, super Psalmos Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem in die solemni Paschæ. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum et reliqua de sequenti.

Ad Memoriam de Octava Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

y. de Communi unius Confessoris. Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur : ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

T Si vero in crastino de Dominica agendum fuerit Officium, ante Vesperas diei dicantur Vesperæ de B.Maria V., pag. 170*; ad Vesperas autem diei sic fiat Officium :

Super Psalmos Aha. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris de Communi unius Confessoris, p ag. 76*«

Capitulum, Rz., Hymnus, y., Antiphona ad Magnificat et Oratio de sequenti Dominica.

Et fiat Memoria de Octava S. Joseph.

AD COMPLETORIUM.

T Si Vesperæ a Capitulo de Dominica fuerint, dicatur in Completorio ante Tempus Passionis Rz. In pace. cum Gloria Patri., Tempore vero Passionis K". In manus tuas. absqueGloria Patri. Post Antiphonam ad Nunc dimittis, Preces. Data Benedictione recitetur Completorium de R. Maria V., pag. 173*.

## PRIMA DIE
### INFRA OCTAVAM S.-JOSEPH
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quJ^T eatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria. Psalmus Bea' tus vir. cum octo ceteris de Communi unius Confessoris pag. 68*. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam pag. 978.

BenedictioEvalngelica lectio cum duabus sequentibus tertii Nocturni.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; Lectio tertia Quis et qualis, ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam,pag.978. autpag^.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Homilia 2. super Missus est. prope finem.)

Lectio iij.

QUis et qualis homo fuerit beatus Joseph conjice ex appellatione, qua, licet dispensatoria, meruit honorari, adeo ut Pater Dei et dictus et creditus sit : conjice et ex proprio vocabulo, quod Augmentum non dubites interpretari. Simul et memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, et scito ipsius istum, non solum vocabulum fuisse sortitum, sed et castimoniam adeptum, innocentiam assecutum et gratiani.

Cetera fiant ut pag. 979- notatum est.

## SECUNDA DIE
### INFRA OCTAVAM S. JOSEPH
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Venerunt pastores festinantes : et invenerunt Mariam et Joseph et Infantem positum in



præsepio. Psalmus Beatus vir. cum octo ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, pag. 978.

Benedictio Evangelica lectio, cum duabus sequentibus tertii Nocturni.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; Lectio tertia Si quidem. ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, pag. 97* aut pag. 979.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Homilia 2. super Missus est. prope finem.)

Lectio iij.

Si quidem ille Joseph, fraterna invidia venditus et ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit : iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille, domino suo fidem servans, dominæ noluit commisceri : iste Dominam suam Domini sui Matrem Virginem agnoscens, et ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somIliorum : isti datum est conscium fieri atque participem cælestium sacramentorum.

Cetera fiant ut pag. 979- notatum est.

## IN OCTAVA S. JOSEPH
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### SOLEMNE.
### AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, f. Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in primis Vesperis Festi, PaS- 97i. et pag. 972.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium Christum Dei Filium, et Hymnus Cælitum Joseph. ut in Festo, pag. 972.

T Quæ in Nocturnis hic posita non sunt dicantur iit in Festo pro Tempore Quadragesimæ notatum est, pag. 972. et sequentibus.

### IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernardini Senensis.

(Serni. i. de S. Joseph.)

Lectio iv.

OMNIUM singularium gratiarum, aliquam rationabili creaturæ communicatarum,generalis regula est: quod quandocumque divina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donet,quæ illi personæ sic electæ et ejus officio necessaria sunt, atque illam copiose decorant. Quod maxime verificatum est in sancto Joseph, putativo Patre Domini nostri Jesu Christi, et vero Sponso Reginæ mundi et Dominæ angelorum, qui ab æterno Patre electus est fidelis nutritius atque custos principalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus et Sponsæ suæ : quod officium fidelissime prosecutus est. Cui propterea Dominus ait : Serve bone et fidelis intra in gaudium Domini tui.

R\ i v. Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem : * Eo quod esset de domo et familia David. J. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. — Eo quod esset de domo et familia David.

Tectio v , lvit et consum mavit. Unde
,,, I non immerito in verbo rm
C' compares eum ad totam 6j a D6mj pro
^ Ecclesiam Christi, nonne f {n dudium D, rer fur
iste est homo electus et spe ^ g^udiumTM^
rialis, per quem et sub.quo beatit^dinis cor ^
Christus est ordinate et bone- { t m^luit tamen DTM ln »
sto introductus in mundum? d dic gaudTum
S ereo Virgini Matri tota m^r j innniSi
Ecclesia sancta debitrix est, "LdTum iLd non .nl qU ° d
quia per eam Christum susci sed SnSiq ^
pere digna facta est : sic: pio- circumdans' et absorbens
fecto, post eam huic debet . ab ,«
gratiam et reverentiam singu Memento X
Larem. Ipse enim est clavis
Veteris Testamenti, in qua j fff4 ^ ^
patriarchalis et propheta s tivum Fnilfm in P terc^ U e m
dignitas promissum consequii- £ beatissimam Virginem
tur fructum. Porro hic est s amtuam nobispropitiam
so us, qui corporaliter posse- r|dde qUæ Maf-er est ejus, qui
dit quod eis divina dignatio Spiritu sanato
X°Tr iSS patt" vivit et r ^ at Per infinlta sæ "
latur per illum patriarcham \ { sæculorum, amen. Tu
Joseph, qui populis frumenta Domine
servavit. Sed et hic illum præ a " tem u ° min e. " ,
cellit : quia non solum Ægyp i—Teti R. vi. Cum inducerent pue \
rum Jesum Parentes eius, ut
tus panem corporalis vitæ, sed L-' J J J V
omnibus electis Panem de cæ f * ceren } secundum consueti],
lo, qui cælestem vitam tribuit, dinem legis pro eo, Accep
cum multa solertia enutrivit. ?um
I?, v. Surge, et accipe Pue- benedixit Deum f. Et eran
rum et Matrem ejus, et fuge in Pater £uset M * te \
Ægyptum, * Et esto ibi usque ?"P er quæ dicebantur de
dum dicam tibi. f. Ut adim- L eum Simeon.
plentur quod dictum est a Glona Acce Plt eum Sime0n "
Domino per Prophetam dicen NOCTURNO,
tem : Ex Ægypto vocavi Fi- Homilia Feriæ occurrentis
bum meum — Et esto ibi cum sequentibus tribus Re
usque dum dicam tibi. sponsores •

Lectio vj. I^z. vij. Dicit Mater Jesu ad

p iROFECTO dubitandum non illum : Fili quid fecisti nobis
est quod Christus familia- sic? *Ecce Pater tuus et ego
ritatem, reverentiam atque dolentes quærebamus te. f. Et
sublimissimam dignitatem, ait ad illos : Quid est quod me
quam illi exhibuit, dum ageret quærebatis? nesciebatis quia
in humanis, tamquam filius in his, quæ Patris mei sunt
patri suo, in cælis utique non oportet me esse? — Ecce Pa
negavit, quin potius comple- ' ter tuus et ego.



R viij. Descendit Jesus cum eis et venit Nazareth : * Et erat subditus illis. f. Proficie bat sapientia et ætate et gra tia apud Deum et homines. — Et erat subditus illis,

fy ix. Angelus Domini appa ruit Joseph, dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spi ritu sancto est: * Pariet autem Filium : Et vocabis nomen ejus Jesum. y. Cum esset despon sata Mater Jesu Maria Jo seph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet au tem Filium. Gloria. Et vocabis nomen ejus Jesum.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f- Constituit eum dominum domus suæ.

Et principem omnis posses sionis suæ.

AD LAUDES, HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia fiant ut in Festo pro Tempore Quadragesimæ pag. 976. et sequentibus notatum est, servato modo Octavæ diei Solemnis.

AD PRETIOSA.

Evangelium de Nocturno Fe riæ occurrentis.

TEMPORE PASCHALI, in Octava die S. Joseph fiat Officium ut pag. 988. notatum est.

## IN FESTO

# S. JOSEPH CONFESSORIS,

## SPONSI B. MARIÆ VIRGINIS,

## TEMPORE PASCHALI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Missus est Angelus Gabriel a Deo ad Mariam Virginem desponsa tam Joseph, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, Pag- 145.

Capitulum. Prov. 28. et 27.

VR fidelis multum laudabi tur : et qui custos est do mini sui glorificabitur.

I^z. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spiri tu sancto est : * Pariet autem Filium : et vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia, f - Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

TE Joseph celebrent agmina Cælitum,
Te cuncti resonent Christiadum chori,
Qui clarus meritis junctus es inclytæ
Casto fœdere Virgini.

ALMO cum tumidam germine conjugem
Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus
Conceptum Puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras
Ægypti profugum tu sequeris plagas :
Amissum Solymis quæris, et invenis,
Miscens gaudia fletibus.

POST mortem reliquos mors pia consecrat,
Palmamque emeritos gloria suscipit :
Tu vivens, Superis par, frueris Deo,
Mira sorte beatior.

NOBIS summa Trias parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scandere :
Ut tandem liceat nos tibi perpetim
Gratum promere canticum. Amen.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluia. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Exsurgens Joseph a somno fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, et accepit conjugem suam, alleluja.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvamur : ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Dei Filium, qui putari dignatus est Filius Joseph, * Venite adoremus, alleluia.

Hymnus.

CÆLITUM Joseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti canimus, benignus
Suscipe laudes.

TE Sator rerum statuit pudicæ
Virginis Sponsum, voluitque Verbi
Te Patrem dici, dedit et ministrum
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,
Quem chorus Vatum cecinit futurum,
Aspicis gaudens, humilisque natum
Numen adoras.

REX Deus regum, Dominator orbis,
Cujus ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.

LAUS sit excelsæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens superos honores,
Det tuis nobis meritis beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

IN NOCTURNO.

Ana. Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in



Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria, alleluja. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum ceteris duobus ex primo Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Venerunt pastores festinantes : et invenerunt Mariam et Joseph et Infantem positum in præsepio, alleluja.

Ana. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, alleluja.

f. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluja. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

T Benedictiones ante Lectiones dentur secundum ordinem Nocturnorum, scilicet : Feria secunda et Feria quinta, Benedictio Benedictione perpetua. cum duabus sequentibus; Feria tertia et Feria sexta, Benedictio Deus Pater omnipotens. cum duabus sequentibus; Feria quarta et Sabbato, Benedictio Ille nos benedicat, cum duabus sequentibus.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 39.

JOSEPH igitur ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens: habitavisse in domo domini sui, qui optime noverat Dominum esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei : a quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, et universa quæ ei tradita fuerant : benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph.

j. Dicit Mater Jesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic?* Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te, alleluja. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? — Ecce Pater tuus et ego.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Homilia 2. super Missus est. prope finem.)

Lectio ij.

QUIS et qualis homo fuerit beatus Joseph, conjice ex appellatione, qua, licet dispensatoria, meruit honorari, adeo ut Pater Dei et dictus et creditus sit: conjice et ex proprio vocabulo, quod Augmentum non dubites interpretari. Simul et memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, et scito ipsius istum, non solum vocabulum fuisse sortitum, sed et castimoniam adeptum, innocentiam assecutum et gratiam.

ij. Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth : * Et erat subditus illis, alleluia. Proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines. — Et erat subditus illis, alleluia.

Lectio iij.

Si quidem ille Joseph fraterna ex invidia venditus,

et ductus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit: iste Joseph, Herodianam invidiam fugiens,Christum in Ægyptum portavit. Ille, domino suo fidem servans, dominæ noluit com misceri : iste Dominam suam, Domini sui Matrem, Virginem agnoscens, et ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis som niorum : isti datum est con scium fieri atque participem cælestium sacramentorum.

iij. Angelus Domini appa ruit Joseph, dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de Spi ritu sancto est : * Pariet autem Filium ret vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia. )T. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes y. Constituit eum dominum domus suæ, alleluja, ^z. Et principem om nis possessionis suæ, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Ibant Parentes Jesu per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognoverunt Parentes ejus, alleluja.

3. Non invenientes Jesum, regressi sunt in Jerusalem, re quirentes eum : et post triduum invenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem et interrogantem eos, alleluja.

4. Dicit Mater ejus ad illum • Fili quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te, alleluja.

t 5- Descendit Jesus cum eis et venit Nazareth : et erat sub ditus illis, alleluja.

Capitulum. Prov. 28. et 27.

VIR fidelis multum laudati tur : et qui custos est do mini sui glorificabitur.

Hymnus.

ISTE, quem læti colimus fide les,
Cujus excelsos canimus trium phos,
Hac die Joseph meruit peren nis
Gaudia vitæ.

O NIMIS felix, nimis o bea tus,
Cujus extremam vigiles ad horam
Christus et Virgo simul astite runt
Ore sereno!

HINC Stygis victor, laqueo solutus
Carnis, ad sedes placido so pore
Migrat æternas, rutilisque cin git
Tempora sertis.

ERGO regnantem flagitemus omnes
Adsit ut nobis, veniamque no stris
Obtinens culpis, tribuat su pernæ
Munera pacis.

SINT tibi plausus, tibi sint honores,
Trine, qui regnas Deus, et co ronas
Aureas Servo tribuis fideli
Omne per ævum. Amen.



fm Justus germinabit sicut lilium, alleluja. Bf. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Ipse Je sus erat incipiens quasi anno rum triginta, ut putabatur, fi lius Joseph, alleluja.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine me ritis adjuvemur : ut quod pos sibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione done tur. Qui vivis.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. i.

CUM esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, ante quam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu san cto. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Vir fidelis, ut in Laudibus.

T W et Jf. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 124*

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et homini bus : cujus memoria in be nedictione est. In fide et leni tate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. io.

PROFUGUM justum deduxit Sapientia per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam san ctorum : honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ibant Parentes Jesu per omnes an nos in Jerusalem, in die sol emni Paschæ, alleluja. Psal mus Dixit Dominus, cum cete ris de Communi unius Con fessoris, pag. 76*.

Capitulum Vir fidelis., Hym nus Te Joseph celebrent, et )T. Amavit eum Dominus, ut in j. Vesperis, pag. 983. et pag. 984.

Ad Magnificat Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super fami liam suam, alleluja.

PER OCTAVAM S. JOSEPH,
TEMPORE PASCHALI.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut pu tabatur, filius Joseph, alleluja.

y. de Communi unius Con fessoris.

Oratio.

BEATI Patriarchæ Joseph, sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur : ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione done tur. Qui vivis.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Do minus super familiam suam, alleluja.

X- de Communi unius Con fessoris.

Oratio Beati Patriarchæ Jo seph. ut ad Memoriam in Lau dibus.

IN OCTAVA S. JOSEPH
TEMPORE PASCHALI.
SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, y. Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in primis Vesperis Festi, pag. 983. et pag. 984.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christum Dei Filium, et Hymnus Cælitum Joseph., pag. 984.

IN NOCTURNO.

Ana. Ascendit Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, ut profiteretur cum Maria, alleluja. Psalmus Beatus vir. cum ceteris duobus ex primo Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Venerunt pastores festinantes ret invenerunt Mariam et Joseph et Infantem positum in præsepio, alleluia.

Ana. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe Puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum, alleluja.

y. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluia. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

T Si Homilia Dominicalis legenda non fuerit, Benedictiones ante Lectiones dentur secundum ordinem Nocturnorum, scilicet : Feria secunda et Feria quinta, Benedictio Benedictione perpetua, cum duabus sequentibus; Feria tertia et Feria sexta, Benedictio Deus Pater omnipotens, cum duabus sequentibus; Feria quarta et Sabbato, Benedictione nos benedicat, cum duabus sequens tibiis. Dicantur autem tres Le" edones hic positæ cum annexis Responsoriis.

De libro Genesis.

Lectio j. Cap. 39.

TOSEPH igitur ductus est in I Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis princeps exercitus, vir ÆgyI ptius, de manu Ismaelitarum a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens: habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Domi num esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei: a quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, et universa quæ ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph.

R. j. Dicit Mater Jesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic? * Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te, alleluja. y. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? — Ecce Pater tuus et ego.

Sermo sancti Bernardini Senensis.
(Serm. i. de S. Joseph.)
Lectio ij.

OMNIUM singularium gratiarum, alicui rationabili creaturæ communicatorum, generalis regula est : quod quandocumque divina grati3 eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donet, quæ illi personæ sic electæ et ejus officio necessaria sunt, atque illam copiose decorant. Quod maxime verificatum est in sancto Joseph, putativo Patre Domini nostri Jesu Christi, et vero Sponso Reginæ mundi et Dominæ angelorum, qui ab æterno Patre electus est fidelis nutritius atque custos principalium thesaurorum suorum, scilicet Filii ejus et Sponsæ suæ : quod officium fidelissime prosecutus est. Cui propterea Dominus ait : Serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui. Si compares eum ad totam Ecclesiam Christi, nonne iste est homo electus et specialis, per quem et sub quo Christus est ordinate et honeste introductus in mundum ? Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia sancta debitrix est, quia per eam Christum suscipere digna facta est : sic profecto, post eam, huic debet gratiam et reverentiam singularem. Ipse enim est clavis Veteris Testamenti, in qua patriarchalis et prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porro hic est solus, qui corporaliter possedit quod eis divina dignatio repromisit.

R. ij. Descendit Jesus cum eis, et venit Nazareth :* Et erat subditus illis, alleluja. f. Proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines. — Et erat subditus illis, allecia.

Lectio iij.

MERITO igitur figuratur per illum Patriarcham Joseph, qui populis frumenta servavit et hic illum præcellit : Quia non solum Ægyptiis panem corporalis vitæ, sed omnibus electis Panem de cælo, qui cælestem vitam tribuit, cum multa solertia enutrivit. Profecto dubitandum non est quod Christus familiaritatem, reverentiam atque sublimissimam dignitatem, quam illi exhibuit, dum ageret in humanis, tamquam filius patri suo, in cælis utique non negavit, quin potius complevit et consummavit. Unde non immerito in verbo proposito a Domino sub infertur : Intra in gaudium Domini tui. Unde, licet gaudium æternæ beatitudinis in cor hominis intret, maluit tamen Dominus ei dicere, Intra in gaudium ; ut mystice innuatur quod gaudium illud non solum in eo sit intra, sed undique illum circumdans et absorbens, et ipsum velut abyssus infinita submergens. Memento igitur nostri beate Joseph, et tuæ orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede : sed et beatissimam Virginem Sponsam tuam nobis propitiam redde, quæ Mater est ejus, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita sæcula sæculorum, amen. Tu autem Domine...

iij. Angelus Domini apparuit Joseph, dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est : * Pariet autem Filium : et vocabis nomen ejus Jesum, Alleluia, y. Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. — Pariet autem Filium. Gloria. Alleluia.

T Si vero legenda fuerit Homilia Dominicalis, dentur Benedictiones tertii Nocturni, scilicet Evangelica lectio, cum duabus sequentibus. Prima autem Lectio et secunda dicantur de ipsa Homilia, cum Rz. j. Dicit Mater Jesu. et Ejz. ij. Descendit Jesus, ut supra. Tertia vero Lectio erit secunda de supra positis Sermo sancti Bernardini Senensis. Omnium singularium gratiarum. cum R:, iij. Angelus Domini., ut supra.

Ante Laudes y. Constituit eum dominum domus suæ, alleluia. I^z. Et principem omnis possessionis suæ, alleluia.

AD LAUDES,
HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo pro Tempore Paschali, pag. 986. et pag. 987. notatum est, servato modo Octavæ diei Solemnis.

AD PRETIOSA.

T Si in Nocturno lecta fuerit Homilia Dominicalis, dicatur Evangelium Dominicæ.

T Si vero in Nocturno lecta non fuerit Homilia Dominicalis, dicatur hoc Evangelium : Secundum Matthæum. Cap. i.

CUM esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Tu autem Domine.

DIE XXI. MARTII.
S. BENEDICTI
ABBATIS.

DUPLEX. Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Benedicti Abbatis commendet : ut quod nostris meritis non valemus ejus patrocinio assequamur Per.

IN I. NOCTURNO.
De libro Proverbiorum.

Lectio j. * Cap. 4.

AUDITE, filii, disciplinam patris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea : et docebat me, atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.

Lectio ij.

POSSIDE sapientiam, posside prudentiam : ne obliviscaris, neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, et custodiet te : dilige eam, et conservabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tua acquire prudentiam : arripe illam, et exaltabit te : glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.

Lectio iij.

AUDI fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis : quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam : custodi illam, quia ipsa est vita tua.



IN II. NOCTURNO.

(Ex S. Greg. lib. 4. Dialog. et ex Brev. Rom.)

Lectio iv. *

BENEDICTUS, Nursiæ honesto genere ortus, Romæ litteris eruditus, ut totum se Jesu Christo daret, in altissimam speluncam penetravit : in qua per triennium ita delituit, ut unus id sciret Romanus monachus, quo ad vitæ necessitatem ministro utebatur. Concupiscentiæ motus, sibi a dæmone excitatos, in spinis volutatus exstinxit. Sanctitatis ejus fama permoti monachi quidam se illi instituendos tradidere; qui ob vivendi licentiam ab ipso durius objurgati, mortem ei veneno inferre studuerunt: at Crucis signo vas oblatum confregit, et in solitudinem secessit.

Lectio v.

CUM multi ad eum quotidie discipuli convenirent, duodecim monasteria ædificavit, eaque sanctissimis legibus communivit. Cassinum deinde migrans, Apollinis simulacrum comminuit, aram evertit, lucos succendit. Prophetico spiritu clarus ventura prædixit :quod ubi accepit Totila Gothorum rex, exploraturus an ita res esset, spatharium suum regio ornatu et comitatu præmisit, qui se regem simularet. Quem ut ille vidit, Depone, inquit, fili, quod geris, nam tuum non est. Sed et T6tila ad eum accedens se humi prostravit : cui ob scelera increpato, adventum in Urbem, maris transmissam, et post noventium mortem prædixit.

Lectio vj.*

IMMINENTEM mortis suæ diem prædixit Benedictus : sepulcrum, in quo condi vellet, sex diebus antequam eo inferretur, aperiri jussit : sextoque die in ecclesiam deferri voluit; ubi sumpta Eucharistia, sublatis in cælum oculis orans, inter manus discipulorum animam Deo reddidit. Hujus cælestis gloria duobus monachis in cælesti visione ostensa est. Disciplinam monasticam in Occidente pene collapsam restituit, ac præclaris institutis religionem mirifice propagavit : ex qua innumera diversorum Ordinum agmina prodiere, quibus Ecclesia catholica plurimum illustrata fuit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Ecce nos reliquimus omnia, de Communi unius Abbatis, pag. 85*.

TEMPORE PASCHALI Lectiones ex suprapositis prima, quarta et sexta signatæ*.

DIE XXII. MARTII.
B. AMBROSII SANSEDONII
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

ECCLESIAM tuam Deus beati Ambrosii Confessoris tui solemnitas votiva lætificet : ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, et gaudiis perfrui mereatur æternis. Per.

IN L NOCTURNO.
De libro Ecclesiastici.

Lectio j. * Cap. 39. i.

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum

conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exqui ret, et in absconditis parabola rum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gen tium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit.

Lectio ij.

COR suum tradet ad vigi landum diluculo ad Do minum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabi tur. Aperiet os suum in ora tione, et pro delictis suis de precabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intel ligentiæ replebit illum ret ipse tamquam imbres mittet elo quia sapientiæ suæ, et in ora tione confitebitur Domino : et ipse diriget consilium ejus et disciplinam, et in abscon ditis suis consiliabitur.

Lectio iij.

IPSE palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, et in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapien tiam ejus, et usque in sæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur a generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, et laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si permanserit, nomen derelin quet plus quam mille : etsi re quieverit, proderit illi,

IN II. NOCTURNO.

(Ex ejus vita, et prob. Auctor.)

Lectio iv. *

AMBROSIUS Sansedonius Se nis in Etruria nobilibus piisque parentibus natus est. Adolescens Prædicatorum Or dinem amplexus, atque ad studium Parisiense missus dæmonem, sub eremitæ specie ipsum a religioso studio de hortantem, detectis insidiis superavit. Alberto Magno do ctore et sancto Thoma Aqui nate condiscipulo, ita in litte ris profecit, ut eum, post theo logiam in Academiis Parisiensi et Coloniensi summo applausu traditam, Summus Pontifex Romam adsciverit, ad collapsa ibi sacræ doctrinæ studia re stituenda. Pro gravissimis Ec clesiæ catholicæ negotiis a Summis Pontificibus ad supre mos Fideles Principes delega tus, ea felicissime gessit.

Lectio v.

BOHEMICAM sectam in variis Germaniæ partibus gras santem profligavit. Romam factionibus discissam pacavit, Summique Pontificis electio nem in plenam libertatem vindicavit. Europæ Principes ad bellum adversus Turcas pro Terræ sanctæ recupera tione, inito inter se fœdere, concitavit. In sacris concioni bus, majorum pariter ac popu larium vitia, summa libertate redarguebat, et ad pœniten tiam fideles efficaciter inflam mabat. Concionantem illum sæpius in aera sublatum, et columbam ejus auri assisten tem populi conspexere.

Lectio vj. *

ARDENTISSIMÆ in Deum ac proximum caritati sum mam humilitatem conjunxit, doctoratus laurea ac Senensis Ecclesiæ præsulatu recusatis. Missæ sacrificium tanto animi sensu celebrabat, ut omnibus artubus ossibusque concutere tur et uberrimis profusis la crimis, in extasim raperetur. In oratione assiduus, in virgi nitatis custodia vigil, in cor poris castigatione severus, Dominum promeruit. Concio nem Senis habens, in fenera tores tanto zelo commotus est, ut fracta semel et iterum pectoris vena, morti viam pa tefecerit : quam lætus susce ptis Sacramentis aspexit, anno millesimo ducentesimo octua gesimo sexto. Apostolicum Virum Clemens Octavus Mar tyrologio Romano adscripsit. Gregorius vero Quintus deci mus festum ejus in universo Prædicatorum Ordine cele brandum constituit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Sint lumbi.de Communi unius Con fessoris non Pontificis,pag. 83*.

TEMPORE PASCHALI Lectio nes erunt de suprapositis prima, quarta et sexta nota tæ per*.

Si festum S. Gabrielis Arch angeli ante Dominicam in Ramis Palmarum celebrandum fuerit, omnia fiant ut hic pro Tempore Quadragesimæ sunt notata.

T Cum vero Tempore Pa schali celebrandum fuerit, de ipso fiat Officium ut pag. 1006. signatum est.

DIE XXIV. MARTII.

s. GABRIELIS ARCHANGELI,

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ingresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus, stans a dextris altaris incensi. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Apoc. io.

VIDI Angelum Dei descen dentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies illius sicut sol, et pedes ejus tamquam columna ignis : et habebat libellum apertum in manu sua.

I^z. Gaude Maria Virgo, cun ctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli di ctis credidisti :* Dum Virgo Deum et hominem genuisti. Et post partum Virgo inviolata permansisti. Gabrielem Archangelum scimus divini tus te esse affatum : uterum tuum de Spiritu sancto credi mus imprægnatum : erubescat Judæus infelix, qui dicit Chri stum ex Joseph semine esse natum. — Dum Virgo. Gloria. Et post partum.

Hymnus.

GABRIELEM veneremur
Summi Regis nuntium,
Per quem Deus delegavit
Suum ministerium,
Mundo lapso nuntiando
Jesum Dei Filium.

GABRIEL Virtus divina
Debiles fortifica :
Ut vincamus inimicum,
Ipse nos corrobora :
Et ut lapsus remittantur
Ipse nobis impetra.

ANGELUS in mundum missus
Ad Mariæ thalamum,
Te solum Deus elegit
Suum Secretarium :
Nostras preces tu præsenta
Ante cæli Dominum.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri Filioque,
Inclyto Paraclito,
Qui tot dona condonavit
Gabrieli Archangelo. Amen.

f. Apparuit in templo Angelus Domini. 1$. Stans a dextris altaris incensi.

Ad Magnificat Ana. Pro eo quod non credidisti verbis meis, inquit Angelus Gabriel, eris tacens, et non poteris loqui usque in diem nativitatis ejus.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum millia ministrant: præsta, quæsumus, ut qui beatum Gabrielem Archangelum humanæ Restaurationis præcipuum ministrum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum nostræ Redemptionis consequamur in cælis. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Regem Archangelorum :* Qui privilegio Annuntiationis Gabrielem illustravit Archangelum.

Hymnus Gabrielem veneremur., ut in j. Vesperis, p. 993.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, * gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Gabriel fac me intelligere visionem. Et dixit mihi Angelus : Ego ostendam quæ futura sunt maledictionis tempore : quoniam tempus finem habet.

Psalmus io.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ: * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos : * ignis, et sulphur, et



spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Ecce vir Gabriel cito volans tetigit me, et docuit me visionem.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo malum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit:

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Ana, Joannes vocabitur nomen ejus, inquit Archangelus Gabriel ad Zachariam : et in nativitate ejus multi gaudebunt.

f- Stetit Angelus juxta aram templi. 1$. Habens turibulum aureum in manu sua.

Lectio j. De Daniele Propheta. Cap. 8.

"PACTUM est autem cum viderem ego Daniel visionem, et quærerem intelligentiam : ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audivi vocem viri inter Ulai, et clamavit, et ait: Gabriel fac me intelligere istam visionem. Et venit, et stetit juxta ubi ego stabam : cumque venisset, pavens corrui in faciem meam, et ait ad me : Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram : et tetigit me, et statuit me in gradu meo, dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis : quoniam habet tempus finem suum.

j. Sacram præsentis diei solemnitatem alacri celebremus devotione : quoniam in signis Archangelus Gabriel Christum annuntians,* Singulare gloriæ præsidium cælo et universo orbi attulit.)^. Peracta prophetica legatione, cum venerando triumpho Angelorum cœtibus comitatur. — Singulare.

Lectio ij.

ARIES, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est, et cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo : quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus. Et post regnum eorum, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones. Et roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis : et supra quam credi potest, universa vastabit, et prosperabitur, et faciet.

Et interficiet robustos, et po pulum sanct6rum secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu ejus: et cor suum magnificabit, et in c6pia rerum omnium occidet plurimos : et contra principem principum consurget, et sine manu con teretur. Et visio vespere et mane, quæ dicta est, vera est : tu ergo visi6nem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui, et ægrotavi per dies : cumque surrexissem, fa ciebam opera regis, et stupe bam ad visionem, et non erat qui interpretaretur.

ij. Iste est Gabriel, qui su pra ceteros cælorum Spiritus a Domino est electus : * Bea tus Archangelus, cui credita sunt secreta cælestia, yi. Iste est Gabriel, quem Pater cæle stis Filio unico unicum mini strum destinavit. — Beatus Archangelus.

Lectio iij. Cap. 9.

CUMQUE adhuc loquerer, et (orarem, et confiterer pec cata populi mei Israel, et pro sternerem preces meas in con spectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei: adhuc me lo quente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in vi sione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. Et docuit me, et locutus est mihi, dixitque : Da niel, nunc egressus sum ut do cerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egres sus est sermo : ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir de sideriorum es : tu ergo anim adverte sermonem, et intel lige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam ut con summetur prævaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adduci tur justitia sempiterna, com pleatur visio, et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, et animadverte : Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexa ginta duæ erunt : et rursum ædificabitur platea, et muri in angustia temporum. Et post hebd6mades sexaginta duas occidetur Christus : et non erit ejus populus, qui eum negatu rus est.

iij. Quomodo fiet istud, re spondens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus Gabriel ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. S. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Glo ria. Et virtus Altissimi obum brabit tibi.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 29.

EXALTABO te Domine quo niam suscepisti me : * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamavi ad te, * et sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam : * salvasti me a descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus:* et confitemini memoriæ san ctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione



ejus : * et vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : * et ad matutinum læ titia.

Ego autem dixi in abundan tia mea : * Non movebor in aeternum.

Domine in voluntate tua, * præstitisti decori meo virtu tem.

Avertisti faciem tuam a me, * et factus sum conturbatus.

Ad te Domine clamabo : * et ad Deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo, * dum descendo in cor ruptionem ?

Numquid confitebitur tibi pulvis, * aut annuntiabit veri tatem tuam ?

Audivit Dominus, et miser tus est mei : * Dominus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi : * conscidi sti saccum meum, et circum dedisti me lætitia :

Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar : * Domine Deus meus in æternum confi tebor tibi.

A na. Gabriel Arch a n gelus nuntius est electus a Domino, atque inter Angelos magis di lectus.

Psalmus 33.

BENEDICAM Dominum in omni tempore : * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea : * audiant mansueti, et lætentur.

Magnificate Dominum me cum : * et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, et ex audivit me ; * et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, et illumi namini : * et facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Do minus exaudivit eum : * et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum : * et eripiet eos.

Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus : * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes san cti ejus : * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurie runt : * inquirentes autem Do minum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me ; * ti morem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vi tam : * diligit dies videre bo nos?

Prohibe linguam tuam a malo : * et labia tua ne loquan tur dolum.

Diverte a malo, et fac bo num : * inquire pacem, et per sequere eam.

Oculi Domini super justos : * et aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala : * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, et Domi nus exaudivit eos : * et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde : * et hu miles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justa rum : * et de omnibus his libe rabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum : * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima : * et qui oderunt justum delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum : * et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ana. Supra ceteros Domini Angelos illuminatus, nostræ Reparationis legationem ad Mariam detulit.

Psalmus 46.

OMNES gentes plaudite manibus : * jubilate Deo in voce exsultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis : * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem suam : * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilo : * et Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite : * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus : * psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:* quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt.

Ana. Quasi unus de Paradisi fluminibus, Archangelus Gabriel Incarnationis gratiam ad Mariam Virginem adduxit.

f- Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini.

De manu Angeli.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Super Evang. Missus est.)

Lectio iv.

NON arbitror hunc esse de minoribus Angelis, qui qualibet ex causa, crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum Fortitudo Dei dicitur : et quia non ab alio aliquo forte excellentiori se (ut assolet) Spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, A Deo. Vel ideo dictum est, A Deo, ne cui vel beatorum Spirituum suum Deus, antequam Virgini, revelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele : qui utique tantæ inter suos inveniri potuerit excellentiæ, ut tali et nomine dignus haberetur et nuntio. Nec discordat nomen a nuntio.

i v. Descendit Angelus Gabriel ad Zachariam, dicens : Accipe puerum in senectute tua : *Et habebit nomen Joannes Baptista, f. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua : et Elisabeth uxor tua pariet tibi filium. — Et habebit nomen Joannes Baptista.

Lectio v.

DEI quippe Virtutem Christum, quem melius nuntiare decebat quam hunc,quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud Fortitudo quam Virtus? Non autem dedecens aut incongruum videatur I> minum et nuntium comolum censeri vocabulo : cum similis in utroque appellationis, non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippe Christus Fortitudo vel Virtus Dei dicitur, aliter Angelus. Angelus enim tantum nuncupative, Christus autem etiam substantive. Christus Dei Virtus et dicitur, et est, quæ forti armato, qui suum atrium in pace custodire solebat, fortior superveniens, ipsum suo brachio debellavit : et sic ei vasa captivitatis potenter eripuit. Angelus vero Fortitudo Dei appellatus est, vel quod hujusmodi meruerit prærogativam officii, quo ejusdem nuntiaret adventum Virtutis : vel quia Virginem natura pavidam, simplicem, verecundam, de miraculi novitate ne expavesceret, confortare deberet. Quod et fecit, Ne timeas, inquiens, Maria, invenisti gratiam apud Deum.

1$. v. Gabriel Archangelus apparuit Zachariæ dicens: Nascetur tibi filius, nomen ejus Joannes vocabitur : *Et multi in nativitate ejus gaudebunt. f. Erit enim magnus coram Domino : vinum et siceram non bibet. — Et multi in nativitate ejus gaudebunt.

Lectio vj.

SED et ipsius Sponsum, hominem utique minimus humilem ac timoratum, non irrationabiliter forsitan idem Angelus confortasse creditur : quamquam tunc ab Evangelista non nominetur. Joseph, inquit, fili David, ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Convenienter itaque Cabriel ad hoc opus eligitur : immo quia tale illi negotium ^jungitur, recte tali nomine designatur. Missus est ergo Gabriel Angelus a Deo. Quo ?



In civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Videamus si, ut ait N athenaei, a Nazareth potest aliquid boni esse. Nazareth interpretatur Flos. Videntur autem mihi quoddam semen fuisse divinæ cognitionis, tamquam e cælo jactatum in terras, allocutiones et promissiones factæ cælitus ad Patres, Abraham scilicet, Isaac et Jacob.

vj. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti : * Dum Virgo Deum et hominem genuisti, Et post partum Virgo inviolata permansisti. JP. Gabrielem Archangelum scimus divinitus te esse affatum : uterum tuum de Spiritu sancto credimus imprægnatum : erubescat Judæus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. — Dum Virgo. Gloria. Et post partum.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ :* vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

"Adorate eum omnes Angeli ejus: * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram :* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino.

Psalmus 98.

DOMINUS regnavit: irascantur populi : * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus : * et excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno : ? quoniam terribile, et sanctum est: * et honor regis judicium diligit.

Tu parasti directiones : * judicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, ? et adorate scabellum pedum ejus : * quoniam sanctum est.

Moyses, et Aaron in sacerdotibus ejus : * et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos : * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus, * et præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos : * Deus tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, £ et adorate in monte sancto ejus : * quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Ana. Angelus Domini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu sancto.

Psalmus 102.

BENEDIC anima mea Domino : * et omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino : * et noli oblivisci omnes retributiones ejus :

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis : * qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam : * qui coronat te in misericordia et miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum : * renovabitur ut aquilæ juventus tua :

Faciens misericordias Dominus : * et judicium omnibus injuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.

Miserator, et misericors Dominus : * longanimis, et multum misericors.



Non in perpetuum irascetur : * neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra fecit nobis : * neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cæli a terra : * corroboravit misericordiam suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente : * longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, ? misertus est Dominus timentibus se : * quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Recordatus est quoniam pulvis sumus : ? homo, sicut fœnum dies ejus, * tamquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet : * et non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem Domini ab æterno, * et usque in æternum super timentes eum.

Et justitia illius in filios filiorum, * his qui servant testamentum ejus :

Et memores sunt mandatorum ipsius, * ad faciendum ea.

Dominus in cælo paravit sedem suam :*et regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus : * potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Benedicite Domino omnes virtutes ejus : * ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.

, Benedicite Domino omnia opera ejus : * in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.

Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

S. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Exposit. in Lue. lib. i. cap. i.)

EXORDIUM Redemptionis nostræ, fratres carissimi, hodierna nobis sancti Evangelii lectio commendat; quæ Angelum de cælis a Deo missum narrat ad Virginem, ut novam in carne Nativitatem Filii Dei prædicaret : per quam nos, abjecta vetustate noxia, renovari atque inter filios Dei computari possimus.

vij. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius. y. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius.

Lectio viij.

UT ergo ad promissæ Salutis mereamur dona pertinge re : primordium ejus intenta curemus aure percipere. Missus est (inquit) Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph. Aptum profecto humanæ Restaurationis prin cipium, ut Angelus a Deo mit teretur ad Virginem, partu consecrandam divino : quia prima perditionis humanæ fuit causa, cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem, spi ritu superbiæ decipiendam : immo ipse in serpente diabo lus veniebat, qui genus huma num, deceptis primis parenti bus, immortalitatis gloria nu daret.

Rz. viij. Suscipe verbum Vir go Maria, quod tibi a Domino per Angelum Gabrielem trans missum est: concipies, et pa ries Deum pariter et hominem, * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. Paries qui dem filium, et virginitatis non patieris detrimentum : efficie ris gravida, et eris mater sem per intacta. — Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

Lectio ix.

IDCIRCO Angeli privatis no minibus censentur: ut signe tur per vocabula etiam in ope ratione quid valeant. Neque Atenim in illa sancta civitate, quam de visione omnipotentis Dei plena scientia perficit, id circo propria nomina sortiun tur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid mini straturi veniunt, apud «os etiam nomina a ministeriis trahunt. Ad Mariam ergo Vir ginem Gabriel mittitur, qui Dei Fortitudo nominatur.!!!^ quippe nuntiare veniebat, qui ad debellandas aereas potesta tes humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur : Dominus fortis, et po tens in prœlio. Et rursum : Dominus Virtutum ipse est rex gloriæ. Per Dei ergo Fortitudi nem nuntiandus erat, qui Vir tutum Dominus, et potens in prœlio contra potestates aereas ad bella veniebat.

ix. Ave Maria gratia ple na : Dominus tecum, inquit Angelus Gabriel : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nasce tur Sanctum, vocabitur Filius Dei. y. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus. Gloria. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim.

Ante Laudes )T. Gloriosus ap paruisti in conspectu Domini. Propterea decorem induit te Dominus.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Gabriel Archangelus locu tus est ad Mariam dicens : Ave gratia plena : Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Facta est cum Gabriele Archangelo multitudo cælestis exercitus, laudantium et dicen tium : Gloria in altissimis Deo.

3. Dum Jesus factus in ago



nia prolixius oraret, apparuit ei de cælo Angelus confor tans eum.

4. Ne timeas Maria, ait An gelus ad Virginem : invenisti gratiam apud Dominum.

5. Factum est, cum Daniel visionem videret, et quæreret intelligentiam : Angelus ei Gabriel, ut demonstraret, ap paruit.

Capitulum. Apoc. io.

VIDI Angelum Dei descen dentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies illius sicut sol, et pedes ejus tamquam columna ignis : et habebat libellum apertum in manu sua.

Hymnus.

O ROBUR Domini lucide Ga briel,
Quem de principibus signat Emmanuel,
A quo promeruit discere Da niel
Hirci prodigium feri!
Tu Vatis precibus curris ala criter :
Monstras hebdomadum sacrata tempora,
Quæ nos ætherei germine Principis
Ditabunt bene gaudiis.
BAPTISTÆ pariter mira pa rentibus
Affers a superis lætaque nun tia :
Quod mater sterili corpore pi gnora
Longævo pariet patri.
QUOD Vates referunt mundi ab origine,
Hoc sacræ veniens tu plene Virgini
Longo mysterium pandis ab ordine,
Verum quod pariet Deum.
PASTORES solymos inclyte gaudiis
Implesti, reserans cælica nun tia :
Et tecum celebrat turba ca nentium
Nati mysterium Dei.
ORANTI Domino nocte no vissima,
Dum sudor madidum sanguine conficit,
Astans a superis, ut calicem bibat
Assensum Patris indicas.
MENTES catholicas inclyta Trinitas
Confirma fidei munere cælico:
Da nobis gratiam, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

y. Adorate Deum. 1$. Omnes Angeli ejus.

Ad Benedictus Ana. Gabriel Archangele, qui ante Deum semper assistis, admitte preces nostras intra sacrarium exau ditionis, et reporta nobis anti dotum divinæ reconciliationis.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum mil lia ministrant: præsta, quæsu mus, ut qui beatum Gabrielem Archangelum humanæ Re staurationis præcipuum mini strum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum no stræ Redemptionis consequa mur in cælis. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum Vidi Angelum Dei. ut in Laudibus.

R?. Stetit Angelus * Juxta aram templi. Stetit Angelus. JF. Habens thuribulum aureum in manu sua. Juxta aram tem pli. Gloria. Stetit Angelus.

y. Ascendit fumus aromatum in conspectu D6mini. 13$. De manu Angeli.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 17.

VENIT ad me unus de septem Angelis, et locutus est ad me dicens : Veni, et ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, cum qua fornicati sunt reges terræ.

1$. Ascendit fumus aromatum * In conspectu Domini. Ascendit fumus aromatum. Jf. De manu Angeli. In conspectu Domini. Gloria. Ascendit fumus aromatum.

y. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. ^.Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

AD NONAM.

Capitulum. Apoc. 18.

POST hæc vidi Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam : et terra illuminata est a gloria ejus.

In conspectu Angelorum * Psallam tibi Deus meus. In conspectu Angelorum. ^.Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Psallam tibi Deus meus. Gloria. In conspectu Angelorum.

f. Adorate Deum. Omnes Angeli ejus.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ? misericors et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandataejus:? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redempti6nem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.



Sanctum, et terribile nomen ejus finitium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum estintenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, X disponet sermones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus : ? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, X dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum ^laudabile nomenDomini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi : * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua : * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me : * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : * quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in viis Domini : * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me : * Domine misericordia tua in sæculum : opera manuum tuarum ne despicias.

Ana. Gabriel Archangelus lo cutus est ad Mariam dicens : Ave gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu inter mu lieres.

Capitulum Vidi Angelum Dei. et Hymnus Gabrielem venere mur. ut in j. Vesperis, pag. 993.

y. Apparuit in templo Ange lus Domini. Stans a dextris altaris incensi.

Ad Magnificat Ana. Archan geli Gabrielis intercessione suf fulti, te Domine deprecamur ut quem honore prosequimur contingamus et mente.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum mil lia ministrant : præsta, quæ sumus, ut qui beatum Gabrie lem Archangelum humanæ Restaurationis præcipuum mi nistrum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum no stræ Redemptionis consequa mur in cælis. Per.

TEMPORE PASCHALI in fe sto S. Gabrielis fiat Offi cium ut infra notatum est.

IN EODEM FESTO

S. GABRIELIS ARCHANGELI,

TEMPORE PASCHALI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ingresso Zacharia templum Domini, ap paruit ei Gabriel Angelus, stans a dextris altaris incensi, alleluia.Psalmus Laudate pue ri. cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Apoc. io.

VIDI Angelum Dei descen dentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies illius sicut sol, et pedes ejus tamquam columna ignis • et habebat libellum apertum in manu sua.

Gaude Maria Virgo, cun ctas hæreses sola interemisti" quæ Gabrielis Archangeli di ctis credidisti, * Dum Virgo Deum et hominem genuisti, et post partum Virgo inviolata permansisti, Alleluia, f. Ga brielem Archangelum scimus divinitus te esse affatum : ute rum tuum de Spiritu sancto credimus imprægnatum : eru bescat Judæus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. — Dum Virgo. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

GABRIELEM veneremur,
Summi Regis nuntium,
Per quem Deus delegavit
Suum ministerium,
Mundo lapso nuntiando
Jesum Dei Filium.

GABRIEL Virtus divina
Debiles fortifica :
Ut vincamus inimicum,
Ipse nos corrobora :
Et ut lapsus remittantur
Ipse nobis impetra.

ANGELUS in mundum missus
Ad Mariæ thalamum,
Te solum Deus elegit
Suum Secretarium :
Nostras preces tu præsenta
Ante cæli Dominum.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri Filioque,
Inclyto Paraclito :
Qui tot dona condonavit
Gabrieli Archangelo. Amen.

J. Apparuit in templo Ange lus Domini, allecia. Stans a dextris altaris incensi, alle luia.



Ad Magnificat Ana. Pro eo quod non credidisti verbis meis, inquit Angelus Gabriel, eris tacens, et non poteris lo qui usque in diem nativitatis ejus, alleluia.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum mil lia ministrant : præsta, quæ sumus, ut qui beatum Gabrie lem Archangelum humanæ Restaurationis præcipuum mi nistrum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum no stræ Redemptionis consequa mur in cælis. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Re gem Archangelorum, * Qui privilegio Annuntiationis Ga brielem illustravit Archange lum, alleluia.

Hymnus Gabrielem venere mur. ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lu nam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Gabriel fac me intelli gere visionem. Et dixit mihi Angelus : Ego ostendam quæ futura sunt maledictionis tem pore : quoniam tempus finem habet, alleluia.

Psalmus IO.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : * Trans migra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores in tenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, de struxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem respi ciunt : * palpebræ ejus inter rogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem dili git iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores la queos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars cali cis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Ecce vir Gabriel cito volans tetigit me, et docuit me visionem, alleluia.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo malum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit :

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Ana. Joannes vocabitur nomen ejus, inquit Archangelus Gabriel ad Zachariam : et in nativitate ejus multi gaudebunt, alleluja.

f. Stetit Angelus juxta aram templi, alleluja. ^z. Habens thuribulum aureum in manu sua, alleluja.

Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet, Feria secunda et Feria quinta, Benedictio Benedictione perpetua. cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta, Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato, Benedictio Ille nos. cum ceteris duabus.

De Daniele Propheta.

Lectio j. Cap. S.

TRACTUM est autem cum viderem ego Daniel visionem, et quærerem intelligentiam • ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audivi vocem viri inter Ulai, et clamavit, et ait : Gabriel fac me intelligere istam visionem. Et venit, et stetit juxta ubi ego stabam : cumque venisset, pavens corrui in faciem meam et ait ad me : Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram :et tetigit me, et statuit me in gradu meo, dixitque mihi : Ego ostendam tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis : quoniam habet tempus finem suum.

j. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius, alleluia. f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius, alleluja.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Homil. super Evang. Missus est.)

Lectio ij.

NON arbitror Angelum Gabrielem de minoribus esse, qui qualibet ex causa, crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ex ejus nomine palam intelligi datur, quod interpretatum Fortitudo Dei dicitur : et quia non ab alio aliquo forte excellentiori se, ut assolet, Spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, A Deo. Vel ideo dictum est, A Deo, necui vel beatorum Spirituum suum Deus, antequam Virgini, revelasse putetur consilium, excepto dumtaxat Archangelo Gabriele : qui utique tantæ inter suos inveniri potuerit excellentiæ, ut tali et nomine dignus haberetur et nuntio. Nec discordat nomen a nuntio.

fy ij. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum Gabrielem transmissum est : concipies, et paries Deum pariter et hominem, * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres, alleluja. y.Paries quidem Filium, et virginitatis non patieris detrimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres, alleluia.

Lectio iij.

DEI quippe Virtutem Christum quem melius nuntiare decebat quam hunc, quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud Fortitudo quam Virtus? Non autem dedecens aut incongruum videatur Dominum et nuntium communi censeri vocabulo : cum similis in utroque appellationis,non sit tamen utriusque similis causa. Aliter quippe Christus Fortitudo vel Virtus Dei dicitur, aliter Angelus. Angelus enim tantum nuncupative, Christus autem etiam substantive. Christus Dei Virtus et dicitur et est, quæ forti armato, qui suum atrium in pace custodire solebat, fortior superveniens, ipsum suo brachio debellavit : et sic ei vasa captivitatis potenter eripuit. Angelus vero Fortitudo Dei appellatus est, vel quod hujusmodi meruerit prærogativam officii, quo ejusdem nuntiaret adventum Virtutis : vel quia Virginem natura pavidam, simplicem, verecundam, de miraculi novitate ne expavesceret, confortare deberet. Quod et fecit Ne timeas, inquiens, Maria, invenisti gratiam apud Deum.

iij. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum, inquit Angelus Gabriel : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei, Alleluia, f. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Gloriosus apparuisti in conspectu Domini, alleluia. 1$. Propterea decorem induit te Dominus, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Gabriel Archangelus locutus est ad Mariam dicens : Ave gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu inter mulieres, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17

2. Facta est cum Gabriele Archangelo multitudo cælestis exercitus, laudantium et dicentium : Gloria in altissimis Deo, alleluia.

3. Dum Jesus factus in agonia prolixius oraret, apparuit ei de cælo Angelus confortans eum, alleluia.

4. Ne timeas Maria, ait Angelus ad Virginem : invenisti gratiam apud Dominum, allecia.

5. Factum est, cum Daniel visionem videret, et quæreret intelligentiam : Angelus ei Gabriel, ut demonstraret, apparuit, alleluia.

Capitulu ni. Apoc. i o.

VIDI Angelum Dei descendentem de cælo amictum nube, et iris in capite ejus, et facies illius sicut sol, et pedes ejus tamquam columna ignis : et habebat libellum apertum in manu sua.

Hymnus.

O ROBUR Domini lucide Gabriel,
Quem de principibus signat Emmanuel,
A quo promeruit discere Daniel
Hirci prodigium feri!

Tu Vatis precibus curris alacriter :
Monstras hebdomadum sacra ta tempora,
Quæ nos ætherei germine Principis
Ditabunt bene gaudiis.

BAPTISTÆ pariter mira parentibus
Affers a superis lætaque nuntia :
Quod mater sterili corpore pignora
Longævo pariet patri.

QUOD Vates referunt mundi ab origine,
Hoc sacræ veniens tu plene rVirgini
Longo mysteriurnpandis~ab au ordine,
Verum quod pariet Deum

PASTORES solymos INCLYTE gaudiis
Implesti, reserans cælica nuntia :
Et tecum celebrat turba canentium
Nati mysterium Dei.

ORANTI Domino nocte novissima,
Dum sudor madidum sanguine conficit,
Astans a superis, ut calicem bibat
Assensum Patris indicas.

MENTES catholicas inclyta Trinitas
Confirma fidei munere cælico:
Da nobis gratiam, nos quoque gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

y. Adorate Deum, alleluja. R?. Omnes Angeli ejus, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Gabriel Archangele, qui ante Deum semper assistis, admitte preces nostras intra sacrarium exauditionis, et reporta nobis antidotum divinæ reconciliationis, alleluja.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum millia ministrant : præsta, quæsumus, ut qui beatum Gabrielem Archangelum humanæ Restaurationis præcipuum ministrum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum nostræ Redemptionis consequamur in cælis. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. i

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginemdesponsatam viro, cui nomen erat Toseph de domo David, et nomen Virginis Maria. Tu autem Domine.



AD TERTIAM.

Capitulum Vidi Angelum Dei. ut in Laudibus.

Stetit Angelus juxta aram templi, * Alleluia, alleluia. Stetit Angelus, f. Habens turibulum aureum in manu sua. Alleluia. Gloria. Stetit Angelus.

Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, alleluia. De manu Angeli, alleluia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 17.

VENIT ad me unus de septem Angelis, et locutus est ad me dicens : Veni, et ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, cum qua fornicati sunt reges terræ.

R. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, * Alleluia, alleluia. Ascendit fumus aromatum. Jf. De manu Angeli. Alleluia. Gloria. Ascendit fumus aromatum.

f. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, alleluja. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo, alleluia.

AD NONAM.

Capitulum. Apoc. 18.

POST hæc vidi Angelum Dei fortem descendentem de cælo, habentem potestatem magnam : et terra illuminata est a gloria ejus.

3?. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, * Alleluia, alleluia. In conspectu. y. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Alleluia. Gloria. In conspectu,

y. Adorate Deum, alleluia. Omnes Angeli ejus, alleluia.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Aha. Gabriel Archangelus locutus est ad Mariam dicens : Ave gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu inter mulieres, allecia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in festo S. Gabrielis ad ij. Vesperas Tempore Quadragesimæ, pag. 1004.

Capitulum. Apoc. io.

VIDI Angelum Dei descendentem de cælo, amictum nube, et iris in capite ejus, et facies illius sicut sol, et pedes ejus tamquam columna ignis : et habebat libellum apertum in manu sua.

Hymnus.

GABRIELEM venerantur,
Summi Regis nuntium,
Per quem Deus delegavit
Suum ministerium,
Mundo lapso nuntiando
Jesum Dei Filium.

GABRIEL Virtus divina
Debiles fortifica :
Ut vincamus inimicum,
Ipse nos corrobora :
Et ut lapsus remittantur
Ipse nobis impetra.

ANGELUS in mundum missus
Ad Mariæ thalamum :
Te solum Deus elegit
Suum Secretarium :
Nostras preces tu præsenta
Ante cæli Dominum.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri Filioque,
Inclyto Paraclito,
Qui tot dona condonavit
Gabrieli Archangelo. Amen.

y. Apparuit in templo Angelus Domini, alleluja. Stans a dextris altaris incensi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Archangeli Gabrielis intercessione fulti, te Domine deprecamur ut quem honore prosequimur contingamus et mente, alleluja.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, cui Angelorum millia ministrant : præsta, quæsumus, ut qui beatum Gabrielem Archangelum humanæ Restaurationis præcipuum ministrum veneramur in terris, ejusdem suffragiis fructum nostræ Redemptionis consequamur in cælis. Per.

Si dies xxv. Martii in Dominica Passionis occurrerit, Officium Annuntiationis transferatur in crastinam diem xx vj.

T Quod si incidat in Hebdomadam Majorem vel in Hebdomadam Paschæ, ad Feriam secundam post Dominicam in Albis amaretur, ac nonnisi festo primario ejusdem dictatis occurrente valeat i diri : quo casu in sequentem diem similiter non impeditam transferatur.

Præceptum autem audiendi Missam et vacandi ab operibus die xxv. Martii servetur etiamsi in ea de Feria agatur Officium. Si tamen Feria sexta in Parasceve aut Sabbatum sanctum xxv. Martii evenerit transferendum erit antedictum præceptum una cum Annuntiatione post Dominicam in Albis ad Feriam supra notatam, in qua, tamquam in sede propria, Officium Annuntiationis integra solemnitate celebrabitur illo anno.

Annuntiatio celebretur cum Octava Solemni, quæ tamen omnino cesset Dominica in Ramis palmarum, si infra eam prædicta Dominica inciderit.

T Si Annuntiatio B. Mariæ ante Dominicam in Ramis Palmarum evenerit, omnia fiant ut hic pro Tempore Quadragesimæ notatum est.

T Cum vero Tempore Paschali celebranda fuerit, de ipsa fiat Officium ut pag. 1033. et sequentibus est signatum.



DIE XXV. MARTII.

# IN ANNUNTIATIONE B. M, V.

## TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

TOTUM DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Afia. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

1$. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. f. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Hymnus.

Hic genuflectatur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

)T. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum. Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ad Magnificat Ana. Orietur sicut sol Salvator mundi, et descendet in uterum Virginis sicut imber super gramen.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Ecce Virgo concipiet, et pariet Fi lium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

In Hymno, post Stropham Memento nostri Domine, di cantur duæ sequentes :

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad Nunc dimittis Ana. Ecce ancilla Domini : fiat mihi se cundum verbum tuum.

T Sic dicatur Completorium per totam Octavam, etiam in festis, nisi aliter notetur, vel nisi Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato aut in Dominica infra Quadra gesimam.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ave Maria gra tia plena : * Dominus tecum.

Hymnus.

QUEM terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA Mater munere,
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est.

Duæ ultimæ Strophæ M^ Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, ut in fine Hymni ad Completorium.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra*

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore co ronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tua rum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei/ et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum.: et nox nocti indicat scien tiam.



Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas : * testimo nium Domini fidele, sapien tiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et fa vum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maxi mo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Afia. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino.

Psalmus 23.

DOMINI est terra et pleni tudo ejus : * orbis terra rum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria funda vit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec ju ravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Do minus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Angelus Domini nuntia vit Mariæ, et concepit de Spi ritu sancto.

)T. Ex Sion species decoris ejus. Deus noster manifeste veniet.

Benedictio. Alma Virgo vir ginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 7.

ET adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit : Audite ergo domus David : Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

j. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium, y. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores. — Et ipse erit exspectatio gentium.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij. Cap. II.

ET egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii, et fortitudinis, spiritus scientiæ, et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini : non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet : sed judicabit in justitia pauperes, et arguet in æquitate pro mansuetis terræ : et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit justitia cineulum lumborum ejus : et fides cinctorium renum ejus.

ij. Missus est GabrielAngelus ad Mariam Virginei^ sponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries * Et vocabitur Altissimi Filius. f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus et regnabit in domojacobin æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

Lectio iij. Cap. 2.

DEUS autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, (cujus gratia estis salvati) et conresuscitavit, et consedere fecit in cælestibus in Christo Jesu : ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu. Gratia enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis : Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur.

iij. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei. f. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus. Gloria. Quod enim ex te nascetur Sanctum.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, £ diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere procede, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * et deducettemirabiliterdexteratua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere Populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet rex dec6rem tuum : * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia et exsultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Emissiones tuæ paradisus malorum Punicorum cum pom6rum fructibus.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, ? quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confringet arma : * et scuta comburet igni :

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Ana. Fons hortorum, puteus aquarum viventium,quæ fluunt impetu de Libano.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, ? et homo natus est in ea : * et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum :* horum qui fuerunt in ea,

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum,

y. Egredietur virga de radice Jesse. Et flos de radice ejus ascendet.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Vir^o R. Amen. *

Sermo sancti Basilii Magni. (Homilia de humana Christi generatione, quæ est 25.)

Lectio iv.

POSTQUAM Dei gratia salutaris omnibus apparuit et justitiæ Sol tirtus est: absorpta est mors in victoria, et veræ vitæ peregrinationem nequaquam sustinuit. O altitudinem benignitatis humanitatisque Dei! Ex bonitatis copia, a servitute vindicamur. Sed cur Deus homo factus est rationem exquirunt homines, cum magis ejus bonitatem adorare deceat quam divinitatem curiosius indagare. Carnem suscepit Deus, quoniam exsecrabilem contaminatamque hanc, purgatam sanctamque reddi oportuit: infirmam ac debilem corroborari : a Deo ob peccatum alienatam reconciliari : e paradiso prolapsam in cælum referri.

iv. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est : concipies, et paries Deum pariter et hominem,* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. y. Paries quidem Filium, et virginitatis non patieris detrimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

Lectio v.

ET quæ est dispensationis hujus officina? Virginis



beatæ corpus. Quæ autem generationis principia? Spiritus sanctus virtusque Altissimi^ 1?* obumbrans. Cum esset, inquit, Maria Mater ipsius desponsata Toseph, priusquam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Beata, quæ Emmanuel peperit; et ubera, quæ lac præbuerunt. Cor mihi floridum quid germinat : mens est alacris, lingua vero modica et sermo exilis est ad hoc, ut tantum gaudium exprimat.

fy v. Ecce Virgo concipiet, etpariet Filium, dicit Dominus: et vocabitur nomen ejus * Admirabilis, Deus, Fortis, y. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in æternum. — Admirabilis, Deus, Fortis.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis. 1$. Amen.

Lectio vj.

COGITA de Incarnatione Domini magnifice, intellige Divinitatem esse intactam et immaculatam : quæ etsi in materiali sit natura, ita illi inest, ut ejus imperfectum fragile^ corrigat; non autem ut ipsa passionum debilitate inquinetur. Nonne solem conspicis in luto se volutantem minimeque contaminantem, et super cœno coruscantem minime tamen fœtidum aliquid referentem? Quid igitur dubitas de immensa incorruptaque natura, ne aliquam ex nobis maculam contraxerit?

fy vj. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. * Et erit justitia cingulum lumb6rum ejus • Et fides cinctorium renum ejus. wjwo. Et requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiæ et intellectus. — Et erit justitia. Gloria. Et fides cinctorium renum ejus.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, ? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur ^judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, ? commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnialigna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judi care terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veri tate sua.

Ana. Veni in hortum meum, soror mea sponsa : messui myrrham meam cum aromati bus meis.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus: * justitia, et judicium cor rectio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu ini micos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Do mini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justi tiam ejus, * et viderunt om nes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui glo riantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua, Domine :

Quoniam tu Dominus altissi mus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino •* et confitemini memoriæ «an .•/-» .•f ^ acui* ^meationis ejus.

Ana. Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini ter ræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra:* cantate, et exsultate, et psal lite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi :* in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terra rum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? simul montes exsultabunt a conspectu Domini : * quo niam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æqui tate.

Ana. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiæ Jerusalem.

y. Egredietur Dominus de loco sancto suo. Veniet, ut salvet populum suum.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.



Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

illo tempore : Missus est X Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem de sponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in Lucam, in initio.)

LATENT, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consi lium Dei. Sed tamen ex ceteris factis atque præceptis Domini Salvatoris possumus intellige re, et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pare ret, quæ erat desponsata viro. Curantem non antequam de sponsaretur impleta est? For tasse ne diceretur quod conce perat ex adulterio.

vij. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : * Ape riatur terra, et germinet Sal vatorem. y. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. — Aperiatur terra.

Benedictio. In omni tribula tione et angustia subveniat no bis pia Virgo Maria. Amen.

Lectio viij.

(Longius post prædicta.)

ET ingressus ad eam Ange lus. Disce virginem mori bus, disce virginem verecun dia, disce oraculo, disce my sterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus ve reri. Discant mulieres propo situm pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo vi rorum videret, solus Angelus reperiret : sola sine comite, sola sine teste, ne quo dege neri depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

viij. Nascetur nobis par vulus, et vocabitur Deus, For tis : ipse sedebit super thro num David patris sui, et im perabit : *Cujus potestas super humerum ejus. y. In ipso be nedicentur omnes tribus terræ. — Cujus potestas super hume rum ejus.

Benedictio. Ad societatem ci vium supernorum perducat nos Regina Angelorum. Amen.

Lectio ix.

(Longius post prædicta.)

TANTI numquam mandatis fuit sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur : Spiri tus sanctus superveniet in te. Et auditur, et creditur. Deni que : Ecce, inquit, ancilla Do mini : contingat mihi secun dum verbum tuum. Vide humi litatem, vide devotionem. An cillam se dicit Domini, quæ Mater eligitur : nec repentino exaltata promisso est.

1$. ix. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia vi rum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. y. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Glo ria. Et virtus Altissimi.

Ante Laudes^. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ. R?. De Petra deserti ad mon tem filiæ Sion.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem despon satam Joseph. Psalmus Domi nus regnavit cum ceteris, pag. 17.

2. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus.

3. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries Filium.

4. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in æternum.

5. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pa riet Filium, et vocabitur no men ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat repro bare malum, et eligere bonum.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera :
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

T Prædictæ duæ ultimæ Stro phæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, Qui natus es. dicantur in fine omnium Hymnorum ejusdem metri per totam Octavam Annuntiatio nis, nisi fiat Officium de Tem pore infra Quadragesimam, vel nisi aliter proprio loco sit notatum.

y. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Ana.Quomodo fiet istud, Angele Dei, quia virum in concipiendo non per tuli? Audi Maria Virgo Chri sti : Spiritus sanctus super veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, car nem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adju vemur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

1$. Jesu Christe. T- Qui natus es de Virgine Maria.

T Iste y. dicatur per totam Octavam, etiam in festis, nisi aliter notetur, vel nisi de Do minica fiat Officium infra Qua dragesimam.

AD TERTIAM.

Capitulum Ecce Virgo conci piet. ut in Laudibus.

Sancta Dei Genitrix,* Vir go semper Maria. Sancta Dei Genitrix, f. Intercede pro no bis ad Dominum Deum no strum. Virgo semper Maria. Gloria. Sancta Dei Genitrix.



f Post partum Virgo invio lata permansisti. Dei Geni trix intercede pro nobis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isa. II.

INGREDIETUR virga de radice YJ Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini.

Post partum Virgo * In violata permansisti. Post par tum Virgo. J. Dei Genitrix intercede pro nobis. Inviolata permansisti. Gloria. Post par tum Virgo.

f. Speciosa facta es, et sua vis. fy In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 45.

RORATE cæli desuper, et nu bes pluant justum: aperia tur terra, et germinet salvato rem : et justitia oriatur simul : ego Dominus creavi eum.

fy Speciosa facta es, * Et suavis. Speciosa facta es. y. In deliciis tuis sancta Dei Geni trix. Et suavis. Gloria. Specio sa facta es.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Ma riam Virginem desponsatam Joseph. Psalmus Dixit Domi nus, cum ceteris ut in Com muni unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Ecce Virgo con cipiet., Hymnus Ave maris stella, et J. Rorate cæli. ut in J- Vesperis, pag. 1013.

Ad Magnificat Ana. Hæc est dies, quam fecit Dominus hodie ^ Dominus afflictionem i suunO populi sui respexit, et Redem ptionem misit: hodie mortem, quam femina intulit, femina fugavit : hodie Deus homo factus id quod fuit permansit, et quod non erat assumpsit. Ergo exordium nostræ Red emptionis devote recolamus, et exsultemus dicentes : Gloria tibi Domine.

TEMPORE PASCHALI in Annuntiatione B. Mariæ fiat Officium ut pag. 1033. notatum est.

PER OCTAVAM
ANNUNTIATIONIS
B. MARIÆ V.
TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

T Si infra Octavam Annun tiationis B. Mariæ Virginis, Tempore Quadragesimæ, de Dominica aut de aliquo Festo agatur Officium, fiat Memoria de Octava in Laudibus et Ve speris ut sequitur

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Quomodo fiet istud, An gele Dei, quia virum in conci piendo non pertuli? Audi Ma ria Virgo Christi : Spiritus sanctus superveniet in te, et vir tus Altissimi obumbrabit tibi.

y. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ, ut in Laudibus Festi.

(Si infra Octavam Annuntia tionis de una Sancta nec Vir gine nec Martyre Officium celebrari contigerit, ad Memo riam de Octava dicatur illa die in Laudibus f. Egredietur Do minus de loco sancto suo.

Veniet, ut salvet populum

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Hæc est dies, quam fecit Dominus : hodie Dominus affli ctionem populi sui respexit, et Redemptionem misit : hodie mortem, quam femina intulit, femina fugavit : hodie Deus homo factus id quod fuit per mansit, et quod non erat as sumpsit. Ergo exordium no stræ Redemptionis devote re colamus, et exsultemus dicen tes : Gloria tibi Domine.

Rorate cæli desuper, et nu bes pluant justum. Aperia tur terra, et germinet Salvato rem. Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, car nem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

T Quando tamen Dominica in Ramis Palmarum infra Octa vam Annuntiationis B. Mariæ Virginis evenerit, Memoria de ipsa Octava in Laudibus ac Vesperis Dominicæ et subse quentium Feriarum omittatur illo anno.

Si vero infra Octavam Annun tiationis B. Mariæ V., Tem pore Quadragesimæ, de ipsa Octava agatur Officium,omnia fiant ut hic notatum est.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Ave Maria, et Hymnus Quem terra, ut in Festo, pag. i o 14.

IN NOCTURNO.

Super novem Psalmos de Fe sto (pag. 1014. et sequentibus) singulis diebus una tantum Antiphona, quæ pro prima secunda, tertia vel quarta die respective suoloco posita fuerit

Versiculus ante Lectiones se cundum Ordinem Nocturno rum, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta Ex Sion species de coris ejus. 1^7. Deus noster ma nifeste veniet.

T Feria tertia et Feria sexta )F. Egredietur virga de radice Jesse. Et flos de radice ejus ascendet.

T Feria quarta et Sabbato y. Egredietur Dominus de loco sancto suo. 1^7. Veniet ut salvet populum suum.

Ante Lectiones dentur quoti die tres sequentes Benedictio nes.

Ante j. Lectionem Benedictio. Evangelica lectio sit nobis sa lus et protectio. Amen.

Ante ij. Lectionem Benedi ctio. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

Ante iij. Lectionem Benedi ctio. Ad societatem civium su pernorum perducat nos Regina angelorum. I^z. Amen.

Lectio prima et Lectio se cunda de Homilia Feriæ oc currentis; tertia proprio loco notata pro prima, secunda, tertia vel quarta die respective.

Responsoria tria ex sequenti bus secundum Feriam, scilicet:

T Feria secunda et Feria quinta B?. j. Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium, f. Pul chriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidio



^^^TEUpseerit exspectatio

^i^Missus est Gabriel An chus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum: et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Domi num : ecce concipies, et pa ries * Et vocabitur Altissimi Filius, f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Al tissimi Filius.

ni. Ave Maria gratia ple na : Dominus tecum : * Spiri tus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei. fm Quomodo fiet istud, quo niam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus. Gloria. Quod enim ex te nascetur Sanctum.

T Feria tertia et Feria sexta.

Jtf. j. Suscipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est; concipies, et paries Deum pa riter et hominem, * Ut bene dicta dicaris inter omnes mu lieres. Paries quidem Filium, et virginitatis non patieris de trimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

R?, ij. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, dicit Dominus: et vocabitur nomen ejus "^Ad mirabilis, Deus, Fortis, f. Su per solium David et super re gnum ejus sedebit in æternum. — Admirabilis, Deus, Fortis,

fy iij. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet : * Et erit justi tia cingulum lumborum ejus : Et fides cinctorium renum ejus. y. Et requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sa pientiæ, et intellectus. — Et erit justitia. Gloria. Et fides cinctorium renum ejus.

T Feria quarta et Sabbato.

R?, j. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : * Ape riatur terra, et germinet Sal vatorem. y. Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. — Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

ij. Nascetur nobis parvu lus, et vocabitur Deus, For tis : ipse sedebit super thronum David patris sui, et imperabit: * Cujus potestas super hume rum ejus. In ipso benedicen tur omnes tribus terræ.—Cujus potestas super humerum ejus.

1$. iij. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. y. Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Glo ria. Et virtus Altissimi obum brabit tibi.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

AnteLaudes^.EmitteAgnum D6mine Dominatorem terræ. De Petra deserti ad mon tem filiæ Sion.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana.Mis sus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsa tam Joseph. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum, Hymnus, f., Antiphona ad Benedictus et Oratio ut in Festo, pag. 1022.

AD PRETIOSA.

Evangelium de Nocturno Feriæ occurrentis.

AD PRIMAM.

Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Capitulum Regi sæculorum. Jesu Christe, Qui natus es de Virgine Maria.

Omittantur Preces, et dicatur Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo, pag. 1022. et pag. 1023.

AD VESPERAS.

T Si Vesperæ integræ de Octava fuerint,-omnia fiant ut in secundis Vesperis Festi, pag. 1023., servato modo diei infra Octavam Solemnem.

T Si in crastino de Dominica agendum fuerit Officium, ante Vesperas diei dicantur Vesperæ de B. Maria V.,pag. 170* ; ad Vesperas autem diei sic fiat Officium :

uper Psalmos Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph. Psalmus Dixit Dominus. cum ceteris ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum, Hymnus, J., Antiphona ad Magnificat et Oratio de sequenti Dominica.

Ad Memoriam de Octava Annuntiationis Ana. Hæc est dies quam fecit Dominus : hodie Dominus afflictionem populi sui respexit, et Redemptionem misit: hodie mortem quam femina intulit, femina fugavit : hodie Deus homo factus id quod fuit permansit et quod non erat assumpsit.' Ergo exordium nostræ Redemptionis devote recolamus, et exsultemus dicentes : Gloria tibi Domine.

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum, ty Aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AD COMPLETORIUM,

T Si fiat Officium de Octava aut de aliquo Festo, omnia fiant ut in Annuntiatione, pag. 1014. aliter notatum fuerit.

T Si vero Sabbatum fuerit et sequens Dominica primas Vesperas a Capitulo habuerit, dicatur in Completorio super Psalmos Ana Miserere., ante Tempus Passionis In pace. cum Gloria Patri., Tempore vero Passionis In manus tuas. absque Gloria Patri. In Hymno, omissis Strophis Maria Mater, et Gloria tibi. dicatur ultima Stropha Præsta Pater omnipotens.; ad Nunc dimittis Aha pro Tempore signata pag. 152. aut pag. 153. deinde Preces, pag. 151. Data Benedictione, recitetur Completorium de B. Maria v-> Pag. 173*.



PRIMA DIE

INFRA OCT. ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Aha. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium : et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Psalmus Domine Dominus noster, cum octo ceteris ut in Festo, pag. 1014. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, pag. 1024.

Benedictio Evangelica lectio, cum duabus sequentibus, ibidem.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; Lectio tertia Rex cælestis. ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, pag. 1024. aut pag. 1025.

Ex sancto Joanne Damasceno.

(In Annuntiatione B. M. V.) Lectio iij.

REX cælestis misit ad Virginem ministrum suum Gabrielem, ut ipsam salutatione lætitiæ compellaret, cer•tioremque faceret esse se a Creatore electam, dicendo : Ave gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Et quomodo benedicta non esset et gratia plena, cum qua creaturarum Dominus fuit, copulando sibi ex ea templum, Quo opem generis ipsius afferret? Hodie, qui format res omnes visibiles et invisibiles, affinxit sibi imaginem humanam. Hodie, qui producit omnes creaturas spirituales et Materiales produxit sibi carnis figuram. O misericordiæ Creatoris abyssum, et excellentiam descensus ejus!

Cetera fiant ut pag. 1025. et pag. 1026. notatum est.

SECUNDA DIE

INFRA OCT. ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino. Psalmus Domine Dominus noster, cum octo ceteris ut in Festo, pag. 1014. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, pag. 1024.

Benedictio Evangelica lectio, cum duabus ceteris, ibidem.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; Lectio tertia Quando Angelum vidit, ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, pag. 1024. aut pag. 1025.

Ex sancto Joanne Damasceno.

(In Annuntiatione B. M. V.) Lectio iij.

QUANDO Angelum vidit Maria turbata est ob sermonem ejus, secumque cogitare cœpit undenam esset ista salutatio. Angelus vero dixit ei: Ne timeas Maria, nacta es gratiam Dei. Ecce concipies in utero, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Profecto gloriosa hæc et Illustris inter mulieres gratiam nacta est apud Deum, cum ab eo electa est ut corpus ex ipsa

sumeret compingeretque ex sancto ejus sanguine : ut ei non fuerit antea puritate si milis, nec post futurus pari san ctitate præditus. Quam ob rem omnes simul occurramus, senes et adolescentes, ætate graves et juniores, ad honorandam Dominam nostram ac nostræ naturæ Reginam : laudibus prædicantes puritatis ejus de corem, perpetuam ejus virgi nitatem reverentes, altitudi nem denique sanctitatis ejus honorantes, dicamus : O gloria filiarum, matrum decus! O Genitricem viro incognitam! O Virginem filio gravidam! O miraculum, quo missi a Deo Prophetæ perculsi sunt, et cujus gloria angelos superat! Propitia sis servorum tuorum, qui auxilium tuum implorant, deprecationibus.

Cetera fiant ut pag. 1025. et pag. 1026. notatum est.

## TERTIA DIE
### INFRA OCT. ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. An gelus Domini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu sancto. Psalmus Domine Dominus no ster. cum octo ceteris ut in Fe sto, pag. ioi4«et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, pag. 1024.

Benedictio Evangelica lectio, cum duabus ceteris, ibidem.

Lectio prima et Lectio se cunda de Homilia Feriæ oc currentis; Lectio tertia Talis profecto erat. ut infra.

Responsoria tria secundum Fe riam, pag. 1024. aut pag. 1025.

Sermo sancti Laurentii Justinam.

(De Annuntiatione B. M. V. Serni, io.)

Lectio iij.

TALIS profecto erat Maria, ut nullo custodi servaretur nisi divino. Quam ob rem cum temporis plenitudo venisset in quo universorum Conditor humanum genus redimere sta tuerat, hanc præ ceteris repe riens sanctiorem, sibi præci puam delegit in sponsam, ipsam mente ipsamque cor pore custodivit intactam, ut esset de qua Verbum fieret caro, ac mulieris pudor per eam deleretur, et culpa. Ad hanc utique Virginem in civi tatem Nazareth a Deo missus est Gabriel, quatenus Incarna tionis Verbi eidem tempus an nuntiaret et modum. Ad Vir ginem quippe missus est ange lus, quoniam angelis semper est cognata virginitas. Ange lus ad Virginem, ut novam gratiam novi partus nova sa lutatione dissereret. Visitatio nis enim aderat tempus, in quo liberaretur reus, Sapientia corporaretur, deleretur culpa, atque cælestis Jerusalem reæ dificarentur mœnia.

Cetera fiant ut pag. 1025. et pag. 1026. notatum est.

## QUARTA DIE
### INFRA OCT. ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Emissiones tuæ paradisus ma lorum Punicorum cum pomo rum fructibus. Psalmus Domine Dominus noster, cum octo ce teris ut in Festo, pag. 1014. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, nag. 1024

Benedictio Evangelica lectio, cum duabus sequentibus ibi dem.

Lectio prima et Lectio se cunda de Homilia Feriæ oc currentis; Lectio tertia Consi derare est. ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, pag. 1024. aut pag. 1025.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(De Annunt. Doni. Serm. 2.)

Lectio iij.

CONSIDERARE est, fratres, in solemnitate hodierna Dominicæ Annuntiationis, vel ut amœnissimam quamdam planitiem, simplicem nostræ Reparationis historiam. Injun gitur nova legatio Angelo Ga brieli, et novam Virgo professa virtutem, novæ salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio m ube rum : novam nova Mater ac cepit benedictionem. Impletur per gratiam, quæ concupiscen tiam nescit : ut Spiritu super veniente, Altissimi pariat Fi lium, quæ virum dedignatur admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum, qua venenum serpentis ingrediens universitatem generis humani occupaverat.

Cetera fiant ut pag. 1025. et Pag. 1026. notatum est.

## DOMINICA
### INFRA OCT. ANNUNTIATIONIS
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

fiat Officium de Dominica usque ad Completorium inclu sive. Octava vero Annuntia tionis consideretur ut Octava Simplex habens solam Memo riam in Laudibus et Vesperis; omittantur duæ Strophæ de Octava Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, in fine Hymnorum. Ad Primam (nisi Dominica in Passione fuerit) dicatur in Jesu Christe, y. Qui sedes. In Completorio dicatur super Psalmos Ana Miserere.; ante Tempus Pas sionis In pace. cum Gloria Patri., Tempore vero Passio nis In manus tuas. absque Gloria Patri.; ad Nunc dimittis Antiphona, quæ pro Tempore respective pag. 152. aut pag. 153. notata fuerit. Idem fiat si Octava dies Annuntiationis in Dominica evenerit.

T Si tamen sequatur in cra stino Dominicæ Festum Totum Duplex, aut Festum Duplex, aut Octava dies Annuntiatio nis, restituetur Octavæ sua Sol emnitas in Vesperis et Com pletorio; in fine Hymnorum ejusdem metri dicentur supra dictæ duæ Strophæ de Octa va, super Psalmos Completorii Ana Ecce Virgo, et ad Nunc dimittis Afia Ecce ancilla Do mini, pag. 1014.

## IN OCTAVA ANNUNTIATIONIS B. M. V.
### TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
### SOLEMNE.
### AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, f., An tiphona ad Magnificat et Ora tio ut in j. Vesperis Festi, pag. 1013.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo, pag. i oi 4.

T In tribus Nocturnis Antiphonæ, Psalmi et XX ut Festo, pag. 1014. et sequentibus; cetera ut infra.

IN I. NOCTURNO.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 62.

PROPTER Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur. Et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum : et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.

Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est : * Et ipse erit exspectatio gentium, f. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores. — Et ipse erit exspectatio gentium.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij.

NON vocaberis ultra Derelicta : et terra tua non vocabitur amplius Desolata; sed vocaberis Voluntas mea in ea, et terra tua Inhabitata : quia complacuit Domino in te : et terra tua inhabitabitur. Habitabit enim juvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.

ij. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius. Jr. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius.

Benedictio, Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio iij.

TRANSITE, transite per portas, præparate viam populo. planum facite iter, eligite lapides, et elevate signum ad populos. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion : Ecce salvator tuus venit: ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo. Et vocabunt eos, Populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita civitas, et non Derelicta.

1$. iij. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei. fm Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus. Gloria. Quod enim ex te nascetur Sanctum.



IN II- NOCTURNO.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. ^ Amen.

Sermo sancti Joannis Damasceni.

(Hom. in Annunt. B. M. V.)

Lectio iv.

JAM tempus est, fratres dilectissimi, ut hac Davidica voce exclamemus : Quam magnificata sunt opera tua Domine! Omnia in sapientia fecisti. Etenim præsens solemnitas festivitatum nostrarum initium est, et nostrarum solemnitatum caput, unde orta est salus nostra, ac lex nostra initium habuit. Nos enim eramus prius avitæ ac primigeniæ rebellionis rei, et adjecto illi insuper gravissimorum peccatorum reatu, facti eramus tenebrarum incolæ ac regionum mortis, nec ullus ex prophetis a Deo missis et sanctis justis lumine nos illuminare poterat, redimendo a peccatis et nequitia prævaricationum nostrarum. Quam ob rem, Creator ipse Redemptor evasit, nosque sui ad nos accessus lumine illustravit, nobisque commissa sunt secreta adventus ejus, cum ipse Gabrielem Archangelum misit annuntiaturum miraculum Incarnationis suæ.

iv. Suscipe verbum Virgo Maria quod tibi a Domino per Angelum transmissum est : concipies, et paries Deum pariter et hominem, * Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. y. Paries quidem Filium, et virginitatis non patris detrimentum : efficieris gravida, et eris mater semper intacta. — Ut benedicta dicaris.

Benedictio. Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

Lectio v.

HODIERNA dies solemnitatum nostrarum est origo, et salutis nostræ initium. Hodie Filius Dei, qui temporibus anterior est, hominis Filius fit. Hodie initium est renovationis humanæ naturæ. Hodie facta est abolitio peccati primigenii. Hodie sanctificata est nostra natura, Creatoris in ipsa inhabitatione. Hodie digna evasit ut Archangelis dominaretur. Hodie completum est tempus, de quo Prophetarum oracula personuerunt. Hodie tempus completum est, quod sanctorum et electorum mentes desiderabant.

1^7. v. Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, dicit Dominus : et vocabitur nomen ejus * Admirabilis, Deus, Fortis. J. Super solium David, et super regnum ejus sedebit in æternum. — Admirabilis, Deus, Fortis.

Benedictio. Stella Maria maris succurrat piissima nobis. Amen.

Lectio vj.

HODIE Adam Creatori suo de progenie sua templum ædificavit, in quo tectus habitaret, et quod redimeret: Mariam Virginem, pretiosam, benedictam, sanctam, puriorem naturæ Adamicæ partem, et humanæ stirpis Reginam; puram, qua nulla usquam corpore

purior invenietur in omni ge nere humano; sanctam, qua nulla inter creaturas futuras et intellectuales, quoad animam, sanctior; gl6riam Israeliticæ gentis, ac stirpis Davidicæ lu men, de qua avus ipsius David exclamat, propheticam vocem extollendo : Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : et obli viscere populum tuum, et do mum patris tui: et concupiscet rex speciem tuam.

vj. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet : * Et erit justi tia cingulum lumborum ejus : Et fides cinctorium renum ejus. )(. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sa pientiæ, et intellectus. — Et erit justitia. Gloria. Et fides cinctorium renum ejus.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia Feriæ occurrentis cum his Benedictionibus et Responsoriis.

Benedictio vij. Evangelica lectio sit nobis salus et prote ctio. Amen.

vij. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum : * Ape riatur terra, et germinet Sal vatorem. f. Emitte Agnum D6mine Dominat6rem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. — Aperiatur terra.

Benedictio viij. In omni tri bulati6ne et angustia subve niat nobis pia Virgo Maria. Amen.

viij. Nascetur nobis par vulus, et vocabitur Deus, For tis : ipse sedebit super thronum David patris sui, et imperabit * Cujus potestas super hume rum ejus, Jm In ipso benedic centur omnes tribus terræ. — Cujus potestas super humerum ejus.

Benedictio ix. Ad societa tem civium supernorum per ducat nos Regina angelorum. Amen.

ix. Quomodo fiet istud, resp6ndens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. f. Ide6que quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Glo ria. Et virtus Altissimi obum brabit tibi.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes Jf. EmitteAgnum Domine Dominatorem terræ. IDe Petra deserti ad montem filiæ Sion.

AD LAUDES,
HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo, pro Tem pore Quadragesimæ,pag. 1022. et pag. 1023, notatum est, ser vato modo Octavæ diei Sol emnis.

AD PRETIOSA.

Evangelium de Nocturno Fe riæ occurrentis.

TEMPORE PASCHALI, IN Octava die Annuntiatio nis fiat Officium ut pag. i°39 et sequentibus notatum est.



# IN ANNUNTIATIONE B. M. V.

## TEMPORE PASCHALI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulie ribus, alleluja. PsalinusLaudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pa riet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Buty rum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

1$. Quomodo fiet istud, re spondens ait Maria, quia vi rum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Al tissimi obumbrabit tibi, Alle luia. f. Ideoque quod nasce tur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
F ^ix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

p SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum,
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

y. Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum, allecia. Aperiatur terra et germi net Salvatorem, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Orietur sicut sol Salvator mundi, et descendet in uterum Virginis sicut imber super gramen, al lecia, alleluia, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, car nem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Ecce Virgo concipiet, et pariet Fi lium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, alleluia, alleluia.

In Hymno Jesu nostra red emptio., dicta Stropha Ipsa te cogat pietas., subdantur tres sequentes :

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad Nunc dimittis Ana. Ecce ancilla Domini : fiat mihi se cundum verbum tuum, alle luja.

T Sic dicatur Completorium per totam Octavam Annun tiationis, etiam in festis San ctorum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ave Maria gra tia plena : * Dominus tecum, alleluia.

Hymnus.

QUEM terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædi cant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA Mater munere,
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est.

QUÆSUMUS Auctor omnium MARIA Mater gratiæ., GLORIA tibi Domine, ut in Completo rio.

IN NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnifi centia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus : * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, £ gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves uni versas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana.Ecce Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur no men ejus Emmanuel, alleluja, alleluia.



Psalmus 18.

/nÆLi enarrant gloriam Dei,* O et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus :

Lex Domini immaculata con vertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præ stans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Beata es Maria, quæ credidisti : perficientur in te quæ dicta sunt tibi a Domino, alleluja.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et pleni tudo ejus : * orbis terra rum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria funda vit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Do mini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec ju ravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Angelus Domini nun tiavit Mariæ, et concepit de Spiritu sancto, allecia.

y Ex Sion species decoris ejus, alleluja. Deus noster manifeste veniet, allecia.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucani.

Lectio j. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

(Lib. 2. in Lue. in initio.)

LATENT quidem divina mysteria, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis atque præceptis Domini Salvatoris possumus intelligere et hoc propensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur quod conceperat ex adulterio.

R. j. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud D6minum : ecce concipies, et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius, alleluja. J. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus. et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Altissimi Filius, alleluia.

Benedictio. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. ^z. Amen.

Lectio ij.

(Longius post prædicta.)

ET ingressus ad eam Angelus. Disce Virginem moribus,disce Virginem verecundia, disce oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degeneri depravaretur affatu, ab Angelo salutatur.

1^7. ij. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei, alleluja. J. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

Lectio iij.

(Longius post prædicta.)

TANTI namque mandati mysterium non hominis fuit sed Angeli ore promendum. Hodie primum auditur : Spiritus sanctus superveniet in te. Et auditur, et creditur. Denique : Ecce, inquit, ancilla Domini : contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Domini, quæ Mater eligitur : nec repentino exaltata promisso est.

^ iij. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia virum non cognosco? Angelus ad hæc : * Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, Alleluia. T- Ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes^. EmitteAgnum Domine Dominatorem terræ, alleluia. De Petra deserti ad montem filiæ Sion, alleluja.



AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, alleluia, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, alleluja.

.v Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies, et paries Filium, alleluja.

4- Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, et regnabit in æternum, alleluia.

5- Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, alleluja.

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina,
Excelsa supra sidera :
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

QUÆSUMUS Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

T Prædictæ tres ultimæ Strophæ Quæsumus Auctor omnium., Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, Qui natus, dicantur in fine omnium Hymnorum ejusdem metri per totam Octavam Annuntiationis etiam in festis Sanctorum.

Elegit eam Deus, et præelegit eam,
habitare eam facit in tabernaculo suo, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Quomodo fiet istud Angele Dei, quia virum in concipiendo non pertuli ? Audi Maria Virgo Christi : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui de beata Maria Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, car nem suscipere voluisti : præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adju vemur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Fi lium tuum, qui tecum vivit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. i.

Fi illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem de sponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, et nomen Virginis Maria. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

R*. Jesu Christe. Qui natus es de Virgine Maria.

T Iste y. dicatur per totam Octavam Annuntiationis,etiam in festis, nisi aliter notetur.

AD TERTIAM.

Capitulum. Isa. 7.

ECCE Virgo concipiet, et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Buty rum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

Sancta Dei Genitrix Virgo semper Maria, * Alleluia, alle cia. Sancta Dei Genitrix. ^'.In tercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Alleluia. Glo ria. Sancta Dei Genitrix.

y. Post partum Virgo invio latapermansisti,alleluja. I^.Dei Genitrix intercede pro nobis, alleluia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaiæ JI.

EGREDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini.

Post partum Virgo invio lata permansisti, * Alleluia, alleluja. Post partum Virgo! f. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum Virgo.

Speciosa facta es, et sua vis, alleluja, ^z. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix, alleluia.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 45.

RORATE cæli desuper, et nu bes pluant justum : aperia tur terra, et germinet salvato rem : et justitia oriatur simul: ego Dominus creavi eum.

\ Speciosa facta es, et sua vis, * Alleluia, alleluia. Spe ciosa. J3Mn deliciis tuis sancta Dei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

JT. Elegit eam Deus, et præ elegit eam, alleluja. Et habitare eam facit in taberna culo suo, alleluia.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Ma riam Virginem desponsatam Joseph, alleluia, alleluia. Psal mus Dixit Dominus, cum cete ris ut in Communi unius Vir ginis, p ag. 96*.

Capitulum Ecce Virgo., Hym nus Ave maris stella, et f. Ro rate cæli desuper ut in primis Vesperis, pag. 1033.

Ad Magnificat Ana. Hæc est dies, quam fecit Dominus : hodie Dominus afflictionem



populi sui respexit, et Redem ptionem misit: hodie mortem, quam femina intulit, femina fugavit : hodie Deus homo fa ctus id quod fuit permansit, et quod non erat assumpsit. Ergo exordium nostræ Redemptio nis devote recolamus, et exsul temus dicentes : Gloria tibi Domine, alleluja, alleluia.

PER OCTAVAM ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ, TEMPORE PASCHALI.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Quomodo fiet istud, An gele Dei, quia virum in conci piendo non pertuli? Audi Ma na Virgo Christi : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, alleluia.

T. Elegit eam Deus, et præ elegit eam, alleluia. Et ha bitare eam facit in taberna culo suo, alleluja.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ, ut in Laudibus Festi, pag. 1038.

Ad Memoriam in Vesperis Ana Hæc est dies. ut in secun dis Vesperis Festi ad Magni ficat, pag. 1038.

f- Rorate cæli desuper, et nubes pluant justum, alleluia.

Aperiatur terra, et germi net Salvatorem, alleluia.

Oratio Deus, qui de beatæ Mariæ, ut in Laudibus Festi, Pag 1038.

IN OCTAVA ANNUNTIATIONIS B. M. V. TEMPORE PASCHALI. SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, JT., An tiphona ad Magnificat et Ora tio ut in j. Vesperis F esti, Tem pore Paschali, pag. 1033.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo Tempore Paschali, P ag. 1034.

IN NOCTURNO.

Tres Antiphonæ, tres Psal mi et Versiculus ut in Noctur no Festi Tempore Paschali, pag. 1034. et pag. 1035.

Benedictiones, Lectiones (nisi legenda fuerit Homilia Domi nicalis) et Responsoria erunt quæ hic ponuntur.

T Si Feria secunda aut quinta fuerit, Benedictio j. Alma Vir go virginum intercedat pro nobis ad Dominum. 1$. Amen.

T Si Feria tertia aut sexta fuerit, Benedictio j. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Geni trix Virgo. K?. Amen.

T Si Feria quarta aut Sabba tum fuerit, Benedictio j. Oret voce pia pro nobis Virgo Ma ria. ty. Amen.

De Isaia Propheta.

Lectio j. Cap. 62.

PROPTER Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur. Et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum: et vocabitur tibi nomen no vum, quod os Domini nomina bit. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema re gni in manu Dei tui.

K? i Missus est Gabriel Ange lus ad Mariam Virginem de sponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria,

invenisti gratiam apud D6mi num : ecce concipies, et paries, * Et vocabitur Altissimi Filius, alleluja. f. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum. — Et vocabitur Al tissimi Filius, alleluia.

T Si Feria secunda aut quinta fuerit, Benedictio ij. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxilia trix. Amen.

T Si Feria tertia aut sexta fuerit, Benedictio ij. Jesus Ma riæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

T Si Feria quarta aut Sabba tum fuerit, Benedictio ij. In omni tribulatione et angustia subveniat nobis pia Virgo Ma ria. fy. Amen.

Lectio ij.

NON vocaberis ultra Dere Nota : et terra tua non vocabitur amplius Desolata; sed vocaberis Voluntas mea in ea, et terra tua Inhabitata : quia complacuit Domino in te : et terra tua inhabitabitur. Ha bitabit enim juvenis cum vir gine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.

ij. Ave Maria gratia ple na : Dominus tecum : * Spiri tus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur Filius Dei, alleluia. y. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. — Spiritus sanctus.

TSi Feria secunda aut quinta fuerit, Benedictio iij. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Ma ria. I^.Amen.

T Si Feria tertia aut sexta fuerit Benedictio iij. Stella Ma ria maris succurrat piissima nobis. Amen.

T Si Feria quarta aut Sabba tum fuerit, Benedictio iij. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelo rum. I^z.Amen.

Sermo sancti Joannis Damasceni.

(Hom. in Annunt. B. M. V.)

Lectio iij.

JAM tempus est, fratres dile ctissimi, ut hac Davidica voce exclamemus : Quam ma gnificata sunt opera tua Do mine! Omnia in sapientia feci sti. Etenim præsens solemnitas festivitatum nostrarum initium est, et nostrarum solemnita tum caput, unde orta est salus nostra, ac lex nostra initium habuit. Nos enim eramus prius avitæ ac primigeniæ rebellio nis rei, et adjecto illi insuper gravissimorum peccatorum reatu, facti eramus tenebra rum incolæ ac regionum mor tis : nec ullus ex prophetis a Deo missis et sanctis justis lu mine nos illuminare poterat, redimendo a peccatis et nequi tia prævaricationum nostra rum. Quam ob rem Creator ipse Redemptor evasit, nosque sui ad nos accessus lumine illu stravit : nobisque commissa sunt secreta adventus ejus, cum ipse Gabrielem Archan gelum misit annuntiaturum miraculum Incarnationis suæ.

iij. Quomodo fiet istud, respondens ait Maria, quia vi rum non cognosco? Angelus



ad hæc :* Spiritus sanctus I patris ejus, et regnabit in domo
superveniet in te, et virtus Al- Jacob in æternum. — Et voca
tissimi obumbrabit tibi, Alle- bitur Altissimi Filius, alleluja,
luia. f- Ideoque quod nascetur Benedictio. In omni tribulatio,
ex te Sanctum vocabitur Filius ne et angustia subveniat nobis
Dei. — Spiritus sanctus. Gloria. pia Virgo Maria. Amen.
Alleluia.

Lectio V}

T Si vero legenda fuerit Ho- TJECIT quod monuit: ostendit
milia Dominicæ primæ post JT quod jussit. Bonus Pastor
Octavam Paschæ, dabuntur pro ovibus suis animam suam
Benedictiones et dicentur Le- posuit, ut in Sacramento no
tiones cum Responsoriis, ut stro corpus suum et sanguinem
hic notatum est. verteret; et oves, quas rede

Benedictio. Evangelica lectio merat, carnis suæ alimento sa
sit nobis salus et protectio, daret. Ostensa nobis est igitur
Amen. de contemptu mortis via, quam

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem. sequamur : apposita est forma,

CU1 imprimamur. Primum nobis
Lectio i Cap io est exteriora nostra misereor
diter 6vibus e

TN illo tempore : Dixit Jesus Jus impendere :
I Pharisæis : Ego sum Pastor postremum vero, si necesse
bonus. Bonus Pastor ani mam sit, etiam mortem nostram pro
suam dat pro ovibus suis. Et elsdem ° vlbu f miniare A
relia ua primo autem hoc minimo per
Tr q ../ ._ ,..,, venitur ad postremum majus.

Homilia sancti Gregorii Papæ. ^ •• Ave Maria gratia ple
(Homil. 14. in Evang.) I na . Dominus tecum : * Spiri

AUDISTIS, fratres carissimi, tus sanctus superveniet in te,
ex lectione evangelica eru- et virtus Altissimi obumbrabit
ditionem vestram : audistis et tibi . quod enim ex te nasce
periculum nostrum. Ecce enim tur sanctUm vocabitur Filius
is, qui non ex accidenti dono, Dei> allei£ia< y. Quomodo fiet
sed essentialiter bonus est, di- islu'd) qu(3niam virum non co
cit: Ego sum Pastor bonus. At- TM6Sco? Et respondens Ange
que ejusdem bonitatis formam, lus dixjt _ Spiritus san
quam nos imitemur, adjungit, ctus
dicens : Bonus Pastor animam Benedictio Ad societatem ci
sium ponit pro ovibus suis. · T :r ^nim«Pravat nos

I*. j. Missus est Gabriel An- TMm SUp 3P°,S
gelus ad Mariam Virginem
desponsatam Joseph, nuntians ^^^asceni. Jam tempus
ei verbum : et expavescit Vir J Q u6modo fiet
go de lumine : Ne timeas Ma f "J T
ria, invenisti gratiam apud istud, ut pag. 1040
Dominum : ecce concipies, et Ante Laudes^. Emitte Agnum
paries* Et vocabitur Altissimi Domine Dominatorem teriæ.
Filius alleluja. J. Dabit ei allecia. De Petra deserti
Dominus Deus sedem David | ad montem filiæSion, allecia.

AD LAUDES,
HORAS ET LI. VESPERAS.

Omnia ut in Festo Tempore Paschali, pag. 1037. et pag. 1038.; servato modo Octavæ diei Solemnis.

AD PRETIOSA.

T" Si in Nocturno lecta non fuerit Homilia Dominicalis, dicatur hoc Evangelium :

Secundum Lucam. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Tu autem Domine.

T Si vero lecta fuerit in Nocturno Homilia Dominicalis, dicatur ad Pretiosa, Evangelium Dixit Jesus Pharisæis : Ego sum pastor bonus., quod pag. 1041. in eodem Nocturno positum est.

DIE XXVI. MARTII.
IN OCTAVA S. JOSEPH
SPONSI B. MARIÆ V.
SOLEMNE.

T Si Octava dies S. Joseph Tempore Quadragesimæ celebranda fuerit, omnia fiant ut pag. 981. et sequentibus notatum est.

T Si vero post Pascha celebranda fuerit, de ipsa fiat Officium ut positum est pag. 988. et sequentibus.

DIE I. APRILIS.
IN OCTAVA
ANNUNTIATIONIS B. M. V.
SOLEMNE.

T Si Octava dies Annuntiationis B. Mariæ Virginis Tempore Quadragesimæ celebranda fuerit, omnia fiant ut pag. 1029. et sequentibus notatum est.

T Si vero post Pascha celebranda fuerit, de ipsa fiat Officium ut positum est pag. 1039. et sequentibus.

DIE II. APRILIS.
S. FRANCISCI DE PAULA
CONFESSORIS.
DUPLEX. Oratio.

DEUS humilium celsitudo, qui beatum Franciscum Confessorem Sanctorum tuorum gloria sublimasti : tribue, quæsumus, ut ejus meritis et imitatione,promissa humilibus præmia feliciter consequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Tempore Quadragesimæ.
De libro Proverbiorum.
Lectio j. Cap. 4.

prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea: et docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, etvives.

Lectio ij.

POSSIDE sapientiam, posside prudentiam : ne obliviscaris, neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, et custodiet te : dilige eam, et conservabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, et in omni possessione tua acquire prudentiam : arripe illam, et exaltabit te : glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te.

Lectio iij.

AUDI fili mi, et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis : quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam : custodi illam, quia ipsa est vita tua.

IN II. NOCTURNO.
(Ex Bulla Canonizationis ejus, et ex Rom. Brev.)
Lectio iv. *

FRANCISCUS Paulæ, quod est Calabriæ oppidum, loco humili natus est: quem parentes, cum diu prole caruissent, voto facto, beati Francisci precibus susceperunt. Is adolescens divino ardore succensus, in eremum secessit, ubi annis sex victu asperam, sed meditationibus cælestibus suavem vitam duxit. Sed cum virtutum ejus fama longius manaret, multique ad eum pietatis studio concurrerent, fraternæ caritatis causa e solitudine egressus, ecclesiam prope Paulam ædificavit, ibique prima sui Ordinis fundamenta jecit.

Lectio v.

ERAT in eo mirifica loquendi gratia. Perpetuam virginitatem servavit. Humilitatem sic coluit, ut se omnium minimum diceret, suosque alumnos Minimos appellari voluerit. Nudis pedibus per glacies, nives, montes et acuta saxa, vepres spinasque absque læsione incedebat. Rudi amictu utebatur, humi cubabat. Cibi abstinentia fuit admirabili; nam semel in die post solis occasum reficiebatur, et ad panem et aquæ potum vix aliquid ejusmodi obsonii adhibebat, quo vesci in Quadragesima licet. Quam consuetudinem ut Fratres sui toto anni tempore retinerent, quarto eos voto astrinxit. Multa etiam futura prophetico spiritu prædixit.

Lectio vj. *

PLURIMIS sanctitatem Deus Servi sui quoque miraculis testari voluit : quorum illud in primis celebre, quod a nautis rejectus, Siciliæ fretum, strato super fluctibus pallio, cum socio transmisit. A Ludovico Undecimo Francorum rege expetitus magnoque in honore habitus est. Denique, annum circiter nonagesimum primum agens, vitæque suæ finem jam proximum divina inspiratione prospiciens, omnibus ecclesiasticis Sacramentis et signo Crucis communitus, prælecta coram eo Dominica Passione, die secunda Aprilis, quæ fuit Parasceves, circa horam, qua Christus est passus, Turonis migravit ad Dominum, anno Salutis millesimo quingentesimo septimo. Ejus corpus, dies undecim insepultum, ita incorruptum permansit, ut suavem etiam odorem efflaret. Ipsum vero Leo Papa Decimus in Sanctorum numerum retulit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Nolite timere pusillus grex. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 84*.

TEMPORE PASCHALI Lectio prima de Scriptura currente; secunda et tertia erunt quarta et sexta de suprapositis signatæ *.

T Si tamen festum S. Francisci de Paula in Feriam secundam Rogationum aut in Vigiliam Ascensionis transferri contigerit, prima Lectio erit prima de suprapositis, scilicet Audite filii.

## DIE HI. APRILIS. SACRORUM STIGMATUM S. CATHARINÆ SENENSIS VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Immortali laude Catharina Virgo Senensis est efferenda : quando quidem suæ sanctitatis præstantia universo generi humano innotuit T. P. Alleluia.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius, dicit Dominus omnipotens.

Vitam Catharinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens atque vita functa liquido ostendit. T. P. Alleluia. Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit.—Quæ vivens. Gloria. T. P. Alleluia. Extra T. P. Quæ vivens.

Hymnus.

HÆC tuæ, Virgo monumenta laudis,
Quæ tuis læti Camarina sacris
Hoc quidem pacto modulamur omnes,
Perfer Olympo.
Si satis digne nequeant referri,
Annuas nobis veniam, precamur :
Non sumus tanti ingenii, fatemur,
Optima Virgo.
Quis fuit dignas modulatus unquam
Virginis laudes? Quis in orbe toto
Feminæ invictæ peritura nunquam
Carmina pandet?
PRÆDITA exemplis Camarina claris,
Moribus præstans, sapiens abunde,
Temperans, fortis, pia, justa, prudens,
Æthera scandis.
QUEM latet virtus facinusque clarum,
Quo nequit dici sanctius per orbem ?
Vulnerum formam miserata Christi
Exprimis ipsa.
NAM brevis, mæstæ miseræque vitæ
Et malis cunctis penitus refertæ
Fortiter spernens pretiosa quæque
Sidera adisti.
GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo:
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

Ora pro nobis beata Camarina. T. P. Alleluia. K?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P. Alleluia.



Ad Magnificat Aha. Virginis Catharmoe hæc dies est dicata sacris, ut nunquam tantæ sanctitatis præstantia mortalium memoria excidere queat, et cunctis celeberrima perpetuo fiat. T. P. Alleluia. Oratio.

•pvEUS, qui beatæ Carnaris/ næ, virginitatis et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti : concede, quæsunt, ut ejus imitatione, calcata mundi nequitia et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem regum supplices adoremus : * Qui immortali gloria Virginem Senensem dotavit Catharinam. T. P. Alleluia.

Hymnus.

LAUDIBUS Virgo nimis efferenda
Jure censeris, quoniam triumphos
Ipsa cælorum, probitate mira,
Nacta refulges.
PRÆMIUM sanctæ tamen ipsa vitæ
Et simul munus probitatis almæ
Accipis cælo, cumulata cunctis
Denique rebus.
Tu gravem sacris meritis refertum,
Orbis exemplar, pietate plenum
Prædicatorum venerata Patrem,
Ordine fulges.
NULLA jam rerum placuit voluptas,
Nullus ornatus, nitor ecce nullus
Corporis, semper fugiens iniquæ
Carmina vitæ.
SÆPIUS corpus domitans acerbe,
Quam pie flagris cruor hinc et inde
Fluxerat rivis, hominumque demum
Crimina flebas!
QUI per ingentes variosque casus,
Orbe terrarum cruciantur omnes,
Quotque vel curis agitantur ipsi
Undique diris.
SUPPETENT nobis totidem canenda,
Si tuæ laudes repetantur omnes :
Tu quidem longe pietate cunctis
Inclyta præstas.
GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

### IN I. NOCTURNO.

Ana. Admirabilem Dei nostri clementiam contemplari maxima Catharinæ constantia nos sempererficiet. Psalmi de Communi unius Virginis, pag. 88*. et sequentibus.

Ana. Misericordia summa erga egenos atque ægrotos summopere affecta, ipsorum ærumnas deflere hæc Virgo solebat.

Ana. Christianos quidem tanta caritate prosequebatur, ut eorum amore incensa diu noctuque flagraret.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De Canticis canticorum.

Lectio j. Cap. 7.

QUAM pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! Quam pulchra es, et quam decora carissima, in de liciis! Statura tua assimilata est palmæ, et ubera tua botris. Dixi : Ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus ; et erunt ubera tua sicut botri vineæ : et odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vi num optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminan dum. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. Veni dile cte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala Punica : ibi dabo tibi ubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris om nia poma : nova et vetera, di lecte mi, servavi tibi.

Catharina Virgo Jesu Christo virginitatem perpe tuam dicavit : * Cujus sponsa sanctissima illico effecta est. y. Mariam autem Virginem adhuc puella exoravit ut Filii sui ancilla fieret. — Cujus sponsa sanctissima.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio ij. Cap. 8.

DILIGENTIBUS Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit • et quos vocavit, hos et justiti-! cavit : quos autem justificavit illos et glorificavit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? an angu stia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principa tus, neque virtutes, neque in stantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, ne que profundum, neque crea tura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

fy ij. Virtutis ac æternum probitatis munus Catharina sectata, ea quæ corpori mor tali viderentur ornatui, *Gm nesque mundi fastus abegit Christo namque Deo nostro se penitus dedit. — Omnesque mundi fastus abegit.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio iij. Cap. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini no stri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericor dia, et super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini



{esu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, amen. Tu autem...

Rz. iij. Summis est enim Vir eo 'Camarina efferenda laudi bus : * Quoniam sanctissi mum vivendi modum virgini bus ostendit, f. Immortalem quidem vitam cælo merito adepta est. — Quoniam san ctissimum. Gloria. Quoniam sanctissimum.

IN II. NOCTURNO.

Afia. Mirificam Virginis Ca tharinæ caritatem quis non admiretur, quæ nihil præter Christum amare potuit!

Ana. Vulnerum enim sui æterni Sponsi simulacra in corpore suo ferre meruit.

Ana. Perpetuæ laudi hæc præmia Virgini sanctæ procul dubio erunt : fiet siquidem po steritati notior.

f. Specie tua et pulchritu dine tua. Ry. Intende, prospere procede, et regna.

Lectio i v.

CATHARINA Virgo Senensis, post susceptum beati Do minici habitum, quem Soro res de Pœnitentia gestare so lent, divino amore succensa, orationibus piisque meditatio nibus mentem suam jugiter nutriebat. Præsertim sacra Dominicæ Passionis mysteria meditari consueverat: ac tanto spiritu erga illa ferebatur, ut in iisdem contemplandis per plures horas singulis diebus detineretur. Communione al taris, quæ illi ferme quotidiana fuit, toto cordis affectu susce pta, mox in aera extolli vide batur. Dum autem his divinis contemplationibus pascebatur, pluribus gratiis donata est: ac etiam sacris Stigmatibus insi gnita.

1^7. iv. Divinam hæc Virgo vitam semper degere visa est: * Et divinum denique conse cuta est præmium. A cor poris namque illecebris fortiter abhorruit. — Et divinum de nique.

Lectio v.

CUM namque Pisis immora retur, die Dominico, re fecta cibo cælesti et in extasim rapta, vidit Dominum cruci fixum magno cum lumine ad venientem, et ex ejus vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca sui corporis de scendentes. Ideoque myste rium advertens, Dominum pre cata ne cicatrices apparerent: continuo radii colorem sangui neum mutaverunt in splendi dum, et in forma puræ lucis pervenerunt ad manus, pedes et cor ejus : ac tantus erat do lor, quem sensibiliter patieba tur, ut nisi eum Deus minuisset, brevi se crederet morituram.

1^7. v. Felix ea Virgo est, quæ Jesu Christo Domino pro viri bus obsequens, * Munera sibi præparat æterna, f. Spretis autem humanæ vitæ mortali bus rebus. — Munera sibi præ parat æterna.

Lectio vj.

HANC itaque gratiam aman tissimus Dominus nova gratia cumulavit : ut sentiret dolorem, illapsa vi vulnerum, et cruenta signa non appare rent. Quod ita contigisse cum Dei Famula confessario suo beato Raymundo retulisset: ut oculis etiam repræsentaretur,

radios in imaginibus beatæ Catharmoe ad dicta quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis coloribus expressit. Dein vero Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus Ordinis Prædicatorum, uteorumdem corda in Christi crucifixi amorem inflammarentur, universo Prædicatorum Ordini tantæ rei memoriam anniversaria solemnitate celebrare concessit.

vj. Præconia tuarum laudum, Catharina Virgo, tua pietate minora esse fatemur : * Quoniam omnium virtutum genere prædita, humanas laudes exsuperas, jl. Divinis enim ubique laudibus celebranda videris. — Quoniam. Gloria. Quoniam.

IN ni. NOCTURNO.

Ana. Nulla unquam delebit oblivio beneficia, quæ sunt erga homines, Catharinæ.

Ana. Semper sancta hæc Virgo vixit: felix obiit: beata in cælo regnabit in æternum.

Ana. Æternum hæc Virgo assecuta est præmium : et cælestium rerum vere particeps effecta Christo fruitur,

y. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi.
(In cap. 13, Matth.)

AUDISTIS fratres quemadmodum grano sinapis tota regni cælestis comparata est magnitudo. Quærens Christus in cælo et in terra, nihil invenit, nisi granum sinapis, in quo potentiam totam supernæ dominationis includat : et illud regnum singularitate potens, æternitate felix, divinitate fulgens, diffusum toto cælo, tota terra dilatatum, in grani sinapis coarctat et cogit angustias. Spes ista est credentium tota? Exspectatio ista est fidelium summa? Ista est felicitas virginum, longis continentiæ laboribus comparata? Fratres, non facile Dominicis moveamur in dictis. Nam si infirmum Dei fortius est hominibus, hoc minimum Dei tota magnitudine mundi magnificentius invenitur : si modo hoc granum sinapis nos sic nostris seminemus in mentibus, ut intelligentiæ nobis magnam in arborem crescat.

vij. Nihil huic Virgini satius nihilque dignius in rerum natura visum est quam Jesu Christi præcepta * Et vitam æternam omnibus persuadere, y. Dedit enim semper operam revocare perditos. — Et vitam æternam omnibus persuadere.

Lectio viij.

GRANI ergo sinapis instar est regnum Dei : quod de supernis affertur verbo, suscipitur auditu, fide seritur, credulitate radicatur, spe crescit, confessione diffunditur, virtute tenditur et dilatatur in ramos, ad quos vocat aves cæli, id est spirituales sensus, atque in ipsis eas quieta suscipit mansione. Veniat hæreticus : veniat, quia redeuntibus Ecclesiæ semper patescit ingressus. Veniat, audiat, et pietati Dominicæ jam desinat oblatrare. Si cælestis regni majestas omnis ad grani sinapis similitudinem venit: quid queritur quod Deus ad hominem, Dominus servi descendit ad formam? Sic enim venit, ut tibi totum per fidem cresceret, cui jam totum defecerat per naturam.

viij. Sapientia atque doctrina hæc Virgo referta, codices nonnullos condidit editque : * Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet. f. His illa humanas fragilesque res spernere suadet. — Ut veram vivendi rationem.



Lectio ix.

SED attendite quia Christus est regnum cælorum, qui velut granum sinapis in hortum virginei corporis missus, orbe toto crucis in arborem crevit : ac tantum dedit fructus sui saporem, cum teritur Passione, ut quidquid est vitale suo saporaret et condiret attactu. Nam sicut in integritate grani sinapis virtus habetur occulta; apparet vero virtus ejus vehementissime, si teratur : ita Christus corpore teri voluit, qui suam noluit latere virtutem. Et nos, fratres, teramus istud granum sinapis, ut ejus vim in hac similitudine sentiamus. Teramus granum illud, ut ora nostra ferventia vivido fructu sui saporis succendat : et ita ignis ejus toto nobis ardeat et flammetur in pectore, atque nostræ ignorantiæ totum nobis auferat sua degustatione fastidium.

ix. Vitam Catharinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens, atque vita functa liquido ostendit. Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit. — Quæ vivens. Gloria. Quæ vivens.

Ante Laudes JT. Ora pro nobis beata Camarina. T. P. Alleluia. fy Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P. Alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Omnipotenti Virgo Camarina Dei Filio solum obsequi atque servire constituit. T. P. Alleluia. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Exsultabunda cæli munera contemplabatur, quæ cunctis rebus maxime præposuit. T. P. Alleluia.

3. Divinis namque oblectata rebus, diu noctuque orationibus atque vigiliis operam dabat. T. P. Alleluia.

4. Rerum omnium Conditori Camarina benedicebat, qui beatitudinis semitam mortalibus ostendit. T. P. Alleluia.

5. Laudavit Camarina semper Dominum, et ab eo in excelsis exaltata est. T. P. Alleluia.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius, dicit Dominus omnipotens.

Hymnus.

JAM feroces iras posuere sævas,
Et duces mirabiles tibi sæpe cessit,
Hi necem diram populo minati
Sæpe Senensi.

QUID! quod et sacris studiis frequenter
Viribussummisoperam dedisti,
Litteræ doctæ lepidæque claris
Urbibus exstant.

NITERIS verbis revocare lapsos,
Niteris rectum suadere cunctis:
Sic ais:Tantum probitas beatos
Efficit omnes.

JURA tu sævæ tremebunda mortis
Fortiter temnens, nihil extimescens,
Præmium nostræ vocitare vitæ
Sæpe solebas.

UNDE cum tempus properaret ipsum,
Quo sacros artus cineresque busto
Linqueres, cælos aditura, flentes
Ipsa docebas.

Sic sacrum Christi venerata Corpus,
Hostiam libans, lacrimis obortis,
Dixeras cunctis documenta vitæ
Voce suprema.

GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

y. Adducentur regi virgines post eam. T. P. Alleluia.
Proximæ ejus afferentur tibi. T. P. Alleluia.

Ad Benedictus Ana. Maxima est Catharmoe Virginis Senensis præstantia, quæ incolumitatem languentibus et vitam mortuis restituere potuit. T. P Alleluia.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharinæ virginitatis et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti : concede quæsumus, ut ejus imitatione, calcata mundi nequitia et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

AD TERTIAM.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius dicit Dominus omnipotens.

T I^z^z. et Horarum de Communi unius Virginis, pag. 96*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. 8.

DOMINUS omnium dilexit illam : doctrix est enim disciplinæ Dei, et electrix operum illius.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. II.

BREVIS in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Omnipotenti Virgo Catharma Dei Filio solum obsequi atque servire constituit. T. P. Alleluia. Psalmus Dixit Dominus., cum ceteris de Communi unius Virginis, p ag. 96*.

Capitulum Hanc amavi, et Hymnus Hæc tuæ Virgo., ut in j. Vesperis, pag. 1044.



v Ora pro nobis beata Camarina. T. P. Alleluia. R?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. T. P. Alleluia.

Ad Magnificat Ana. O Virgo maxima gloria præstans, cujus sacra stata orbis universus hodierna die celebrat, quam angeli cum laudibus efferunt, ac ceteri superni cives admirantur : age apud Deum, quo mentes nostræ semper divinis præceptis obtemperent,nosque virtutibus aliisque bonis augeat. T. P. Alleluia.

TEMPORE PASCHALI ad utrasque Vesperas, Matutinum, Laudes et Horas omnia fiant ut supra, addito suis locis Alleluia. In Nocturno autem dicantur tres Antiphonæ, tres Psalmi, Versiculus, tres Lectiones et tria Responsoria quæ hic notantur. Benedictiones dentur secundum ordinem Feriarum.

IN NOCTURNO.

Ana. Admirabilem Dei nostri clementiam contemplari, maxima Catharinæ constantia nos semper efficiet, alleluia. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Virginis, pag. 88*.

Afia. Misericordia summa erga egenos atque ægrotos summopere affecta, ipsorum ærumnas deflere hæc Virgo solebat, alleluja.

Ana. Christianos quidem tanta caritate prosequebatur, ut eorum amore incensa diu noctuque flagraret, allecia.

f - Diffusa est gratia in labiis {"is, alleluja. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluja.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio j. Cap. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro fratres,amen.Tu autem Domine...

R?, j. Nihil huic Virgini satius ninilque dignius in rerum natura visum est quam Jesu Christi præcepta, * Et vitam æternam omnibus persuadere, alleluja. Jt\ Dedit enim semper operam revocare perditos. — Et vitam æternam omnibus persuadere, alleluja.

Lectio ij.

CATHARINA Virgo Senensis, postquam suscepit beati Dominici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestare solent, divino amore succensa, orationibus piisque meditationibus mentem suam jugiter nutriebat Præsertim sacra Dominicæ Passionis mysteria meditari consueverat : ac tanto spiritu erga illa ferebatur, ut in iisdem contemplandis per plures horas singulis diebus detineretur. Communione altaris, quæ illi ferme quotidiana fuit, toto cordis affectu suscepta, mox in aera extolli videbatur.

Dum autem his divinis contemplationibus pascebatur, pluribus gratiis donata est: ac etiam sacris Stigmatibus insignita. Cum namque Pisis immoraretur, die Dominico, refecta cibo cælesti et in extasim rapta, vidit Dominum crucifixum magno cum lumine ad venientem, et ex ejus vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca sui corporis descendentes.

ij. Sapientia atque doctrina hæc Virgo referta, codices nonnullos condidit ediditque : * Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, alleluia. y. His illa humanas fragiles que res spernere suadet. — Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, alleluia.

Lectio iij.

IDEOQUE mysterium advertens, Dominum precata ne cicatrices apparerent : continuo radii colorem sanguineum mutaverunt in splendidum, et in forma puræ lucis pervenerunt ad manus, pedes et cor ejus : ac tantus erat dolor, quem sensibiliter patiebatur, ut nisi eum Deus minuisset, brevi se crederet morituram. Hanc itaque gratiam amantissimus Dominus nova gratia cumulavit : ut sentiret dolorem,illapsa vi vulnerum, et cruenta signa non apparerent. Quod ita contigisse, cum Dei Famula confessio suo beato Raymundo retulisset : ut oculis etiam repræsentaretur, radios in imaginibus beatæ Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis coloribus expressit. Dein vero Benedictus Decimus tertius Pontifex Maximus Ordinis Prædicatorum, ut eorumdem corda in Christi crucifixi amorem inflammarentur, universo Prædicatorum Ordini tantæ rei memoriam anniversaria solemnitate celebrare concessit.

iij. Vitam Catharinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt : * Quæ vivens, atque vita functa, liquido ostendit, Alleluia, f. Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit. — Quæ vivens atque vita functa liquido ostendit, Alleluia. Gloria. Alleluia.

DIE IV. APRILIS.
S. AMBROSII
EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.
TOTUM DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per.

IN I. NOCTURNO.
De libro Sapientiæ.
Lectio j. * Cap. 7. et cap. 8.

NEMINEM enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius.



Lectio ij.

GENEROSITATEM illius glorificat, contubernium habens Dei : sed et omnium Dominus dilexit illam : doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius. Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur : quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex? Et si justitiam quis diligit : labores hujus magnas habent virtutes : sobrietatem enim, et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

Lectio iij.

ET si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, et de futuris æstimat : scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum : signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et sæculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum : sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et tædii mei. Habebo, propter hanc, claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis : et acutus inveniar in judicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.*
(Ex Paulino amanuensi S. Ambias. et aliis antiq. Patr.)

TRACTUS Episcopus Ambrosius, fidem et disciplinam ecclesiasticam acerrime defendit : multosque Arianos et alios hæreticos ad fidei veritatem convertit, in quibus clarissimum Ecclesiæ lumen sanctum Augustinum Jesu Christo peperit. Gratiano imperatore occiso, ad Maximum ejus interfectorem legatus iterum profectus est : eumque pœnitentiam agere recusantem a communionis consortio segregavit. Ambrosii illa præclara vox fuit de Maximo sibi minitante dicentis : Felicius Episcopos persequantur imperatores quam diligant.

Lectio v.

THEODOSIUM imperatorem, propter cædem Thessalonicæ factam, ingressu ecclesiæ prohibuit. Cui cum ille David quoque regem adulterum et homicidam fuisse dixisset, respondit Ambrosius : Qui secutus es errantem, sequere pœnitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam pœnitentiam humiliter egit, ac de Ambrosio dignum illud protulit elogium : Ægre tandem didici quid inter imperatorem intersit et Episcopum : ægre tandem reperi veritatis magistrum : nam solum Ambrosium novi Episcopum dignum eo nomine. Cum sacerdotali constantia illicitis Valentinam imperatoris conatibus obstaret, Calligonus præpositus cubiculi minatus est : Caput tibi tollo. Respondit : Deus permittat tibi ut impleas quod minaris : ego enim patiar quod Episcopi. Munia omnia ecclesiastica sic strenue obibat, ut circa baptizandos ipse solus impleret quod post ejus obitum vix quinque Episcopi perficere potuerunt.

Lectio vj. *

Quovis die Dominico pro concione populum docebat : quod aliquando facienti Angelus ad aurem loqui visus est" Erat multæ abstinentiæ, et vigiliarum multarum ac laborum : quotidie jejunio macerans corpus, nisi diebus Dominicis et Sabbato, vel cum natalitia celeberrimorum Martyrum agerentur. Quotiescumque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut et illum flere compelleret. Quadam nocte, vigilanti Paulus Apostolus clare sese ostendit. Ergo sanctus Episcopus pro Ecclesia Dei maximis laboribus curisque perfunctus, multis libris egregie conscriptis, pluribus in vita et post mortem clarus miraculis, sumpto Domini Corpore, conformatis in crucis similitudinem manibus, orans animam Deo reddidit, pridie Nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo nonagesimo septimo : quem euntem in cælum plurimi infantes e sacro fonte redeuntes viderunt.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Vos estis sal terræ, de Communi unius Doctoris, pag. 80*

TEMPORE PASCHALI tres Lectiones de suprapositis, scilicet prima, quarta et sexta signatæ *.

SI ante Dominicam in Ramis palmarum festum S. Vincentii Ferrerii celebrandum fuerit, omnia fiant ut hic pro Tempore Quadragesimæ sunt notata.

T Si vero Tempore Paschali celebrandum fuerit, de ipS0 fiat Officium ut pag. 1069. signatum est.

## DIE v. APRILIS.
## S. VINCENTII FERRERII
### CONF. ORD. PRÆD.

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Diem novæ laudis et gloriæ lætum ducat cœtus fidelium : quo sublime decus Hesperiæ, gratulante turba cælestium, a Principe supernæ curiæ binæ sumpsit coronæ præmium. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, p ag. 145.

Capitulum. Ephes. 3.

MIHI omnium sanctorum minimo data est gratia hæc : in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo.

Quatuor vecta rotis agitur mirabilis quadriga Domini : Vincentius cum Christo jungitur trino Prædicatorum cardini, * Quorum virtute fides regitur : Divino sit pia laus nomini. Ducunt hi rhedam Evangelii, velut equi fortes et varii. — Quorum virtute. Gloria. Divino sit pia laus nomini.

Hymnus;

MENTE jucunda jubilent Fideles,
Vocibus hymnos resonent canentes :
Nam datus mundo novus est precator
Ante Tonantem.

ALME Vincenti, veneranda cujus
Hæc dies totum colitur per orbem,
Quas tibi cantat chorus hic fidelis,
Accipe laudes.

RITE mox annis teneris per actis,
Prædicatorum sitiens adisti
Ordinem, servans documenta Patrum
Mente pudica.

TACTUS e cælis operam dedisti
Litteris sacris utriusque Legis :
Quas docens verbo, fidei replesti
Lumine mundum.

INDE ferventer cito jam propinquum
Sæculi finem fore nuntiasti,
Ut Deum gentes timeant patenter
Vociferando.

ANGELUS alter penitus fuisti
Ille, qui cæli medium volabat,
Nuntians cunctis populis et linguis
Judicis horam.

LINGUA quæ sancta populos docebas
Rebus et signis variis probabas,
Languidis reddens Cruce sanitatis
Robora membris.

INTER electos modo collocaris,
Semper in cælis merito triumphans,
Fulgidis sertis redimitus omni
Tempore sæcli.

SUMMA sit Christo salus, et perennis
Gloria Patri pariterque sancto
Flamini, quorum sine fine virtus
Regnat in orbe. Amen.



y. Ora pro nobis beate Vincenti. F?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Qui prophetico fretus lumine mira de mundi fine docuit, in occiduo terræ cardine ut sol Vincentius occubuit: et septus angelorum agmine lucidas cæli sedes tenuit.

Oratio.

DEUS, qui multitudinem gentium per beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præliatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

T Quando hæc Oratio dicitur ad Memoriam et eam sequitur alia Memoria, sic concludatur : præliatorem habere mereamur in cælis : Christum Dominum nostrum. Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Veneremur Christi vultum : * Quem Vincentius prædicavit Judicem esse venturum.

Hymnus.

LUMEN in terris populi fidelis,
Civis et cæli modo factus alti,
Acta Vincenti tua concinentes
Dirige voces.

FLORE primævo nitidæ juventæ,
Eligens puræ documenta vitæ,
Ordinis magnum imitans Parentem
Prædicatorum :

LUCE doctrinæ rutilans se renæ,
Ambitum terræ pelagique lu strans,
Semper ardenti resonando sa crum
Pectore verbum :
DUM viam cunctis reseras salutis,
Orbis occasum canis et propin quum,
Jure te clarum genus omne reddit
Prodigiorum.
HINC, velut solis radius ca dentis,
Conditus terra Britonum re mota,
Pulchrior regnis oriens super nis,
Æthera scandis.
ANGELIS septus, decoratus astris,
Doctor et Virgo, geminis coro nis
Inter illustres animas refulges,
Munere Christi.
SIT Patri, Nato, pariter co ævo
Flamini sancto salus una, cujus
Nomen in cælis sine fine laudat
Spiritus omnis. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Attentam matrem red didit latrans in ventre catulus, ut quæreret, quem edidit, qua lis esset infantulus. Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus.

Aria.Vincentii sublimitas quæ sit futuro tempore matris mon strat agilitas, roburque datum corpori.

Ana. Religionem inclytam postquam subit Dominici, vir tutem sibi præstitam laude monstrat multiplici.

Amavit eum Dominus et ornavit eum. Stolam gloriæ induit eum.

De Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 5.

SCIMUS enim quoniam si ter restris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habe mus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitatio, nem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes : si tamen vestiti, non nudi inve niamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati : eo quod nolumus ex spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita.

ty. j. Summus parens ac re ctor gentium, in vespere laban tis sæculi, novum vatem misit Vincentium, Christiani magi strum populi: refert instare Dei judicium, * Quod spectabunt cunctorum oculi. )T. Timete Deum, clamat sæpius : venit hora judicii ejus. — Quod spe ctabunt cunctorum oculi.

Lectio ij.

AUDENTES igitur semper, scientes quoniam dum su mus in corpore, peregrinamur a Domino : (per fidem enim ambulamus, et non per spe ciem) audemus autem, et bo nam voluntatem habemus ma gis peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus sive abs entes, sive præsentes placere illi. Omnes enim nos manife stari oportet ante tribunal Chri sti, ut referat unusquisque pro



pria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

R.ij-I nur ^ en( ^ili Valentiæ generosis ortus natalibus, sin ceræ puer innocentiæ, ingenuis præpollet moribus : naturæ pariter et gratiæ, * Opimis affluens muneribus. y.Sub toga regulari candida, vita cœpit florere splendida. — Opimis affluens muneribus.

Lectio iij.

SCIENTES ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis : ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, et non in corde. Sive enim mente excedimus, Deo : sive sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi urget nos.

1$. iij. Christi viam secutus arduam, a terrenis procul ille cebris, veritatem reddit con spicuam, profligatis errorum tenebris : * Oram illuminat occiduam, toto factus In orbe celebris, f. Cujus doctrina sole gratior, sermo erat flammis ardentior. — Oram illuminat. Gloria. In orbe celebris.

IN II. NOCTURNO.

Ana, Imitans exercitia Ducis sui mirifici, purgavit mundi vitia, dono verbi salvifica

Ana. Bellavit cum victoria, vincens mundana gaudia: hinc summa cæli curia eum cepit uni gloria.

Ana. Emittebat uberrimas ®pe plorando lacrimas, Chri sti mortem considerans, ejus ^Sf Corpus consecrans.

Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

(Ex Bulla Canonizationis, et probatis Auctoribus.)

Lectio iv.

VINCENTIUS, honesta stirpe Valentiæ in Hispania na tus, ab ineunte ætate cor ges sit senile. Qui dum caliginosi hujus sæculi labilem cursum pro ingenii sui modulo consi deraret, Religionis habitum in Ordine Prædicatorum decimo octavo ætatis suæ anno susce pit : et emissa solemni profes sione, sacris litteris sedulo in cumbens, theologiæ lauream summa cum laude consecutus est. Mox, obtenta a Superiori bus licentia, verbum Dei præ dicare, Judæorum perfidiam arguere, Saccellorum errores confutare tanta virtute et effi cacia cœpit, ut ingentem ipso rum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, et multa Christianorum millia a peccatis ad pœnitentiam, a vi tiis ad virtutem revocarit. Ele ctus enim a Deo, ut monita salutis in omnes gentes, tribus et linguas diffunderet, et ex tremi tremendique judicii diem appropinquare ostenderet, om nium auditorum animos, ter rore concussos atque a terre nis affectibus avulsos, ad Dei amorem excitabat.

iv. Nocte sacris incumbens litteris, contemplatur vigil in studio : mane pulchri ad instar sideris, miro lucet doctrinæ radio : *Morbos omnis vespere generis salutari pellens reme dio. f. Nulla præterit hora temporis, quo non recti quid agat operis. — Morbos omnis vespere generis.

Lectio v.

r* hoc autem apostolico munere hic vitæ ejus tenor perpetuus fuit : Quotidie Missam summo mane cum cantu celebravit, quotidie ad populum concionem habuit, inviolabile semper jejunium, nisi urgens adesset necessitas, servavit. Sancta et recta consilia nulli denegavit. Carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit. Populorum jurgia sedavit, dissidentia regna pace composuit, et cum vestis inconsutilis Ecclesiæ diro schismate scinderetur, ut uniretur et unita servaretur plurimum laboravit. Virtutibus omnibus claruit, suosque detractores et persecutores, in simplicitate et humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit et amplexus est.

v. Verba perennis vitæ proferens, animos inflammat astantium : pectoribus humanis inserens amorem donorum cælestium, de virtutibus alta disserens, * Frenare docet omne vitium, y. Illum avida turba sequitur, dum hæc ore divino loquitur. — Frenare docet omne vitium.

Lectio vj.

PER confirmationem vitæ, et prædicationis ejus, multa signa et miracula fecit. Nam frequentissime super ægros manus imposuit, et sanitatem adepti sunt. Spiritus immundos e corporibus expulit. Surdis auditum, mutis loquelam, cæcis visum restituit; leprosos mundavit, mortuos suscitavit. Senio tandem et morbo confectus infatigabilis Evangelii Præco, plurimis Europæ provinciis cum ingenti animarum fructu peragratis, Venetiæ in Britannia minori prædicationis et vitæ cursum feliciter consummavit, anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo nono. Quem Callistus Tertius Sanctorum numero adscripsit.

vj. Quatuor vecta rotis agitur mirabilis quadriga Domini : Vincentius cum Christo jungitur trino Prædicatorum cardini, * Quorum virtute fides regitur : Divino sit pia laus nomini. JF. Ducunt hi rhedam Evangelii, velut equi fortes et varii. — Quorum virtute. Gloria. Divino sit pia laus nomini.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Laude digna Valentia ipsum mortalem edidit : sed felix hunc Britannia regno cælorum reddidit.

Ana. Honores omnes renuit pro Christi sacro nomine : mentem constantem tenuit, sacro rigatus flumine.

Ana. In Christum semper retulit quidquid fecit dum viveret : se a terrenis abstulit, ut cælum tandem scanderet.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.



Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Hom. 15- in Matth. sub med.)

A TTENDITE quid dixerit : /V Vos estis sal terræ. Per quod ostendit quam necessario ista præcipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gentem vos mitto, sicut mittebam Prophetas : sed ad omnem terram prorsus ac mare, totumque mundum, et hunc variis criminibus oppressum,

fy vij. Res agitur digna spectaculo, ab ignotis quando vectoribus allatos panes tradidit populo degenti secum in nemoribus : qui sæpe stupet hausto poculo, * Non consumptis vini liquoribus, y. Tunc exsultant virorum millia, dum intuentur Viri magnalia. — Non consumptis vini liquoribus.

Lectio viij.

DICENDO enim, Vos estis sal terræ, ostendit universam hominum infatuatam esse naturam, et peccatorum vi corruptam : et idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorum salutem procurandam necessariæ sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est ac modestus, et misericors et justus, non intra se tantummodo hæc recte facta concludit, verum in aliorum quoque utilitatem præclaros nos faciet effluere fontes. Igitur qui corde mundo est atque Pacificus, et persecutionem Pro veritate patitur, nihilomi °us in commune commodum V¹tam instituit.

1$. viij. Vincentium doctorem inclytum cum decore semper et gloria, sanctitate Illustri præditum, veneratur omnis Hesperia : cujus celsum monstratur meritum* In tumuli sacra memoria, y. Hinc mirifica signa prodeunt : nam ad vitam defuncti redeunt — In tumuli sacra memoria.

Lectio ix.

NE igitur putetis, inquit, ad levia vos duci certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem. Vos estis sal terræ. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sunt? Nequaquam : neque enim fieri potest ut ea, quæ jam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibique tradita, atque ab illa jam putredine liberata aspergebant sale, et in ea novitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccatorum, Christi virtutis est : ut autem ad illa iterum non revertantur, Apostolorum curæ est ac laboris.

ix. Prædicator o Vincenti, doctor maxime, quem angelorum cum ordinibus triumphantem felices animæ prosequuntur jucundis laudibus, * Te laureæ coronant plurimæ, Sublimem in regnis cælestibus. % Tu Christi potens gratia, nos tuis fove precibus : quem adscripsit Ecclesia sacris Sanctorum cœtibus. — Te laureæ. Gloria. Sublimem in regnis cælestibus.

Ante Laudesy. Ora pro nobis beate Vincenti.]^. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Festiva vox psallentium collaudet Regem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris. pag. 17

2. Erat Vir evangelicus, Christi Præco cum prædicat : dux illius Dominicus in terris ipsum visitat.

3. Candens Virgo divinitus hostem pellit ab obsessis : cunctis vivens humanitus salutem reddit oppressis.

4. Infantulus laceratur mox matris per excidium : vitæ alter restauratur, quem clausit præcipitium.

5. Tunc sub patenti specie angelorum exercitus ad hoc portentum gratiæ convenit hora transitus.

Capitulum. Ephes. 3.

MHI omnium sanctorum minimo data est gratia hæc : in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti abs conditi a sæculis in Deo.

Hymnus.

MAGNE Vincenti nova lux Olympi,
Noctis obscuræ tenebras resolve,
Ut tuas puro modulemur omnes
Carmine laudes.

SIDUS extremæ Venetensis oræ,
Et Valentinæ decus urbis almæ,
Ordinis sacri nitor es et ævi
Gloria nostri :

CUJUS instructi monitis Hebræi,
Una cum Mauris, veteri relileta
Lege, divinis renovantur undis,
Mente fideli.

SIGNA, quæ multis patuere terris,
Te probant amplis meritis refertum,
Ac viris celsis fore comparandum
Temporis acti.

DÆMONUM sævos reprimis furores,
Pellis et morbos miseratus omnes :
Sæpe defunctos revocas in auras
Lucis amœnas,

INDE, post claræ monimenta vitæ,
Ad poli regnum Superumque cœtum
Lætus ascendis, capiens perennes
Victor honores.

SIT Patri, Nato, simul utriusque
Flamini splendor, decus et potestas :
Cujus æternum chorus angelorum
Numen adorat. Amen.

J7. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Cujus vitæ sincera puritas virginali candore nituit, salutaris doctrinæ veritas prædicando ubique claruit, illi summa Bonitas geminam pro meritis coronam tribuit.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem mira beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quffi sumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, prædiatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

T Quando hæc Oratio dicitur ad Memoriam et eam sequitur alia Memoria, sic concludatur: præliatorem habere mereamur in cælis : Christum Dominum nostrum. 1$. Amen.

AD TERTIAM.

Capitulum Mihi omnium Sanctorum minimo., ut in Laudibus.

T Offi. et ff. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. i o.

OPORTET te iterum prophetare gentibus, et populis, et linguis, et regibus multis.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 43.

NOLI timere, quia ego tecum sum : ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni, Da : et austro, Noli prohibere : affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Festiva vox psallentium collaudet Regem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*

Capitulum Mihi omnium sanctorum minimo, et Hymnus Mente jucunda, ut in j. Vesperis, pag. 1054.



y. Ora pro nobis beate Vincenti. fy Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Gloriose Pater o Vincenti, cui arcem scandenti polorum cum honore obvius ingenti plaudens venit chorus angelorum : canentes te duc laude frequenti ad amœna regna Beatorum.

TEMPORE PASCHALI, in Festo S. Vincentii Ferrerii fiat Officium ut pag. 1069. notatum est.

PER OCTAVAM
S. VINCENTII FERRERII
TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

SI infra Octavam S. Vincentii, Tempore Quadragesimæ, de Dominica aut de aliquo festo agatur Officium, fiat Memoria de Octava in Laudibus et Vesperis ut sequitur :

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Pervigil Christi nuntius, vocans ad lucis opera, ad fruenda Vincentius nos ducat vitæ munera.

de Communi unius Confessoris.

Oratio Deus, qui gentium, ut in Laudibus Festi, pag. 1060.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere ad Christum nos Vincentius tuto ferens itinere.

f. Ora pro nobis beate Vincenti. Rz. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio Deus, qui gentium, ut in Laudibus Festi.

.T Quando tamen Dominica in Ramis Palmarum infra

Octavam S. Vincentii evellerit, Memoria de ipsa Octava in Laudibus ac Vesperis Dominicæ et subsequentium Feriarum omittatur illo anno.

i.

Si vero infra Octavam S. Vincentii, Tempore Quadragesimæ, de ipsa Octava agendum fuerit, dicatur Officium quotidianum B. Mariæ V., pag. 159*. et sequentibus; de Octava autem omnia fiant ut hic respective notatum est:

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Veneremur Christi vultum, et Hymnus Lumen in terris, ut in Festo, pag. 1055.

IN NOCTURNO.

Super no rem Psalmos de Communi unius Confessoris (pag. 68*. et sequentibus) una tantum Antiphona, quæ pro prima vel secunda die respective suo loco posita fuerit.

Versiculus secundum ordinem Nocturnorum, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta J. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. ^.Stolam gloriæ induit eum.

T" Feria tertia et Feria sexta T. Justum deduxit Dominus per vias rectas. 3?. Et ostendit illi regnum Dei.

T Feria quarta et Sabbato V. Justus ut palma florebit in domo Domini. Ri. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis; tertia vero proprio loco notata pro prima vel secunda die respective.

Responsoria tria ex sequentibus secundum Feriam, scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta j. Summus Parens ac Rector gentium in vespere labentis sæculi novum Vatem misit Vincentium, Christiani magistrum populi : refert instare Dei judicium, * Quod spectabunt cunctorum oculi. f . Timete Deum, clamat sæpius : venit hora judicii ejus. — Quod spectabunt cunctorum oculi.

ij.In urbe nobili Valentiæ generosis ortus natalibus, sinceræ puer innocentiæ, ingenuis præpollet moribus : naturæ pariter et gratiæ * Opimis affluens muneribus. y.Sub toga regulari candida, vita cœpit florere splendida. — Opimis affluens muneribus.

iij. Christi viam secutus arduam, a terrenis procul illecebris, veritatem reddit conspicuam, profligatis errorum tenebris : * Orani illuminat occiduam, toto factus In orbe celebris, f. Cujus doctrina sole gratior, sermo erat flammis ardentior. — Oram illuminat occiduam. Gloria. In orbe celebris. Reincipiatur 1$. iij Christi viam.

Non dicatur Te Deum.

I" Feria tertia et Feria sexta 1$. j. Nocte sacris incumbens litteris, contemplatur vigil in studio : mane pulchri ad instar sideris,miro lucet doctrinæ radio :* Morbos omnis vespere generis salutari pellens remedio. J. Nulla præterit hora temporis, quo non recti quia agat operis. — Morbos omnis vespere generis salutari pellens remedio.

ij. Verba perennis vitæ proferens, animos inflammat astantium : pectoribus humanis inserens amorem donorum cælestium, de virtutibus alta disserens, * Frenare docet omne vitium, y. Illum avida turba sequitur, dum hæc ore divino loquitur. — Frenare docet omne vitium.

iij- Quatuor vecta rotis agitur mirabilis quadriga Domini : Vincentius cum Christo jungitur trino Prædicatorum cardini, * Quorum virtute fides regitur : Divino sit pia laus nomini. Ducunt hi rhedam Evangelii, velut equi fortes et varii. — Quorum virtute. Gloria. Divino sit pia laus nomini. Reincipiatur ty. iij- Quatuor vecta rotis.

Non dicatur Te Deum.

T Feria quarta et Sabbato fyj. Res agitur digna spectaculo, ab ignotis quando vectoribus allatos panes tradidit populo degenti secum in nemoribus : qui sæpe stupet hausto poculo, * Non consumptis vini liquoribus, f. Tunc exsultant virorum millia, dum intuentur Viri magnalia. — Non consumptis vini liquoribus.

ij- Vincentium doctorem inclytum cum decore semper et gloria, sanctitate illustri præditum, veneratur omnis Hesperia : cujus celsum monstratur meritum * In tumuli sacra memoria. T- Hinc mirius signa prodeunt : nam ad vitam defuncti redeunt. — In tumuli sacra memoria.

Prædicator o Vincenti, docto! maxime, quem angelorum cum ordinibus trium phantem felices animæ prosequuntur jucundis laudibus, * Te laureæ coronant plurimæ Sublimem in regnis cælestibus. X. Tu Christi potens gratia nos tuis fove precibus : quem adscripsit Ecclesia sacris Sanctorum cœtibus. — Te laureæ. Gloria. Sublimem in regnis cælestibus. Reincipiatur 1$. iij. Prædicator o Vincenti.

Non dicatur Te Deum.

Ante Laudes T. Ora pro nobis beate Vincenti.^. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana. Festiva vox psallentium collaudet Regem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Mihi omnium sanctorum minimo.,Hymnus Magne Vincenti., JF. Justus germinabit. ut in Festo, pag. 1060.

Ad Benedictus Ana. Pervigil Christi nuntius, vocans ad lucis opera, ad fruenda Vincentius nos ducat vitæ munera.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem per gratiam beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præliatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Festiva vox psallentium collaudet Regem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glo rificavit hodie.

Capitulum Regi sæculorum., Preces et Oratio In hac hora. ut pag. 3[2]

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo, pag. 1061.

AD VESPERAS.

T Si sequatur in crastino Fe stum Duplex, omisso Officio quotidiano B. Mariæ V., sic dicantur Vesperæ diei :

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*., Anti phona super Psalmos et reli qua de Festo sequenti.

Ad Memoriam cie Octava S. Vincentii Ana. Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere ad Christum nos Vincentius tuto ferens itinere.

Ora pro nobis beate Vin centi. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Oratio.

DEUS, qui gentium multitu dinem ingenti beati Vincen tii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quæ simus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris præliatorem habere merea mur in cælis Christum Domi num nostrum. Amen.

T Hæc Oratio, si in Vesperis primo aut ultimo loco dicenda fuerit, sic concludatur : in cæ lis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui te cum vivit...

T Si vero in crastino del)o! minica agendum fuerit Offi cium, ante Vesperas diei di cantur Vesperæ B. Mariæ V. pag. 170* Ad Vesperas autem diei sic fiat Officium :

Super Psalmos Ana. Festiva vox psallentium collaudet Re gem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum, Tu autem Domine Sabaoth., Responsorium pro prium (quod dicitur absque Gloria Patri, et post resum ptionem reincipitur), Hymnus Vexilla Regis., V. Eripe me Domine., Antiphona ad Ma gnificat et Oratio propriæ de Dominica.

Ad Memoriam de Octava S. Vincentii Ana. Adsit nobis., y. Ora pro nobis, et Oratio Deus, qui gentium multitudi nem. ut supra.

T Quod si Vesperæ de Octava integræ esse debuerint, præ missis Vesperis B. Mariæ V. pag. 170*., sic disponantur Ve speræ diei :

Super Psalmos Ana. Festiva vox psallentium collaudet Re gem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Mihi omnium san ctorum minimo., Hymnus Mente jucunda, et f. Ora pro nobis, ut in primis Vesperis Festi, pag. 1054. et pag. io55

Ad Magnificat Ana. Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere ad Christum nos Vin centius tuto ferens itinere.



Oratio Deus, qui gentium, ut supra.

IN COMPLETORIO.

T Si Vesperæ integræ vel ab Antiphona de aliquo Festo fuerint, dicatur in Completo rio ante Tempus Passionis In pace in idipsum. cum Glo ria Patri., Tempore vero Pas sionis 1$. In manus tuas Do mine. cum Gloria Patri. Omit tantur Preces et Completorium B. Mariæ Virginis.

T Si Vesperæ fuerint a Capi tulo de Dominica, dicatur in Completorio ^z. In manus tuas. absque Gloria Patri. Post Antiphonam ad Nunc dimittis Preces. Data Benedictione, recitetur Completorium de B. Maria V. pag. 173*

T Si autem Vesperæ de Octa va integræ fuerint, dicatur in Completorio 1$. In manus tuas. cum Gloria Patri. Post Antiphonam ad Nunc dimittis, Preces. Data Benedictione, recitetur Completorium de B. Maria V., pag. 173*.

PRIMA DIE
INFRA OCTAVAM S. VINCENTII
TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Attentam matrem reddidit la trans in ventre catulus, ut quæ reret, quem edidit, qualis esset infantulus. Psalmus Beatus vir. qui non abiit, cum octo ceteris de Communi unius Confessoris, Pag. 68* et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam, ut pag. 1062.

Benedictio Evangelica lectio, cum ceteris duabus tertii No cturni.

Lectio prima et Lectio se cunda de Homilia Feriæ oc currentis; Lectio tertia Evan gelico muneri., ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, ut pag. 1062. aut pag. 1063.

(Ex Bulla Canonizationis et S. Antonini Chron. p. 3. tit. 23)

Lectio iij.

EVANGELICO muneri ab in fantia præludere visus est beatus Vincentius. Decennis quippe, convocatis puerulis, in editiorem locum conscen dens, quæ a concionatoribus audierat, voce gestuque redde bat : eos subinde rogans num aptus concionator ipsis futurus videretur. Divinum plane fu turorum omen! Iis fuit naturæ et gratiæ dotibus præditus, quæ virum apostolicum ma xime deceant. Mens illi vivida, memoria tenax, sonora vox, exterior corporis forma com posita. Non ei pompatica sermo, non tinnulis eloquentiæ modulis aures demulcens, sed mentes divina quadam ener gia rapiens. Nihil concionibus ejus humanæ sapientiæ admi stum, nihil ex profanis et sæ cularibus disciplinis petitum : sed sanctorum Patrum ac di vinarum præsertim Scriptura rum oraculis evangelicæ ve ritati robur addebat. Iter ad habendas conciones ^ agens, unicam secum Scripturam sa cram, quam totam pene ab adolescentia memoriæ defixe rat, deferre solebat; atque, ut inquiebat, unus ei liber ille bibliothecæ loco erat.

Cetera fiant ut pag.1063. no tatum est.

SECUNDA DIE

INFRA OCTAVAM S. VINCENTII TEMPORE QUADRAGESIMÆ.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Vincentii sublimitas quæ sit futuro tempore matris monstrat agilitas, roburque datum corpori. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum octo ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 68*. et sequentibus.

Versiculus secundum Feriam ut pag. 1062.

Benedictio. Evangelica lectio, cum ceteris duabus tertii Nocturni.

Lectio prima et Lectio secunda de Homilia Feriæ occurrentis ; Lectio tertia Sacri Palatii., ut infra.

Responsoria tria secundum Feriam, pag. 1062. aut pag. 1063.

(Ex S. Antonino aliisque probatis Auctoribus.)

Lectio iij.

SACRI Palatii Apostolici Magister creatus beatus Vincentius, et ad confessiones assumptus a Benedicto Decimo tertio, cui, nondum mature discussis variorum Pontificum juribus, primum adhæserat, utroque demum munere cessit. Delatas ab eodem Episcopales et Cardinalias infulas, ut ipsum schismaticis partibus arctius devinciret, modeste recussit. Sacri concilii Constantiensis supremam in sedando schismate auctoritatem veneratus est, ac pro sua virili promovit. Benedictum Decimum tertium, ut ei se subjiceret propriisque juribus pro Ecclesiæ pace cederet vehementer est adhortatus. Verum cum eum ad sana consilia avocare non posset, infractæ pertinaciæ virum e sacro suggestu apostolica libertate repressit, atque universum Aragoniæ regnum ab ejus obedientia distraxit. Quos ei pro sedando schismate gloriosos labores Constantiensis synodi Patres, missa legatione, gratulati sunt.

Cetera ut pag. 1063. notatum est.

IN OCTAVA S. VINCENTII

TEMPORE QUADRAGESIMÆ.
SIMPLEX.

Si Octava dies S. Vincentii impedita fuerit, de ipsa fiat Memoria in utrisque Vesperis et Laudibus.

Ad Memoriam de Octava die S. Vincentii in j. Vesperis Ana. Qui prophetico fretus lumine mira de mundi fine docuit, in occiduo terræ cardine ut sol Vincentius occubuit: et septus angelorum agmine lucidas cæli sedes tenuit.

y. Ora pro nobis beate Vincenti. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem mira beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: præsta, quæsimus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præmiatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

j Hæc Oratio, quando eam sequitur aliqua Memoria, sic concludatur : præliatorem habere mereamur in cælis : Christum Dominum nostrum. K. Amen.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Cujus vitæ sincera puritas virginali candore nituit, salutaris doctrinæ veritas prædicando ubique claruit, illi summa Bonitas geminam pro meritis coronam tribuit.

Versiculus de Communi unius Confessoris.

Oratio Deus, qui gentium multitudinem, ut ad Memoriam in j. Vesperis, pag. 1066.

Ad Memoriam in ij. Vesperis Ana. Gloriose Pater o Vincenti, cui arcem scandenti polorum cum honore obvius ingenti plaudens venit chorus angelorum : canentes te duc laude frequenti ad amœna regna Beatorum.

f. Ora pro nobis, et Oratio Deus, qui gentium, ut ad Memoriam in j. Vesperis, pag. 1066.

Si vero in Octava die S. Vincentii, Tempore Quadragesimæ, de ipsa Octava die agendum fuerit, dicatur Officium quotidianum B. Mariæ V., pag. 159* et sequentibus; in Officio autem de Octava die fiant quæ hic notata non sunt ut in Festo,pag.1054.et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis infra Quadragesimam; cetera ut hic signatum est:

IN I. NOCTURNO.

Lectiones et ut in Festo, PaS- 1056. et pag. 1057.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

SPIRITU prophetico illustratus beatus Vincentius, futura multa, de extremo præsertim Judicio, prædixit. Callido Tertio, a quo Cælites inter adscriptus est, Pontificatum diu antea nuntiavit. Patris ac matris obitum, qua hora ceciderunt, divina revelatione cognovit, longo licet locorum tractu ab eis dissitus esset. Secretas cordium cogitationes detexit. Plurium, post transitum, animarum statum perspectum habuit, easque fusis ad Deum precibus e Purgatorii flammis liberavit. Insequentem numerosam duorum millium hominum multitudinem, post ministratum evangelicum panem, cælesti miraculo temporaliter pavit, multiplicata vini ac panis annona. Ea vero inter concionandum virtute pollebat, ut hostes fidei vel inviti secretioribus cordis motibus ad audientiam traherentur.

R?, iv. Nocte sacris incumbens litteris, contemplatur vigil in studio : mane pulchri ad instar sideris, miro lucet doctrinæ radio : * Morbos omnis vespere generis salutari pellens remedio. T- Nulla præterit hora temporis, quo non recti quid agat operis. — Morbos omnis vespere generis.

Lectio v.

PAUPERTATEM adeo coluit, ut omni prorsus dimissa supellectili, nihil ad usum per dura ac longa itinera deferret, vilissimisque dumtaxat vestibus uteretur.

Eum sæpius in oratione secreto pernoctantem plurimi observarunt, cælesti, ut crederetur, lumine circumfusum, quo eum Deus ceteris manifestabat, qui sese tanto studio omnium oculis subducebat. Mirum quam frequens,quam multus ad eum undequaque confluentium hominum numerus, ad vitæ instituendæ et juxta evangelicam normam efformandas consilia petenda : quibus ipse conferendis semper præsto fuit. Ejus præsertim salutaribus monitis regebantur Castellæ et Aragonum reges, Britanniæ duces : nihilque magni momenti moliri solebant, nisi collatis cum ipso consiliis.

1^7. v. Verba perennis vitæ proferens, animos inflammat astantium : pectoribus humanis inserens amorem donorum cælestium, de virtutibus alta disserens, * Frenare docet omne vitium. Illum avida turba sequitur, dum hæc ore divino loquitur. — Frenare docet omne vitium.

Lectio vj.

NON diu a sanctissimi Viri obitu, de solemni ipsius canonizatione actum est. Causam in primis urgere cœperunt Joannes ac Petrus Britanniæ duces, coram Summis Pontificibus Martino Quinto, Eugenio Quarto et Nicolao Quinto. Idem subinde rogarunt Joannes Castellæ, et Alphonsus Aragonum reges. Rem tandem Callistus Tertius, anno Pontificatus primo, exsecutus est, eumque sacris fastis adscripsit. At cum præmatura morte ereptus diploma pontificium non dedisset, hoc Pius Secundus successor ejus ultro concessit In quo istud observatione dignissimum occurrit : tot scilicet Virum Dei patrasse miracula, ut Apostolicis litteris, ne modum excederent, recenseri non potuerint. Mortuos quadraginta, partim dum viveret partim postquam e vivis excessit, suscitasse perhibetur.

vj. Quatuor vecta rotis agitur mirabilis quadriga Domini : Vincentius cum Christo jungitur trino Prædicatorum cardini, * Quorum virtute fides regitur : Divino sit pia laus nomini. J. Ducunt hi rhedam E v angelii, velut equi fortes et varii. — Quorum virtute. Gloria. Divino sit pia laus nomini.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia Feriæ occurrentis.

^z. vij. Res agitur digna spectaculo, ab ignotis quando vectoribus allatos panes tradidit p6pulo degenti secum in nemoribus, qui sæpe stupet hausto poculo, * Non consumptis vini liquoribus. X. Tunc exsultant virorum millia, dum intuentur Viri magnalia. — Non consumptis vini liquoribus.

R}. viij. Vincentium doctorem inclytum cum decore semper et gloria, sanctitate Illustri præditum, veneratur omnis Hesperia : cujus celsum monstratur meritum * In tumuli sacra memoria, f. Hinc mirifica signa prodeunt : nam ad vitam defuncti redeunt. — In tumuli sacra memoria.

fy ix. Prædicator o Vincenti, doctor maxime, quem angelorum cum ordinibus triumphalitem felices animæ prosequuntur jucundis laudibus, * Te laureæ coronant plurimæ Sublimem in regnis cælestibus. f. Tu Christi potens gratia, nos tuis fove precibus, quem adscripsit Ecclesia sacris Sanctorum cœtibus. — Te laureæ. Gloria. Sublimem in regnis cælestibus. Reincipiatur Prædicator o Vincenti.

Non dicatur Canticum Te Deum

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Vincenti^. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES, HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo Tempore Quadragesimæ, pag. 1060. et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis.

AD PRETIOSA.

Evangelium ut in Nocturno Feriæ occurrentis.

TEMPORE PASCHALI, in Octava die S. Vincentii Ferrerii fiat Officium ut pag. 1076. et sequentibus notatum est.



## IN FESTO S. VINCENTII FERRERII TEMPORE PASCHALI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Diem novæ laudis et gloriæ lætum ducat cœtus fidelium, quo sublime decus Hesperiæ, gratulante turba cælestium, a Principe supernæ curiæ binæ sumpsit coronæ præmium, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Ephes. 3.

MIHI omnium sanctorum infimo data est gratia hæc : in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo.

Quatuor vecta rotis agitur mirabilis quadriga Domini: Vincentius cum Christo jungitur trino Prædicatorum cardini, * Quorum virtute fides regitur : divino sit pia laus nomini, Alleluia. F- Ducunt hi rhedam Evangelii, velut equi fortes et varii. — Quorum virtute fides regitur : divino sit pia laus nomini, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

MENTE jucunda jubilent fideles,
Vocibus hymnos resonent canentes :
Nam datus mundo novus est precator
Ante Tonantem.

ALME Vincenti, veneranda cujus
Hæc dies totum colitur per oridem,
Quas tibi cantat chorus hic fidelis,
Accipe laudes.

RITE mox annis teneris peractis,
Prædicatorum sitiens adisti
Ordinem, servans documenta Patrum
Mente pudica.

TACTUS e cælis operam dedisti
Litteris sacris utriusque Legis:
Quas docens verbo, fidei replesti
Lumine mundum.

INDE ferventer cito jam propinquum
Sæculi finem fore nuntiasti,
Ut Deum gentes timeant pa tenter
Vociferando.

ANGELUS alter penitus fuisti
Ille, qui cæli medium volabat,
Nuntians cunctis populis et linguis
Judicis horam.

LINGUA quæ sancta populos docebas
Rebus et signis variis proba bas,
Languidis reddens Cruce sa nitatis
Robora membris.

INTER electos modo collo caris,
Semper in cælis merito trium phans,
Fulgidis sertis redimitus omni
Tempore sæcli.

SUMMA sit Christo salus, et perennis
Gloria Patri pariterque sancto
Flamini, quorum sine fine vir tus
Regnat in orbe. Amen.

J. Ora pro nobis beate Vin centi, alleluia. Ut digni effi ciamur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana Qui pro phetico fretus lumine mira de mundi fine docuit, in occiduo terræ cardine ut sol Vincen tius occubuit: et septus ange lorum agmine lucidas cæli sedes tenuit, allecia. Oratio.

DEUS, qui gentium multitu dinem mira beati Vin centii Confessoris tui prædica tione ad agnitionem tui nomi nis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præliatorem habere merea mur in cælis : Dominum no strum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit...

T Quando hæc Oratio dicitur ad Memoriam et eam sequitur alia Memoria, sic concluda tur :præmiatorem habere me reamur in cælis : Christum Dominum nostrum. Amen

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Veneremur Christi vultum, * Quem Vin centius prædicavit Judicem esse venturum, alleluia.

Hymnus.

LUMEN in terris populi fidelis
Civis et cæli modo factus alti,
Acta Vincenti tua concinentes
Dirige voces.

FLORE primævo nitidæ ju ventæ,
Eligens puræ documenta vitæ,
Ordinis magnum imitans Pa rentem
Prædicatorum :

LUCE doctrinæ rutilans se renæ,
Ambitum terræ pelagique lu strans,
Semper ardenti resonando sa crum
Pectore verbum :

DUM viam cunctis reseras salutis,
Orbis occasum canis et pro pinquum,
Jure te clarum genus omne reddit
Prodigiorum.

HINC velut solis radius ca dentis,
Conditus terra Britonum re mota,
Pulchrior regnis oriens super nis,
Æthera scandis.



ANGELIS septus, decoratus astris,
Doctor et Virgo, geminis co ronis
Inter illustres animas refulges
Munere Christi.

SIT Patri, Nato, pariter co ævo
Flamini sancto salus una, cu jus
Nomen in cælis sine fine lau dat
Spiritus omnis. Amen.

IN NOCTURNO.

Ana. Attentam matrem red didit latrans in ventre catulus, ut quæreret, quem edidit, qua lis esset infantulus, alleluia. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum duobus ceteris ut in primo Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana.Vincentii sublimitas quæ sit futuro tempore matris mon strat agilitas, roburque datum corpori, alleluja.

Ana. Religionem inclytam postquam subit Dominici, vir tutem sibi præstitam laude monstrat multiplici, alleluia.

f. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. 1$. Sto lam gloriæ induit eum, alle luja.

Benedictiones ante Lectiones dentur secundum ordinem No cturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta, Benedictio Benedictione per petua. cum duabus sequenti bus; Feria tertia et Feria sexta, Benedictio Deus Pater omnipotens, cum duabus se quentibus; Feria quarta et Sabbato, Benedictio Ille nos benedicat, cum duabus sequen tibus.

De Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 5.

SCIMUS enim quoniam si ter restris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habe mus,domum non manufactam, æternam in cælis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitatio nem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes : si tamen vestiti, non nudi inve niamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemisci mus gravati : eo quod nolu mus exspoliari, sed superve stiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita.

j. Res agitur digna spe ctaculo, ab ignotis quando vectoribus allatos panes tra didit populo degenti secum in nemoribus : qui sæpe stupet hausto poculo, * Non consum ptis vini liquoribus, alleluia.

V. Tunc exsultant virorum millia, dum intuentur Viri ma gnalia. — Non consumptis vim liquoribus, allecia.

(Ex Bulla Canonizationis et probatis Auctoribus.)

Lectio ij.

TTINCENTIUS, honesta stirpe V Valentiæ in Hispania na tus ab ineunte ætate cor gessit senile. Qui dum caliginosi hu ius sæculi labilem cursum pro ingenii sui modulo considera ret Religionis habitum inordi ne Prædicatorum decimo octa vo ætatis suæ anno suscepit : et emissa solemni professione, sacris litteris sedulo incum bens, theologiæ lauream sum ma cum laude consecutus est

Mox, obtenta a Superioribus licentia, verbum Dei prædicare, Judæorum perfidiam arguere, Saracenorum errores confutare tanta virtute et efficacia cœpit, ut ingentem ipsorum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, et multa Christianorum millia a peccatis ad pœnitentiam, a vitiis ad virtutem revocarit. Electus enim a Deo, ut monita salutis in omnes gentes, tribus et linguas diffunderet, et extremi tremendique judicii diem appropinquare ostenderet, omnium auditorum animos, terrore concussos atque a terrenis affectibus avulsos, ad Dei amorem excitabat.

ij. Vincentium doctorem inclytum cum decore semper et gloria, sanctitate illustri præditum, veneratur omnis Hesperia : cujus celsum monstratur meritum * In tumuli sacra memoria, alleluia. X- Hinc mirifica signa prodeunt : nam ad vitam defuncti redeunt. — In tumuli sacra memoria, alleluja.

Lectio iij.

PER ipsum divina Virtus in confirmationem vitæ, et prædicationis ejus, multa signa et miracula fecit. Nam frequentissime super ægros manus imposuit, et sanitatem adepti sunt. Spiritus immundos e corporibus expulit. Surdis auditum, mutis loquelam, cæcis visum restituit; leprosos mundavit, mortuos suscitavit. Senio tandem et morbo confectus infatigabilis Evangelii Præco, plurimis Europæ provinciis cum ingenti animarum fructu peragratis, Venetiæ in Britannia minori, prædicationis et vitæ cursum feliciter consummavit anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo nono. Quem Callistus Tertius Sanctorum numero adscripsit.

1$. iij. Prædicator o Vincenti, doctor maxime, quem angelo' rum cum agminibus trium phantem felices animæ prosequuntur jucundis laudibus, * Te laureæ coronant plurimæ sublimem in regnis cælestibus, Alleluia. X. Tu Christi potens gratia, nos tuis fove precibus: quem adscripsit Ecclesia sacris Sanctorum cœtibus. — Te laureæ. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes JP. Ora pro nobis beate Vincenti, alleluia. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i- Festiva vox psallentium collaudet Regem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Erat Vir evangelicus, Christi Præco cum prædicat : dux illius Dominicus in terris ipsum visitat, alleluja.

3- Candens Virgo divinitus hostem pellit ab obsessis : cunctis vivens humanitus salutem reddit oppressis, alleluja.

4- Infantulus laceratur mox matris per excidium : vitæ alter restauratur, quem clausit præcipitium, alleluia.

5- Tunc sub patenti specie angelorum exercitus ad hoc portentum gratiæ convenit hora transitus, alleluia.



Capitulum. Ephes. 3.

MIHI omnium sanctorum minimo data est gratia hæc ' in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo.

Hymnus.

MAGNE Vincenti nova lux Olympi,
Noctis obscuræ tenebras resolve,
Ut tuas puro modulemur omnes
Carmine laudes.

SIDUS extremæ Venetensis oræ,
Et Valentinæ decus urbis almæ,
Ordinis sacri nitor es et ævi
Gloria nostri :

Cujus instructi monitis Hebræi,
Una cum Mauris, veteri relicta
Lege, divinis renovantur undis,
Mente fideli.

SIGNA, quæ multis patuere terris,
Te probant amplis meritis refertum,
Ac viris celsis fore comparandum
Temporis acti.

DÆMONUM sævos reprimis furores,
Pellis et morbos miseratus omnes :
Sæpe defunctos revocas in auras
Lucis amœnas.

INDE, post claræ monimenta vitæ,
Ad poli regnum Superumque cœtum
Lætus ascendis, capiens perennes
Victor honores.

SIT Patri, Nato, simul utriusque
Flamini splendor, decus et potestas:
Cujus æternum chorus angelorum
Numen adorat. Amen.

)<r. Justus germinabit sicut lilium, allecia, fy Et florebit in æternum ante Dominum alleluia.

Ad Benedictus Ana. Cujus vitæ sincera puritas virginali candore nituit, salutaris doctrinæ veritas prædicando ubique claruit, illi summa Bonitas geminam pro meritis coronam tribuit, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem per beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, prælatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum...

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Tu autem.

AD TERTIAM.

Capitulum Mihi omnium sanctorum minimo.ut in Laudibus.

T et ff. Horarum de Communi unius Confessoris, pag.124*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. io.

OPORTET te iterum prophetare gentibus, et populis, et linguis, et regibus multis.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 43

x TOLI timere, quia ego tecum IN sum : ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Dicam aqui loni, Da : et austro, Noli pro hibere : affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ. Oratio Deus, qui gentium, ut infra.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Festiva vox psallentium collaudet Re gem gloriæ, qui cum Sanctis Vincentium glorificavit hodie, alleluja. Psalmus Dixit Domi nus. cum ceteris de Communi i unius Confessoris, pag\ 76*.

Capitulum Mihi omnium san ctorum minimo, et Hymnus Mente jucunda, ut in j. Vespe ris, pag. 1069. et pag\ 1070.

J5\ Ora pro nobis beate Vin centi, alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Gloriose Pater o Vincenti, cui arcem scandenti polorum cum ho nore obvius ingenti plaudens venit chorus angelorum : ca nentes te duc laude frequenti ad amœna regna Beatorum, alleluja. Oratio.

DEUS, qui gentium multitu dinem, mira beati Vincen tii Confessoris tui prædica tione, ad agnitionem tui no minis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præliatorem habere merea mur in cælis : Dominum no strum...

T Quando hæc Oratio dicitur ad Memoriam, et eam sequi tur alia Memoria, sic conclu datur : præliatorem habere mereamur in cælis Christum Dominum nostrum. 1^7. Amen

PER OCTAVAM
S. VINCENTII FERRERII
TEMPORE PASCHALI.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Pervigil Christi nuntius, vocans ad lucis opera, ad fruenda Vincentius nos ducat vitæ munera, alleluja.

Versiculus de Communi unius Confessoris cum Alleluia. Ora tio Deus, qui gentium, ut in ij. Vesperis Festi.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere ad Chri stum nos Vincentius tuto fe rens itinere, alleluia.

y. Ora pro nobis, et Oratio Deus, qui gentium, ut in ij. Vesperis Festi.

QUANDO vero infra Octavam S. Vincentii de ipsa Octa va agitur Tempore Paschali, dicatur Officium quotidianum B. Mariæ V.; de Octava autem S. Vincentii sic fiat Officium :

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Veneremur Christi vultum, * Quem Vin centius prædicavit Judicem esse venturum, alleluja.

Hymnus Lumen in terris., pag. 1070.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos una tantum Antiphona (scilicet prima die Ana Attentam., ut pag. 1071-.; secunda die Ana Vincentii sublimitas., ibidem) cum Al leluia.



tres et Versiculus (cui addatur Alleluia.) de Com muni unius Confessoris secun dum ordinem Nocturnorum.

Ante Lectiones, nisi legenda fuerit Homilia, dentur Bene dictiones secundum ordinem Nocturnorum, ut pag. 1071. notatum est. Si vero legenda fuerit Homilia, detur Benedi ctio Evangelica lectio, cum duabus sequentibus tertii No cturni.

Lectio prima et Lectio se cunda (nisi legenda fuerit Ho milia) erunt de Scriptura cur rente; secus, erunt de Homilia Dominicali.

Prima die infra Octavam erit tertia Lectio Evangelico mu neri., ut p ag. 1065. secun da vero die Sacri Palatii, ut pag. 1066.

Tria Responsoria dicantur secundum Feriam, ut pag.1062. addito suis locis Alleluia.

In tertio Responsorio post Gloria Patri, non repetatur resumptio, quæ est notata post Versum, sed resumatur tan tum Alleluia.

Non reincipiatur tertium Re sponsorium, sed dicatur Can ticum Te Deum laudamus.

T Tempore Resurrectionis, de Cruce fiat Memoria in Laudi bus et Vesperis :

Ad Memoriam de Cruce in Laudibus Ana. Crucifixus sur rexit a mortuis, et redemit nos, alleluia, alleluja.

f- Dicite in nationibus, alle cia. 1$. Quia Dominus regna vit a ligno, alleluia. Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam conse quamur. Per eumdem.

Ad Memoriam de Cruce in Vesperis Ana.Crucem sanctam subiit qui infernum confregit : accinctus est potentia, surre xit die tertia, alleluja,

y. Dicite in nationibus, et Oratio Deus, qui pro nobis., ut ad Memoriam in Laudibus.

Cetera ut per Octavam S.Vin centii infra Quadragesimam, addito suis locis Alleluia.

IN OCTAVA S. VINCENTII
TEMPORE PASCHALI.
SIMPLEX.

Si Octava dies S. Vincentii impedita fuerit, de ipsa fiat Memoria in utrisque Vesperis et Laudibus.

Ad Memoriam de Octava die S. Vincentii in j. Vesperis Ana. Qui prophetico fretus lumine mira de mundi fine docuit, in occiduo terræ cardine ut sol Vincentius occubuit: et septus angelorum agmine, lucidas cæli sedes tenuit, alleluia.

y. Ora pro nobis, et Oratio Deus, qui gentium, ut in ij. Vesperis Festi, pag. 1074

Ad Memoriam in \ t•

Ana. Cujus vitæ sincera puri tas virginali candore nituit, salutaris doctrinæ veritas præ dicando ubique claruit, illi summa Bonitas geminam pro meritis coronam tribuit, alle cia.

Versiculus de Communi unius Confessoris, cumAlleluia., Ora tio Deus, qui gentium ut in IJ. Vesperis Festi, pag. 1074

Ad Memoriam in ij. Vesperis

Ana. Gloriose Pater o Vincenti, cui arcem scandenti polorum cum honore obvius ingenti plaudens venit chorus angelorum : canentes te ducunt laude frequenti ad amœna regna Beatorum, alleluja.

T. Ora pro nobis beate Vincenti, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem per gloriosi beati Vincentii Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti ; præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præliatorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum,qui tecum vivit...

T Hæc Oratio, quando eam sequitur aliqua Memoria, sic concludatur : præliatorem habere mereamur in cælis Christum Dominum nostrum. Amen.

Si vero de Octava diei S. Vincentii Tempore Paschali agendum fuerit Officium, fiant quæ hic notata non sunt ut in Festo pro eodem Tempore pag. 1069. et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis infra Tempus Paschale; cetera fiant ut hic signatur.

I Tempore Resurrectionis, de Cruce fiat Memoria in Vesperis et Laudibus ut pag. 1075. notatum est.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo, pag. 1070.

IN NOCTURNO.

Ana. Attentam matrem reddidit latrans in ventre catulus ut quæreret, quem edidit, qualis esset infantulus, alleluja.

Psalmus Beatus vir. cum ceteris duobus ut in Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Vincentii sublimitas quæ sit futuro tempore matris monstrat agilitas, roburque datum corpori, alleluja.

Ana. Religionem inclytam I postquam subit Dominici, virtutem sibi præstitam laude monstrat multiplici, alleluja,

y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluia. Stolam gloriæ induit eum, alleluja.

Benedictiones ante Lectiones (nisi Homilia legenda fuerit) dentur secundum ordinem Nocturnorum.

Dicantur autem Lectiones hic signatæ (nisi legenda fuerit Homilia) cum Responsoriis ipsas subsequentibus.

Lectio j. de Scriptura currente.

R?, j. Res agitur digna spectaculo, ab ignotis quando vectoribus allatos panes tradidit populo degenti secum in nemoribus, qui sæpe stupet hausto poculo, * Non consumptis vini liquoribus, alleluja, f. Tunc exsultant virorum millia, dum intuentur Viri magnalia. — Non consumptis vini liquoribus, alleluja.

Lectio ij.

SPIRITU prophetico illustratus beatus Vincentius futura multa, de extremo præsertim Judicio, prædixit. Callido Tertio, a quo Cælites inter ad



r^i^Te^^ dlu

Antea nuntiavit. Patris ac matris obitum, qua hora ceciderunt, divina revelatione cognovit, longo licet locorum tractu ab eis dissitus esset. Secretas cordium cogitationes detexit. Plurium, post transitum, animarum statum perspectum habuit, easque fusis ad Deum precibus e Purgatorii flammis liberavit. Insequentem numerosam duorum millium hominum multitudinem, post ministratum evangelicum panem, cælesti miraculo temporaliter pavit, multiplicata vini ac panis annona. Ea vero inter concionandum virtute phabat, ut hostes fidei vel lyti secretioribus cordis motibus ad audientiam traherentur.

Pontificatus primo, exsecutus est, eumque sacris fastis adscripsit. At cum præmatura morte ereptus diploma pontificium non dedisset, hoc Pius Secundus successor ejus ultro concessit. In quo istud observatione dignissimum occurrit: tot scilicet Virum Dei patrasse miracula, ut Apostolicis litteris, ne modum excederent, recenseri non potuerint. Mortuos quadraginta, partim dum viveret, partim postquam e vivis excessit, suscitasse perhibetur.

R?. Iij- Prædicator o Vincenti, doctor maxime, quem angelorum cum ordinibus trium phantem felices animæ prosequitur jucundis laudibus, * Te laureæ coronant plurimæ sublimem in regnis cælestibus, Alleluia. T. Tu Christi potens gratia nos tuis fove precibus, quem adscripsit Ecclesia sacris Sanctorum coetibus. — Te laureæ> Gloria. Alleluia,

ij. Vincentium doctorem inclytum cum decore semper et gloria, sanctitate illustri præditum, veneratur omnis Hesperia, cujus celsum raonsinitur meritum * In tumuli sacra memoria, alleluia. f. Hinc mirifica signa P r0 ~j. eunt : nam ad vitam defuncti redeunt. — In tumuli sacra memoria, alleluia.

Lectio iij.

NON diu a sanctissimi Vili obitu, de solemni ipsius canonizatione actum est. Causani in primis urgere cœperunt Joannes ac Petrus Britanniæ Duces coram Summis Pontificibus Martino Quinto, Eugenio Quarto et Nicolao Quinto. Idem subinde rogarunt Joannes Castellæ, e? Alpibus Aragonum Reges. Rem tandem Calatus Tertius anno I

Si vero fuerit Homilia, Lectio Evangelica cum duabus ceteris; Lectiones dicantur de ipsa Homilia, tertia de Octava, scilicet Spiritu prophetico. ut infra, cum tribus ReSp0nS0riis hic positis.

^ 3- Res spectaculo ab ignot* f didit populo d^entis secum in nemoribus hausto poculo^ Non consumptis vini LEONTA* aUehna. \J. i une exsuiwiii millia dum intuentur Vu^ gnatia. vini licoribus, alleluja.

/T



ty. ij. Vincentium doctorem inclytum cum dec6re semper et gloria, sanctitate Illustri præditum, veneratur omnis Hesperia : cujus celsum mon stratur meritum, * In tumuli sacra memoria, alleluia. )T. Hinc mirifica signa prod eunt : nam ad vitam defuncti redeunt. — In tumuli.

Lettio iij.

SPIRITU prophetico illustratus beatus Vincentius futura multa, de extremo præsertim Judicio, prædixit. Callisto Ter tio, a quo Cælites inter adscri ptus est, Pontificatum diu antea nuntiavit. Patris ac ma tris obitum, qua hora cecide runt, divina revelatione co gnovit, longo licet locorum tractu ab eis dissitus esset. Secretas cordium cogitationes detexit. Plurium, post trans itum, animarum statum per spectum habuit, easque fusis ad Deum precibus e Purga torii flammis liberavit. Inse quentem numerosam duorum millium hominum multitudi nem, post ministratum evan gelicum panem, cælesti mira culo temporaliter pavit, mul tiplicata vini ac panis annona. Ea vero inter concionandum virtute pollebat, ut hostes fidei vel inviti secretioribus cordis motibus ad audientiam trahe rentur.

iij. Prædicator o Vincen ti, doctor maxime, quem an gelorum cum ordinibus trium phantem felices animæ prose quuntur jucundis laudibus, Te laureæ coronant pluri mæ sublimem in regnis cæle stibus, Alleluia. J. Tu Christi potens gratia nos tuis fove precibus : quem adscripsit Ec etesia sacris Sanctorum cœti. bus. — Te laureæ. Gloria" Alleluia.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f . Ora pro no bis beate Vincenti, alleluja. Ut digni efficiamur promis sionibus Christi, allecia.

AD PRETIOSA.

T Si in Nocturno lecta fuerit Homilia Dominicæ, dicatur ad Pretiosa. Evangelium ejusdem Dominicæ.

T Si vero Homilia in Noctur no lecta non fuerit, dicatur ad Pretiosa, sequens Evangelium: Secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Tu autem Domine.

DIE IX. APRILIS.

B. ANTONII PAVONII

MART. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS qui, ad unitatem fidei promovendam, beato Antonio Martyri tuo invictam animi fortitudinem contulisti: da nobis, quæsumus, ita ejus vestigia sectari, ut finem fidei nostræ salutem animarum re portemus. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Existimo., de Com muni unius Martyris non Pon tificis, pag. 49*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio i v.

ANTONIUS Pavonius, sæculo decimo quarto Savilliani in dioecesi Taurinensi nobili



fia mundanis rebus abdicatis, Prædicatorum Ordinem am nibus est. Sacræ huic militiæ adscriptus, ad sublimiorem Limi virtutem divinarumque litterarum cognitionem com parandam omnes animi cogi tationes curasque convertit, ut deinceps zelo secundum scientiam prœlia Domini prœ liari posset. Quam ob rem, vir factus, cum magna sanctitatis doctrinæque existimatione flo reret, non modo Savilianensis cœnobii præses constitutus est, verum etiam fidei Quæsitor in Longobardia superiore atque Liguria renuntiatus fuit. Hoc autem tutandæ propagandæ-1 que religionis munus, calami tosis adeo temporibus ipsi concreditum, innumeras exer cendæ virtutis opportunitates eidem attulit, iisque omnibus par semper est visus. Nam as siduo verbi ministerio ignoran tiam divinæ legis morumque corruptelas, unde hæreses oriri solent, efficaciter coercuit. Tum vero errores repressit, hæreticorum fraudes detexit, eosque a dispergendo Domi nico grege invicte prohibuit.

Lectio v.

PLACUIT autem divinæ Clementiæ ut vitæ tam sancte atque utiliter actæ copiosa merita excellentiore martyrii laude cumularentur, idque a beato Viro divinitus præco gnitum prædictumque narra tur. Nam anno millesimo tre centesimo septuagesimo quar to, Bricherasium olim Tauri nas, nunc vero Pineroliensis dioecesis oppidum adventans, "t quos ibi ab hæreticis dece ptos audierat, ad catholicam unitatem revocaret, tonsoris cujusdam operam exquirens, admonuit ut apte perpoliret hominem ad nuptias eo in loco celebrandas invitatum. Cumque ille objiceret nullas in vico nuptias parari, Vir san ctus, Ne dubites, inquit, quia vera loquor. * Jam proxima Dominica die, in quam Resur rectionis Domini Octava inci debat, cum idem Beatus Mis sæ sacrum celebrasset in eccle sia dicti loci, ac Dei verbo e suggestu proposito hæretico rum errores arguisset: septem ex illis hæreticis, maligno con citati spiritu, diversisque armis accincti benignum salutis suæ Medicum ab ecclesia egredien tem invadunt, ac hilari animo martyrium obeuntem, imma niter prope eam trucidant. Sic ille, in Agni sanguine dealbata stola, ad cælestes ipsius Agni nuptias introduci meruit.

Lectio vj.

MARTYRIS exuviæ, Savilianum ad sui cœnobii ec clesiam translatæ, miraculis adeo illustratæ perhibentur, ut sequente sæculo de ipsis honorificentius tumulandis de liberatum fuerit. Id vero sol emniter præstitit beatus ipsius successor Aimo Taparellus, qui toto Savilianensi populo spectante, gloriosum Martyris corpus humiliore sepulcro eductum, ad aram quamdam illius ecclesiæ pie extulit, inter festa Redemptoris Natalitia, anno millesimo quadringente simo sexagesimo octavo. Exin de autem beato Martyri reli giosum cultum fideles adhi bere non desierunt : qui plura

obtentorum beneficiorum mo numenta ad ipsius tumulum apposuisse, ejusque opem, præ sertim ad res deperditas inve niendas, implorasse feruntur.

At ineunte sæculo decimo nono, cum Religiosa claustra in magna rerum omnium per turbatione fœde violarentur, ossa Martyris profanatioTM illius templi atque cœnobii subducta sunt, ac Raconixium tandem ad ecclesiam restituti Ordinis translata. Quem cul tum Illustri Martyri præstitum Pius Nonus Pontifex Maximus confirmavit, utque ejus festivi tas in universo Prædicatorum Ordine ac in Taurinensi et Pi neroliensi dioecesibus proprio Officio et Missa celebraretur indulsit.

IN HI. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Nisi granum frumenti, de Communi unius Martyris, pag. 50*.

TEMPORE PASCHALI, Lectio prima Existimo., secunda et tertia erunt tres supraposi tæ, sed bipartitæ per * Ad Pretiosa, dicatur hoc Evange lium :

Secundum Joannem. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agri cola est. Tu autem Domine.

DIE X. APRILIS.
B. ANTONII NEYROT
MART. ORD. PR ÆD.
DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Anto nium, ad lucem veritatis tuæ misericorditer revocatum, eximium Martyrem effecisti : præsta ut ejus intercessione simus semper in fide stabiles, et in opere efficaces. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Existimo, de Com muni unius Martyris non Pon tificis, pag. 49*.

IN II. NOCTURNO.
Lectio iv.

ANTONIUS Rivulis, dioecesis Taurinensis oppido, ho nestis parentibus natus, ado lescens Florentiæ in cœnobio sancti Marci, cui tunc sanctus Antoninus præerat, cooptatus est in Ordinem Prædicatorum. Cum Neapolim profecturus e Sicilia solvisset, a piratis Tu netensibus captus atque in Africam abductus, postquam graviter eam aliquandiu tulit calamitatem, ad extremum Jesu Christi fidem ejuravit. Quartum jam 'mensem in eo cœno hærentem respexit mise ricors Deus, extulitque magni tudine virtutis suæ. Quare ille, abjecta nefaria superstitione, aliquot mensibus ad proximum sese certamen exercuit volun tariis afflictationibus corporis divinique Officii recitatione. Inde expiatus Pœnitentiæ Eu charistiæque sacris, vestibus que Ordinis amictus, Tuneti regulum e castris reversum convenit, et in magna homi num frequentia, seipsum ac cusans impietatis, unam reli gionem christianam, a qua defecerat, veram esse testa tus, multa de Christo magni fice prædicavit.

Lectio v.

REGULUS, cum magnis eum pollicitationibus blandi tiisque frustra tentasset, abripi



^TXrceremT^ectæque præ- cultus. Quem nunquam inter ii in judicium tradi jussit, missum Clemens Decimus ter cii Vir Dei nefarium homi- tius Pontifex Maximus proba nt triduum ipsum se ad vit, Ordinique Prædicatorum defectionem sollicitantem, fre- universo Officii in ejus hono ri maxima animi fortitudine, rem recitandi Missæque cele Interea illatas sibi a barbaris , brandæ potestatem fecit, contumelias infractasque pla JNM NOGTURNO.

SfsnS

Homilia in Evangelium Ego subsidia egenis distribuens, , sum ^^ * inseque pane solum et aqua unius Martyris, pag. 51 . vitam tolerans, ad mortem sese »T-*EMPORE PASCHALI, Lectio parabat. * Quinto ab eo, quo I prima Existimo., secunda in carcerem conjectus fuerat, et tertia erunt tres supraposi die cum eum judex ad se ad- tæ, sed bipartitæ per*. duci fecisset, constantemque in Ad Pretiosa. Evangelium Ego sententia manere animadver- sum vitis vera., ut heri. tisset, lapidibus obrui impera vit. Itaque ad martyrii locum raptus, positis genibus, tensis-, que ad cælum manibus, orans, vim in se conjectorum lapidum immotus sustinuit, et Martyr decessit quarto Idus Aprilis anno millesimo quadnngente- nino sexagesimo.

Lectiovj.

TJXSTINCTI corpus cum bar- E/ bari cremare conati essent, mirabiliter ab igne intactum, Genuenses, qui mercaturam Tuneti exercebant, pretio re imperarunt : quod lotum, sua vemque spirans odorem, dein ceps Genuam missum, beatus Ani adeus Tertius Sabaudiæ , Dux, anno millesimo quadnn gentesimo sexagesimo nono cpnfm^r. nA.-oivQcimn nnnn Rivulos transferendum cura vit. Cumque ad mortis fortiter pro Christo obitæ gloriam be neficia accessissent, quibus se multi beati Antonii meritis auctos fuisse profitebantur, confirmatus majorem in mo dum est propagatusque reli giosus hominum erga ipsum

BIE XI. AFRILIS
S. LEONIS MAGNI
PAPÆ, CONF. ET F.CCL. DOCT.
TOTUM DUPLEX. Oratio,

us qui p6pui0 tuo æter jj næ> Jalli tis beatum Leo nem ministrum tribuisti: præ QUæsUmus, ut quem do ctorem vitæ habuimus in terris, ^rem hab6re merea cælis Per

IN I. NOCTURNO.

In Quadragesima, Lectiones vjr> qui in sapientia mor£bjtUr.,'de Communi unius Doctoris pag. 79*.

iv TT vnrrr
IN II. NOCTURNO.
Lectio iv. *

LEO Primus, Etruscus, eo tempore præfuit Ecclesiæ, cum rex Humerum Attila, cognomento Flagellum Dei, in Italiam invadens, Aquileiam triennii obsidione captam di ripuit et incendit : unde cum

Romam ardenti furore rapere tur, jamque copias, ubi Mul tius in Padum influit, trajicere pararet, occurrit ei Leo, malo rum Italiæ impendentium mi sericordia permotus : cujus di vina eloquentia persuasum est Attilæ ut regrederetur. Qui interrogatus a" suis quid esset, quod præter consuetudinem tam humiliter Romani Pontifi cis imperata faceret: respondit se astantem quemdam alium, illo loquente, sacerdotali ha bitu, veritum esse sibi stricto gladio minitantem mortem, nisi Leoni obtemperaret Quare in Pannosam reversus est

Lectio v.

LEO autem Romæ singulari omnium lætitia exceptus, paulo post invadenti Urbem Generico, eadem eloquentiæ vi et sanctitatis opinione per suasit ut ab incendio, ignomi niis ac cædibus abstineret Sed cum Ecclesiam a multis hære sibus oppugnari, maximeque a Nestorianis et Eutychianis exagitari videret; ad eam pur gandam et in fide catholica confirmandam, conciliumChal cedonense indixit Ubi sexcen tis triginta coactis Episcopis, Eutyches et Dioscorus, et ite. rum Nestorius condemnati sunt, ejusdemque concilii de creta sua auctoritate confir mavit.

Lectio vj. *

His actis, sanctus Pontifex se ad reficiendas et ædi ficandas ecclesias convertit Cujus suasu Demetria, pia femina, sancti Stephani eccle siam construxit in suo fundo via Latina, tertio ab Urbe mil liario. Ipse via Appia sub no mine sancti Cornei» alteram condidit. Multas præterea et sacras ædes, et sacra earum vasa restituit. In tribus Basili, cis Petri, Pauli et Constanti, mana cameras exstruxit Ædi ficavit monasterium vicinum Basilicæ sancti Petri. Sepulcris Apostolorum custodes adhi buit, quos Cubicularios appel lavit. Statuit ut in actione Mysterii diceretur : Sanctum sacrificium, immaculatam ho stiam. Sanxit ne monacha be nedictum capitis velamen reci peret, nisi quadraginta anno rum virginitatem probasset. His et aliis præclare gestis, cum multa sancte et luculenter scripsisset, tertio Idus Aprilis obdormivit in Domino. Sedit in Pontificatu annos viginti, men ses decem, dies viginti octo.

IN in. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo tempore : Venit Jesus in partes Cæsareæ Philip pi : et interrogabat discipulos suos dicens : Quem dicunt ho mines esse Filium hominis? Et reliqua.

Homilia sancti Leonis Papæ. (Serni. 2. in Anniv. assumpt. suæ, ante med.)

CUM, sicut evangelica le ctione reseratum est, in terrogasset Dominus discipu los, quem ipsum (multis diver sa opinantibus) crederent; re spondissetque beatus Petrus dicens, Tu es Christus, Filius Dei vivi : Dominus ait: Beatus es Simon Bar Jona : quia caro et sanguis non revelavit tibi,



sed Pater meus, qui in cælis est. Ft ego dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo cla ves regni cælorum. Et quod cumque ligaveris super terram erit ligatum et in cælis : et quodcumque solveris superter ram erit solutum et in cælis. Manet ergo dispositio Verita tis; et beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans, suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit.

Lectio viij.

IN universa namque Eccle sia, Tu es Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit: et omnis lingua, quæ confite tur Dominum, magisterio hu jus vocis imbuitur. Hæc fides diabolum vincit, et captivorum ejus vincula dissolvit Hæc erutos mundo inserit cælo, et portæ inferi adversus eam prævalere non possunt. Tanta enim divinitus soliditate mu nita est, ut eam neque hære tica unquam corrumpere pra vitas, nec pagana potuerit superare perfidia. His itaque modis, dilectissimi, rationabili obsequio celebretur hodierna festivitas : ut in persona humi litatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo et om nium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cujus etiam dignitas in indigno he rede non deficit.

Lectio ix.

PUM ergo cohortationes ^ nostras auribus vestræ sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cujus vice fungimur, loqui credite. Quia et illius vos affectu monemus, et non aliud vobis quam quod docuit præ dicamus : obsecrantes ut suc cincti lumbos mentis vestræ, castam et sobriam vitam in Dei timore ducatis. Corona mea, sicut Apostolus ait, et gaudium vos estis, si fides ve stra, quæ ab initio Evangelii in universo mundo prædicata est, in dilectione et sanctitate permanserit Nam licet omnem Ecclesiam, quæ in toto est or be terrarum, cunctis oporteat florere virtutibus : vos tamen præcipue inter ceteros populos decet maritis pietatis excel lere, quos in ipsa Apostolicæ petræ arce fundatos, et Domi nus noster Jesus Christus cum omnibus redemit, et beatus Apostolus Petrus præ omni bus erudivit

TEMPORE PASCHALI: Lectio prima erit de Feria cur rente; secunda et tertia erunt quarta et sexta de suprapositis signatæ *. Ad Pretiosa. Evan gelium Venit Jesus.

DIE XII. APRILIS.

IN OCTAVA

S. VINCENTII FERRERII.

SIMPLEX.

I Si Octava dies S. Vincentii Ferrarii Tempore Quadrage simæ celebranda fuerit, omnia fiant ut p ag. 1066. et sequenti bus notatum est.

T Si vero post Pascha cele branda fuerit, de ipsa fiat Offi cium ut positum est pag. 1075. et sequentibus.

DIE XIII. APRILIS.
B. MARGARITÆ
DE CASTELLO
VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatam Margaritam Virginem luminibus orbam nasci voluisti, ut intus illuminato cordis oculo te solum assidue contemplaretur : esto lumen oculorum nostrorum, quo mundi hujus tenebris carere valeamus, et perveniamus ad Patriam claritatis æternæ. Per.

IN L NOCTURNO.

Lectiones De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.*

MARGARITA, a nativitate cæca, in Metaurensi Tifernatis dioecesis oppido honestis orta parentibus, dum in civitatem ad visitandum in æde sancti Francisci corpus cujusdam Beati ducitur, illic spe recuperandæ lucis destituta, ab ipsismet parentibus derelinquitur. Sed piæ mulieris domi recepta, teneram ibi ætatem mira sanctimonia transegit. Grandiuscula Sororum Tertii Ordinis sancti Patris Dominici Institutum amplexa, corpusculum suum crebris jejuniis, orationibus, flagellis ac meditationibus assidue redegit in servitutem. Quater singulis hebdomadibus jejunabat, omnibusque sextis feriis solo pane et aqua reficiebatur. Sui Ordinis constitutiones et continuum a festo sanctæ Crucis usque ad Pascha jejunium inviolate servabat. Carnem suam ter singulis noctibus acri flagello cruentabat. Quotidiano fere Sacramentorum usu fovebat spiritum, assueta recitare memoriter totum Psalterium, cujus intelligentiam divinitus assecuta, mirabili eruditione loca nonnulla sublimiter explanabat.

Lectio v. *

SUMMA in Deum pietate ac erga Deiparam affectu jugiter ardens, contemplando mysterio Dominicæ Incarnationis ita affixa erat, ut ingenti miraculo post obitum in corde Virginis tres reperti sint globuli, quorum unus effigiem pueruli Jesu præsepio incumbentis, alter Virginem Matrem, tertius Nutritium Joseph, una cum Margarita genibus flexis assidente, et columba desuper impendente, repræsentabat. Expleto suæ ætatis anno trigesimo tertio, munita ecclesiasticis Sacramentis feliciter migravit ad Sponsum immortalem, anno millesimo trecentesimo vigesimo, die tertia decima Aprilis. Corpus Virginis, dum a sui Ordinis Religiosis communi inferebatur fidelium sepulturæ, cives, concurrente populo, idfpsum pro angelicæ vitæ merito et miraculorum, frequentia, seorsim altiori tumulo cohonestandum decreverunt. Sacro cadaveri prostant! adhuc in feretro admovetur puella multis ab annis paralytica et muta : hujus manum arripiens defuncta Virgo, eamdem integræ sanitati restituit. Unde et ipsa coram omnibus miraculum prædicans, devote habitum sancti Dominici suscepit. Margaritæ corpus, dum aromatibus conditur, ex inciso latere instar balsami vim tantam odoriferi liquoris effudit, ut complures inde impletæ fuerint ampullæ, quarum aliquot in hodiernum diem conservantur.

Lectio vj.

ANNO millesimo quingentesimo octogesimo octavo, aperto tumulo, corpus Margaritæ integerrimum undequaque, ac si tunc recenter sepultum fuisset, mirificaque suaveolentia fragrans inventum est. Itaque Prior loci, obtenta Superiorum licentia, illud novis indutum vestibus, assistente gubernatore civitatis, collegio ecclesiæ cathedralis, magistratu ac populoso multitudinis confluxu, transtulit in locum honorificentiorem. Exinde crebrescentibus denuo miraculis, Tifernates erga Tutelarem suam studio gratitudinis accensi, tria Ordinis Prædicatorum comitia generalia adierunt, enixe flagitantes ut de beata Margarita in album Virginum beatarum solemniter adscribenda supplici apud Apostolicam Sedem instantia tractaretur. Tandem Altissimo disponente, Paulus Quintus Pontifex Maximus, die decima nona Octobris,anno Salutis millesimo sexcentesimo nono, tot supplicum precibus annuens, indulsit quod beatæ Margaritæ festivitas apudTifernates quotannis cum Officio et Missa de Communi Vaginis rite peragatur. Quam gratiam deinde Clemens Decimus Pontifex Maximus, supplicante Magistro Ordinis, ad universam sancti Patris Dominici Religionem clementer extendit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 100*.

TEMPORE PASCHALI Lectio prima De virginibus, secunda vero et tertia erunt quarta et quinta de suprapositis signatæ *.

DIE XIV. APRILIS.
B. PETRI GONZALEZ
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui in maris periculis constitutis beati Petri opem singularem ostendis : ejus nobis intercessione concede ut in hujus vitæ procellis tuæ gratiæ lumen semper affulgeat, quo æternæ salutis portum invenire valeamus.Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio i v. *

PETRUS Gonzalez, sanctus Telmus vulgo appellatus, Fromestæ in Hispania apud Palentiam piis ac nobilibus parentibus ortus est. Adolescens, sub Episcopi Palentini avunculi sui cura, ingenuis artibus et philosophiæ operam dedit, ingenio ad præclara quæque aptissimo.

Sed ejusdem Ecclesiæ Canoni catu, et mox etiam Decanatus dignitate auctus, honorum ac divitiarum illecebris juveniliter abreptus, sæculi vanitati paulo liberius indulsit. Accidit vero ut cum ipso Dominicæ Nativi tatis die, equo splendide pha lerato æqualium comitatu to tam urbem lasciviens circum cursare^ equo in profundum lutum repente prolapso, de jectus ipse, multoque cœno inquinatus, spectantium risu sannisque exceptus sit. Quo insigni pudore suffusus, et mundi, cui placere studuerat, contumeliam reputans, se vi cissim, a quo spretus esset, spreturum constituit. Igitur paulo post, magna omnium admiratione, in Prædicatorum Ordinem sese recepit : ubi veterem hominem cum acti bus suis exuens, novumque induens, eximiæ posuit tiroci nia sanctitatis.

Lectio v.

AD ceteras autem virtutes, quibus brevi magnopere excoluit, caritatem attulit proximorum salutis cupidissi mam. Quare absoluto sacra rum litterarum studio, sancto Patre Dominico ad imitandum sibi proposito, prædicationi se totum dedit, nihil a Deo im pensius flagitans quam ut revocandis in viam salutis ani mabus perditis idoneus effice retur. Severissimam, aposto lico more, eo in munere pau pertatemexercuit.Quocumque exciperetur hospitio, non inde prius exibat quam incolas omnes sacra exomologesi ex piasset. Sermo illi vivus et efficax, quo audientium corda adeo pervadebat, ut per eas quas apostolico zelo peragravit Hispaniæ provincias, innume ros fere peccatores adprehen dam adduxerit. Ferdinandum regem, cognomento Sanctum, in varias adversus Mauros expeditiones euntem secutus consiliis, exemplo et oratio nibus mirifice juvit. Venustas feminas ejus amore captas aliasque procaciores ad eum immissas, ut pudicitiæ ejus insidias struerent, non solum strenue repulit, sed ad melio rem vitæ frugem convertit.

Lectio vj. *

MINIO flumini prope Ribadaviam longe rapido atque effuso, publica transeun tium utilitate pontem amplis simum fere miraculo imposuit, accita ad operis molitionem ingenti structorum manu : quibus cum cibus aliquando deficeret, evocatos quotquot iis reficiendis sufficerent pisces, manuque prehensos, iisdem præbuit. Sed et socios labore itineris atque inedia fere defi cientes pane et vino cælitus suppeditatis recreavit. Adhuc vivens, in sævissima maris procella a nautis invocatus, eisdem sese conspicuum exhi buisse fertur tempestatemque sedasse. Prophetico spiritu fu tura multa prænuntiavit,atque imprimis extremum vitæ suæ diem : quo adventante, in Tu densem sese urbem recepit, ubi meritis et laboribus ple nus, sancto fine quievit. Ejus corpus honorifico sepulcro ab Episcopo Tudensi conditum est : unde miræ fragrantiæ oleum manasse traditur, ægris saluberrimum. Ejus miraculo



rum fama ad remotas usque Americæ regiones pervagata, ingenti populorum veneratione invocari et coli cœpit, a nautis cumprimis, qui ejus opem in maris tempestatibus præsen tissimam experti, eum sub in vocatione sancti Telmi in Tu telarem sibi adsciverunt. Illius cultum continenter propaga tum approbavit Benedictus Decimus quartus, ejusque fe stum cum Officio et Missa ab universo Prædicatorum Ordi ne, nec non a Clero Palentine etTudensi celebrari concessit.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. io

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Euntes prædicate, dicentes : Quia appro pinquavit regnum cælorum. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Comment. 33. in Matth.) j!

CONSIDERA inquit qualiter Dominus non miraculorum curam habet ut mores eorum in me lius reducat quam ut signo rum præbeat potestatem. Nam ut ostendat absque nobilitate morum nihil signa valere; ut que in nullum fastum animi atque tumorem inciderent, Gratis, inquit, accepistis. Deinde ne cupiditate pecunia rum moverentur, intulit : Gra tis date. Nam ne quasi sua ipsorum potestate miracula fa cientes, inde superbirent, Gra tis, dixit, accepistis; nihil lar gimini iis, qui vos recipiunt. Non enim tamquam merce dem vestris laboribus debitam ista accepistis : mea enim est gratia. Sic igitur aliis quoque hæc beneficia, quorum nullum potest condignum præmium inveniri, gratis date.

Lectio viij.

POST hæc, cum radicem omnium malorum volue rit evellere, vitiorumque fun damentum diruere : Non pos sideatis, inquit, aurum, neque argentum, neque pecunias in zonis vestris : non peram in via, nec duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. Non dixit, Non accipiatis vo biscum : sed, Non possideatis : ut si et aliunde recipere pos sent, recusarent tamen, ac per niciosam hanc ægritudinem fugerent. Quo deinde præce pto multa profecto comple ctitur commoda : Primum, ut nulla de discipulis possit esse suspicio : deinde, ab omni sæ culari cura sic ipsos liberos reddit, ut prædicationi solum vacare possint : demum, im mensam suam potentiam ipsis patefacit: quod et postea com memoravit dicens : Numquid vobis tunc aliquid defuit, quando vos nudos absque cal ceis misi ?

Lectio ix.

ILLUD etiam consideratione dignum est, quod non inci piens statim dixit, Non possi deatis aurum, neque argen tum : sed cum prius mundandi leprosos, ejiciendi dæmonia potestatem eis dederit, tunc intulit: Nihil possideatis : gra tis accepistis, gratis date. Sic rebus ipsis docuit, utilia se, et honesta, et facilia factu eis præcipere. Sed inquies cetera quidem non absque ratione

certa dicta esse. Quid autem ut peram non habeant in via, nec duas tunicas, nec virgam, nec calceamenta, quanam de causa eis injunxit? Exactissime certe sublimioris vitæ fundamenta voluit jacere. Sic et in superioribus, nullam de crastina die curam ipsos habere hortatur.

TEMPORE PASCHALI Lectio prima Beatus vir., secunda et tertia erunt quarta et sexta de suprapositis signatæ Ad Pretiosa. Evangelium Euntes prædicate.

DIE XV. APRILIS.

S. HERMENEGILDI

MARTYRIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Hermenegildum Martyrem tuum cælesti regno terrenum postponere docuisti: da quæsumus nobis ejus exemplo caduca despicere, atque æterna sectari. Per.

IN I. NOCTURNO.

In Quadragesima, Lectiones Existimo, de Communi unius Martyris non Pontificis, pag. 49*

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Dialogorum sancti Gregorii Papæ.

Lectio iv. * (Lib. 3. cap. 31.)

HERMENEGILDUS rex, Leovigildi regis Visigothorum filius, ab Ariana hæresi ad fidem catholicam viro reverendissimo Leandro Hispalensi Episcopo, dudum mihi amicitiis familiariter juncto, prædicante, conversus est. Quem pater Arianus, ut ad eamdem hæresim rediret, et præmiis suadere, et minis terrere conatus est. Cumque ille constantissime responderet nunquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnovisset : iratus pater eum privavit regno, rebusque exspoliavit omnibus. Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arcta illum custodia concludens, collum manusque illius ferro ligavit. Cœpit itaque Hermenegildus rex juvenis terrenum regnum despicere, et forti desiderio cæleste quærens, in ciliciis vinculatus jacens, omnipotenti Deo, ad confortandum se, preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi despicere, quanto et religatus agnoverat nihil fuisse, quod potuerit auferri.

Lectio v. *

SUPERVENIENTE autem Paschalis festivitatis die, intempestæ noctis silentio ad eum perfidus pater Arianum Episcopum misit, ut ex ejus manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed Vir Deo deditus Ariano Episcopo venienti exprobravit ut debuit, ejusque a se perfidiam dignis increpati6nibus repulit: quia etsi exterius jacebat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad se itaque reverso Episcopo, Arianus pater infremuit, statimque suos apparitores misit, qui constantissimum Confessorem Dei illic, ubi jacebat, occiderent; quod et factum est. Nam mox ut ingressi sunt, securim cerebro ejus infigentes, vitam corporis abstulerunt, hocque in eo valuerunt perimere, quod ipsum quoque, qui peremptus est, in se constiterat despexisse. Sed pro ostendenda vera ejus gloria, superna quoque non defuere miracula. Nam cœpit in nocturno silentio psalmodiæ cantus ad corpus ejusdem Regis et Martyris audiri : atque ideo veraciter Regis, quia et Martyris.



Lectio vj.

QUIDAM etiam ferunt quod illic nocturno tempore accensæ lampades apparebant. Unde et factum est quatenus corpus illius, ut videlicet Martyris, jure a cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater vero perfidus et parricida, commotus pœnitentia, hoc fecisse se doluit, nec tamen usque ad obtinendam salutem pœnituit. Nam quia vera esset catholica fides agnovit; sed gentis suæ timore perterritus, ad hanc pervenire non meruit. Qui, oborta ægritudine, ad extrema perductus est, et Leandro Episcopo, quem prius vehementer afflixerat, Reccaredum regem filium suum, quem in sua hæresi relinquebat, commendare curavit ut in ipso quoque talia faceret, qualia et in fratre suis exhortationibus fecisset : qua commendatione expleta, defunctus est. Post cujus mortem Reccaredus rex, non patrem perfidum sed fratrem Martyrem sequens, ab Arianæ hæresis pravitate conversus est, totamque Visigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret, qui regni Dei hostis exsistere per hæreticam pravitatem non timeret. Nec mirum quod veræ fidei prædicator factus est, qui frater est Martyris : cujus hunc quoque merita adjuvant, ut ad omnipotentis Dei gremium tam multos reducat.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Si quis venit ad me. de Communi unius Martyris, pag. 44*.

TEMPORE PASCHALI Lectio prima erit de Scriptura currente, Lectio secunda et Lectio tertia erunt quarta et quinta de suprapositis signatæ *.

AD PRETIOSA.

E vangelium.

Secundum Lucam. Cap. 14.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Tu autem Domine.

DIE XVI. APRILIS.

SS. TIBURTII, VALERIANI ET MAXIMI

MARTYRUM.

TRES LECTIONES. Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus: ut qui sanctorum Martyrum tuorum Tiburtii, Valeriani et Maximi solemnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per.

IN NOCTURNO.

(Ex sinceris Actis S. Cæciliæ, et Rom. Brev.)

Lectio ij.

VALERIANUS Romanus, no bili genere ortus, Alexan dro Severo imperatore, hor tatu beatæ Cæciliæ Virginis, quam sibi pari nobilitate uxo rem desponderat, una cum Tiburtio fratre a sancto Urba no Papa baptizatur. Quos ubi præfectus Urbis Almachius Christianos esse cognovit, et patrimonio pauperibus distri buto, Christianorum corpora sepelire, accersitos graviter re prehendit : atque ubi Christum Deum constanter confitentes, deos autem dæmoniorum ina nia simulacra prædicantes vi det, virgis cædi jubet.

Lectio iij.

SED cum verberibus cogi non possent ut Jovis simula crum venerarentur, immo for tes in fidei veritate permane rent, ad quartum ab Urbe lapidem securi feriuntur. Quo rum virtutem admiratus Maxi mus præfecti cubicularius, qui eos ad supplicium perduxerat, Christianum se esse professus est cum multis præterea præ fecti ministris : qui paulo post plumbatis contusi, omnes, ex diaboli ministris, Christi Do mini Martyres evaserunt

DIE XVII. APRILIS.

B. CLARÆ GAMBACURTÆ

VIDUÆ ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

TRIBUE nobis misericors Deus spiritum orationis et pœnitentiæ : ut beatæ Claræ vestigiis inhærentes, merea mur, quam ipsa in cælis acce pit, coronam obtinere. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Mulierem fortem de Communi unius nec Virgi nis nec Martyris, pag. 106*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

CLARA Petro Gambacurta, viro pernobile Pisis orta est. Puella, licet venustate præ dita et ingenio prompto, reli gionis devotionisque exercitiis fuit addicta, ita ut in iis omne studium poneret, et jejuniis, non sine gravi stomachi mole stia, intenderet. Coævis puel lis accersitis, illas ad pietatem instruebat inflammabatque. Pauperum indigentiis miseri corditer affecta, copiosas elee mosynas eisdem erogabat, et aliquando etiam proprias ve stes elargita est Duodenas matrimonio juncta fuit cuidam juveni Pisano, divitiis æque ac nobilitate præclaro, cui pater septennem sponderat. Ea in ætate majori caritatis in Deum et proximum fervore exarsit : nam sæpissime co ram Crucifixi imagine, et in sa crosanctæ Hostiæ elevatione suum expromebat desiderium totam se Deo dicandi, si quan do ei licuisset. Pretiosas vestes muliebresque ornatus parvi faciens, si aliquando his uti co gebatur, asperum sub iisdem tegebat cilicium. Anno circi ter tertio a matrimonio inito, vir ejus procul agens mortem oppetiit.

Lectio v.

MORTIS sponsi sui nuntio accepto, se totondit, id perfectura, quod semper con



cupiverat. Utque id asseque retur, insciis parantibus, in monasterium sancti Martini Ordinis sanctæ Claræ se re cepit, ubi Thoræ nomen in Claram commutavit.Ægre hoc ferentes pater fratresque,armo rum vi eam eripuerunt, ac domi carceri manciparunt: ubi omni solatio destituta, iis etiam, quæ ad vitam sunt necessaria, ca ruit. Ast Deus, qui est mæren tium consolator, spiritualibus deliciis ancillam suam recreare non destitit. Tandem genitrix, filiæ molestiis commota, patri suasit ut eam libertate donaret eique morem gereret. Sicque factum est ut monasterium sanctæ Crucis Ordinis Prædi catorum ingrederetur, in quo habitum Religionis maxima cum animi exsultatione susce pit. * Suis expletis votis, om nibus virtutibus incubuit. Pau pertatis amantissima, iis vesti bus utebatur, quas aliæ dimit tebant. Viliora exercitia pro se eligebat, aliaque operabatur, quæ religiosam decent humili tatem. Quatuor annis in eo mo ^asterio peractis, studio majo ris observantiæ a patre obti nuit ut monasterium sibi con strueretur, ubi regularis disci plina accuratius posset haberi. Novum ingressa cœnobium, in oratione et regulæ custodia tota fuit. Ad sancti Patris Do minici tramitem, non loqueba tur nisi cum Deo, aut de Deo : ex quo contigit neminem ab ^discessisse, quin malior effe ctus fuerit.

Lectio vj.

COMMUNITATI præfecta, omnem impendebat ope ram ut infirmis non solum ne cessarii, sed ne solatii quidem quidquam deesset Subditarum defectus summa lenitate, pro re, vel reprehendebat, vel pu niebat Æquo animo patris duorumque fratrum occisio nem sustinuit, ac occisoris viduam cum geminis filiabus in suum accepit monasterium, et beneficiis cumulavit. Fine tandem vitæ suæ adveniente, Sacramentis summa cum de votione susceptis, cancellatis que manibus, dulcissimum Jesu Christi nomen repetens, inter filiarum lacrimas, die decima septima Aprilis, anno millesimo quadringentesimo decimo nono, animam Deo red didit Antiqua monumenta fe runt quod circa cadaver san ctimoniales, ex Ordinis more Psalmos recitantes, in fine cu juscumque eorum versum Glo ria Patri pro Requiem semper reserabant, licet in id serio animum ponerent. Magnus fuit populorum concursus ad venerandum ejus corpus, quod tredecim post annos e sepulcro erutum, et lingua vivida in venta, supra majus altare repo situm fuit, et exinde perpe tuum obtinuit cultum. Quem rite probatum Pius Octavus Pontifex Maximus ex sacro rum Rituum Congregationis consilio confirmavit, utque de beata Clara Officium recitari, et Missa celebrari possit in civitate et dioecesi Pisana nec non in toto Prædicatorum Or dine benigne concessit

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simi le est regnum cælorum thesau ro. de Communi unius nec Vir ginis nec Martyris, pag. 111*.

TEMPORE PASCHALI. Lectio prima Mulierem fortem, Lectio secunda et Lectio tertia erunt tres Lectiones secundi Nocturni bipartitæ per *.

AD PRETIOSA.

Evangelium :

Secundum Matthæum. Cap. 13.

ri illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Tu autem Domine.

DIE XX. APRILIS.

S. AGNETIS

DE MONTE POLITIANO

VIRG. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. In voce jucunditatis natalem celebremus Agnatis, quam sublimi decoram gloria Sanctam veneratur mater Ecclesia, allecia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Isa. 61.

GAUDENS gaudebo in Domino, et exsultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, quasi sponsam ornatam monilibus suis.

I^z. Virginem castam Agnetem benedicit Dominus, Mater Virgo mulcet alloquio : * Honorant Apostoli, ministrant Angeli, Alleluia. W- Speciosum forma præ filiis hominum in sinum Mater deponit Filium. — Honorant Apostoli, Gloria. Alleluia.

Hymnus.

AGNETIS almæ Virginis
Lætemur in solemniis,
Et gratiarum canticum
Sponso canamus Virginum.

SPRETO novennis sæculo
Cæli dicatur Domino :
Mentem supernis reficit,
Corpus severe subigit.

VIRTUTE magna prædita
Hostem fugat tartareum :
Dotata cæli gratia
Visu beatur cælitum.

JESUM in ulnis parvulum
Cordis tenet solatium,
Cibumque Panis cælici
Manus ministrat Angeli.

PRECAMUR, Auctor omnium,
Perenne dona gaudium :
Da Virginis suffragiis
Sponsi fruamur nuptiis.

SIT laus honorque Domino
Qui jura mortis subruit,
Dignisque vitæ merito
Regni cor6nam tribuit. Amen.

f. Ora pro nobis beata Agnes, allecia, Ut digni efficiamur promissionibus Christi, allecia.

Ad Magnificat Ana. Vocata est hodie Agnes ad nuptias Agni, alleluja : accumbit in jucunditate cum Sponso suo, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui beatam Agnetem Virginem tuam cælesti rore sæpe perfundere, et orationis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius ut ejus precibus, perpetuo tuæ benedictionis rore conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Agnum sponsum Virginum, qui Virginem sibi desponsavit Agnetem, * Venite adoremus, allecia.

Hymnus.

AGNETIS ortum cælitus
Accensa produnt lumina,
Quæ mira pandunt protinus
Futura vitæ merita.



ÆTATE vernans tenera,
Morum senecta prædita,
Servire malens humilis,
Invita præest ceteris.

ORANS in altum tollitur,
Florere terra cernitur,
Guttæque roris candidi
Decus redundant pallii.

LAVACRA tangens balnei,
Fontem dedit remedii :
Fluenta fundit olei,
Gaudent medela languidi.

PRECAMUR, Auctor omnium,
Perenne dona gaudium :
Da Virginis suffragiis
Sponsi fruamur nuptiis.

SIT laus honorque Domino,
Qui jura mortis subruit,
Dignisque vitæ merito
Regni coronam tribuit. Amen.

IN NOCTURNO.

Ana. Senilem gerens animum, novennis fugit sæculum : vestigia premens Dominici, virtute fulsit multiplici, alleluia. Psalmi primi Nocturni de Communi unius Virginis, pag. 88*.

Ana. Ut vita Jesu manifestaretur in carne sua, mortificationem ejus jugiter Agnes in se circumtulit, alleluia.

Ana. Collem purgat luxuriæ, et dicat pudicitiæ : sedem destruit dæmonis, templum construit Virginis, alleluja.

J. Diffusa est gratia in labiis tuis, alleluia. t?. Propterea benedixit te Deus in æternum, allecia.

^ Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 14.

ET vidi : et ecce Agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit.

Iy. j. Agnes devota Dei famula precabatur in conspectu Domini die ac nocte, * Corpusque suum jejuniis affligebat assidue, allecia. f. Angelus autem Domini Panem Angelorum ministrabat ei. — Corpusque.

(Ex beato Raymundo Capeno, et utroque Brevi Clementis VIII. anno 1594. i. Octobris, et anno 1601. 23. Februarii emanato.)

Lectio ij.

AGNETIS de Monte Politiano, Ordinis sancti Dominici, Virginis integerrimæ nativitatem faces divinitus accensæ in cubiculo matris illustrarunt. Claustrale institutum amplexa est nono ætatis anno : et quintumdecimum necdum egressa, Summi Pontificis jussu, monilibus invita præficitur. Ejus lectulus nuda humus, cervical saxum fuit :

et quindecim annos in pane et aqua jejunavit. Sæpe inter orandum, nec major annis quatuordecim, a terra cubito tollebatur; ejusque pallium roris candidi guttis, quæ crucis effigiem singulæ referebant, respergebat^ : ac locus, ubi genua fixisset, subito pulcherrimis floribus ornabatur. A sacra Deipara Jesum forma lactentis orans excepit : eumque aliquandiu sinu complexa, parvulam crucem tenui filo nexam ab ejusdem collo detraxit.

K/, ij. Dum preces fundit Altissimo, corpus a terra in sublime tollitur, et spectante populo, * Rore cæli amictus perfunditur, alleluja. J. Oranti dat terra flores, dant cæli manna et rores. — Rore cæli.

Lectio iij.

TERRAM quoque Christi sanguine in Passione fuso cruentatam divinitus accepit, ac frustum pelvis, ubi ipse infantulus Jesus a Virgine Matre fuit ablutus. Sed et sancti Apostoli Petrus et Paulus particulis suarum vestium eamdem pro magno munere donarunt. Sæpius eidem Angelus Eucharistiam sua manu porrexit. Virtutibus et miraculis Illustris, ac pretiosa virginitatis corona redimita, migravit in cælum, anno Salutis millesimo trecentesimo decimo septimo. Cum sancta Camarina Senensis (quæ a Deo præmonita jam antea fuerat, parem se gloriam cum sancta Agnete in cælis habituram) ejus corpus integrum atque incorruptum in sepulcro servatum inviseret, ac ejus pedes deosculari vellet, Agnes alterum pedem extulit ad os usque Catharinæ. Quæ cum alio etiam tempore reversa, se ad caput Agnatis demisisset, manna instar nivis toto illo loco pluere cœpit. Denique ipsam beatam Virginem Agnetem miraculis claram Benedictus Decimus tertius Ordinis Prædicatorum sanctarum Virginum numero adscripsit,

ty.iij. Virginem castam Agitem benedicit Dominus, Mater Virgo mulcet alloquio : * Honorant Apostoli, ministrant Angeli, Alleluia, f. Speciosum forma præ filiis hominum in sinum Mater deponit Filium. — Honorant. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata Agnes, alleluja. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Conscendit Agnes hodie cælestis regni solium : stolam induta gloriæ intrat in Sponsi thalamum, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Felicem Agnatis exitum infantes statim nuntiant : cælo docente transitum, turbæ repente convolant, alleluja.
3. Funeris manet integritas, odoris viget suavitas : in signis et prodigiis virtus monstratur Virginis, alleluja.
4. Fontem salutis vividum manus distillant oleum : vitæ relucet meritum, morbi cedunt languentium, allecia.
5. Laudantem Agnatis merita Deus tu£re populum : reis dimitte debita per ipsius suffragium, alleluja.



Capitulum. Isaiæ 61.

^AUDENS gaudebo in Do(jmino, et exsultabit anima mea in Deo meo : quia induit me vestimentis salutis, quasi sponsam ornatam monilibus suis.

Hymnus.

MAGNÆ dies lætitiæ,
Venerunt Agni nuptiæ,
Et Agnes Agnum sequitur,
Sponsoque Sponsa jungitur.
Vox Angelorum concinit :
Lætante cœtu suscipit
Virgo beata Virginem,
Cælestis Agni comitem.
SIGNIS coruscat variis,
Miris micat prodigiis,
Confert salutem languidis,
Vitamque reddit mortuis.
DUM Catharina visitat
Agnatis almæ loculum,
Repente manna candidum
Utramque Sanctam prædicat.
PRECAMUR, Auctoromnium,
Perenne dona gaudium :
Da Virginis suffragiis
Sponsi fruamur nuptiis.
SIT laus honorque Domino,
Qui jura mortis subruit,
Dignisque vitæ merito
Regni coronam tribuit. Amen.

f. Adducentur regi virgines post eam, alleluia. Proximæ ejus afferentur tibi, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Agnetem cæli suscepit curia, Sanctam Sanctis addidit Ecclesia. Sedenti in throno et Agno sit laus, honor et benedictio, allecia. Oratio.

DEUS, qui beatam Agnetem Virginem tuam cælesti rore sæpe perfundere, et orationis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es : concede propitius ut ejus precibus perpetuo tuæ benedictionis rore conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Gaudens gaudebo., ut in Laudibus.

T et ff. Horarum de Communi unius Virginis, pag. 96*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Osee 2.

SPONSABO te mihi in sempiternum : sponsabo te mihi in fide : et scies quia ego Dominus.

AD NONAM.

Capitulum. Cant. 2.

SUB umbra illius, quem desideraveram, sedi : et fructus ejus dulcis gutturi meo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Conscendit Agnes hodie cælestis regni solium : stolam induta gloriæ intrat in Sponsi thalamum, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*

Capitulum Gaudensgaudebo., Hymnus Agnatis almæ Virginis. et f. Ora pro nobis., ut in i. Vesperis, pag. 1092.

Ad Magnificat Ana. Ave Virgo optima, insigne decus Ordinis : ave Virgo inclyta, illustre sidus ætheris : tua carentes merita tuis fove subsidiis, alleluia.

PER OCTAVAM S. AGNETIS.

Ad Memoriam in Laudibus

Ana. Agnes Soror nostra Deum pro nobis invoca : Agnes Agni Sponsa salutem nobis impetra, alleluja.

X. de Communi unius Virginis cum Alleluia.

Oratio.

DEUS, qui beatam Agnetem Virginem tuam cælesti rore sæpe perfundere, et orationis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es : concede propitius ut ejus precibus, perpetuo tuæ benedictionis rore conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per.

Ad Memoriam in Vesperis

Ana. Tuam laudantes gloriam Agnes beata respice : cælestis Agni gratiam benigna nobis obtine, alleluja.

T. Ora pro nobis beata Agnes, alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Oratio Deus, qui beatam Agn£tem. ut supra.

Si vero Tempore Paschali de infra Octavam S. Agnetis, vel ipsa Octava agatur Officium, omnia fiant ut hic notatum est.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo, pag. 1092.

IN NOCTURNO.

Tres Psalmi de Communi unius Virginis alterius Temporis, secundum ordinem Nocturnorum, scilicet : Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria tertia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quarta et Sabbato ex tertio Nocturno.

Super Psalmos una tantum Antiphona, quæ pro prima vel secunda die respective suo loco notata fuerit.

Versiculus secundum Feriam scilicet :

T Feria secunda et Feria quinta, f. Diffusa est gratia in labiis tuis, allecia. propterea benedixit te Deus in æternum, alleluja.

T Feria tertia et Feria sexta, T. Specie tua et pulchritudine tua, alleluja. Intende, prospere procede, et regna, alleluia.

T Feria quarta et Sabbato, X. Adjuvabit eam Deus vultu suo, allecia, Deus in medio ejus, non commovebitur, alleluia.

T Benedictiones ante Lectiones, nisi legenda fuerit Homilia, dentur secundum ordinem Nocturnorum, scilicet : Feria secunda et Feria quinta, Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta, Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato, Benedictio Ille nos benedicatcum ceteris duabus. Si vero legenda fuerit Homilia, detur Benedictio Evangelica lectio, cum ceteris duabus tertii Nocturni.

Lectio prima et Lectio secunda erunt de Scriptura currente, vel de Homilia (si qua legenda fuerit). Lectio tertia erit, prima die infra Octavam Beata Agnes. (pag. 1098), secunda vero die Modestiam, (pag 1099).

Tria Responsoria ex hic positis secundum Feriam :



T Feria secunda et Feria quinta.

i. Veni Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit : * Pro cujus amore sæculum contempsisti, et cum angelis in Paradisum introisti, alleluia.y. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : quia concupivit rex speciem tuam. — Pro cujus amore.

fy ij. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluja. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

iij. Agnes devota Dei famula precabatur in conspectu Domini die ac nocte,* Corpusque suum jejuniis affligebat assidue, Alleluia, y. Angelus autem Domini Panem angelorum ministrabat ei. — Corpusque suum. Gloria. Alleluia.

T Feria tertia et Feria sexta.

ty. j. Hanc amavi, et exquisivi sponsam mihi assumere, * Et amator factus sum formæ illius, alleluja, y. Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. — Et amator.

ij. Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit : quæ acceptis lampadibus sumpsit secum 61eum : * Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias, alleluja, y. Ista est una de numero prudentum, quæ aptavit lampades suas. — Et veniente Domino.

fy iij. Dum preces fundit Altissimo, corpus a terra in sublime t611itur, et spectante populo, * Rore cæli amictus perfunditur, Alleluia.^. Oranti dat terra flores, dant cæli manna et rores. — Rore cæli. Gloria. Alleluia.

T Feria quarta et Sabbato.

I^z. j. Audivi vocem de cælo venientem : Venite omnes virgines sapientissimæ,* Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit, alleluja, y. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit. — Oleum recondite.

ij. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupivit rex speciem tuam, alleluia. y. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia concupivit rex.

iij. Virginem castam Agnetem benedicit Dominus, Mater Virgo mulcet alloquio : * Honorant Apostoli, Ministrant Angeli, Alleluia, f. Speciosum forma præ filiis hominum in sinum Mater deponit Filium. — Honorant Apostoli. G16ria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata Agnes, alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana.Conscendit Agnes hodie cælestis regni solium : stolam induta gloriæ intrat in Sponsi thalamum, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. i7

CapitulumGaudens gaudebo., Hymnus Magnæ dies lætitiæ, et JT. Adducantur, ut in Festo, pag. 1095.

Ad Benedictus Ana. Agnes Soror nostra Deum pro nobis invoca : Agnes Agni Sponsa salutem nobis impetra, alle luja.

Oratio.

DEUS, qui beatam Agnetem Virginem tuam cælesti rore sæpe perfundere, et ora tionis ejus loca diversis enatis floribus decorare dignatus es : concede propitius ut ejus pre cibus perpetuo tuæ benedi ctionis rore conspersi, æterni tatis fructus percipere merea mur. Per.

T Temp. Resurrect. Memoria de Cruce, ut pag. i io i.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutio nibus.

AD PRIMAM.

Ana Conscendit, ut infra.

Capitulum Regi sæculorum immortali., Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Omnia ut in Festo, pag. 1095.

AD VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Con scendit Agnes hodie cælestis regni solium : stolam induta gloriæ intrat in Sponsi thala mum, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Com muni unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum, Hymnus et y. ut in primis Vesperis Festi, pag. 1092.

Ad Magnificat Ana. Tuam laudantes gloriam Agnes bea ta respice : cælestis Agni gra tiam benigna nobis obtine, al leluja.

Oratio Deus, qui beatam Agnetem. ut in Laudibus.

TTemp. Resurrect. fiat Me moria de Cruce, ut pag. noo.

PRIMA DIE

INFRA OCTAVAM S. AGNETIS, TEMPORE PASCHALI.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Senilem gerens animum, no venas fugit sæculum : vesti gia premens Dominici, virtute fulsit multiplici, alleluja.

Tres Psalmi et y. de Commu ni unius Virginis, secundum ordinem notatum pag. 1096.

(Ex Brevi Clementis viij).

Lectio iij.

BEATA Agnes, adhuc infan tula, sæpe se, lusibus pue rilibus neglectis, abdebat, ut se Jesu Christo, quem jam tum Sponsum sibi delegerat, ex animo commendaret. Quo tempore, cum aliquando e suo pago Montem Pontianum pe tens, ad collem in urbis pome rio situm venisset, ubi tunc infames quædam feminæ tur pi quæstu vitam traducebant, tetri quidam sordidique corvi quamplurimi deviantes Chri sti Sponsam rostro et unguibus ferire nitebantur : nimirum impuri dæmones jam tum præ sentire videbantur quantum esset Agnes ipsorum conatibus adversativa. Nonum vero an num agens, cum a parentibus multis precibus impetrasset ut in eadem urbe in sacro vir ginum cœnobio, cui a Sacco nomen erat, suo se Sponso penitus traderet, tanta cœpit alacritate tempus omne in precationibus piis, sacris le ctionibus aliisque religiosis



exercitationibus ponere, ut quantum posset etiam corpo ris necessitati subtraheret.

Cetera fiant ut pag. 1096. et sequentibus notatum est.

SECUNDA DIE

INFRA OCTAVAM S. AGNETIS, TEMPORE PASCHALI.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Ut vita Jesu manifestaretur in carne sua, mortificationem ejus jugiter Agnes in se cir cumtulit, alleluia.

Tres Psalmi et y. de Commu uni unius Virginis, secundum ordinem notatum pag. 1096.

(Ex Brevi Clementis viij.)

Lectio iij.

MODESTIAM, obedientiam, humilitatem Agnes sem per coluit; mentis vero inte gritatem corporisque pudici tiam sic adamavit, ut ad tan tum thesaurum facilius con servandum, tenellum adhuc corpusculum vigiliis ac jeju niis exerceret. Quare tantis illam virtutibus, ea præser tim ætate, præditam, non modo ceteræ virgines et æquales observabant, sed ma gistra etiam ipsam unice dili gebat. Cum ad annum quar tum decimum pervenisset, ita jam cum Deo erat animo arctissimis caritatis vinculis juncta, ut sæpe inter precan dum, nullis adminiculis nixa, cubito a terra tolleretur. Et ne lucerna ardens sub modio la teret, sed super candelabrum poneretur, Agnes, Dei nutu, ad instituendum novum sacra rum virginum cœnobium in oppido vulgo Proceno, cum sua magistra delecta est.

Cetera fiant ut pag. 1096. no tatum est.

DIE XXI. APRILIS.

B. BARTHOLOMÆI CERVERH MART. ORD. PRÆ D.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Bartho lomæum insignem fidei propugnatorem effecisti, et martyrii corona sublimasti : da nobis ejus meritis et inter cessione crucem jugiter ferre, ut cum ipso gloriæ tuæ me reamur esse participes. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. Existimo, de Com muni unius Martyris non Pon tificis. pag. 49*.

Lectio ij.

BARTHOLOMÆUS Savilliani in Diœcesi Taurinensi ex in clyta Centenorum gente natus est anno plus minus vigesimo supra millesimum quadringen tesimum. Adolescens mundi vanitatem despiciens aposto licæ vitæ instituta professus est in Ordine Prædicatorum, ac tali spiritus fervore virtu tum omnium exercitio et sa crarum disciplinarum cultui se devovit, ut brevi absolutum quoddam evangelicæ perfe ctionis specimen et divinarum litterarum doctissimus evase rit. Hinc docendi munere sibi concredito summa cum laude aliquandiu perfunctus, et Au gustæ Taurinorum in sacræ Facultatis magistrorum colle gium cooptatus est. Hæc vero adeo perspecta Bartholomæi

virtus atque doctrina in causa fuit cur ei non semel Savilia nensis cœnobii regimen et ar duum tum maxime Quæsitoris fidei munus committeretur, quod ex eodem claustro late circum Pedemontii Liguriæ que regionibus exerceret.

Lectio iij.

Hoc officio initorum dicen di vi plurimum valeret, tam sancte atque utiliter divini verbi præconem egit, ut ejus nomen omnium laude celebra retur. Sed unde invicto reli gionis assertor!' bonorum æsti matio conciliabitur, inde etiam tam atrox hæreticorum odium conflatum est, ut morte eum afficere machinarentur. Porro hæc Sanctus divinitus præno vit, suosque pro religionis in cremento labores gloriosa martyrii laude coronatum iri. Etenim cum pro exsequendo injuncto munere Cerverias, nunc Fossanensis Dioecesis op pidum, adire deberet, piam di ligentemque, ut cum maxime, conscientiæ exomologesim apud consodalem fecit, eique demum aperte testatus est se eo loci vita decessurum. Vati cinium comprobavit eventus. Cum enim per Braidam illuc pergeret, ac dimidio circiter milliario a loco distaret, ab hæreticis circumventus est, qui sociorum altero graviter vul nerato, mortem ei nec mini mum reluctanti, sed libenter perferenti martyrium, et pro occisoribus roganti, lanceis confosso ventre attulerunt, die vigesimo primo Aprilis anni millesimi quadringentesimi sexagesimi sexti.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap.ir

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agri cola est. Tu autem Domine

DIE XXIII. APRILIS.

S. GEORGII MARTYRIS.

SIMPLEX. Oratio.

DEUS, qui nos beati Georgii Martyris tui meritis et in tercessione lætificas : concede propitius ut qui tua per eum beneficia poscimus, dono tuæ gratiæ consequamur. Per.

T Tempore Resurrectionis, Memoria de Cruce in utrisque Vesperis, si de S. Georgio fiat Officium Simplex extra Octa vam Solemnem.

Ana. Crucem sanctam subiit qui infernum confregit: accin ctus est potentia, surrexit die tertia, alleluja,

y. Dicite in nationibus, alle cia. Quia Dominus regna vit a ligno, alleluia. Oratio.

DEUS, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis ut Resurrectionis gratiam conse quamur. Per eumdem.

IN NOCTURNO.

Lectio j. et Lectio ij. de Scri ptura currente.

(Ex probatis Auctoribus.)

Lectio iij.

GEORGIUS genere Cappa dox, sub Diocletiano im peratore, post carceres, ver bera, rotam gladiis armatam et alia tormenta, per sanguinem



migravit ad Christum. Ejus venerandum caput Romæ ser vatur ad Velum aureum; quod Zacharias Papa in theca reper tum cum græca inscriptione ibidem recondidit. Redditus est hic sanctus Martyr toti Orienti et Occidenti variis mi raculis clarissimus, a regibus etiam in bello sæpius invoca tus. Romana quoque Ecclesia inter Sanctos, quos præcipue adversus fidei hostes invocare consuevit, sanctum Georgium cumprimis ut singularem pa trinum veneratur.

T Tempore Resurrectionis, Memoria de Cruce in Laudi bus, si de S. Georgio fiat Offi cium Simplex extra Octavam Solemnem.

Ana. Crucifixus surrexit a mortuis, et redemit nos, alle cia, alleluja.

f. Dicite in nationibus, et Oratio Deus, qui pro nobis., ut supra ad Memoriam de Cruce in Vesperis.

AD PRETIOSA.

Evangelium Ego sum vitis vera., pag. i loo.

Si festum sanctissimæ Coronæ spineæ Domini impedi tum fuerit, nec sit intra Tem pus Paschale aliqua Feria va cans in quam transferri queat, die iv. Maii celebrabitur, et festum S. Monicæ transferetur suo ordine in aliquam Feriam vacantem.

DIE XXIV. APRILIS.

SS. CORONÆ SPINEÆ DOMINI.

TOTUM DUPLEX.

Super Psalmos Ana. Sum mum Regem gloriæ spinis co ronatum ridet plebs perfidiæ morti condemnatum, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Cant. 3.

EGREDIMINI et videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit il lum mater sua.

Felix Spina, cujus aculei guttis rubent roris sanguinei, * Vires frangunt regis tartarei, seras pandunt regni siderei, Alleluia, f. O Spinarum im mensa gloria, quæ tot nobis præstant remedia. — Vires frangunt.Gloria. Alleluia.

Hymnus.

ÆTERNO Regi gloriæ
Devota laudum cantica
Fideles solvant hodie
Pro Corona Dominica.

CORONAT Regem omnium
Corona contumeliæ,
Cujus nobis opprobrium
Coronam confert gloriæ.

DE spinarum aculeis
Christi Corona plectitur,
Qua ministris tartareis
Mundi potestas tollitur.

CORONA Christi capitis
Sacro perfusa sanguine,
Pœnis solutis debitis,
Reos purgat a crimine.

TPenultima Stropha Tempore Resurrectionis :

QuÆSUMUS,Auctoromnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

TPenultima Stropha Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

T Ultima Stropha utroque Tempore :

LAUS Christo Regi gloriæ
Pro Coronæ virtutibus,
Qua nos reformans gratiæ
Coronet in cælestibus. Amen.

f - Tuam Coronam adoramus Domine, alleluja. Tuum gloriosum recolimus triumphum, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Gaude felix mater Ecclesia, adsunt tibi nova solemnia : nam Corona, quondam ingloria, nunc per orbem refulget gloria, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, ab ipso gloria et honore coronari mereamur in cælis : Qui tecum vivit.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Adalberti Episcopi et Martyris.

Oratio.

r*FIRMITATEM nostram quæ sumus, omnipotens Deus respice : et quia pondus propriæ actionis gravat, beati Adalberti Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adsunt Dominici Serti solemnia : * Laude multiplici plaudat Ecclesia alleluja.

Hymnus Æterno Regi gloriæ. ut in j. Vesperis,pag.noi.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Aria. Christum sub Serto spineo deridet plebs perfidiæ : cujus cruore roseo Sertum confertur gloriæ, alleluja. Psalmus Beatus vir, qui non abiit, cum duobus ceteris ut in j. Nocturno de Communi unius Martyris pag. 39*.

y. Tuam Coronam adoramus Domine, alleluja. TUum gloriosum recolimus triumphum, alleluja.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat cum ceteris duabus.

De Canticis canticorum.

Lectio j. Cap. 3.

FERCULUM fecit sibi rex Salomon de lignis Libani : columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum : media caritate constravit propter filias Jerusalem : Egredimini et videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.

j. Spina carens Flos spina pungitur, per quam culpæ spina confringitur : * Spina mortis spinis retunditur, dum Vita moritur, alleluja. f. Per hoc ludibrium hostis deluditur: mortis dominium per mortem tollitur. — Spina mortis.

Sermo sancti Cyrilli Episcopi Jerosolymitani.

Lectio ij. (Catech. 13.)

MILITES coronam imposuerunt capiti ejus. Quid enim refert etiamsi spineam? Omnis rex a militibus appellatur : oportebat et Jesum a militibus typice coronari: sicut ideo Scriptura in Canticis dicit : Exite et videte filiæ Sion regem Salomonem in corona, qua coronavit ipsum mater ejus. Mysterium erat Corona : solutio enim erat peccatorum, dissolutio autem maledictionis. Accepit sententiam Adam: Maledicta terra in operibus tuis : spinas et tribulos afferet tibi. Propterea Jesus accepit spinas, ut solvat hanc maledictionem.

ij. Coronat Regem omnium Judæa Serto spineo : stat inter spinas lilium vernans cruore roseo, * Spinarum culpæ nescium, spinæ punctum aculeo, allecia. J. Sub decore fulget purpureo corpus nitens candore niveo. — Spinarum culpæ nescium.

Sermo sancti Athanasii Episcopi.

(In Evang. De Passione et Cruce Domini.)

Lectio iij.

ALIA quoque ratione spineam Coronam gestare videri potest: nimirum ut sollicitudines nostræ vitæ exstirparet. Injecit enim scelestus ille, quamquam nolens, sollicitudines nostras super Dominum, non animadvertens futurum esse ut earum gestatione Dominus omnes in securitatem assereret, quo et sementem verbi a spinis depurgatam haberent, et in precibus mentem inconvulsam possiderent. Ipse enim in doloribus et curis erat, ut nos doloribus careremus.



^Z. iij. Felix Spina, cujus aculei guttis rubent roris sanguinei, * Vires frangunt regis tartarei, seras pandunt regni siderei, Alleluia, y. O Spinarum immensa gloria, quæ tot nobis præstant remedia. — Vires frangunt. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes y. Plectentes Coronam de spinis, alleluia. Posuerunt super caput Domini, alleluja.

AD LAUDES ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Adest dies lætitiæ, quo Diadema spineum commendatur memoriæ, Christi cruore roseum, alleluia, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Summum Regem gloriæ spinis coronatum ridet plebs perfidiæ morti condemnatum, alleluia.

3. O quam felix punctio, quam beata Spina, de qua fluit unctio, mundi medicina! Alleluia.

4. Pungens spina vulnerat Christum patientem,et a morte liberat populum credentem, alleluja.

5. Spinæ rubent sanguine, Christum cruentantes : mundum lavant crimine, cælum reserantes, allecia.

Capitulum. Cant. 3.

EGREDIMINI et videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua.

Hymnus.

LAUDA fidelis concio
Spinæ trophæum inclytum,
Per quam perit perditio,
Vitæque datur meritum.

Nos a puncturis liberat
Æterni Patris Filius,
Dum spinis pungi tolerat
Spinarum culpæ nescius.

DUM spinarum aculeum
Christus pro nobis pertulit,
Per Diadema spineum
Vitæ coronam contulit.

PLAUDAT turba fidelium,
Quod per spinæ ludibrium
Purgat Creator omnium
Spineti nostri vitium.

T Penultima Stropha
Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

T Penultima Stropha
Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

T Ultima Stropha
utroque Tempore :

LAUS Christo Regi gloriæ
Pro Coronæ virtutibus,
Qua nos reformans gratiæ
Coronet in cælestibus. Amen.

)P.Eris corona gloriæ in manu Domini, allecia. Et dia dema regni in manu Dei tui, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Ave Spina pœnæ remedium, servi decus, Regis opprobrium : tua plaga, dolor, ludibrium, vitæ nobis mercantur præmium, al lelliia

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui in memoriam Passionis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, ab ipso gloria et honore coronari mereamur in cælis : Qui tecum vivit.

Ad Memoriam S. Adaperti Episcopi et Martyris. Oratio.

INFIRMITATEM nostram quæsumus, omnipotens Deus respice : et quia pondus propriæ actionis gravat, beati Adal berti Martyris tui atque Ponti ficis intercessio gloriosa nos protegat. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Joannem. Cap. 19.

IN illo tempore : Apprehendit Pilatus Jesum, et flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus : et veste purpurea cir cumdederunt eum. Tu autem.

AD TERTIAM.

Capitulum. Cant. 3.

EGREDIMINI et videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit il lum mater sua.

Tuam Coronam adoramus Domine, * Alleluia, alleluja. Tuam Coronam. y.Tuum glo riosum recolimus triumphum. Alleluia. Gloria. Tuam Coro nam.

^.Gloria et honore coronasti eum Domine, alleluia. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 6.

VIDI, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret.

Gloria et honore coronasti eum Domine, * Alleluia, alle luia. Gloria et honore, f. E* constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia. Gloria Patri. Gloria et honore.



f Posuisti Domine super ca put ejus, alleluja, ^z. Coronam de lapide pretioso, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Isa. 28.

TN die illa erit Dominus exer cituum corona gloriæ, et sertum exsultationis residuo populi sui.

Posuisti Domine super ca put ejus, * Alleluia, alleluja, posuisti, f. Coronam de lapide pretioso. Alleluia. Gloria. Po suisti.

jT.Eris corona gloriæ in manu Domini, alleluja. 1$. Et dia dema regni in manu Dei tui, alleluja.

AD II. VESPERAS.
Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordi nem Melchisedech. •

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in con silio justorum, et congrega tione.

Magna opera Domini ^exqui sita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ? misericors et mise rator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testa menti sui : * virtutem operum suorumannuntiabitpopulosuo:

Ut det illis hereditatem gen tium : * opera manuum ejus veritas, et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæcu li, * facta in veritate et æqui tate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ ti mor Domini.

Intellectus bonus omnibus fa cientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus ni.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lu men rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Ddmino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus : X | justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,* et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus x 16.

LAUDATE Dominum omnes gentes : * laudate eum omnes populi :

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus : * et veritas Domini manet in æternum.

Ana. Adest dies lætitiæ, quo Diadema spineum commendatur memoriæ, Christi cruore roseum, alleluja, alleluja.

Capitulum Egredimini, et Hymnus Æterno Regi gloriæ ut in j. Vesperis, pag. i ior.

y. Tuam Coronam adoramus Domine, alleluia. Tuum gloriosum recolimus triumphum, alleluia.

Ad Magnificat Ana. O decus Ecclesiæ gloriosa Spina, sertum Regis gloriæ, mundi medicina, præsentis angustiæ dulcor et resina, te laudantes hodie serves a ruina, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui in memoriam Passi6nis Domini nostri Jesu Christi Coronam ejus spineam veneramur in terris, ab ipso gloria et honore coronari mereamur in cælis : Qui tecum vivit.

## DIE XXV. APRILIS. S. MARCI EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

Quæ hic notata non sunt dicantur de Communi Apostolorum Temporis Paschalis, Pagg- 113*. -116*., præter Capitula, quæ sumantur de Communi unius Evangelistæ, pag. 116*.

Oratio.

DEUS, qui beatum Marcum, Evangelistam tuum, evangelicæ prædicationis gratia sublimasti : tribue, quæsumus, ejus nos semper et eruditione proficere, et oratione defendi. Per.

IN NOCTURNO.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 4.

ET in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile crystallo : et in medio sedis, et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas : et in circuitu, et intus plena sunt oculis : et requiem non habebant die ac nocte, dicentia : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.

fy j. Virtute magna reddebant Apostoli * Testimonium Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri, alleluja, alleluja. f. Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. — Testimonium Resurrectionis Jesu Christi.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri de Scriptoribus ecclesiasticis.

Lectio ij.

MARCUS discipulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, et probavit, et Ecclesiæ legendum sua auctoritate dedit. Assumpto itaque Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit in Ægyptum, et primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit Ecclesiam tanta doctrina et vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judæorum, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat Jerosolymæ credentes omnia habuisse communia, sic et ille, quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit.

ij. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluia : modo venerunt ad fontes : * Repleti sunt claritate, alleluja, alleluja, f. In conspectu Agni amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. — Repleti sunt claritate, alleluia, alleluia.

Lectio iij.

MORTUUS est autem octavo Neronis anno, et sepultus Alexandriæ. Martyrio obiisse certum est. Fuisse Marcum primum parentem et auctorem Ægyptiorum monachorum etiam constat. Sanctus Petrus Martyr Alexandrinus Episcopus, cum sacra mysteria celebraturus in throno sancti Marci nollet de more sedere, sed potius in suppedaneo scabello maneret, id ægre ferenti populo respondit : Plerumque, cum throno illi appropinquare volo, video quamdam in eo divinam sedere virtutem, fulgore luminis admodum radiantem. Mox ego, inter gaudium et pavorem suspensus, agnosco me tantæ sessionis prorsus indignum.

iij. Candidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluja : splendorem Deo dederunt, alleluja : * Et sicut lac coagulati sunt, Alleluia, alleluja, f. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. — Et sicut lac. Gloria. Alleluia, alleluja.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. io.

IN illo tempore : Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum, quo erat ipse venturus. Tu autem Domine.

DIE XXVI. APRILIS.

BB. DOMINICI ET GREGORII

CONFESSORUM ORD. PRÆD.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad cælestia regna, alleluja.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

1$. De ore prudentis procedit mel, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluia : * Favus distillans labia ejus, Alleluia, alleluia. f. Sapientia requiescit in corde ejus, et prudentia in sermone oris illius. — Favus distillans. Gloria. Alleluia, alleluja.

Hymnus Iste Confessor., pag. 122*.

f. Orate pro nobis beati Dominice et Gregori, alleluja. I??. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum corona, qua coronavit eum Dominus in die solemnitatis et lætitiæ, allecia, allecia.

Oratio.

DEUS, cujus misericordiæ non est numerus, te humiliter deprecamur : ut intercedentibus beatis Dominico et Gregorio Confessoribus tuis I peccatorum nostrorum p6ndere subducti, gloriam ab ipsis obtentam assequamur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti, * Alleluia.

Hymnus Iste Confessor., DaP 122*.

IN NOCTURNO.

Ti'es Psalmi et tres Antiphonæ ut in primo Nocturno de Communi unius Confessoris extra Tempus Paschale, pag. 68*. addito singulis Antiphonis Alleluia.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi, alleluia. R?. Et gloriamini omnes recti corde, alleluja.

Benedictiones dentur secundum ordinem Nocturnorum, ut in festo SS. Coronæ Spineæ Domini,pag. 1102. notatum est.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 31.

BEATUS vir, qui inventus est sine macula : et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna : qui potuit transgredi, et non est transgressus : facere mala, et non fecit : ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

j. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluja : * In mandatis ejus cupit nimis, allecia, alleluja, alleluja. f - Potens in terra erit semen ejus : generatio rectorum benedicetur. — In mandatis ejus cupit nimis, alleluia, alitilia, alleluia.

Lectio ij.

IDEATI Dominicus et Grego jj rius Ordinis Prædicatorum, qui in regno Aragoniæ Hispaniarum circa finem sæculi decimi tertii floruere, sancti Patris Dominici vestigia prementes, ac proximorum salutis zelo flagrantes, apostolico ministerio per Evangelii prædicationem se totqs dedicabant. Dum autem quadam die i Perarruam versus iter peragerent, gravi oborta aeris procella, eam declinaturi sub rupem se receperunt : quæ concussa et repente corruens Dei Servos oppressit. Omnipotens autem pretiosam eorum mortem delitescere non permisit. Miro quippe apparente indicio, incolæ vicinorum locorum accurrentes, amotisque saxis, sub quibus Beatorum corpora latebant, sacras exuvias invenerunt : quæ ad oppidum nomine Besians dioecesis Barbastrensis delatæ, in ecclesia parochiali honorifice repositæ sunt. Ex tunc beati Dominicus et Gregorius Sanctorum cultum obtinuere, et eorum in adversis patrocinium incolæ implorare cœperunt. Quem cultum, ad hæc usque tempora propagatum et nunquam intermissum, Pius Nonus Pontifex Maximus ex consulto sacrorum Rituum Congregationis probavit, indulsitque ut eorum festum cum Officio et Missa ab universo Prædicatrirum Ordine quotannis celebretur.

ij- De ore prudentis procedit mel, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluia : * Favus distillans labia ejus, alleluia, alleluia. f. Sapientia requiescit in corde ejus, et prudentia in sermone oris illius. — Favus distillans.



Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Serni, de Mart.)

Lectio iij.

Qui Sanctorum merita religiosa caritate miratur, quique justorum glorias frequenti laude colloquitur,eorum mores sanctos atque justitiam imitetur : quoniam quem delectat Sancti alicujus meritum, delectare debet par circa cultum Dei obsequium. Quare, aut imitari debet si laudat, aut laudare non debet si imitari detrectat. Nam si propterea justos fidelesque diligimus, quod in ipsis justitiam fidemque suspicimus, possumus nos quoque esse quod sunt, si faciamus ipsi quod faciunt.

R?, iij. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum corona, qua coronavit eum Dominus * In die solemnitatis et lætitiæ, Alleluia, f. Induit illum Dominus stolam gloriæ, et coronavit eum. — In die. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Orate pro nobis beati Dominice et Gregori, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. alleluja.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

r Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, allecia : et sicut odor balsami erunt ante te alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Sancti et justi in Domino gaudete, alleluja : vos elegit Deus in hereditatem sibi, alle luja.

3- In velamento clamabunt Sancti tui Domine, alleluia, alleluja, alleluja.

4- Spiritus et animæ justorum hymnum dicite Deo nostro, alleluja, alleluja.

5. In cælestibus regnis San ctorum habitatio est, alleluja : et in æternum requies eorum, alleluja.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justi tiam, adepti sunt repromissio nes, in Christo Jesu Domino nostro.

Hymnus.

JESU, Redemptor omnium,
I Corona confitentium,
In hac die clementius
Nostris faveto precibus,

TUI sacri qua nominis
Confessor al mus claruit,
Cujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.

Qui, rite mundi gaudia
Huj us caduca respuens,
Cum angelis cælestibus
Lætus potitur præmiis.

Hujus benignus annue
Nobis sequi vestigia :
Hujus precatu servulis
Dimitte noxam criminis.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen. I

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurus præmium : '
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen

f. Mirabilis Deus, alleluja'
1$. In Sanctis suis, allecia.

Ad Benedictus Ana. Lux per petua lucebit Sanctis tuis Do mine, allecia, et æternitas temporum, allecia, alleluja, alleluja.

Oratio.'

DEUS, cujus misericordiæ non est numerus, te humi liter deprecamur : ut interce dentibus beatis Dominico et Gregorio Confessoribus tuis, a peccatorum nostrorum pon dere subducti, gloriam ab ipsis obtentam assequamur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum.Cap.n.

IN illo tempore : Respondens Jesus dixit : Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapien tibus et prudentibus, et reve lasti ea parvulis. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Sancti per fidem., ut in Laudibus.

Lætamini in Domino, et exsultate justi, * Alleluia, alle luja. Lætamini, f. Et gloria mini omnes recti corde. Alle luia. Gloria. Lætamini.

f. Exsultent justi in conspe ctu Dei, alleluja. Et dele ctentur in lætitia, allecia.



AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

•REDDIDIT Deus mercedem XV laborum Sanctorum suo rum et deduxit illos in via mirabili : et fuit illis in vela mento diei, et in luce stella rum nocte.

Exsultent justi in conspe ctu Dei, * Alleluia, alleluja. Exsultent, f. Et delectentur in lætitia. Alleluia. Gloria. Exsultent.

f. Justi autem in perpetuum vivent, alleluja. Et apud Dominum est merces eorum, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 3.

JUSTORUM animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

1$. Justi autem in perpetuum vivent, * Alleluia, alleluja. Justi autem, f - Et apud Do minum est merces eorum. Al leluia. Gloria. Justi autem.

f. Mirabilis Deus, alleluja.
1$. In Sanctis suis, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt re gna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

Hymnus Iste Confessor., pag. 122*.

y. Orate pro nobis beati Do minice et Gregori, alleluja.
Ut digni efficiamur promis sionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. In civi tate Domini clare sonant jugi ter organa Sanctorum : ibi Angeli et Archangeli hym num decantant ante thronum Dei, alleluja.

DIE XXVII. APRILIS.
IN OCTAVA S. AGNETIS.
SIMPLEX.

Omnia ut in Festo, pag.1092. et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis, præter hic posita.

IN NOCTURNO.

Duæ primæ Lectiones erunt de Scriptura currente (vel de Homilia Dominicali, si legen da fuerit), tertia vero quæ se quitur.

(Ex Brev. Clem. Vili.)
Lectio iij.

CUM in gravissimum mor bum incidisset Agnes, ad balnea dandam propinqui op pidi deducta, vix aquas illas est ingressa, cum cælesti quodam rore concreto et instar nivis candido fuere contectæ, cujus particulæ singulæ crucis figu ram exprimebant : ac nova quoque tunc aquæ vena sca ndens, morbos omnes curare cœpit. Verum ipsa, quæ jam ad cælestes nuptias a Sponso evocabatur, ad cœnobium re versa, ingravescente morbo, Sorores, deplorantes tantæ ma tris jacturam, consolata, cum eas ad concordiam et votorum observantiam esset hortata, et oculis in cælum sublatis, spi ritum Domino commendasset,

vitam hanc miseram et cadu cam cum beata illa et æterna commutavit. Cujus corpus, mi ram odoris suavitatem efflans, ad se visendum omnes invita vit; ac summis manibus et pedibus pretiosum liquorem emittens, vestes etiam ipsas madefecit : et usque in præs entem diem multis et magnis miraculis illustratur.

DIE XXVIII. APRILIS.
S. PAULI A CRUCE
CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui ad mysterium Crucis prædi candum, sanctum Paulum sin gulari caritate donasti, et per eum novam in Ecclesia fami liam florescere voluisti : ipsius nobis intercessione concede ut Passionem tuam jugiter reco lentes in terris, ejusdem fru ctum consequi mereamur in cælis. Qui vivis.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Vitalis Martyris.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus: ut intercedente beato Vitale Martyre tuo, et a cunctis adversitatibus libere mur in corpore, et a pravis co gitationibus mundemur in mente. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

PAULUS a Cruce, Uvadæ in Liguria natus, sed e Castel la^, prope Alexandriam, Sta diorum nobili genere oriun dus, qua futurus esset sancti tate clarus, innotuit miro splen dore, qui noctu implevit pa rientis matris cubiculum et insigni augusta* cæli Reginæ beneficio, quæ Puerum in flu men delapsum a certo naufra gio illæsum eripuit. A primo rationis usu Jesu Christi cruci fixi amore flagrans, ejus con temptationi prolixius vacare cœpit, et carnem innocentissi mam vigiliis, flagellis, jejuniis, potu in sexta Feria ex aceto cum felle misto ac dura quavis castigatione conterere. Marty rii desiderio incensus, exerci tui se adjunxit, qui Venetiis, ad bellum Tureis inferendum, comparabatur. Cognita vero inter orandum Dei voluntate, arma ultro reddidit, præstan tiori militiæ operam daturus, quæ Ecclesiæ præsidio esse, æternamquehominum salutem procurare totis viribus nitere tur. Reversus in patriam, ho nestissimis nuptiis sibique de lata patrui hereditate recusa tis, arctiorem inire Crucis se mitam ac rudi tunica a suo Episcopo indui voluit. Tum ejus jussu, ob eminentem vitæ sanctimoniam et rerum divi narum scientiam, nondum cle ricus Dominicum agrum, ma ximo cum animarum fructu, divini verbi prædicatione ex coluit. Romam profectus, theo logicis disciplinis rite imbutus, a Summo Pontifice Benedicto Decimo tertio ex obedientia sacerdotio auctus est. Facta sibi ab eodem potestate aggre gandi socios, in solitudinem recessit Argentarii montis, quo eum beata Virgo jampridem invitaverat, veste illi simul ostensa atri coloris, Passionis Filii sui insignibus decorata: ibique fundamenta jecit novæ



Congregationis. Quæ brevi, plurimis ab eo toleratis labo ribus, præclaris aucta viris cum Dei benedictione valde succrevit; a Sede Apostolica non semel confirmata, una cum regulis, quas orando ipse a Deo acceperat, et quarto addito voto pergratam Domi nicæ Passionis memoriam pro movendi.

Lectio iij.

SACRAS Virgines quoque in stituit, quæ excessum cari tatis divini Sponsi sedulo me ditarentur. Hæc inter, anima rum inexhausta aviditate ab Evangelii prædicatione nun quam deficiens, homines pene innumeros, etiam perditissi mos, aut in hæresim lapsos, in salutis tramitem adduxit. Præsertim in Christi enarran da Passione, mirifica ejus ora tionis vis erat, qua una cum astantibus in fletum effusus, quælibet obdurata corda ad pœnitentiam scindebat. Tanta in ejus pectore alebatur divinæ caritatis flamma, ut indicium, quod erat cordi propius, sæpe veluti igne adustum, et binæ costula^ elatæ apparuerint. Sacrum præsertim faciens, non poterat a lacrimis temperare. Frequenti quoque extasi cum mira interdum corporis eleva tione frui, vultuque superna luce radiante conspiciebatur. Quandoque, dum concionare tur, cælestis vox verba ei sug gerentis audita fuit, aut sermo ejus ad plura millia passuum intonuit. Prophetiæ et lingua rum dono, cordium scrutatione, potestate in dæmones, in mor bos, in elementa, enituit Cum que ipsis Summis Pontificibus carus ac venerandus esset, servum inutilem, peccatorem nequissimum, a dæmoniis quo que conculcandum se judica bat. Tandem, asperrimi vitæ generis ad longam usque se nectutem tenacissimus, anno millesimo septingentesimo se ptuagesimo quinto, cum pœ clara monita, veluti sui spiritus transmissa hereditate, alumnis tradidisset, Ecclesiæ Sacra mentis ac cælesti visione re creatus, Romæ, qua prædixe rat die, migravit in cælum. Eum Pius Nonus Pontifex Ma ximus in Beatorum, novisque deinde fulgentem signis in Sanctorum numerum retulit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. io.

IN illo tempore : Designavit Dominus et alios septuagin ta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum quo erat ipse venturus. Tu autem Do mine.

DIE XXIX. APRILIS.
S. PETRI
MART. ORD. PRÆD.
TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Collæ tetur turba fidelium trium phantis Athletæ gaudio, qui conservans pudoris lilium, et coruscans doctrinæ radio, dum pro fide subit martyrium, trino felix potitur bravio, allecia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem ; quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Dum Samsonis vulpes quærit, ab iniquis cæditur : caput sacrum lictor ferit, justi sanguis funditur : * Sic trium phi palmam gerit, dum pro fide moritur, Alleluia, ℣. Stat in victus pugil fortis : constans profert hora mortis fidem, pro qua patitur. — Sic triumphi. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

MAGNÆ dies lætitiæ
Nobis illuxit cælitus:
Petrus ad thronum gloriæ
Martyr pervenit inclytus.

PUER in fide claruit,
Parentum carens nebula :
Deo servire studuit
Sub paupertatis regula.

CARNEM afflixit jugiter
In labore multiplici,
Viam sequens humiliter
Patris sui Dominici.

VITA, mors, signa varia,
Cælum frequenti lumine,
Dant Petro testimonia
De sanctitatis culmine.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Per ipsius suffragium
Crescat nostra devotio.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Et fortes in certamine
Sertis ornas perpetuis. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

℣. Ora pro nobis beate Petre allecia. Ut digni effici' mur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Petre Martyr inclyte, Prædicatorum gloria, virginitate prædite verbo, signis et gratia, con cessa nobis solitæ pietatis cle mentia, transacto mundi tra mite, nos transfer ad cælestia, allecia.

Oratio.

FIÆSTA, quæsumus omnipo Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione, mar tyrii palmam meruit obtinere. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Cælestis exer citus Regem adoremus : * Et pro palma Militis ejus jubile mus, alleluja.

Hymnus.

ADEST triumphus nobilis
Festumque cæli curiæ,
Quo rosa delectabilis
Offertur Regi gloriæ.

PETRUS flos pulchritudinis,
Et virtutum sacrarium,
Nullum mortalis criminis
Sensit unquam contagium.

ROBORARE cum nititur
Fidem verbi præconio,
Pro fide tandem cæditur
Hæreticorum gladio.

DUM sic in petra fidei
Petri tenet vestigia,
Ad Petram Christum provehi
Meretur cum victoria.



Duæ ultimæ Strophæ Tem pore Resurrectionis et Tempo re Ascensionis ut in fine Hym ni ad j. Vesperas respective dicantur.

IN NOCTURNO.

Ana. De fumo lumen oritur, et rosæ flos de sentibus : Do ctor et Martyr nascitur Petrus de infidelibus, alleluia. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Martyris, pag. 39*.

Ana. Prædicatorum Ordinis militans in acie, nunc conjun ctus est agmini cælestis mili tiæ, alleluia.

Ana. Mens fuit angelica, lin gua fructuosa, vita apostolica, mors quam pretiosa! Alleluia.

℣. Gloria et honore coronasti eum Domine, alleluia. 1$. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluja.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Bene dictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris dua bus ; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lectio j. Cap. 3.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institu tionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, pas siones. Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, et Lystris : quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Do minus. Et omnes, qui pie vo lunt vivere in Christo Jesu, I persecutionem patientur. Mali autem homines, et seductores proficient in pejus, errantes, et in errorem mittentes. Tu vero permane in iis, quæ didi cisti, et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. Et quia ab in fantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu.

j. O Petre, sidus aureum, summi vas honoris, candorem servans niveum dono Creato ris, * Decus habes virgineum in supernis choris, alleluja, y. Tu speculum munditiæ, tu custos innocentiæ, tu sancti flos pudoris. — Decus habes virgineum.

(Ex bulla Canonizationis, et probatis Auctoribus, ac Ro mano Breviario.)

Lectio ij.

PETRUS, Veronæ parentibus Manichæorum hæresi infe ctis natus, ab ipsa pene infan tia contra hæreses pugnavit. Puer ann6rum septem, cum scholas frequentaret, aliquando a patruo hæretico interrogatus quid tandem in iis didicisset, christianæ fidei Symbolum se didicisse respondit: neque ullis unquam patris patruive blan ditiis aut minis a fidei constan tia dimoveri potuit. Adolescens Bononiam studiorum causa venit: ubi a Spiritu sancto ad sublimioris vitæ formam voca tus Ordinis Prædicatorum in stitutum suscepit. Magno vir tutum splendore in Religione eluxit : corpus et animum ab omni impuritate ita custodivit, ut nullius mortiferi peccati labe se inquinatum unquam

senserit. Carnem jejuniis et vigiliis macerabat, mentem divinis contemplationibus ex ercebat : virginitatis decus in violatum perpetuo conserva vit.

R?, ij. Prædicator fervidus, fidei zelator, circuit intrepidus hæresum damnator : vitiorum rigidus semper expugnator, * Veritatis lucidus doctor et amator, alleluja. T- Verbo, vita prædicat, signis crebris emicat legis æmulator. — Ve ritatis lucidus.

Lectio iij.

IN salute animarum procu randa assidue versabatur : peculiaris gratiæ dono hære ticos acriter confutabat. Tan tam in concionando vim ha buit, ut innumerabilis homi num multitudo ad eum audien dum conflueret, multique ad pœnitentiam converterentur. Tanto fidei ardore incensus erat, ut pro ea mortem subire optaret, eamque a Deo gra tiam enixe precaretur. Itaque hæretici necem, quam is paulo ante concionando prædixerat, illi intulerunt. Nam cum san ctæ Inquisitionis munus gere ret, illum, Como Meditatium redeuntem, impius sicarius se mel atque iterum in capite gladio vulneravit : jamque pe ne mortuus Symbolum fidei, quam infans virili fortitudine confessus fuerat, in ipso supre mo spiritu pronuntiavit : ite rumque latera mucrone trans verberatus, ad martyrii pal mam migravit in cælum, anno Salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo:quem multis illustrem miraculis In nocentius Quartus anno se quenti sanctorum Martyrum numero adscripsit.

iij. Dum Samsonis vulpes quærit, ab iniquis cæditur • caput sacrum lictor ferit, justi sanguis funditur : * Sic trium, phi palmam gerit, dum pro fide moritur, Alleluia, f. Stat invi ctus pugil fortis : constans pro fert hora mortis fidem, pro qua patitur. — Sic triumphi. Glo ria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro no bis beate Petre, alleluja. R. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Petrus novus incola cælos laureatus ascendit, aureola tri plici dotatus, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum cete ris, pag. 17.

2. Turbæ currunt languen tium, signa coruscant varia: et in Petri præconium crebra crescunt prodigia, allecia.

3. Bolus digne suffocat guttur detrahentis; sed mox ipsum revocat votum pœnitentis, al leluja.

4. Motu, sensu corporis juve nis privatur : tactu sacri pul veris vitæ restauratur, alle luja.

5. Ad sancti Petri tumulum frequens lux descendit : in cu jus laudis titulum lampades accendit, alleluia.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.



Hymnus.

EXSULTET claro sidere
li Fulgens mater Ecclesia :
Petrus Martyr in æthere
Nova profudit gaudia.

PAUPER, pudicus, humilis,
Christo se totum dedicat:
In lege Dei docilis,
Verbis, exemplis prædicat.

TRIUMPHAT per martyrium
Christi fortis in acie :
Conservans semper lilium
Virginalis munditiæ.

Lux cæli, vitæ meritum,
Cum signorum frequentia,
Petri commendant exitum
Et prædicant magnalia.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Per ipsius suffragium
Crescat nostra devotio.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Et fortes in certamine
Sertis ornas perpetuis. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f • Corona aurea super caput ejus, allecia. Expressa si gno sanctitatis, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Sum ma pollens Petrus munditia, et præfulgens doctrinæ gra tia, martyrii clarus victoria, trinæ fulget coronæ gloria, allecia.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omni potens Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua de votione sectemur, qui pro ejus dem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Lucam. Cap. 9.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Tu autem Domine.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, etff.deCom muni unius Martyris,pag.i 18*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Aha. Petrus novus incola cælos laureatus ascendit, aureola triplici dota tus, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Com muni unius Martyris, pag. 47*.

Capitulum Beatus vir, qui suffert tentationem, et Hym nus Magnæ dies lætitiæ., ut in j. Vesperis, pag. 1114.

y. Ora pro nobis beate Petre, alleluia. ^z. Ut digni efficiamur promissionibusChristi,alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Mar tyr egregie, doctor veritatis, puritatis vasculum, norma san ctitatis, tua per suffragia ve niam peccatis et vitam in glo ria præsta cum Beatis, allecia.

PER OCTAVAM S. PETRI M.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Petrus novus incola cæ los laureatus ascendit, aureola triplici dotatus, alleluja.

f. Corona aurea super caput ejus, alleluja. R. Expressa si gno sanctitatis, alleluja.

(Si in Laudibus de aliquo Martyre factum fuerit Offi

cium, ad Memoriam de Octava S. Petri M. dicatur f. Magna est gloria ejus in salutari tuo, alleluja. Gloriam et magnum decorem impones super eum, alleluja.) Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo[tens] Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Ad sancti Petri tumulum frequens lux descendit, in cujus laudis titulum lampades accendit, alleluia.

y. Ora pro nobis beate Petre alleluja, Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja Oratio Præsta, quæsumus. ut ad Memoriam in Laudibus.

T Si contigerit de die Octava S. Petri fieri Officium, Lectiones erunt, duæ primæ de Scriptura Feriæ currentis, et pro iij. repetatur quæ est iij. pro die festi : reliqua vero omnia dicantur prout in Festo, pag. x 113. et sequentibus, servato modo Octavæ diei Simplicis.

## DIE XXX. APRILIS.

# S. CATHARINÆ SENENSIS

## VIRGINIS ORDINIS PRÆDICATORUM.

TOTUM DUPLEX.

### AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Immortali laude Catharina Virgo Senensis est efferenda : quando quidem suæ sanctitatis præstantia universo generi humano innotuit, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius, dicit Dominus omnipotens.

Vitam Catharmoe innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens atque vita functa liquido ostendit, Alleluia. JP. Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit— Quæ vivens. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

HÆC tuæ, Virgo monumenta laudis,
Quæ tuis læti Camarina sacris
Hoc quidem pacto modulamur omnes,
Perfer Olympo.

Si satis digne nequeant referri.
f i
Annuas nobis veniam, precamur :
Non sumus tanti ingenii, fatemur,
Optima Virgo.



Quis fuit dignas modulatus unquam
Virginis laudes? Quis in orbe toto
Feminæ invictæ peritura nunquam
Carmina pandet?

PRÆDITA exemplis Camarina claris,
Moribus præstans, sapiens abunde,
Temperans, fortis, pia, justa, prudens,
Æthera scandis.

QUEM latet virtus facinusque clarum,
Quo nequit dici sanctius per orbem ?
Vulnerum formam miserata Christi
Exprimis ipsa.

NAM brevis, mæstæ, miseræque vitæ,
Et malis cunctis penitus refertæ,
Fortiter spernens pretiosa quæque,
Sidera adisti.

GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

f. Ora pro nobis beata Camarina, alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Virginis Catharinæ hæc dies est dicata sacris : ut nunquam tantæ sanctitatis præstantia mortalium memoria excidere queat, et cunctis celeberrima perpetuo fiat, alleluja. Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharinæ, virginitatis et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti : concede, quæsumus, ut ejus imitatione calcata mundi nequitia, et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem regum supplices adoremus : * Qui immortali gloria Virginem Senensem dotavit Catharinam, alleluia.

Hymnus.

LAUDIBUS Virgo nimis efferenda
Jure censeris, quoniam triumphos
Ipsa cælorum, probitate mira,
Nacta refulges.

PRÆMIUM sanctæ tamen ipsa vitæ,
Et simul munus probitatis almæ
Accipis cælo, cumulata cunctis
Denique rebus.

Tu gravem, sacris meritis refertum,
Orbis exemplar, pietate plenum,
Prædicatorum venerata Patrem,
Ordine fulges.

NULLA jam rerum placuit voluptas,
Nullus ornatus, nitor ecce nullus
Corporis, semper fugiens iniquæ
Carmina vitæ.

SÆPIUS corpus domitans acerbe
Quam pie flagris cruor hinc et inde
Fluxerat rivis, hominumque demum
Crimina flebas!

Qui per ingentes variosque casus
Orbe terrarum cruciantur omnes,
Quotque vel curis agitantur ipsi
Undique diris.
SUPPETENT nobis totidem canenda,
Si tuæ laudes repetantur omnes :
Tu quidem longe pietate cunctis
Inclyta præstas.
GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo :
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

IN NOCTURNO.

Ana. Admirabilem Dei nostri clementiam contemplari maxima Catharinæ constantia nos semper efficiet, alleluja. Psalmi ex primo Nocturno de Communi unius Virginis, pag. 88*.

Ana. Misericordia summa erga egenos atque ægrotos summopere affecta, ipsorum ærumnas deflere hæc Virgo solebat, alleluia.

Ana. Christianos quidem tanta caritate prosequebatur, ut eorum amore incensa diu noctuque flagraret, alleluia.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis, alleluja. Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluja.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas.

Lectio j. Cap. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen. Tu autem Domine...

j. Nihil huic Virgini satius, nihilque dignius in rerum natura visum est quam Jesu Christi præcepta * Et vitam æternam omnibus persuadere, alleluja. JT. Dedit enim semper operam revocare perditos. — Et vitam.

(Ex Romano Breviario.)
Lectio ij.

CATHARINA Virgo Senensis, piis orta parentibus, beati Dominici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestant, impetravit. Summa ejus fuit abstinentia et admirabilis vitæ austeritas. Inventa est aliquando a die Cinerum usque ad Ascensionem Domini jejuni"[111] perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. Luctabatur quam frequentissime cum dæmonibus, multisque illorum molestiis vexabatur. Æstuabat febribus, nec aliorum morborum cruciatu carebat. Magnum et sanctum erat Catharinæ nomen, et undique ad eam ægroti et malignis vexati spiritibus deducebantur. Languoribus et febribus in Christi nomine imperabat, et dæmones cogebat ab obsessis abire corporibus. Cum Pisis immoraretur, die Dominico, refecta cibo cælesti, et in extasim rapta, vidit Dominum crucifixum magno cum lumine advenientem, et ex ejus vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca sui corporis descendentes. Ideoque mysterium advertens, Dominum precata ne cicatrices apparerent, continuo radii colorem sanguineum mutaverunt in splendidum, et in forma puræ lucis pervenerunt ad manus, pedes et cor ejus. Ac tantus erat dolor, quem sensibiliter patiebatur, ut nisi Deus minuisset, brevi se crederet morituram.

ij. Sapientia atque doctrina hæc Virgo referta, codices nonnullos condidit ediditque : * Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, alleluja. f. His illa humanas fragil£sque res spernere suadet. — Ut veram vivendi rationem.

Lectio iij

HANC itaque gratiam amantissimus Dominus nova gratia cumulavit, ut sentiret dolorem illapsa vi vulnerum, et cruenta signa non appareant. Quod ita contigisse cum Dei Famula confessario suo beato Raymundo retulisset, ut oculis etiam repræsentaretur, radios in imaginibus beatæ Catharmoe, ad dicta quinque loca pertingentes pia fidelium cura pictis coloribus expressit. Doctrina ejus infusa, non acquisita fuit. Sacrarum litterarum professoribus, difficillimas de Divinitate quæstiones proponentibus, respondit. Nemo ad eam accessit, qui non melior abierit. Multa exstinxit odia, et mortales sedavit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Ecclesia dissidebant, et interdicto ecclesiastico suppositi erant, Avenionem ad Gregorium Undecimum Pontificem Maximum profecta est: cui etiam votum ejus de petenda Urbe, soli Deo notum, se divinitus cognovisse monstravit. Deliberavitque Pontifex, ea etiam suadente, adSedem suam Romanam personaliter accedere : quod et fecit. Eidem Gregorio et Urbano Sexto ejus successori acceptissima fuit. adeo ut legationibus eorum fungeretur. Denique post innumera virtutum insignia, dono prophetiæ et pluribus clara miraculis, anno ætatis suæ tertio circiter et trigesimo, migravit ad Sponsum. Quam Pius Secundus Pontifex Maximus sacrarum Virginum numero adscripsit.

iij Vitam Catharmoe innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt * Quæ vivens, atque vita functa liquido ostendit, Alleluia. % Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit. — Quæ vivens. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata Camarina, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Omnipotenti Virgo Camarina Dei Filio solum obsequi atque servire constituit, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Exsultabunda cæli munera contemplabatur, quæ cunctis rebus maxime præposuit, allecia.

3. Divinis namque oblectata rebus, diu noctuque orationibus atque vigiliis operam dabat, alleluja.

4. Rerum omnium Conditori Catharina benedicebat, qui beatitudinis semitam mortalibus ostendit, alleluia.

5. Laudavit Catharina semper Dominum, et ab eo in excelsis exaltata est, alleluja.

Capitulum. Sap. 8.

HANC amavi, et exquisivi a juventute mea, et quæsivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius, dicit Dominus omnipotens.

Hymnus.

JAM ferox miles tibi sæpe cessit,
Et duces iras posuere sævas :
Hi necem diram populo minati
Sæpe Senensi.

QUID! Quod et sacris studiis frequenter
Viribus summis operam dedisti,
Litteræ doctæ lepidæque claris
Urbibus exstant.

NITERIS verbis revocare lapsos,
Niteris rectum suadere cunctis :
Sic ais : Tantum probitas beatos
Efficit omnes.

JURA tu sævæ tremebunda mortis
Fortiter temnens, nihil extimescens,
Præmium nostræ vocitare vitæ
Sæpe solebas.

UNDE cum tempus properaret ipsum,
Quo sacros artus cineresque busto
Linqueres, cælos aditura, flentes
Ipsa docebas.

Sic sacrum Christi venerata Corpus,
Hostiam libans, lacrimis obortis,
Dixeras cunctis documenta vitæ
Voce suprema.

GRATIAS summas habeamus omnes
Filio magni Genitoris almo:
Spiritum sanctum veneremur, et sit
Laus tamen una. Amen.

y. Adducentur regi virgines post eam, alleluja. ^.Proximæ ejus afferantur tibi, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Maxima est Catharinæ Virginis Senensis præstantia, quæ incolumitatem languentibus et vitam mortuis restituere potuit, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharinæ virginitatis et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti : concede, quæsumt, ut ejus imitatione calcata mundi nequitia et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum.Cap. 13.

•N illo tempore : Dixit Jesus I turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Hanc amavi., ut in Laudibus.

T et ff. Horarum de Communi unius Virginis, pag. 96*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. 8.

DOMINUS doctrix est enim disciplinæ Dei, et electrix operum illius.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. II.

BREVIS in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Omnipotenti Virgo Catharina Dei Filio solum obsequi atque servire constituit, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Hanc amavi, et Hymnus Hæc tuæ Virgo., ut in j. Vesperis, pag. 1118.

f. Ora pro nobis beata Camarina, allecia. Ut digni efficiamur promissionibusChristi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Virgo maxima gl6ria præstans, cujus sacra stata orbis universus hodierna die celebrat, quam angeli cum laudibus efferunt, ac ceteri superni cives admirantur : age apud Deum, quo mentes nostræ semper divinis præceptis obtemperent, nosque virtutibus aliisque bonis augeat, alleluja.

PER OCTAVAM
S. CATHARINÆ SENENSIS.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Det Catharina frui nos vero lumine Christi, et societ superis Virgo beata choris, alleluia.

^'.Adducentur regi virgines post eam, alleluia. Proximæ ejus afferentur tibi, allecia.

(Si in Laudibus de aliqua Virgine factum fuerit Officium ad Memoriam de Octava S.Catharinæ dicatur y. Adjuvabit eam Deus vultu suo, alleluia. Ifc. Deus in medio ejus, non commovebitur, alleluia.)

Oratio Deus, qui beatæ Catharinæ., ut in Laudibus Festi.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. Ad sedes regni faciat transire superni Virgo fovens meritis nos Catharina suis, allecia.

Y. Ora pro nobis beata Camarina, alleluja. Rr. Ut digni efficiamur promissionibusChristi, alleluja.

Oratio Deus, qui beatæ Catharinæ. ut in Laudibus Festi.

Si contigerit infra Octavam S. Catharinæ Senensis de ipsa Octava fieri Officium Tempore Paschali (ut contingere potest quando ipsius Festum extra propriam diem xxx. Aprilis fuerit celebratum), servetur ordo hic positus.

Non dicatur Officium quotidianum B. Mariæ Virginis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Christum Regem regum, et Hymnus Laudibus Virgo, ut in Festo, pag. 1119.

IN NOCTURNO.

Tres Psalmi de Communi unius Virginis secundum Feriam, scilicet : Feria secunda et Feria quinta Psalmi primi Nocturni, pag. 88*; Feria tertia et Feria sexta Psalmi secundi Nocturni, pag.90*; Feria quarta et Sabbato Psalmi tertii Nocturni, pag. 92*.

Super Psalmos sola Ana. Admirabilem Dei nostri clementiam contemplari maxima Catharinæ constantia nos semper efficiet, alleluia.

Versiculus de Communi unius Virginis (addito Alleluia.) secundum Feriam.

Ante Lectiones (nisi legenda sit Homilia) dentur Benedictiones secundum Feriam. Si vero legenda fuerit Homilia, detur Benedictio Evangelica lectio, cum ceteris duabus de tertio Nocturno.

Lectio prima et Lectio secunda erunt de Scriptura currente, vel de Homilia (si qua occurrerit).

fyj.et ij. secundum Feriam, videlicet :

T" Feria secunda et Feria quinta :

R?, i. Camarina Virgo Jesu Cnnsto virginitatem perpetuam dicavit : * Cujus sponsa sanctissima illico effecta est alleluja. J. Mariani autem Virginem adhuc puella exoravit ut Filii sui ancilla fieret. — Cujus sponsa sanctissima ilico effecta est, alleluja.

ij. Virtutis ac æternum probitatis munus Camarina sectata, ea quæ corpori mortali viderentur ornatui, * Omnesque mundi fastus abegit, alleluja. f. Christo namque Deo nostro se penitus dedit. — Omn^sque.

T Feria tertia et Feria sexta:

j. Divinam hæc Virgo vitam semper degere visa est: * Et divinum denique consecuta est præmium, alleluja, y. A corporis namque illecebris fortiter abhorruit. — Et divinum.

ij. Felix ea Virgo est, quæ Jesu Christo Domino pro viribus obsequens, * Munera sibi præparat æterna, alleluja. f. Spretis autem humanæ vitæ mortalibus rebus. — Munera sibi præparat æterna, alleluja.

T Feria quarta et Sabbato:

R?, j. Nihil huic Virgini satius, nihilque dignius in rerum natura visum est quam Jesu Christi præcepta, * Et vitam æternam omnibus persuadere, alleluja, y. Dedit enim semper operam revocare perditos. — Et vitam æternam.

ij. Sapientia atque doctrina hæc Virgo referta, codices nonnullos condidit editque : * Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, allecia, f. His illa humanas fragilesque res spernere sua det. — Ut veram.

(Ex Romano Breviario.)

Lectio iij.

CATHARINA Virgo Senensis, a parentibus, beati Dominici habitum, quem Sorores de Pœnitentia gestant, impetravit. Summa ejus fuit abstinentia et admirabilis vitæ austeritas. Inventa est aliquando a die Cinerum usque ad Ascensionem Domini jejunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. Luctabatur quam frequentissime cum dæmonibus, multisque illorum molestiis vexabatur. Æstuabat febribus, nec aliorum morborum cruciatu carebat. Magnum et sanctum erat Catharinæ nomen, et undique ad eam ægroti et malignis vexati spiritibus deducebantur. Languoribus et febribus in Christi nomine imperabat, et dæmones cogebat ab obsessis abire corporibus.

T Feria secunda et Feria quinta :

fy iij. Summis est enim Virgo Catharina efferenda laudibus:* Quoniam sanctissimum vivendi modum virginibus ostendit, Alleluia, f. Immortalem quidem vitam cælo marito adepta est. — Quoniam. Gloria. Alleluia.

T Feria tertia et Feria sexta:

fy iij. Præconia tuarum laudum, Catharina Virgo, tua pietate minora esse fatemur : * Quoniam omnium virtutum genere prædita, humanas laudes exsuperas, Alleluia, f. Divinis enim ubique laudibus celebranda videris. — Quoniam. Gloria. Alleluia.

T Feria quarta et Sabbato :

iij. Vitam Catharinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens, atque vita functa liquido ostendit, Alleluia. J\ Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit. — Quæ vivens. Gloria. Alleluia.

Dicatur Canticum Te Deum laudamus.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata Camarina, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Afia. Omnipotenti Virgo Catharina Dei Filio solum obsequi atque servire constituit, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum Hanc amavi., Hymnus Jam ferox miles, et f. Adducentur, ut in Festo, pag. 1122.

Ad Benedictus Ana. Det Catharina frui nos vero lumine Christi, et societ superis Virgo beata choris, alleluia. Oratio.

DEUS, qui beatæ Catharinæ virginitatis et patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti : concede, quæsumus, ut ejus imitatione calcata mundi nequitia et omnium hostium superatis insidiis, ad tuam secure gloriam transeamus. Per.

Non fiat Memoria Crucis.

AD PRETIOSA.

Si lecta fuerit Homilia, legatur Evangelium ut in Nocturno; si vero lecta non fuerit, legatur sequens Evangelium : SecundumMatthæum. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Tu autem Domine.

AD HORAS.

Omnia ut in Festo, pag. 1123. servato modo dierum infra Octavas Solemnes.

AD VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Omnipotenti Virgo Camarina Dei Filio solum obsequi atque servire constituit, allecia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*

Capitulum Hanc amavi., Hymnus Hæc tuæ Virgo, et f. Ora pro nobis, ut in j. Vesperis Festi, pag. 1118.

Ad Magnificat Ana. Ad sedes regni faciat transire superni Virgo fovens maritis nos Camarina suis, alleluja.

Non fiat Memoria Crucis.

## DIE I. MAII.
## SS. PHILIPPI ET JACOBI
### APOSTOLORUM.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente : et accipietis regnum æternum, alleluja. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. EphivT

JAM non estis hospites, et advenæ : sed estis cives sanctorum, et domestici Dei • superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

1$. Tanto tempore vobiscum sum : et non cognovistis me' * Philippe, qui videt me videt et Patrem, alleluia : non eredis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alleluia, allecia. f. Domine ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. — Philippe. Gloria. Alleluia, allecia.

Hymnus Exsultet cælum laudibus., X- In omnem terram, et Ana Filiæ Jerusalem, de Communi Apostolorum Tempore Paschali, pag. n4*

Oratio.

T~\EUS, qui nos annua Apo U stolorum tuorum Philippi et Jacobi solemnitate lætificas: præsta quæsumus, ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti, * Alleluia.

Hymnus Exsultet cælum laudibus., ut in j. Vesperis de Communi Apostolorum Tempore Paschali, pag. 114*.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Tristitia vestra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluia.

Tres Psalmi secundum ordinem Nocturnorum de Communi Apostolorum extra Tempus Paschale.

J. etiam secundum ordinem Nocturnorum de eodem Communi addito Alleluia.



De Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 4.

HABENTES autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum : et nos credimus, propter quod et loquimur : scientes quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos : ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus : sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur : tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

fy j. Virtute magna reddebant Apostoli * Testimonium Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri, alleluia, alleluia. f. Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. — Testimonium Resurrectionis.

(Exantiq.Auct. etRom. Brev.)

Lectio ij.

PHILIPPUS Bethsaidæ natus, unus ex duodecim Apostolis, cujus non semel sacra Evangelia meminerunt, accepto Spiritu sancto, cum ei Scy tilia ad prædicandum Evangelium obtigisset, omnem fere illam gentem ad christianam fidem convertit. Postremo cum Hierapolim Phrygiæ venisset, pro Christi nomine cruci affixus lapidibusque obrutus est Kalendis Maii. Ejus corpus ibidem a Christianis sepultum, postea Romam delatum, in Basilica duodecim Apostolorum una cum corpore beati Jacobi conditum est.

ij. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluia : modo venerunt ad fontes : * Repleti sunt claritate, alleluja, alleluia. )T. In conspectu Agni amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. — Repleti sunt.

(Ex S. Hegesippo, S. Hieron. et aliis, ac Rom. Brev.)

Lectio iij.

JACOBUS, frater Domini, cognomento Justus, ab ineunte ætate vinum et siceram non bibit, carne abstinuit, nunquam tonsus est, nec unguento nec balneo usus. Cui etiam assiduitas orandi ita callum genibus obduxerat, ut, duritie, cameli pellem imitaretur. Ab Apostolis post Ascensionem Domini Jerosolymorum Episcopus ordinatus, cum plures annos illi Ecclesiæ sanctissime præfuisset, Christum Dei Filium constantissime prædicans, lapidibus primum appetitus, mox in altissimum templi locum adductus, inde præcipitatur. Qui cum confractis cruribus adhuc semivivus, tendens in cælum manus, diceret, Domine ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt : fullonis fuste graviter in capite percussus, animam Deo reddidit, septimo Neronis anno.

iij. Tanto tempore vobiscum sum : et non cognovistis me ! * Philippe, qui videt me videt et Patrem, alleluia : non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Alleluia, alleluia. f. Domine ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. _ Philippe. Gloria. Alleluia, alleluja.

Ante Laudes y. Dedisti here ditatem, alleluia. ty. Timenti bus nomen tuum Domine, al liga.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domine ostende nobis Pa trem, et sufficit nobis, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Philippe, qui videt me videt et Patrem meum, alle luja.

3. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me! Philippe, qui videt me videt et Patrem meum, alleluja.

4- Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cogno vissetis : et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum, alleluja, alleluja, alleluja.

5. Si diligeretis me, gaudere tis utique, quia vado ad Pa trem : quia Pater major me est, alleluia.

Capitulum Jam non estis ho spites., Hymnus Æterna Chri sti munera, et f. Annuntiave runt. de Communi Apostolo rum, p ag. 115*.

Ad Benedictus Ana. Si man seritis in me, et verba mea in vobis manserint: quodcumque petieritis, fiet vobis, alleluja, alleluia, alleluja.

Oratio.

"pvEUS, qui nos annua Apo -L.-'steteram tuorum Philippi et Jacobi solemnitate lætifi cas : præsta, quæstuus, ut quorum gaudemus meritis in struamur exemplis. Per.

AD PRETIOSA.
Evangelium.
Secundum Joannem. Cap. 14.

TN illo tempore : Dixit Jesus A discipulis suis : Non turbe tur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite Tn domo Patris mei mansiones multæ sunt. Tu autem Do mine.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM.

Capitula, Ifclfc. et ff, de Communi Apostolorum nae 115*. et pag. 116*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Domine ostende nobis Patrem,et sufficit nobis, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Com muni Apostolorum, pag.34*

Capitulum Jam non estis ho spites., pag.113*. Hymnus Ex sultet cælum laudibus, et f. In omnem terram., pag. n^*

Ad Magnificat Ana. Non turbetur cor vestrum, neque formidet : creditis in Deum, et in me credite : in domo Patris mei mansiones multæ sunt, allecia, alleluja.

DIE II. MAII.
S. ATHANASII
EPISC. CON F. ET ECCL. DOCT.
DUPLEX.

Oratio.

•pvEUs, qui populo tuo aster ia næ salutis beatum Atha nasium ministrum tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per.

IN NOCTURNO.
De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 5o.

ECCE sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit do mum, et in diebus suis corro boravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio et excel si parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adim pleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, et libe ravit eam a perditione. Qui prævaluit amplificare civita tem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis : et ingressum domus, et atrii am plificavit. Quasi stella matu tina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

(Ex ipsius scriptis, et ex sancto Gregorio Nanzianz., antiq. ecclesiast. Histor. atque ex Rom. Brev.)

Lectio ij.

ATHANASIUS Alexandrinus, catholicæ religionis pro pugnator acerrimus, ab Alex andro Episcopo Alexandrino, cui postea successit, Diaconus factus, eum secutus est ad Ni cænum concilium : ubi cum Arii impietatem repressisset, tantum odium Arianorum in se concitavit, ut ex eo tempore ei insidias moliri nunquam de stiterint. In exsilium subinde actus, apud Treveros mansit. Gravibus deinceps ac diutur nis, sub Constando imperatore Arianorum fautore, tempesta tibus jactatus, et incredibiles calamitates perpessus, ma gnam orbis terræ partem pera gravit : ac sæpe a sua Ecclesia ejectus, sæpe etiam in eamdem restitutus est. Sed Arianis illi semper infestis, summum vitæ discrimen fugiens, in sicca ci sterna quinque ferme annis ad obitum usque Constanti! deli tuit.



Lectio iij.

SUB Juliano primum ad Ec clesiam reversus, ac non multo post ab eodem quæsitus ad mortem, divina ope evasit. Exstincto Juliano, cum Alex andriæ alia esset exorta tem pestas, quatuor menses in pa terno sepulcro se condidit. Tandem, postquam Alexan drinam Ecclesiam, inter ma ximos rerum turbines, quadra ginta et sex annis sanctissime gubernasset, Alexandriæ in lectulo sub Valente imperatore moriens, de prostrata impie tate clarissimis erectis tro phæis, laborum coronas per cepturus conscendit in cælum, in vita et in morte magnis no bilitatus miraculis, ingeniique ac admirandæ doctrinæ mul tis post se relictis immortali bus monumentis. Innumeræ plane sunt laudes, quibus eum sancti Patres celebrarunt.

AD PRETIOSA.
Evangelium.
SecundumMatthæum. Cap. i o.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum perse quentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Tu autem Do mine.

DIE III. MAII.
IN INVENTIONE S. CRUCIS.
TOTUM DUPLEX.
AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Crucem sanctam subiit qui infernum confregit : accinctus est poten tia, surrexit die tertia, allecia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Gai. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

1$. Per tuam Crucem salva nos Christe Redemptor, qui mortem nostram moriendo destruxisti, * Et vitam resurgendo reparasti. Alleluia, f. Miserere nostri Jesu benigne, qui passus es clementer pro nobis. — Et vitam. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

SALVE Crux sancta, salve mundi gloria,
Vera spes nostra, vera ferens gaudia,
Signum salutis, salus in periculis,
Vitale lignum vitam ferens omnium.

TE adorandam, te Crucem vivificam,
Per te redempti, dulce decus sæculi,
Semper laudamus, semper tibi canimus :
Per lignum servi, per te sumus liberi.

SIT Deo Patri laus in Cruce Filii,
Sit coæqualis laus sancto Spiritui :
Civibus summis gaudium sit angelis,
Honor sit mundo Crucis hæc Inventio. Amen.

JF. Hoc signum Crucis erit in cælo, allecia, ^z. Cum Dominus ad judicandum venerit, alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare Regem cælorum et Dominum! Alleluia.

Oratio.

DEUS, qui in præclara salutiferæ Crucis Inventione Passionis tuæ miracula suscitasti; concede ut vitalis Ligni pretio æternæ vitæ suffragia consequamur : Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Alleluia : *Salve sancta Crux, salve, allecia

Hymnus Salve Crux sancta, ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, X gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Psalmus 20.

DOMiNEin virtute tualætabitur rex: * et super salutare tuum exsultabit vehementer.



Desiderium cordis ejus tribuisti ei: * et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : * posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : * et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo : * gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi:* lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino : * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : * dextera tua inveniat omnes,qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : * Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : * et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala; * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum :* in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua : * cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum,* * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens: Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ?* Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi : quia per Crucem tuam redemisti mundum, alleluia.

y. Hoc signum Crucis erit in cælo, alleluia. Cum Dominus ad judicandum venerit, alleluia.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat cum ceteris duabus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

Lectio j. Cap. 2.

IN Christo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter : et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, et potestatis : in quo et circumcisi estis circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi : consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta : delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: et exspolians principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semet ipso.

R?, j. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinuit, *Quæ digna fuit portare pretium hujus sæculi, allecia. X • Hoc signum Crucis erit in cælo, cum Dominus ad judicandum venerit.— Quæ digna fuit.

(Ex S. Ambrosio, S. Paulino, Severo Sulpicio et aliis, ac ex Rom. Brev.)

Lectio ij.

HELENA Constantini imperatoris mater, in somnis adtonita, conquirendæ Dominicæ Crucis studio Jerosolymam venit : ubi marmoream Veneris statuam, in Crucis loco a Gentibus collocatam ad tollendam Christi Domini Passionis memoriam, post centum circiter octoginta annos evertendam curavit. Itaque loco Crucis purgato, alte de fossæ tres cruces erutæ sunt" repertusque seorsum ab illis Crucis Dominicæ titulus : qui cum ex tribus, cui affixus fuisset, non appareret, eam dubitationem sustulit miraculum. Nam recens hominis cadaver affertur, jacenti una et altera de crucibus admovetur : sed earum ligna mors sprevit. Adhibetur Crux Dominica, et statim homo surrexit vivus.

ij. Ecce Crucem Domini: fugite partes adversæ : vicit Leo de tribu Juda, * Radix David, alleluia. f. Crux benedicta, in qua triumphavit Rex Angelorum. — Radix David, alleluja.

Lectio iij.

HELENA igitur, salutari Cruce inventa, magnificentissimam ibi exstruxit ecclesiam, in qua partem Crucis reliquit thecis argenteis inclusam : partem Constantino filio detulit, quæ Romæ reposita fuit in ecclesia sanctæ Crucis in Jerusalem. Clavos etiam attulit filio, quibus sanctissimum Jesu Christi corpus fixum fuerat. Ceterum insigne illud in ligno vivificæ Crucis miraculum divinitus fieri solitum, ut quamvis ex eo plures particulæ scinderentur, nullam inde diminutionem jacturamve sentiret, beatus Cyrillus Jerosolymitanus et sanctus Paulinus Nolanus Episcopi merito admirantur.

iij. Per tuam Crucem salva nos Christe Redemptor, q"[1]



mortem nostram moriendo destruxisti, * Et vitam resurgendo reparasti, Alleluia. V. Miserere nostri Jesu benigne, qui passus es clementer pro'nobis. — Et vitam resurgendo reparasti, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Dicite in nationibus, alleluja. 1$. Quia Dominus regnavit a ligno, allecia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. O magnum pietatis opus! Mors mortua tunc est, in ligno quando mortua Vita fuit, alleluja. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.
2. Ecce Crucem Domini : fugite partes adversæ : vicit Leo de tribu Juda, radix David, alleluia.
3. Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi, alleluia.
4. O Crux admirabilis, evacuatio vulneris, restitutio sanitatis! Alleluia.
5. Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit, atque cruore suo vulnera nostra lavit, alleluia.

Capitulum. Gai. 6.

MIHI autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Hymnus.

ORIGINALE crimen necans in Cruce,
Nos a privatis Christe munda maculis :
Humanitatem miseratus fragilem,
Per Crucem sanctam lapsis dona veniam.
PROTEGE, salva, benedic, sanctifica
Populum cunctum Crucis per signaculum :
Morbos averte corporis et animæ:
Hoc contra signum nullum stet periculum.
SIT Deo Patri laus in Cruce Filii,
Sit coæqualis laus sancto Spiritui :
Civibus summis gaudium sit angelis,
Honor sit mundo Crucis hæc Inventio. Amen.

f. Tuam Crucem adoramus Domine, alleluia. Tuam gloriosam recolimus Passionem, alleluia.

Ad Benedictus Afia. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua Vita mundi pependit, in qua Christus triumphavit, et mors mortem superavit, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui in præclara salutiferæ Crucis Inventione, Passionis tuæ miracula suscitasti : concede ut vitalis Ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur : Qui vivis.

In Laudibus Memoria SS. Alexandri, Eventii et Theoduli Martyrum.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui sanctorum Martyrum tuorum Alexandri, E vendi et Theoduli natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus e6rum intercessionibus liberemur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 3.

IN illo tempore : Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum.

Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei : Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister. Tu autem.

AD TERTIAM.

Capitulum Mihi autem absit gloriari., ut in Laudibus.

Hoc signum Crucis erit in cælo, * Alleluia, allecia. Hoc signum. J. Cum Dominus ad judicandum venerit. Alleluia. Gloria. Hoc signum.

J. Per signum Crucis de inimicis nostris, alleluja. Rz. Libera nos Deus noster, allecia.

Oratio.

DEUS, qui in præclara salutiferæ Crucis Inventione, Passionis tuæ miracula suscitasti ; concede ut vitalis Ligni pretio æternæ vitæ suffragia consequamur : Qui vivis.

AD SEXTAM.

Capitulum. i. Cor. i.

VERBUM Crucis pereuntibus stultitia est : iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est.

E??. Per signum Crucis de inimicis nostris, * Alleluia, allecia. Per signum Crucis. T. Libera nos Deus noster. Alleluia. Gloria. Per signum Crucis,

y. Adoramus te Christe, et benedicimus tibi, alleluja.'

Quia per Crucem tuam redemisti mundum, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. i. Cor. i.

Nos autem prædicamus Christum crucifixum : Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam.

Adoramus te Christe, et benedicimus tibi, * Alleluia alleluja. Adoramus te Christe f. Quum per Crucem tuam re'demisti mundum. Alleluia Gloria. Adoramus te Christe '

f. Tuam Crucem adoramus Domine, alleluja. Tuam gloriosam recolimus Passionem, alleluia.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. O magnum pietatis opus! Mors mortua tunc est, in ligno quando mortua Vita fuit, alleluia. Psalmi ut in ij. Vesperis SS. Coronæ Spineæ, pag. 1105.

Capitulum Mihi autem absit gloriari., Hymnus Salve Crux sancta, et f. Hoc signum Crucis, ut in j. Vesperis hujus Festi, pag. 1130.

Ad Magnificat Ana. O Crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior universis, quæ sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, salva præsentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam, alleluia, alleluja, alleluja.

DIE IV. MAII.

S. MONICÆ

VIDUÆ.

| DUPLEX.

Oratio.

DEUS, mærentium consolator et in te sperantium salus, qui beatæ Moniçæ pias lacrimas in conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti : da nobis utriusque interventu peccata nostra deplorare, et gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per.



Lectio ij.

MONICA sancti Augustini dupliciter mater, quia eum et mundo et cælo peperit, marito mortuo, quem senectute confectum Jesu Christo conciliavit, castam et operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat. In assiduis vero ad Deum orationibus pro filio, qui in Manichæorum sectam inciderat, lacrimas effundebat. Quem etiam Mediolanum secuta est, ubi ipsum frequenter hortabatur ut ad Episcopum Ambrosium se conferret. Quod cum ille fecisset, ejus et publicis concionibus et privatis colloquiis catholicæ fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus est.

Lectio iij.

Mox cum Africam redeuntes, ad Ostia Tiberina constitissent, incidit in febrem. Quo in morbo cum eam quodam die anima defecisset, ut se collegit: Ubi, inquiveram? Et astantes intuens : Ponite hic matrem vestram : tantum vos rogo ut ad altare Domini memineritis mei. Nono autem die beata Mulier animam Deo reddidit. Ejus corpus ibi in ecclesia sanctæ Aureæ sepultum est : quod postea, Martino Quinto Summo Pontifice, Romam translatum, in ecclesia sancti Augustini honorifice conditum est.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 7.

IN illo tempore : Ibat Jesus in civitatem, quæ vocatur Naim : et ibant cum eo discipuli ejus, et turba copiosa. Tu autem Domine.

DIE v. MAII.

S. PII QUINTI

PAPÆ ET CONF. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Afia. Felix Dominici plaude familia, Pio Quinto accendens lumina : plaude pia mater Ecclesia, Babylonis sedens ad flumina : tota plaude cælestis Curia, et festivum Pio reduplica Alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Baruch 5.

CIRCUMDABIT te Deus diploide justitiæ, et imponet mitram capiti honoris æterni: ostendet splendorem suum in te omni qui sub cælo est. Nominabitur enim tibi nomen a Deo : Pax justitiæ, et honor pietatis.

Dum novus hic Moyses in colle pansis manibus Deum precabatur, ad Naupactum Amalech Israeli perfidus mari profligatur : * Partaque victoria Pio revelatur, Alleluia. f. Dum extendit virgam Rosarii, demerguntur hostes nefarii. — Partaque victoria Pio revelatur, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

Pio beato jubilos
Canora pangant organa,
Nimbosque pellant nubilos
Sacræ di£i gaudia.

Hic Michael certamine
Fregit draconis impetum :
Piique sumpto nomine,
Hostem repressit impium.

ECCLESIÆ pericula
Umbone firmo depulit :
Senariorum spicula
Mucrone forti messuit.

AB incolatu dæmonum
Obsessa purgans corpora :
A retiaclo criminum
Solvit reorum pectora.

QUANTO magis nunc dupli
ces
Sibi favores spondeant
Nomen Pii qui supplices
Votis frequenter invocant!

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Ora pro nobis beate Pie, alleluja. l^.Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alle cia.

Ad Magnificat Ana. Pii no men comprobarunt piæ opera tiones : et ex hoc beatum di cent omnes generationes, alle ga

Oratio.

DEUS, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparan dum, beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi præsi diis, et ita tuis inhærere obse quiis, ut omnium hostium su peratis insidiis, perpetua pace lætemur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum in Pio famulo rite collaudemus • * Pium in Christo Domino pie celebremus, alleluia.

Hymnus.

NOCTIS fuget caliginem
Pii corusca gloria :
Depellat et formidinem
Tanti ducis victoria.

Is a tenellis unguibus
Christi jugo se subdidit:
Mox igne sancti Spiritus
Totis medullis ferbuit.

ADHÆSIT innocentiæ
Candor Pii virtutibus,
Nitorque conscientiæ
Letalis expers criminis.

INTACTA carnis puritas
Monstratur in fragrantia,
Infracta mentis firmitas
In pectoris constantia.

TANTIS gradatim dotibus
Paratur ad sublimia :
Donec subit divinitus
Apostolatus culmina.

Duæ ultimæ Strophæ, sive Tempore Resurrectionis, sive Tempore Ascensionis ut in Hymno primarum Vespera rum.

IN NOCTURNO.

Ana. Fidem zelans in cathe dra æternæ Sapientiæ, forti contrivit dextera cathedram pestilentiæ, allecia. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Spe loricatus prævalet, cum fremuerunt gentes : fre git in virga ferrea meditan tes inania Christumque perse quentes, alleluja.

Ana. Pii caritas orantis dum præstat auxilia, populi me circumdantis non timebo mil lia, alleluja.

f - Amavit eum Dominus, et



ornavit eum, alleluja. ^.Sto lam gloriæ induit eum, alle cia.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Bene dictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris dua bus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 50.

ECCE Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit do mum, et in diebus suis corro boravit templum. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adim pleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, et libe ravit eam a perditione. Qui prævaluit amplificare civita tem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis : et in gressum domus, et atrii am plificavit. Quasi cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam glo riæ, et vestiri eum in consum mationem virtutis. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. Et circa illum corona fratrum : quasi plantatio cedri in monte Li bano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ.

fy j. Ad ceram Agni candidi a Pio benedicti, captant salu tem languidi, resiliunt pyro boli, * Sclopos evadunt icti, alleluja, f - Dat farinis incre menta, sedat ignium tormenta, tranquillentur maria. — Sca pos evadunt icti, alleluia.

(Ex Romano Breviario.)

Lectio ij.

Pius in oppido Insubriæ, quod Boscum vocant, na tus, sed e Bononia oriundus ex nobili Ghisleriorum fami lia, cum quatuordecim esset annorum, Ordinem Prædicato rum ingressus est. Erat in eo admirabilispatientia, profunda humilitas, summa vitæ auste ritas, continuum orationis stu dium et regularis observan tiæ ac divini honoris arden tissimus zelus. Philosophiæ vero ac theologiæ incumbens, adeo in iis excoluit, ut illas docendi munus magna cum laude per multos annos exer cuerit. Sacras conciones pluri bus in locis cum ingenti audi torum fructu habuit. Inquisi toris officium inviolabili animi fortitudine diu sustinuit : mul tasque civitates, non sine vitæ discrimine, ab hæresi tunc grassante immunes servavit. A Paulo Quarto, cui ob exi mias virtutes carissimus erat, ad Nepesinum et Sutrinum Episcopatum promotus, et post biennium inter Romanæ Ec clesiæ Presbyteros Cardinales adscriptus fuit. Tum ad Eccle siam Montis Regalis in Sub alpinis a Pio Quarto transla tus, cum plures in eam abusus irrepsisse cognovisset, totam dioecesim lustravit : rebusque compositis Romam reversus, gravissimis expediendis nego tiis applicatus, quod justum erat apostolica libertate et con stantia decernebat.

ij. Priscos agones Marty rum ostentans Romanorum, ingens edit miraculum * In turba populorum, alleluia.

Jf. Oratori Christiano dans e campo Vaticano cruentatos pulveres. — In turba populo rum, alleluia.

Lectio iii.

MORTUO autem Fio, prater omnium exspectationem electus Pontifex, nihil in vitæ ratione, excepto exteriori ha bitu, immutavit. Fuit in eo religionis propagandæ perpe tuum studium, in ecclesiastica disciplina restituenda indefes sus labor, in exstirpandis erro ribus assidua vigilantia, in sublevandis egentium necessi tatibus indeficiens beneficen tia, in Sedis Apostolicæ juri bus vindicandis robur invi ctum. Selimum Turcarum ty rannum, multis elatum victo riis, ingenti comparata classe, ad Echinadas insulas non tam armis quam fusis ad Deum precibus devicit. Quam victo riam ea ipsa hora, qua obtenta fuit, Deo revelante cognovit suisque familiaribus indicavit. Dum vero novam in ipsos Turcas expeditionem molire tur, in gravem morbum inci dit : et acerbissimis doloribus patientissime toleratis, ad ex trema deveniens, cum Sacra menta de more suscepisset, animam Deo placidissime red didit, anno millesimo quingen tesimo septuagesimo secundo, ætatis suæ sexagesimo octa vo : cum sedisset annos sex, menses tres, dies viginti qua tuor. Corpus ejus in Basilica sanctæ Mariæ ad Præsepe summa fidelium veneratione colitur, multis a Deo ejus in tercessione patratis miraculis. Quibus rite probatis, a Cle mente Undecimo Pontifice Maximo Sanctorum numero adscriptus est.

iij.Christi plantas osculari fixas Cruci gestiit: sed pro vita sui cari pedes ista retrahit : * Toxico imbutis dari oscula prohibuit, Alleluia. Absit mihi gloriari, absit oscula ve nari, nisi in Cruce Domini. — Toxico imbutis dari. Gloria Alleluia.

Ante Laudes J. Ora pro no bis beate Pie, alleluia. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Pie, secundum nomen tuum ita et laus tua sit: laudat grex Pastorem suum, nec laudare sufficit, alleluja. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris, pag. 17

2. Pii vigil prudentia firmavit Sedem Petri, monstra fugans horrentia, ut radius fulgeri, alleluia.

3. Æqua Pii justitia rectifi cans stateram, mundi depressit vitia, lancem tenens sinceram, alleluia.

4. Constans Pii fortitudo hæ resim compescuit, animique magnitudo toti oreo restitit, alleluia.

5. Pii temperantia in carnis fragrantia cælitus monstratur: rigor abstinentiæ dono conti nentiæ pie coronatur, allecia.

Capitulum. Baruch. 5.

CIRCUMDABIT te Deus di ploide justitiæ et imponet mitram capiti honoris ^eterni: ostendet splendorem suum in te omni qui sub cælo est. No minabitur enim tibi nomen a Deo : Pax justitiæ, et honor pietatis.



Hymnus.

AURORA cæli purpura
Asperge rorem floribus :
Pii triumphos explica
Circumdatos fulgoribus.

ZELOSUS iste Phinees
Sacris stetit pro mœnibus,
Ut barbaros acinaces
Arceret a fidelibus.

Hic disciplinam moribus
Cura revexit sedula,
Et impiis erroribus
Objecit hic repagula.

PII talenta largitas
Non vinxit in sudario :
Necessitates publicas
Toto juvans aerario.

PATER benignus pauperum,
Manus habens tornatiles,
Pavit greges famelicos
Effusione munerum.

T Tempore Resurrectionis :

QuÆSUMUsAuctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

V. Justus germinabit sicut li lium, allecia, fy Et florebit M æternum ante Dominum, Alleluia.

Ad Benedictus Ana. Pie, pa stor mirifice, tuarum memor ovium, sta coram summo Ju dice pro partibus fidelium, allecia. Oratio.

DEUS qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparan dum, beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi præsi diis, et ita tuis inhærere obse quiis, ut omnium hostium su peratis insidiis, perpetua pace lætemur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Lucam. Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis: Qui vos audit me audit : et qui vos spernit me spernit. Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Circumdabit te Deus., ut in Laudibus.

T et f V. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 124*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 49.

IPSE est directus divinitus in pœnitentiam gentis : prin ceps fratrum, firmamentum gregis, stabilimentum populi.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 47.

DE omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Deum, qui fecit illum : et de dit illi contra inimicos poten tiam.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Pie, se cundum nomen tuum ita et laus tua sit : laudat grex Pastorem suum, nec laudare sufficit, al lecia. Psalmi de Communi unius Confessoris, pag. 76*»

Capitulum, Hymnus et f. ut in j. Vesperis, pag. 1135

Ad Magnificat Ana. Qui exaltat humiles Pium exaltavit, et in Apostolica Sede collocavit, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, et ad divinum cultum reparandum, beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es : fac nos ipsius defendi præsidiis, et ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per.

PER OCTAVAM S. PII.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Pius instar facis sæculum illuminat, ut in viam pacis pedes nostros dirigat, alleluia.

f - de Cornui, unius Confess.

Oratio Deus, qui ad conterendos. ut supra.

Ad Memoriam in Vesp. Ana. Exsultat Pii spiritus in Deo salutari, qui jussit piis ritibus Pium magnificari, allecia.

J. Ora pro nobis beate Pie, allecia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

Oratio Deus, qui ad conterendos. ut supra.

T In utrisque Vesperis et in Laudibus Ascensionis, si infra Octavam vel in die Octava S. Pii evenerit, de S. Pio non fiat Memoria.

TSi vero infra Octavam aut in die Octava S. Pii Vigilia aut Festum Pentecostes evenerit, de S. Pio fiet Memoria in Laudibus Vigiliæ. De eo autem in j. Vesperis Pentecostes et deinceps jam non fiet Memoria.

## DIE VI. MAII.
## S. JOANNIS EVANGELISTÆ ANTE PORTAM LATINAM
DUPLEX.

Quæ hic notata non sunt dicantur de Communi Apostolorum Temporis Paschalis, pagg 113*-i 16*, præter Capitula, quæ sumantur de Communi unius Evangelistæ, pag. n6*

IN I. VESPERIS.

Ad Magnificat Ana. In ferventis olei dolium missus Joannes Apostolus, divina se protegente gratia, illæsus exivit, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui conspicis quia nos undique mala nostra perturbant : præsta, quæstuus, ut beati Joannis Apostoli tui et Evangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per.

T In utrisque Vesperis et Laudibus Memoria de Octava die S. Petri Martyris (nisi transferenda fuerit), ut pag. 1141. et pag. 1142. sub titulo Eadem die vj. Maii. notatum est.

IN NOCTURNO.

Ex libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. i.

EGO Joannes frater vester, et particeps in tribulatione, et regno, et patientia in Christo Jesu : fui in insula, quæ appellatur Patinos, propter verbum Dei, et testimonium Jesu : fui in spiritu in Dominica die, et audivi post me vocem magnam tamquam tubæ, dicentis : Quod vides, scribe in libro : et mitte septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso, et Smyrnæ, et Pergamo, et Thyatiræ, et Sardis, et Philadelphiæ, et Laodiciæ.



j> j. Virtute magna reddebant Apostoli * Testimonium Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri, alleluia, alleluia. ^.Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. — Testimonium.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri contra Jovinianum.

Lectio ij. (Lib. i.)

JOANNES Apostolus, unus ex discipulis Domini, qui minimus natu traditur fuisse inter Apostolos, et quem fides Christi virginem replerat, virgo permansit : et ideo plus amatur a Domino, et recumbit super pectus Jesu : et quod Petrus, qui uxorem habuerat, interrogare non audet, illum rogat ut interroget : et post Resurrectionem, nuntiante Maria Magdalena quod Dominus resurrexisset, uterque cucurrit ad sepulcrum : sed ille prævenit. Cumque essent in navi, et piscarentur in lacu Genesareth, Jesus stabat in litore, nec sciebant Apostoli quem viderent. Solus virgo virginem agnoscit, et dicit Petro : Dominus est.

R. ij. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluia : modo venerunt ad fontes : * Repleti sunt claritate, allecia, alleluja, y. In conspectu Agni amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. — Repleti sunt claritate, allecia, alleluja.

Lectio iij.

FUIT autem Joannes et Apostolus, et Evangelista, et Propheta. Apostolus, quia scripsit ad Ecclesias ut magister ; Evangelista, quia librum Evangelii condidit, quod, excepto Matthæo, alii ex duodecim Apostolis non fecerunt : Propheta, vidit enim in Patinos insula, in qua fuerat a Domitiano principe ob Domini martyrium relegatus, Apocalypsim, infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus quod Romæ missus in ferventis olei dolium, purior et vegetior exiverit quam intraverit.

iij. Candidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluia : splendorem Deo dederunt, alleluia : * Et sicut lac coagulati sunt, Alleluia, alleluja. f. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. — Et sicut lac. Gloria. Alleluia, alleluia.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap.21.

IN illo tempore : Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, et petens aliquid ab eo. Tu autem Domine.

## EADEM DIE VI. MAII.
## IN OCTAVA S. PETRI MARTYRIS.
SIMPLEX.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana. O Petre Martyr inclyte, Prædicatorum gloria, virginitate prædite, verbo, signis et gratia, concessa nobis solitæ pietatis clementia, transacto mundi tramite, nos transfer ad cælestia, alleluja.

f .Ora pro nobis beate Petre, allecia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere. Per.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Summa pollens Petrus munditia, et præfulgens doctrinæ gratia, martyrii clarus victoria, trinæ fulget coronæ gloria, alleluja.

X. Corona aurea super caput ejus, allecia, ^z. Expressa signo sanctitatis, alleluja.

Oratio Præsta,quæsumus., ut supra.

Ad Memoriam in ij. Vesperis Ana. O Martyr egregie, doctor veritatis, puritatis vasculum, norma sanctitatis, tua per suffragia veniam peccatis et vitam in gloria præsta cum Beatis, alleluja.

f. Ora pro nobis, et Oratio Præsta, quæsumus., ut supra.

DIE VII. MAII.
IN OCTAVA
S. CATHARINÆ SENENSIS.

SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, J. Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in j. Vesperis Festi, pag. 1118.

AD MATUTINUM.

Invitatorium et Hymnus ut in Festo, pag. 1119.

IN NOCTURNO.

Tres Antiphonæ ut in Festo, pag. 1120. et tres Psalmi ex primo Nocturno de Communi Virginis, pag. 88*.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis, allecia, 3?. Propterea benedixit te Deus in æternum", alleluja.

T Si Homilia Dominicalis legenda non fuerit, prima Le~ etio erit de Scriptura Feriæ (si tamen Feria Lectionibus de Scriptura caruerit, prima Lectio erit Mihi autem, ut in Festo, pag.i 120); Lectio secunda Sex annos nata. et Lectio tertia Summa hujus Virginis, infra positæ cum tribus Responsoriis hic notatis.

j. Nihil huic Virgini satius, nihilque dignius in rerum natura visum est quam Jesu Christi præcepta * Et vitam æternam omnibus persuadere, I alleluja, f. Dedit enim sem I per operam revocare perditos. — Et vitam æternam omnibus persuadere, alleluia.

(Ex Bulla Canonizationis.)

Lectio ij.

SEX annos nata beata Catherina Senensis, ut Domino serviret, eremum concupivit; et urbe egressa, in caverna loco solitario delituit : quamvis, jubente Spiritu paululum demorata, domum redierit. Angelicam Salutationem edocta, quoties paternæ domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam Virginem Matrem Domini salutavit. Et anno currente ætatis suæ septimo, virginitatem suam consecravit Christo : quem sua in majestate sedentem mirabili visione contemplata est, et arcana cælestis aulæ vidit, quæ non potest effari lingua mortalis. Mundanas delicias a se omnes abdicavit. Orationi totam se dedit. Corpusculum suum vigiliis, jejuniis ac verberibus afflixit : coæquales puellas ut idem facerent edocuit et suasit. Pubes effecta, scissis crinibus, mortale connubium recusavit. Ancillare officium in paterna domo exercuit: nihil magis cupiens quam vilis apud homines et abjecta videri. Pauperibus Christi larga manu, permittente patre suo,subvenit. Ægrotantibus summa diligentia ministravit : incarceratos et oppressos, quibus valuit modis, consolata est : nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit.



ij. Sapientia atque doctrina hæc Virgo referta codices nonnullos condidit ediditque : *Ut veram vivendi rationem omnibus ostenderet, alleluja. f. His illa humanas fragilesque res spernere suadet. — Ut veram vivendi rationem.

Lectio iij.

SUMMA hujus Virginis abstinentia fuit, et admirabilis vitæ austeritas. Nam cum vini et carnium usum prorsus abjecisset, nec pulmentariis ullis uteretur, ad extremum eo deducta est, ut nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi cælesti, quem verus Christianus in Sacramento sumit altaris. Per annos circiter octo, minimo herbarum succo, earumque parum retento, et Communione sacra, sustentata est. Ad Communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quasi ad cælestes nuptias invitata esset, summa cum alacritate proficiscebatur. Cilicio sub veste utebatur. Lectum sibi ex tabulis confecerat, atque in eo jacens brevissimum capiebat somnum : raro enim ultra duas horas interdiu noctuque dormiebat. Reliquum omne tempus vigilando, orando, prædicando, opera misericordiæ agendo consumpsit. Spissis cordulis carnem suam maceravit. Dolore capitis pene assidue torquebatur. Fuit in ea Spiritus prophetiæ, et multa prædixit antequam fierent, et occultissima revelavit. Rapiebatur sæpe a Spiritu, et in aere suspensa divinis contemplationibus pascebatur : adeo extra se acta, ut expuncta percussaque nihil omnino sentiret : idque frequenter ei contingebat, dum divinissima reficeretur Eucharistia.

Iiij. Vitam Catharinæ innocentissimam miracula illa notissimam efficiunt, * Quæ vivens atque vita functa liquido ostendit, Alleluia, y. Curavit ægrotos, vitam mortuis restituit, et id genus multa fecit. — Quæ vivens. Gloria. Alleluia.

T Si legenda fuerit Homilia Dominicalis, prima Lectio et secunda Lectio erunt de ea, tertia vero erit secunda ex suprapositis, scilicet Sex annos nata., et dicentur tria Responsoria supraposita.

T Si Octava dies S. Catharinæ in Dominicam quartam post Octavam Paschæ inciderit, Lectio prima et Lectio secunda erunt de Homilia Dominicali, tertia Sex annos nata. ut supra. T Si autem in triduum ante Ascensionem inciderit, non legetur in ea Homilia Dominicæ præcedentis,

nec Homilia Rogationum, nec Homilia Vigiliæ; sed in Feria secunda et in Feria quarta, Lectio prima erit ut in Festo, pag. 1120. in Feria vero tertia Lectio prima erit de Scriptura currente. Lectio autem secun da, Lectio tertia et tria dicantur ut pag. 1142. et pag. 1143- notatum est.

Ante Laudes y. Ora pro no bis beata Camarina, alleluja. Ej?. Ut digni efficiamur promis sionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Festo, servato modo Octavæ diei Solemnis.

AD PRETIOSA.

^ Si lecta fuerit in Nocturno Homilia Dominicalis, dicatur ad Pretiosa. Evangelium Do minicæ.

T Si vero Homilia lecta non fuerit, dicatur ad Pretiosa, se quens Evangelium :

Secundum Matthæum.Cap.13.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis parabolam hanc : Si mile est regnum cælorum gra no sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Tu autem Domine.

## DIE VILI. MAII.
## IN APPARITIONE
## S. MICHAELIS ARCHANGELI.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Dum committeret bellum draco cum Michaele Archangelo, audita est vox millia millium dican tium : Salus Deo nostro, alle cula. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Apoc i

SIGNIFICAVIT _ Deus quæ «J oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joanni : qui testimonium per hibuit verbo Dei, et testimo nium Jesu Christi, quæcumque vidit.

sanctum Dominum in excelsis laudant omnes Angeli dicentes: *Te decet laus et ho nor Domine, Alleluia. J. Che rubim quoque et Seraphim Sanctus proclamant, et omnis cælicus ordo, dicentes. — Te decet laus. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

TIBI Christe, splendor Pa tris,
Vita, virtus cordium,
In conspectu Angelorum
Votis, voce psallimus :
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.

COLLAUDAMUS venerantes
Omnes cæli milites,
Sed præcipue Primatem
Cælestis exercitus
Michaelem, in virtute
Conterentem Zabulum.

Quo custode, procul pelle
Rex Christe piissime
Omne nefas inimici :
Mundo corde et corpore
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.

GLORIAM Patri melodis
Personemus vocibus :
Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paraclito :
Qui trinus et unus Deus
Exstat ante sæcula. Amen.

f. Stetit Angelus juxta aram templi, allecia. Habens thuribulum aureum in manu sua, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Dum sacrum mysterium cerneret



Joannes, Archangelus Michael tuba cecinit : Dignus es Do mne Deus noster accipere li brum, et solvere signacula ejus, allecia.

Oratio.

DEUS, qui miro ordine An gelorum ministeria homi nunique dispensas, concede propitius : ut a quibus tibi mi nistrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Ange lorum Dominum * Venite ado remus, alleluja.

Hymnus Tibi Christe splen dor Patris., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige cla morem meum.

Intende voci orationis meæ, * rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Do mine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo : * quoniam non Deus volens ini quitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus :*ego autem in multitudine miseri cordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. .

Quoniam non est in ore eo rum veritas : * cor eorum va num est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, ? linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, X secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui spe rant in te, * in æternum ex sultabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ vo luntatis tuæ * coronasti nos.

Ana. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribu lum aureum in manu sua, al lecia.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Qu6niam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, X gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ascendit fumus aroma tum in conspectu Domini de manu Angeli, alleluia.

Psalmus io.

IN Domino confido : quo* modo dicitis animæ meæ : Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores in tenderunt arcum, X paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, de struxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem re spiciunt : * palpebræ ejus in terrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium: * qui autem diligit ini quitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores la queos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars cali cis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Michael Archangele ve ni in adjutorium populo Dei, alleluia.

V. Stetit Angelus juxta aram templi, alleluja. Habens thunbulum aureum in manu sua, alleluia.

I Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Bene dictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris dua bus ; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat cum ceteris duabus.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. 12.

ET factum est prœlium ma gnum in cælo : Michael, et Angeli ejus prœliabantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli ejus : et non value runt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo. Et projectus est draco ille ma gnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, et Satanas, qui seducit universum orbem: et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt. Et audivi vocem magnam in cælo dicentem : Nunc facta est salus, et virtus, et regnum Dei nostri, et potestas Christi ejus.

R. j. In conspectu gentium nolite timere : vos enim in cor dibus vestris adorate, et timete Dominum : * Angelus enim ejus vobiscum est, alleluja. ^.Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vocifera tione. — Angelus enim ejus vobiscum est, alleluia.

(Ex vetust. monum. Auctori bus, et Rom. Brev.)

Lectio ij.

GELASIO Primo Pontifice Maximo, in Apuliis in vertice Gargani montis, ad



cujus radices incolunt Sipon tini, Archangeli Michaelis fuit illustris apparitio. Factum est enim ut ex gregibus armento rum Gargani, cujusdam taurus longe discederet : quem diu conquisitum in aditu spelun cæ hærentem invenerunt.Cum vero quidam ex illis, ut taurum configeret, sagittam emisisset, retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium. Quæ res cum præsentes ac deinceps ceteros tanto timore affecisset, ut ad eam speluncam propius acce dere nemo auderet, Sipontini Episcopum consulunt : qui, indicto trium dierum jejunio et oratione, rem a Deo respon dit quæri oportere.

ij. In conspectu Angel6 rum psallam tibi, et adorabo ad templum sanctum tuum, * Et confitebor nomini tuo Domine, alleluja, y. Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te. — Et confitebor nomini tuo Domine, alleluja.

Lectio iij.

POST triduum, Michael Ar changelus Episcopum mo net in sua tutela esse eum lo cum, eoque indicio demon strasse, velle ibi cultum Deo in sui et Angelorum memo riam adhiberi. Quare Episco pus una cum civibus ad eam speluncam ire pergit. Quam cum in templi cujusdam simi litudinem conformatam vidis sent, locum illum divinis offi ciis celebrare cœperunt : qui multis postea miraculis illu stratus est Hodiernus igitur dies Archangeli Michaelis Ap paritioni consecratus est

iij. Te sanctum Dominum in excelsis laudant omnes An geli dicentes : *Te decet laus et honor Domine, Alleluia, y. Cherubim quoque et Sera phim Sanctus proclamant, et omnis cælicus ordo, dicentes. — Te decet laus. Gloria. Alle luia.

Ante Laudes y. Gloriosus ap paruisti in conspectu Domini, alleluja. 1$. Propterea decorem induit te Dominus, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Dum prœliaretur Michael Archangelus cum dracone, audita est vox dicentium : Salus Deo nostro, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Dum committeret bellum draco cum Michaele Archan gelo, audita est vox millia millium dicentium : Salus Deo nostro, alleluja.

3. Archangele Michael, con stitui te principem super om nes animas suscipiendas, alle cia.

4. Angeli Domini Dominum benedicite in æternum, alle luja.

5. Angeli, Archangeli, Thro ni et Dominationes, Principa tus et Potestates, Virtutes cæ lorum laudate Dominum de cælis, alleluia.

Capitulum. Apoc. i.

SIGNIFICAVIT Deus quæ oportet fieri cito, loquens per Angelum suum servo suo Joanni : qui testimonium per hibuit verbo Dei, et testimo nium Jesu Christi, quæcumque vidit.

Hymnus.

CHRISTE, sanct6rum decus Angelorum,
Auctor humani generis et rector,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cælum.

ANGELUM pacis Michael ad istam
Cælitus mitti rogitamus aulam :
Nobis ut crebro veniente crescant
Pr6spera cuncta.

ANGELUS fortis Gabriel, ut hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius templum veniens ad istud
Visere nostrum.

ANGELUM nobis medicum salutis
Mitte de cælis Raphael, ut omnes
Sanet ægrotos, pariterque nostros
Dirigat actus.

HINC Dei nostri Genitrix Maria,
Totus et nobis chorus Angelorum
Semper assistat, simul et beata
Concio tota.

PRÆSTET hoc nobis Deitas beata
Patris ac Nati pariterque sancti
Spiritus, cujus reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

f. Adorate Deum, allecia.
Omnes Angeli ejus, allecia.

Ad Benedictus Ana. Factum est silentium in cælo, dum draco committeret bellum : et Michael pugnavit cum eo, et fecit victoriam, allecia.

Oratio.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius : ut a quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Mattbæum.Cap.18.

IN illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis, putas, major est in regno cælorum? Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Significavit Deus., ut in Laudibus.

Stetit Angelus juxta aram templi, * Alleluia, alleluja. Stetit Angelus. J. Habens turibulum aureum in manu sua. Alleluia. Gloria. Stetit Angelus.

y. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, alleluja. De manu Angeli, alleluja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 12.

FACTUM est prœlium magnum in cælo : Michael et Angeli ejus prœliabantur cum dracone, et draco pugnabat, et angeli ejus : et non prævaluerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo.

Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, * Alleluia, allecia. Ascendit fumus aromatum, f. De manu Angeli. Alleluia. Gloria. Ascendit fumus aromatum.

y. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, alleluia. R}- Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo, aileluia.

AD NONAM.

Capitulum. Apoc. 5.

AUDIVI vocem Angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium, voce magna dicentium : Salus Deo nostro.

In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus, * Alleluia, alleluja. In conspectu Angelorum, f. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Alleluia. Gloria. In conspectu Angelorum.

f. Adorate Deum, alleluja.
Omnes Angeli ejus, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus no.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini : * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, K misericors, et miserator Dominus : * escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui : * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo :

Ut det illis hereditatem gentium : * opera manuum ejus veritas et judicium.

Fidelia omnia mandata ejus:? confirmata in sæculum sæculi, * facta in veritate et æquitate.

Redemptionem misit populo suo : * mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum et terribile nomen ejus : * initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum : * laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Dominum : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet sermones suos in judicio : * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino. ? confirmatum est cor ejus : * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: X justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, X dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium peccatorum peribit.

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem,* et de stercore erigens pauperem : Ut collocet eum cum principibus,* cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo : * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi : * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et veritate tua : * quoniam 'magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me : * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : * quia audierunt omnia verba oris tui: Et cantent in viis Domini :* quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me :*et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me :* Domine misericordia tua in sæculum : opera manuum tuarum ne despicias.

Ana. Dum prœliaretur Michael Archangelus cum dracone, audita est vox dicentium : Salus Deo nostro, alleluia.

Capitulum Significavit Deus. et Hymnus Tibi Christe splendor Patris, ut in j. Vesperis, pag. 1144.

f. Stetit Angelus juxta aram templi, alleluja, ^z. Habens thuribulum aureum in manu sua. alleluia.

Ad Magnificat Ana Archangeli Michaelis interventi suffulti, te Domine deprecamur ut quos honore prosequimur contingamus et mente, alleluja.



Oratio.

•pvEUS, qui miro ordine An]J gelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius : ut a quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per.

DIE IX. MAII.

S. GREGORII NAZIANZENI EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum Gregorium ministrum tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis, Per.

IN NOCTURNO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 50.

ECCE vir sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, et in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio et excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, et quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam, et liberavit eam a perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis : et ingressum domus et atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille fulsit in templo Dei.

(Ex ejus scriptis, ex Gregorio Presbyt. aliisque antiquis Auctor, et Rom. Brev.)

Lectio ij.

GREGORIUS nobilis Cappadox, ex singulari divinarum litterarum scientia Theologi cognomen consecutus, Nazianzi natus, Athenis in omni disciplinarum genere una cum sancto Basilio eruditus, cum eodem sacris litteris in cœnobio se per aliquot annos exercuit. Domum reversus, primum Sasimorum Episcopus creatus est : deinde Nazianzenam Ecclesiam ad breve tempus administravit. Ad Ecclesiam Constantinopolitae! regendam accersitus, eam civitatem, hæresum purgatam erroribus, ad catholicam fidem traduxit.

Lectio iij.

SED cum, exardescente invidia, propter eum inter Episcopos magna esset exorta seditio, sponte cessit Episcopatu, ac Nazianzum reversus est : cui Ecclesiæ cum Eulalium præficiendum curasset, totum se ad contemplationem et scriptionem divinarum rerum contulit. Scripsit autem multa, et soluta oratione et carmine, mirabili pietate et eloquentia. Consubstantialitatis Filii fuit acerrimus propugnator. Illibatam a pueritia virginitatem ad obitum usque servavit. Demum senio et laboribus fractus, imperatore Theodosio, ad cælestem vitam evolavit : splendidissimum scientiæ et doctrinæ jubar semper habitus.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Tu autem Domine.

DIE X. MAII.

S. ANTONINI

EPISC. ET CON F. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. O virgo, o doctor, o vigil et bone pa stor, vota nostra et voces ne despice : sed qui te laudibus efferunt, pietatis sinu comple ctere, alleluja. Psalmus Lau date pueri, cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Eccli. 44.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus : et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Vir Dei Antoninus, cum bonum certamen certasset, cursum consummasset, fidem servasset, in agone mortis p6 situs lætanter dixit: * Servire Deo regnare est, Alleluia.

f. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ.—Servire Deo. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

UT Antonini gloriam
Concinamus uberius,
Afflare nunc pectoribus
Nostris, Deus omnipotens.

Is, teneris ab unguibus
Sacros edoctus canones,
Mundi spretis illecebris,
Christi se jugo subdidit.

PRÆDICATORUM Ordinem
Delegit inter ceteros,
Ut litteris et moribus
Incumberet ardentius.

SED non bene sub modio
Lumen ardens occulitur :
Ad præsulatum trahitur,
Lucens, inflammans populos.

T Tempore Resurrectionis •

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Æternæ mortis jaculum
Ejus vitemus precibus.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Ora pro nobis beate Anto nine, alleluia. Ut digni effi ciamur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Te Vir ginum chorus laudat, te Do ctorum cœtus prædicat, te unanimi voce sancti Præsules Præsulem admirantur: o beate Antonine, nos te quoque lau dantes paternis semper oculis intuere, alleluja.

Oratio.

SANCTI Antonini, D6mine, Confessoris tui atque Pon tificis meritis adjuvemur : ut sicut te in illo mirabilem præ dicamus, ita in nos misericor dem fuisse gloriemur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus fiat Memoria SS. Gordiani et Epimachi Martyrum.



Ad Memoriam in j. Vesperis Aria. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum co rona, qua coronavit eum Do minus in die solemnitatis et lætitiæ, alleluja, alleluja.

f. Lætamini in Domino et exsultate justi, alleluja. Et gloriamini omnes recti corde, alleluja.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beatorum Martyrum tuorum Gordianiet Epimachi solemnia colimus, eorum apud te intercessioni bus adjuvemur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adoremus Sa cerdotem magnum Christum, * In solemnitate sancti Præ sulis Antonini, alleluja.

Hymnus.

ATRÆ noctis obscuritas
Antonini fulgoribus
Fugatur, qui prodigiis
Vitæ et signorum radiat:

VIRGINITATE niveus,
Doctrinæ luce splendidus,
Præsul et pastor optimus,
Clarum virtutis specimen.

PAUPER amavit pauperes,
In miseros misericors,
Intrepidus in perditos,
Plusquam mitis in humiles.

QUAM potens apud Domi num,
Qui mortis jura subruit,
In hanc lucem dum revocat
Mortis revinctum nexibus!

Duæ ultimæ Strophæ, sive Tempore Resurrectionis, sive Tempore Ascensionis, ut in Hymno j. Vesperarum.

IN NOCTURNO.

Afia. Beatus Antoninus a Pueritia in Prædicatorum Or dine plantatus, fructum postea sanctitatis et doctrinæ dedit, alleluja. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Confesso ris, pag. 68*.

Ana. Dum non posset a se projicere jugum præsulatus, prædicavit præceptum Domi ni, constitutus in monte sancto ejus, alleluia.

Ana. Non dormivit neque soporatus est, cum Dominus ad sacerdotium caputejusexal tavit, alleluja.

T- Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluia. I^z. Sto lam gloriæ induit eum, alle cia.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Bene dictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris dua bus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De libro Job.

Lectio j. Cap. 29.

QUANDO procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram mihi: videbant me juvenes, et abscondebantur : et senes as surgentes stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo ad hærebat. Auris audiens beati ficabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi : eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum.

1^7. j. Justitia indutus sum : et vestivi me, sicut vestimento, et diademate judicio : * Pater eram pauperum : oculus fui cæco et pes claudo, alleluja. f. Dispersit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi. — Pater eram pauperum.

(Ex Bulla Canonizationis.)

Lectio ij.

ANTONINUS, Florentiæ honestis parentibus natus, ab ipsa jam pueritia egregium futuræ sanctitatis specimen exhibuit. Annum agens sextumdecimum,Religionem Prædicatorum amplexus, cœpit exinde maximis clarere virtutibus. Otio perpetuum bellum indixit. Post nocturnum brevem somnum, primus matutinis precibus aderat : quibus persolutis, reliquum tempus noctis orationibus, aut certe lectioni et scriptioni librorum tribuebat. Et si quando importunior fessis membris somnus obreperet, ad parietem paululum declinato capite, ac tantisper discusso somno, mox sacras vigilias avidius repetebat. Disciplinæ regularis severissimus observator, carnes, nisi in gravi ægritudine, nun- I quam edit. Humi aut in nudo tabulato cubabat: cilicio semper usus, et interdum zona ferrea ad vivam cutem incinctus, virginitatem integerrime semper coluit. In explicandis consiliis tantæ dexteritatis fuit, ut communi elogio Antoninus Consiliorum diceretur.

fy 'j- O virum mirabilem, quem tanta signorum potestate Dominus decoravit, * Ut etiam unigenitum patris ad vitam revocaverit! Alleluia, f {C enim magnus in opere et sermone, et rerum mirabilium patrator. — Ut etiam unirtnitum patris ad vitam revocaverit, alleluia.

Lectio iij.

A'DEO autem in eo humilitas enituit, ut etiam cœnobiis ac provinciis præfectus abjectissima monasterii officia demississime obiret. Ab Eugenio Quarto Florentius Archiepiscopus renuntiatus,ægerrime tandem, nec nisi Apostolicis minis perterrefactus, ut Episcopatum acciperet acquievit. In eo munere vix dici potest quantum prudentia, pietate, caritate, mansuetudine et sacerdotali zelo exsiluerit. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes ferme scientias perse, nullo adhibito præceptore, absolutissime didicerit. Tandem post multos labores, multis etiam editis insignis doctrinæ libris, sacra Eucharistia et Unctione percepta, complexus Crucifixi imaginem, mortem lætus aspexit, sexto Nonas Maii, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Miraculis vivens et post mortem conspicuus, Sanctorum numero adscriptus est ab Hadriano i Sexto, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

iij. Vir Dei Antoninus, cum bonum certamen certasset, cursum consummasset, fidem servasset, in agone mortis positus lætanter dixit : * Servire Deo regnare est, Alleluia. ^.De reliquo reposita est mihi corona justitiæ.— Servire Deo



regnare est, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes J. Ora pro nobis beate Antonine, alleluja. Rz. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Beatus Antoninus, ad præsulatum quasi ad cruciatum raptus, doctrina et moribus gregem suum pavit, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. i/.

2. Pater eram pauperum : oculus fui cæco et pes claudo, alleluia.

3. Constanti pectore pro lege Dei adversus impios murum se validum opposuit, alleluia.

4. Accepi disciplinam, et non pecuniam : doctrinam magis quam aurum elegi, alleluia.

5. In humilitate magnus, in paupertate dives, in corpore angelus : o beate Antonine, ora pro nobis quæsumus, alleluja.

Capitulum. Eccli. -44.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus : et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

Hymnus.

CUM sol ad cursum properat,
Ad te Præsul confugimus :
Qui tuas laudes canimus
Tuas sub alas protege.

Tu, qui tot a corporibus
Morbos depellis hominum,
Casus afflictos miserans,
Emenda nostras animas.

TOT jam malis atterimur,
In tot lapsus incidimus,
Ut pene spes nos deserat,
Dextram nisi porrexeris.

VIRGO perpurga corpora,
Doctor animos instrue,
Pastor egenos refice :
Tibi cuncta debebimus.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Æternæ mortis jaculum
Ejus vitemus precibus.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Justus germinabit sicut lilium, alleluia. 1$. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

Ad Benedictus Ana. Sanctus Antoninus vere est glorificandus, cui morbi cedunt, elementa parent, et mors inexorabilis ad ejus nutum tremit, alleluja.

Oratio.

SANCTI Antonini, Domine, Confessoris tui atque Pontificis meritis adjuvemur : ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per.

Ad Memoriam SS. Gordiam et Epimachi Matyrum in Laudibus Ana. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, allecia, et æternitas temporum, alleluja, alleluja, alleluja.

f. Mirabilis Deus, allecia.
In Sanctis suis, alleluja.

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui beatorum Martyrum tuorum Gordiani et Epimachi solemnia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 24.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Tu autem.

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 44.

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inventus est justus : et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

T W et Jj?m Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 124*.

Oratio.

SANCTI Antonini, Domine, Confessoris tui atque Pontificis meritis adjuvemur : ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 45.

DEDIT illi coram præcepta, et legem vitæ et disciplinæ : et beatificavit illum in gloria.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 50.

CURAVIT gentem suam, et liberavit eam a perditione : et adeptus est gloriam in conversatione gentis.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Beatus Antoninus, ad præsulatum quasi ad cruciatum raptus, doctrina et moribus gregem suum pavit, allecia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum, Hymnus et f llt in j. Vesperis, pag. 1152.

A d Magnificat A na. Dux fidei, pietatis doctor, mundi lampas, sacerdotum decor fecisti quæ docebas, despiciens carnem, adhærens Deo permanenti : beate Antonine, cum ascendente Christo cælos ascendisti : ne derelinquas nos orphanos in hoc exsilio, alleluja, alleluja.

PER OCTAVAM S. ANTONINI.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Pater eram pauperum: oculus fui cæco et pes claudo, alleluja.

y. de Communi unius Confessoris cum Alleluia.

Oratio Sancti Antonini, iit supra.

Ad Memoriam in Vesperis Ana. In humilitate magnus, in paupertate dives, in corpore angelus : o beate Antonine ora pro nobis, quæsumus, alleluja.

Ora pro nobis beate Antonine, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

Oratio Sancti Antonini, ut supra.

T In utrisque Vesperis et in Laudibus Ascensionis, si infra Octavam vel in die Octava S. Antonini evenerit, de S. Antonino non fiat Memoria.

T Si vero infra Octavam aut in die Octava S. Antonini Vigilia aut Festum Pentecostes evenerit, de S. Antonino fiet Memoria in Laudibus Vigili» 



De eo autem in j. Vesperis Pentecostes et deinceps jam non fiet Memoria.

DIE XI. MAII.

s. STANISLAI EPISC. ET MART.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, pro cujus honore gloriosus Pontifex Stanislaus gladiis impiorum occubuit : præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per.

IN NOCTURNO.

T Si hoc festum in aliqua Dominica, aut in Feria secunda Rogationum aut in Vigilia Ascensionis celebrari contigerit, dicatur prima Lectio de Communi unius Martyris Pontificis A Mileto., pag. 40*.

(Ex Rom. Breviario.)

Lectio ij.

STANISLAUS Polonus, apud Cracoviam nobili genere natus, ac parentibus, qui per triginta annos steriles fuerant, divinitus datus, vitæ monasticæ desiderio amplum patrimonium pauperibus distribuit. Sed Dei providentia primum Canonicus, deinde Episcopus Cracoviensis eligitur; quo in munere omnium pastoralium virtutum laude et præcipue misericordia in pauperes enituit. Cum Boleslaum regem ob libidinem arguens offendisset, judicium coram eo vocatur, tamquam pagum occuparet, quem Ecclesiæ suæ nomine coemerat. Quod cum neque tabulis probare posset, et testes veritatem dicere timerent, spondet Episcopus se Petrum pagi venditorem, qui triennio antea obierat, intra dies tres in judicium adducturum. Conditione cum risu accepta, Vir Dei toto triduo jejuniis et orationi incumbit.

Lectio iij.

Ipso sponsionis die, post oblatum Missæ sacrificium, Petrum e sepulcro surgere jubet: qui statim redivivus, Episcopum ad regium tribunal euntem sequitur; ibique rege et ceteris stupore attonitis, de agro a se vendito et pretio rite sibi ab Episcopo persoluto testimonium dicit : atque iterum in Domino obdormivit. At Boleslaum, frustra sæpe admonitum, Stanislaus tandem a fidelium communione removet. Ille iracundia furens, Sacerdotem Dei, hostiam immaculatam ad altare offerentem, sua manu obtruncat. Corpus membratim concisum et per agros projectum Canonici Cracovienses, nocturni de cælo splendoris indicio, colligunt, et suis locis apte membra disponunt : quæ subito ita inter se copulata sunt, ut nulla vulnerum vestigia exstarent. Multis deinde miraculis Virum Dei coruscantem, Innocentius Quartus in sanctorum Martyrum numerum retulit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agricola est. Tu autem Domine.

DIE XII. MAII.
B. JOANNÆ LUSITANÆ
VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui inter regales de licias et mundi illecebras beatam Joannam Virginem tuam virtute constantiæ roborasti : quæsumus ut ejus intercessione fideles tui terrena despiciant, et ad cælestia semper aspirent. Per.

In utrisque Vesperis et Laudibus Memoria de Octava die S. Pii Quinti (nisi transferenda fuerit) ut pag. 1159. sub titulo Eadem die xij. Maii. notatum est.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria SS. Nerei, Achillei et Pancratii Martyrum. Oratio.

SEMPER nos Domine Martyrum tuorum Nerei, Achillei atque Pancratii foveat, quæsumus, beata solemnitas, et tuo dignos reddat obsequio. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*

Lectio ij.

JOANNA, Alphonsi Quinti Lusitaniæ regis filia, tanta Divini amoris flamma præventa fuit, ut ab ipsa pueritia rerum caducarum pertæsa, solo cælestis Patriæ desiderio flagraret. Erga Dominicæ Passionis mysterium mirifice affecta, vix aliquid de illo loqui vel audire sine lacrimis poterat. Cumque in ejusdem meditatione fere semper defixa videretur, Majoris tamen Hebdomadæ dies omnesque sextas Ferias, solo pane et aqua contenta, in orationibus et vigiliis devotissime transigebat. Mira fuit in pauperes pietate et liberalitate" bis in die per fideles administros de illis diligentissime inquirens. Adolescentiam ingressa, ut in Dei laudibus et caritatis officiis magis se redderet expeditam, carnem suam continua ferme abstinentia et cruentis flagellationibus affligere cœpit. Nonnisi duro lectulo ad brevem somnum utebatur : ac pretiosis vestibus asperum tegens cilicium, laneam etiam et rudem interulam, ne quidem in ferventioribus caloribus, deponere consuevit. Hanc insolitam adeo in regia Virgine vivendi rationem non modo Joanna prudenti dissimulatione celare conabatur, ut securius retineret, sed etiam Deus ipse, aucto in dies insignis formæ decore, comprobare visus est.

Lectio iij.

QUOD tempus orationi supererat, aliis pietatis impendebat officiis: et animarum zelo flagrans, non modo Sorores omnes verbo et exemplo ad perfectionem accendere satagebat, sed exteris quoque prodesse non destitit, assiduas ad Deum preces ac voluntarios offerens corporis cruciatus pro peccatorum conversione. Africanorum captivorum plurimos, adhibitis verbi Dei ministris, Ecclesiæ aggregavit; quorum ipsa non paucos imbuit christianæ fidei præceptis. Vitæ denique asperitate corporisque afflictionibus confecta, diuturnum ac molestissimum morbum in contemplatione Dominicæ Passionis invicta patientia tolerans, susceptis devotissime Sacramentis innocentem animam Deo reddidit, quarto Idus Maii, anno Salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo, ætatis vero suæ trigesimo nono. Ejus sanctitatis opinio longe lateque diffusa, miraculorum etiam fama statim post obitum clarescere cœpit. Tandem Innocentius Duodecimus, ut in toto Portugalliæ regno ac universo Prædicatorum Ordine possit de beata Joanna anniversaria ejus dormitionis die Officium recitari ac Missa celebrari de Communi Virginum indulsit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 25.

TN illo tempore : Dixit Jesus I discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ. Tu autem Domine.

EADEM DIE XII. MAII.
IN OCTAVA S. PII QUINTI.
SIMPLEX.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana. Pii nomen comprobarunt piae operationes, et ex hoc beatum dicent omnes generationes, alleluia.

f - Ora pro nobis beate Pie, allecia. I^z. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, allecia. Oratio.

"TVEUS qui, ad conterendos •LJ Ecclesiæ tuæ hostes, et ᵃd divinum cultum reparandum, beatum Pium Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi præsidiis, et ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Pie, pastor mirifice, tuarum memor ovium, sta coram summo Judice pro partibus fidelium, alleluja,

Y. Justus germinabit sicut lilium, alleluia. R?. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluja. (Si vero jam dictus fuerit hic f., dicatur sequens ad Memoriam S. Pii: f. Justus ut palma florebit in domo Domini, alleluia. Sicut cedrus Libani multiplicabitur, allecia.)

Oratio Deus, qui ad conterendos., ut supra.

Ad Memoriam in ij. Vesperis Ana. Qui exaltat humiles Pium exaltavit, et in Apostolica Sede collocavit, allecia.

f. Ora pro nobis, et Oratio Deus, qui ad conterendos., ut ad Memoriam in j. Vesperis.

DIE XIII. MAII.
B. ALBERTI A BERGOMO
CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

T^VEUS, qui in humili vitæ U genere beatum Albertum Confessorem tuum eximia sanctitate clarescere voluisti : fac nos ita ejus sectari vestigia, ut assequi mereamur et præmia. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. Si*.

Lectio ij.

ALBERTUS Villa Bononea, qui est pagus Bergomensis, agricolis parentibus natus est: a quibus pie educatus, non obscuris a puero claruit san ctitatis indiciis. Nam septen as divinis rebus vehementer afficiebatur, terque singulis hebdomadis jejunans, subdu ctum sibi cibum in pauperes dispertiebat. Adolescens pa terno ruri excolendo admotus, dum corpus agresti exercita tione subigeret, contemplatio nis studio in cælo versabatur. Parentum consilio et volun tate matrimonio junctus, ob profusam in pauperes libera litatem graves ab uxore mo lestias tulit, quas patientia et miraculis superavit. Nam paratum aliquando prandium cum egenis distribuisset, mox divinitus sibi in mensa resti tutum accepit. A potentiori bus nonnullis, paternum ejus agrum usurpare molientibus, diu vexatus, relicta patria Cre mori am secessit; ubi corporali labore victitans, misericordiæ et pietatis operibus impensius vacavit.

Lectio iij,

POST vitam denique laboribus ac meritis plenam, in supremum incidit morbum, quo se moriturum intelligens, sacris Mysteriis ardenter fla gitatis religioseque susceptis, Nonis Maii, anno Salutis mil lesimo ducentesimo septuage simo nono, sanctissime exces sit. Ærea urbis campana, pul sante nemine, in ejus transitu sonuisse fertur; quo signo ad moniti cives catervatim ad ejus funus convenere. EjUs corpori in ecclesiæ cœmeterio condendo cum fossa designa retur, nusquam terra perfodi potuit. Quare intra chorum ejusdem ecclesiae, ubi orare consueverat, summa celebri tate illatum est, totque cœpit ^clarescere miraculis, ut eo rum fama excitati Insubriæ Æmiliæque populi, incredibili frequentia ipsius sepulcrum adirent, eique Sanctorum cul tum deferrent. Quem deinceps auctum et constanter propa gatum Benedictus Decimus quartus Pontifex Maximus Apostolica auctoritate proba vit, ejusque Officium cum Missa ab universo Prædica torum Ordine et Cremonensi ac Bergomensi Clero celebrari concessit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Mattbæum. Cap. 11.

IN illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapien tibus et prudentibus, et reve lasti ea parvulis. Tu autem Domine.

## DIE XIV. MAII.
## B. ÆGIDII
## CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

A yffiSERicoRDiAM tuam Deus ivi supplices imploramus: ut sicut ea præveniente beatum Ægidium in viam justitiæ et sanctitatis redire fecisti, ita nos e servitute ac morte pec cati in perfectam transferas libertatem et vitam. Per.



IN NOCTURNO.

Lectio j. Beatus vir. de Com muni unius Confessoris non pontificis, pag. 81*.

Lectio ij.

ÆGIDIUS Vaozelae Visensis dioecesis oppidi in Lusi tania claris parentibus natus, primis a pueritia litterarum studiis imbutus, ad philoso phiam et medicinam totum se contulit, neque exiguam in iis sibi nominis famam compara vit. Nova subinde arcana re rum sciendi cupidissimus, ad Parisiensem academiam pro fectus est : ubi effreni licentia vitæ abreptus, in omne sese vitium et voluptatem effudit. Dum vero propriæ salutis im memor, in æternam perniciem plane cæcus ageretur et præ ceps, tanto divinæ gratiæ lumine collustratus est, ut re pente in virum alterum sit commutatus. Veterem itaque hominem statim exuens cum actibus suis, re domestica in familiares et pauperes distri buta, Prædicatorum Ordinem amplexus est.

Lectio iij.

DIVINÆ contemplationis studio æternorumque desi derio ita afficiebatur, ut nihil jam in votis haberet arden tius quam dissolvi et esse cum Christo. Mirificas et diuturnas in oratione extases patiebatur, corpore aliquando e terra sub lato : ac vel solo audito no mine Jesu ineffabili suavitate perfusus, sensibus excidebat. Supernis visionibus, prophetiæ dono, miraculorum frequentia late conspicuus, adhuc vivens eximiæ claruit fama sanctita tis. Revelatum sibi divinitus mortis diem exsultabundus pro spexit, ac levi morbo tentatus, Sacramentis Ecclesiæ summa religione perceptis, in cilicio sterni voluit : mærentesque Fratres verbis suavissimis allo cutus, octogenario major placi dissime excessit, anno Salutis millesimo ducentesimo sexa gesimo quinto. Ejus corpus, suavissime olens multisque statim miraculis clarum, Lusi tanorum cultum nunquam in termissum obtinuit. Quem Be nedictus Decimus quartus rite probavit, ei usque Officium et Missam in Ecclesia Lisbonensi ac Visensi et Prædicatorum Ordine celebrari concessit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus ex spectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Tu autem Domine.

## DIE XV. MAII.
## IN CONVERSIONE
## S. AUGUSTINI
## EPISC. CONF. ET ECCL. DOCT.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lætare mater nostra Jerusalem, quia Rex tuus dispensatorem stre nuum et civem fidelissimum de servitute Babylonis tibi redemit Augustinum, alleluia.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Volebat enim conferenti æstus suos ut proferret quis esset aptus modus vivendi sic affecto, ut ipse erat, ad ambulandum in via Dei, *In qua alius sic, alius sic ibat, Alleluia. jP. Displicebat ei quidquid agebat in sæculo, præ dulcedine Dei et decore domus ejus, quam dilexit. — In qua. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

MAGNE Pater Augustine,
Preces nostras suscipe,
Et per eas Conditori
Nos placare satage,
Atque rege gregem tuum,
Summum decus Præsulum.

AMATOREM paupertatis
Te collaudant pauperes :
Assertorem veritatis
Amant veri judices :
Frangis nobis favos mellis,
De Scripturis disserens.

QUÆ obscura prius erant
Nobis plana faciens,
Tu de verbis Salvatoris
Dulcem panem conficis,
Et propinas potum vitæ
De Psalmorum nectare.

Tu de vita Clericorum
Sanctam scribis Regulam,
Quam qui amant et sequuntur
Viam tenent regiam,
Atque tuo sancto ductu
Redeunt ad Patriam.

REGI regum salus, vita,
Decus et imperium :
Trinitati laus et honor
Sit per omne sæculum :
Qui concives nos adscribat
Supernorum civium. Amen.

J. Ora pro nobis beate Augustine, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Augustini mater devotissima, quem carne prius pepererat mundo caritatis visceribus postmodum multo semine lacrimarum genuit Christo, alleluia. Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Augustinum ab errorum tenebris ad lucem evangelicæ veritatis adduxisti : da nobis, quæsumus, ut qui ejus hodie Conversionem colimus, ejusdem ad te precibus actus nostros in melius reformemus. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Magnus Dominus et laudabilis valde : * Qui de tenebris Gentium lumen Ecclesiæ suæ vocavit Augustinum, alleluia.

Hymnus Magne Pater, ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Ana. Aperuit Augustinus codicem Apostolicum, et conjectis oculis ad primum capitulum, legit: Induimini Dominum Jesum Christum : et statim, quasi infusa luce securitatis,ab eo omnes dubietatis tenebræ diffugerunt, alleluia. Psal; mi ex j. Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Insinuavit ergo per litteras sancto viro Ambrosio præsens votum suum, ut moneret quid sibi de libris sanctis legendum esset, quo percipiendæ christianæ gratias aptior fieret atque paratior, alleluja.



Afia. At ille jussit Isaiam prophetam : quod præ ceteris Evangelii vocationisque Gentium sit prænuntiator apertior, alleluia.

fm Amavit eum Dominus, et ornavit eum, alleluja. Bf. Stolam gloriæ induit eum, allecia.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 13.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus : non in comessationibus, et ebrietatibus, non in cubilibus, et impudicitiis, non in contentione, et æmulatione : sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis,

fy j. Invenit se Augustinus longe esse a Deo in regione dissimilitudinis, tamquam audiret vocem Dei de excelso : Cibus sum grandium : * Cresce, et manducabis me, allecia. J. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ : sed tu mutaberis in me. — Cresce, et manducabis me, alleluja.

Lectio ij.

AUGUSTINUS, dum adhuc adolescens esset, Carthagine in Manichæorum hæresim incidit. Postea Romam profectus, inde Mediolanum missus, ut rhetoricam doceret; cum ibi frequens Ambrosii Episcopi esset auditor, ejus opera ad catholicam fidem serio animum adjecit. Susceptum tamen consilium morabantur sæculi blandimenta.

Audita postmodum vita Antonii Magni, tenere se non potuit quin exclamaret : Quid est hoc? Surgunt indocti, et cælum rapiunt : et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce ubi volutamur in carne et sanguine. Mox adjectum ædibus hortulum ingressus, sub ficu stratus, cum veterum voluptatum memoria animum pertentaret, vocem quasi de vicina domo cum cantu dicentem et crebro repetentem audivit : Tolle, lege : tolle, lege.

R. ij. Sensit igitur et expertus est non esse mirum quod palato non sano pœna est panis, qui sano est suavis, * Et oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis, alleluia. y Propter iniquitatem corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus. — Et oculis ægris.

Lectio iij.

QUOD ille sibi divinitus dictum interpretans, concitus surgens, sacrarum Litterarum codicem in proximo aperuit, ac in ea Apostoli verba incidit : Induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.

Tunc vero quasi infusa ejus cordi securitatis luce, omnis ab eo dubitationis tenebræ diffugerunt: totusque ad Deum ex intimis præcordiis conversus, spem omnem, quam habebat in sæculo, dereliquit. Abdicato itaque docendi munere, una cum matre et non nullis amicis rus concedens, cum ibi per aliquot menses ardentius sacris lectionibus, meditationibus et precibus incubuisset, advenientibus Paschalibus diebus, Mediolanum reversus, baptizatus est a beato Ambrosio, matre Monica sibi adhærente, ac de illius conversione mirabiliter exsultante.

iij. Tum vero invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspexit, sed aciem figere non valuit : * Quia non secum ferebat nisi amantem memoriam, et quasi olfacta desiderantem quæ comedere nondum posset, Alleluia. ^.Quid autem sacramenti haberet, Verbum caro factum est: nec suspicari quidem poterat. — Quia non secum ferebat. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes X- Ora pro nobis beate Augustine, alleluja. R?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Lætentur omnes qui sperant in te Domine, memoriam recolentes quam exsultantis Pastoris humeris reportetur ovis, quæ erraverat, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Lacrimas excutit gaudium solemnitatis domus tuæ : cum legitur in domo tua de minore filio quod mortuus erat et revixit; perierat, et inventus est, alleluia.

3. Pater enim misericors plus gaudet de uno pœnitente quam de nonaginta novem justis quibus non est opus pœnitentia, alleluja.

4. Misisti Domine manum tuam ex alto, et de profunda caligine Augustini animam eruisti : cum pro eo fleret ad te mater ejus, fidelis tua, alleluja.

5. Exaudisti eam, nec despexisti lacrimas ejus : quæ profluentes rigabant terram in conspectu tuo in omni loco orationis ejus, alleluja.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et hominibus, cujus memoria in benedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

CÆLI cives applaudite:
Et vos fratres concinite,
Patris nostri solemnia
Solis reduxit orbita.

QUOD lingua foris personat
Intus affectus sentiat :
Nec imitari pigeat
Quod laudare mens approbat

HUNC post mundi curricula
Cæli suscepit curia :
Quem cum suis fidelibus
Jam coronavit Dominus.

CONEMUR totis viribus,
Jungamus preces precibus,
Ut Augustini meritis,
Cæli fruamur gaudiis.

T Tempore Resurrectionis:

QuÆSUMUs,Auctoromnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.



GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,^
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Justus germinabit sicut lilium, alleluja. 1$. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

Ad Benedictus Ana. Accepta Baptismi gratia, positus Augustinus apud Ostia Tiberina cum matre sua colloquebantur soli valde dulciter, et inhiabant ore cordis pariter in superna fluenta fontis vitæ : vilescebatque mundus iste inter verba cum delectationibus suis, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Augustinum ab errorum tenebris ad lucem evangelicæ veritatis adduxisti : da nobis, quæsumus, ut qui ejus hodie Conversionem colimus, ejusdem ad te precibus actus nostros in melius reformemus. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 15.

ri illo tempore : Erant appropinquantes ad Jesum publicani, et peccatores, ut audirent illum. Tu autem Domine.

AD TERTIAM,
SEXTAM ET NONAM



Capitula, Communi unius Confessoris Pag. 124*.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lætentur omnes qui sperant in te Domine, memoriam recolentes quam exsultantis Pastoris humeris reportetur ovis, quæ erraverat, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Dilectus Deo. et Hymnus Magne Pater Augustine., ut in j. Vesperis, pag.1162.

X- Ora pro nobis beate Augustine, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Lætare mater nostra Jerusalem, quia Rex tuus dispensatorem strenuum et civem fidelissimum de servitute Babylonis tibi redemit Augustinum, allecia.

DIE XVI. MAII.
S. JOANNIS NEPOMUCENI
MARTYRIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui ob invictum beati Joannis sacramentale silentium, nova Ecclesiam tuam martyrii corona decorasti : da nobis, ejus intercessione et exemplo, linguam caute custodire, ac omnia potius mala quam animæ detrimentum in hoc sæculo tolerare. Per.

IN NOCTURNO.
Lectio ij.

JOANNES Nepomuci Bohemiæ oppido, unde Nepomuceni cognomen duxit, a parentibus ætate provectis, non sine futuræ sanctitatis præsagio, flammis supra nascentis domum mirabiliter collucentibus,

ortus est. Cum infans in gra vem morbum incidisset, beatæ Virginis ope, cui natum pa rentes referebant acceptum, e vitæ periculo evasit incolumis. Egregia indole, piaque institu tione cælestibus indiciis obse quente, intersanctas religiosas que exercitationes pueritiam egit : nam ecclesiam frequen ter adire, ac Sacerdotibus ad aras operantibus ministrare in deliciis habebat. Zatecii poli tioribus litteris ad humanita tem informatus, Pragæ vero gravioribus disciplinis excul tus, philosophiae, theologiæ sacrorumque canonum magi sterium et lauream emeruit. Sacerdotio initiatus, atque scientia sanctorum ad lucra animarum rite comparatus, ministerio verbi Dei se peni tus addixit. Cum igitur in vi tiis exstirpandis, et revocandis in viam salutis errantibus, elo quentia et pietate uberes ede ret fructus, inter Canonicos metropolitanæ Ecclesiæ Pa gensis cooptatus, mox sibi de mandatam Evangelii coram rege Venceslao Quarto præ dicandi provinciam suscepit, eo successu, ut Joannis suasu multa rex faceret magnoque in honore ejus virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas ille obtulit, dignitates, Dei Servus, ne a divini verbi præconio avocaretur, constantissime re cusavit.

Lectio iij.

REGIIS illum eleemosynis in pauperes erogandis præfe ctum, Joanna regina conscien tiæ sibi moderatorem adsci vit. Cum autem Venceslaus ab officio institutoque deces sisset, atque in vitia præcens abriperetur, piæ autem conju gis obtestationes et monita gravate ferret, contendere au sus est ut in sacramentali judicio Sacerdoti credita re ginæ arcana sibi a Joanne panderentur. At Dei Minister blanditiis primum, tormentis deinde et carceris squalore tentatus, nefariæ regis cupidi tati fortiter obstitit. Furentem tamen Venceslai animum cum ab exsecrando proposito nec humana nec divina jura deter rerent, supremum agonem, quem instare sibi Athleta Chri sti noverat, populo in concione de impendentibus etiam regni calamitatibus admonito, non obscure prænuntiavit. Mox Boleslaviam profectus, ad bea tæ Virginis imaginem antiquo cultu celebrem, cæleste præ sidium ad certandum bonum certamen effusis precibus im ploravit. Inde vespere rever tentem in pervigilio Domini cæ Ascensionis rex e fenestra conspicatus arcessit; cumque vehementius urgeret, et proxi mam in aquis, si obluctari pergeret, submersionem inten taret, Joannes invicta constan tia terrores minasque refuta vit. Itaque regis imperio in Moldavam flumen Pragam in terfluens noctu dejectus, illu strem martyrii coronam est consecutus.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Nihil est opertum, quod non revelabi tur : et occultum, quod non scietur. Tu autem Domine.



DIE XVII. MAII.

B. ANDREÆ ABELLONII

CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

R^EUS, qui beato Andreæ \J Confessori tuo Evange lium pacis opere ac sermone prædicare tribuisti: ejus, quas sum^, intercessione fac nos legem tuam corde perfecto suscipere, et sanctis moribus adimplere. Per.

In utrisque Vesperis et Lau dibus Memoria de Octava die S Antonini (nisi transferenda fuerit) ut pag. 1168. sub titulo Eadem die xvij. Maii. nota tum est.

IN NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. io.

FINIS Legis Christus ad ju stitiam omni credenti. Moy ses enim scripsit, quoniam ju stitiam, quæ ex Lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex Fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere : Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scri ptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo : hoc est verbum Fidei, quod prædi camus.

Lectio ij.

ANDREAS Abellonus in op pido Sancti Maximini dioecesis olim Aquensis, nunc autem Forojuliensis, honestis parentibus natus est. Ætate prima innocenter exacta, in ipso loco Fratribus Prædicato ribus, qui sacras beatæ Mariæ Magdalenæ custodiebant exu vias, accenseri obtinuit. Inter sodales, non pietate modo, sed ingenio quoque ad omne di sciplinarum genus felicissime comparato mox enituit. Unde, absoluto tirocinio, primumque humanis artibus ac divinis Lit teris impensa opera, ad cele briores Galliarum academias ab Ordinis sui moderatoribus missus est, tantamque doctri næ laudem sibi promeruit, ut sacræ Paginæ Magister adhuc juvenis fuerit salutatus. In cœ nobium redux ubi Prædicato rum Ordini nomen dederat, a rectoribus in partem sollicitu dinis primum vocatus, et sub inde omnium eligentium suf fragio fratribus suis præpositus est. Sed eorum regimen, quod pontificii ac regii diplomatis auctoritate toto vitæ tempore retinere potuisset, bis sibi con creditum, paucis annis elapsis, sua sponte bis dimisit. A Bar tholomæo Texerio, supremo Ordinis Magistro, disciplinam regularem in Arelatensi domo promovere jussus, longanimi tate potius et virtutum suarum exemplo quam præproperis agendi rationibus, subditorum animos ad sanctiora duxit in citandos. Jugum porro Re gulæ, quod aliis nondum im ponebat, ab initio subiit ala criter, ab usu carnium prorsus abstinens, et vitæ austeritatem cum assiduo prædicationis mu nere conjungens.

Lectio iij.

VINCENTII Ferrarii, cujus recens in Galliis fervebat memoria, zelum æmulatus,

sacri verbi ministerio per Provinciam, maximo ubique audientium emolumento, ad provectissimam ætatem usque functus est. Nec sermone tantum, verum etiam, uti erat pingendi peritus, piis imaginibus fidelium mentes ad cælestia trahere satagebat. Extrema tandem ægritudine finem dicendi et operandi facere coactus, cum Aquas Sextias vocatus esset ad consolandos cives immani lue afflictos, Domini sui adventum fervidus exspectavit. Contigit ejus beata mors in eadem civitate Aquosi, Idibus Maii, anno reparatæ Salutis supra millesimum quatercentesimo quinquagesimo. Miraculis ab obitu adeo claruit, ut ei continuo tributi sint Cælitum honores. Quem cultum, hactenus perseverantem, Leo Decimus tertius, ex sacri I Consilii tuendis Ecclesiæ ritibus sententia probavit et confirmavit anno millesimo non gentesimo secundo, supremi Pontificatus vigesimo quinto • facta Ordini Prædicatorum ac Dioecesibus Aquensi, Massiet For ojuliensi potestate Officium et Missam in beati Andreæ honorem celebrandi.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. I u autem Domine.

EADEM DIE XVII. MAII.
IN OCTAVA S. ANTONINI.
SIMPLEX.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana. Te Virginum chorus laudat, te Doctorum cœtus prædicat, te unanimi voce sancti Præsules Præsulem admirantur : o beate Antonine, nos te quoque laudantes paternis semper oculis intuere, alleluja f. Ora pro nobis beate Antonine, alleluia. 3?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi | allecia.

Oratio.'

SANCTI Antonini, Domine, Confessoris tui atque Pontificis meritis adjuvemur : ut sicut te in illo mirabilem prædicamus, ita in nos misericordem fuisse gloriemur. Per.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Sanctus Antoninus vere est glorificandus, cui morbi cedunt, elementa parent, et mors inexorabilis ad ejus nutum tremit, alleluja,

y. de Communi unius Confessoris secundum Ordinem Memoriarum, pag. 78., addito I Alleluia.

Oratio Sancti Antonini., ut supra.

Ad Memoriam in ij. Vesperis Ana. Dux fidei, pietatis doctor, mundi lampas, sacerdotum decor, fecisti quæ docebas, despiciens carnem, adhærens Deo permanenti : beate Antonine, cum ascendente Christo cælos ascendisti : ne derelinquas nos orphanos in hoc exsilio, alleluja, alleiuia.

f. Ora pro nobis, et Oratio Sancti Antonini, ut ad Memoriam in j. Vesperis.



DIE XVIII. MAII.
S. VENANTII
MARTYRIS.

SIMPLEX.

Oratio.

T^V EUS, qui hunc diem beati D Venandi Martyris tui | triumpho consecrasti, exaudi preces populi tui : et præsta ut qui ejus merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per.

IN NOCTURNO.
Lectio ij.

VENANTIUS Camers, quindecim annos natus, cum Christianæ religionis accusaretur apud Antiochium, qui sub Decio imperatore Camerino præerat, in porta civitatis præsidi se obtulit. Quem ille pollicitationibus ac terroribus diu tentatum, flagris cædi et vinculis astringi jussit. Sed iis mirabiliter ab Angelo solutus, lampadibus postea aduritur, atque inverso ore, fumo supposito, suspenditur. Ejus constantiam in tormentis demiratus Anastasis cornicularius, et quod eum, ab Angelo iterum solutum, candida veste supra fumum ambulantem vidisset, in Christum credidit, et a beato Porphyrio Presbytero cum familia baptizatus, paulo post martyrii palmam cum eodem promeruit. At Venantes præsidi sistitur, et ab eo iterum frustra tentatus ut Christi fidem desereret, in carcerem conjicitur : quo Attalus præco mittitur, qui ei dicat se quoque Christianum fuisse, et ei nomini propterea renuntiasse, quod cognovisset inane esse fidei commentum, quo Christiani præsentibus se abdicant ob vanam futurorum spem. Verum nobilis Christi Athleta callidi hostis insidias non ignorans, diaboli ministrum a se penitus rejecit. Quare ad præsidem iterum adducto omnes contusi sunt dentes, maxillæque confractæ, atque ita cæsus in sterquilinium dejicitur. Sed inde ab Angelo quoque ereptus, rursus stetit ante judicem : qui, Venando adhuc loquente, e tribunali cecidit, et in ea voce, Verus est Venandi Deus, nostros deos destruite : exclamans, exspiravit.

Lectio iij.

QUOD cum præsidi nuntiatum esset, extemplo Ve- I nantium leonibus objici jussit: qui, naturali feritate omissa, I ad ejus se pedes abjecerunt. Interim ille populum Christi fidem edocebat. Quare inde amotus, iterum in carcerem traditur. Cumque postridie præsidi referret Porphyrio se per visum noctu populos, quos Venantes aqua tingebat, clarissima luce fulgentes, ipsum vero præsidem obscurissima caligine opertum vidisse: præses ira incensus, eum illico capite plecti imperat, deinde Venantium per loca vepribus et carduis consita trahi usque ad vesperam. Is cum semianimis relictus esset, mane se [iterum præsidi præsentavit, cujus jussu statim e rupe præcipitatur : sed inde etiam divinitus ereptus, denuo per loca aspera ad mille passus trahitur ubi militibus siti æstuantibus in proxima convalle ex lapide, in quo et genuum formam reliquit, sicut etiam nunc in ejus ecclesia videre licet,

Crucis signo a Venando facto, aquæ manarunt. Eo miraculo plures permoti, in Christum crediderunt, quos omnes præ ses eo loci una cum Venando capite feriri jussit. Fulgura et terræmotus eo tempore ita magni fuere, ut præses aufu geret : qui paucis tamen post diebus, divinam haud valens effugere justitiam, turpissimam mortem oppetiit. Christiani in terim Venandi et aliorum cor pora honorifico loco sepelie runt, quæ Camerini in ecclesia Venando dicata condita adhuc sunt.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vi tis vera : et Pater meus agri cola est. Tu autem Domine.

DIE XIX. MAII.

S. PETRI CÆLESTINI

PAPÆ ET CONFESSORIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatum Petrum Cælestinum ad summi Pontificatus apicem sublimasti, quique illum humilitati post ponere docuisti : concede pro pitius ut ejus exemplo cuncta mundi despicere, et ad pro missa humilibus præmia per venire feliciter mereamur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Pudentianæ Vir ginis. Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ Pudenti anæ Virginis tuæ festi vitate gaudemus, ita piæ de votionis erudiamur affatu Per»

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

PETRUS a nomine, quo P6n tifex est appellatus, Cæle stinus dictus, honestis catho licisque parentibus Æserniæ in Samnitibus natus, adole scentiam vix ingressus ut animum a mundi illecebris custodiret, in solitudinem se cessit. Ibi contemplationibus mentem nutriens, corpus in servitutem redigens, ferream catenam ad nudam carnem adhibebat. Congregationem, quæ postea Cælestinorum di cta est, sub Regula sancti Be nedicti instituit. Hinc, quasi lucerna supercandelabrum po sita, cum abscondi nequiret, (Romana Ecclesia diu viduata Pastore) in Petri cathedram ignorans et absens adscitus, magna novitatis admiratione, non minus quam repentino gaudio cunctos affecit.

Lectio iij.

CUM autem in Pontificatus sublimitate collocatus, va riis distentus curis, assuetis incumbere meditationibus vix posse cognosceret, oneri pari ter et honori voluntarie cessit. Indeque priscam vitæ ratio nem repetens, obdormivit in Domino. Ejusque pretiosam mortem crux, præfulgens in aere ante cubiculi ostium, red didit amplius gloriosam. Mira culis multis tam vivens quam post obitum claruit : quibus rite examinatis, Clemens Quin tus, anno postquam decessit undecimo, Sanctorum numero adscripsit.



AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 19.

rN illo tempore : Dixit Petrus I ad Jesum : Ecce nos reliqui mus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? Tu autem Domine.

DIE XX. MAII.

B. COLUMBÆ

VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui beatam Colum bam Virginem tuam, pu ritate et innocentia candidam, supernis fulgoribus illustrare dignatus es : concede, quæsu mus, ut ejus intercessione, puris tibi mentibus servientes in terris, splendore gloriæ tuæ perfrui mereamur in cælis. Per.

IN NOCTURNO,

Lectio j. De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

Lectio ij.

COLUMBA, Reate in Umbria honestis orta parentibus, a columba, quæ super caput ejus, dum baptizaretur, appa ruit, nomen accepit. In ipsis cunis reliquæ vitæ suæ felici ter præludens, inter alia, quæ futuræ sanctitatis indicia præ buit, singulis sextis Feriis ma ternum lac non nisi semel su gebat. Crescente dein ætate, virtutes quoque creverunt et opera. Pietati ac orationibus addicta, virginitatem suam adhuc decennis virginum Sponso consecravit. Nuptias sibi a parentibus oblatas intre pide recusans, eorum molestias patienter sustinuit. Dæmones etiam, qui obscenis speciebus objectis illam a proposito re trahere conabantur, impavide profligavit. Denique post multa superata certamina, habitum Tertii Ordinis sancti Patris Dominici,quem diu expetierat, summa cum exsultatione sus cepit.

Lectio iij.

DIVINÆ contemplationis ca pta dulcedine, atque in extasim sæpius rapta, visio nibus cælestibus recreabatur. Singulis diebus animum suum I sacra Communione reficiebat: tantaque suavitate perfunde batur, ut vel præ gaudio lacri mis inundaret, vel præ nimio amoris æstu langueret. Virgi nis hujus probitatem Deus ipse voluit esse mundo conspicuam: nunc eam stellis superne ful gentibus indicans, nunc flam meo ignitoque radio caput ejus exornans. Spiritu prophetico futura multa prædixit : vitæ que suæ terminum, Domino revelante, cognovit. Tandem virtutibus ac meritis plena, die vigesima Maii, anno Salutis millesimo quingentesimo pri mo, ætatis vero suæ ineunte trigesimo quarto, Perusii mi gravit ad Dominum. Pluribus in vita et post mortem cla ruisse miraculis perhibetur. Ejus cultum approbavit Urba nus Papa Octavus. Ut autem festum ejus cum Officio et Missa, tam in universo Prædi catorum Ordine quam in civi tatibus Perusta et Reatina, a toto illarum Clero possit cele brari, Benedictus Decimus ter tius Ordinis Prædicatorum be I nigne concessit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap.25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ. Tu autem Domine.

DIE XXI. MAII.

S. BERNARDINI SENENSIS CONFESSORIS.

SIMPLEX. Oratio.

DOMINE Jesu, qui beato Bernardino Confessori tuo eximium sancti nominis tui amorem tribuisti : ejus, quæsumus, meritis et intercessione, spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

BERNARDINUS Albizesca nobili Senensi familia ortus, ab ineunte ætate non obscura sanctitatis dedit indicia. Nam a piis parentibus honeste educatus, neglectis puerilibus ludis, inter prima grammaticæ studia pietatis operibus animum intendit, jejuniis, orationi et beatissimæ Virginis cultui præcipue addictus. Misericordia vero in pauperes fuit insignis. Quæ quidem omnia, procedente tempore, quo melius posset excolere, eorum numero adscribi voluit, qui Senis in hospitali domo beatæ Mariæ de Scala Deo inserviunt, unde complures sanctitate celebres viri prodierunt. Ibi corporis afflictatione et ægrotantium cura, dum atrox pestilentia grassaretur, incredibili caritate sese exercuit Inter ceteras autem virtutes castitatem, egregia forma repugnante, sanctissime custodivit : adeo ut, eo præsente nemo unquam, ne impudentissimus quidem, verbum minus honestum proferre auderet.

Lectio iij.

CUMQUE ea tempora vitiis criminibusque redundarent, et cruentis factionibus, in Italia, divina humanaque omnia permista essent, Bernardinus urbes atque oppida concursans, in nomine Jesu, quem semper in ore et in pectore gerebat, collapsam pietatem moresque verbo et exemplo magna ex parte restituit. Quo factum est ut præclaræ civitates eum sibi Episcopum a Summo Pontifice postularent : quod ille munus invicta humilitate constantissime rejecit. Denique Vir Dei immensis laboribus exhaustus, multis magnisque editis miraculis, libris etiam pie docteque conscriptis, cum vixisset annos sex ac sexaginta,^ urbe Aquila in Vestinis beato fine quievit. Quem novis in dies coruscantem signis, anno post obitum sexto, Nicolaus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 19.

IN illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Tu autem Domine.



DIE XXII. MAII.

S SERVATII EPISC. ET CONF.

TOTUM DUPLEX. Oratio.

EXAUDI, quæsimus Domine, preces nostras quas in sancti beati Servam Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus : ut qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolvas peccatis. Per.

IN NOCTURNO.

De libro secundo Machabæorum.

Lectio j. Cap. 15.

MACHABÆUS autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi a Deo adfaturum. Et hortabatur suos ne formidarent ad adventum nationum, sed in mente haberent adjutoria sibi a Deo facta. Singulos autem illorum armavit sermonibus optimis, exposito digno fide somnio, per quod universos lætificavit. Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat Summus Sacerdos, manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum. Post hoc apparuisse et alium virum ætate et gloria mirabilem, et magni decoris habitudine circa illum. Respondentem vero Oniam dixisse : Hic est fratrum amator, et populi Israel : hic est, qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate, [eremias propheta Dei.

Lectio ij.

SERVATIUS e generosa virorum stirpe editus, nobiliter educatus, nobiliusque conversatus est. Tungrensis Episcopus creatus, sanctitate et doctrina eminens suo tempore floruit. Interfuit concilio Sardicensi, ubi fides Nicænæ synodi confirmata est, et in Arminensi constantissimus egit & Ma... cum tyranno, una cum Maximine Treverensi Episc0p0 ad Constantium imperatorem legatus, cum Alexandriam appulisset, a sancto Athanasio honorifice exceptus. Rediens in Gallias, oves Dominicas ab insidiatore lupo protexit : et pro eisdem, etsi gladius persecutoris defuit, paratus tamen erat perferre martyrium. Nam ex quo erat, ut testatur Gregorius Turonensis, eximiæ sanctitatis Episcopus, vigiliis et jejuniis vacans, crebro lacrimarum imbre perfusus Domini misericordiam precabatur ne unquam barbaras gentes in Galliam venire permitteret,

Lectio iij.

QUOD sancti Præsulis singulare patrocinium etiam Ordini Prædicatorum, postquam in Beatorum collegio adscriptus fuit, mirabili plane modo patuit. Nam cum Ludovicus Bavarus, Ecclesiæ ac eidem Ordini infensissimus, certioratus esset de Fratribus in suis ditionibus convocatis pro capitulo generali habendo ut eos interficeret molitus est insidias. Servatius, in somnis cuidam ex nostris uti monumenta testantur aa monitos Fratres voluit ut ad aliam fugerent civitatem : at que ita illos ab inevitabili cædium liberavit. Unde, ob vindicatum Ordinem tanto periculo, Patara decievrunt ut de sancto Servatio

Officium perpetuis futuris habe retur temporibus. Verum quia ejus institutio sub ritu Trium Lectionum, prout ab initio ordinata fuerat, ob multitudinem festivitatum majoris solemnitatis occurrentium, fere jam obsoleta remanebat : ne tanti beneficii memoria ab omnium Fratrum Prædicatorum cordibus excideret, Leo Duodecimus Pontifex Maximus benigne indulsit ut sub ritu Toto Duplici ab universo Ordine deinceps celebraretur.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Matthæum. Cap. io.

ri illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Tu autem Domine.

DIE XXIII. MAII.
B. LUDOVICI MARIÆ GRIGNON DE MONTFORT
CON F. ORD. PRÆD.
DUPLEX.

T In utrisque Vesperis et ante Laudes f. Ora pro nobis beate Ludovice Maria, alleluia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, allega»

Oratio.

T"XEUS, qui beatum Ludovi U cum Mariam Confessorem tuum Crucis mysterii et sanctissimi Rosarii præconem eximium effecisti, ac nova per eum familia Ecclesiam fecundasti : ejus meritis et intercessione concede ut per unigeniti Filii tui vitam, mortem ac resurrectionem, salutis æternæ præmia consequamur. per eumdem.

IN NOCTURNO.

Lectio j, Beatus vir. de Communi unius Confessoris non Pontificis, pag. 81*.

Lectio ij.

LUDOVICUS Maria Grignon in Britanniæ Minoris pago Montfort, a quo nomen sumpsit, anno millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, pridie Kalendas Februarii, ex nobilibus piisque parentibus natus est. Duodecimum annum agens, in Rhedonensi collegio Societatis Jesu collocatus, talem sese jugiter præbuit, ut non raro ab ipsis magistris in exemplum pietatis ac sedulitatis discipulis daretur. Emenso philosophiæ curriculo, et in minori sancti Sulpicii seminario Lutetiæ Parisiorum receptus, omnium virtutum magister haberi cœpit. Sacerdotio initiatus, sacris expeditionibus operam dedit, et quam plurima Nannetis, Parisiis ac Pictavi^ caritatis et apostolici zeli monumenta edidit. Graviorum laborum cupidus, cum infidelibus populis Christum prædicare constituisset, Romam adiit, et Clementi Undecimo mentem suam aperuit. A quo tamen audivit se ad Galliæ potius quam ad barbarorum salutem curandam a Deo selectum fuisse, ac potissimum ut adversus invalescentes errores dimicaret. Pontificis verbis excitatus, et Missionarii apostolici munere auctus, reversus est in Galliam : ubi sacro huic ministerio, quoad vixit, se plane devovit.

Lectio iij.

T -roc in vitæ genere, non j^l periculis aut persecuti6nibus deterritus, aut laboribus fractus, pestem Jansenianam strenue propulsavit, erga Dominicæ Passionis augusta mysteria promovit pietatem, cuicunque immaculatæ Virginis Dei Matris, præsertim per Marialis Rosarii frugiferam consuetudinem late propagavit : qua quidem in re inter strenuos Guzmani discipulos nemini secundus apparuit. Hos apostolicos labores Deus ita fecundavit, ut peccatores ad salutis tramitem, hæreticos ad Christi caulam, pios ad perfectionis semitam, clericos ad sanctiorem disciplinam pene innumeros perduxerit. Ut vero laborum fructus, quos ubique perceperat, jugiter permanerent, gemina instituit sodalitia : unum Missionariorum Societatis Mariæ nuncupatum, qui sacris missionibus impenderent operam; alterum piarum virginum, quibus a divina Sapientia nomen indidit, voluitque ut quibuslibet pauperum necessitatibus opem ferrent. Demum cum in vico sancti Laurentii ad Separans, olim Rupellensis, nunc Lucionensis dioecesis, apostolici ministerii munus impleret, quadragesimum quartum ætatis annum jam ingressus, mortalem vitam sanctissimo clausit obitu, quarto Kalendas Maias, anno millesimo septingentesimo decimo sexto. Fama sanctitatis ejus, quæ, dum vitam ageret, semper floruit, post obitum per universam Galliam magis in dies diffusa est; accedente miraculorum gloria, quibus divina omnipotentia illius sepulcrum ad hæc usque tempora gloriosum reddidit. Quem propterea Leo Decimus tertius, anno quinquagesimo Sacerdotii sui, solemni ritu Beatorum fastis adscripsit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.
Secundum Lucam. Cap. io.

IN illo tempore : Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum quo erat ipse venturus. Tu autem Domine.

DIE XXIV. MAII.
B. MARIÆ VIRGINIS
AUXILII CHRISTIANORUM.
TOTUM DUPLBX.
AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis, alleluja. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 24.

AB initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Kz Stirps Jesse virgam produxit, virgaque florem : * Et super hunc florem requiescit Spiritus almus, Alleluia, f.Virgo Dei Genitrix virga est, flos Filius ejus. — Et super hunc florem requiescit Spiritus almus, Alleluia. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

SÆPE dum Christi populus cruentis
Hostis infensi premeretur armis,
Venit adjutrix pia Virgo, cælo
Lapsa sereno.

PRISCA sic Patrum monumenta narrant,
Templa testantur spoliis opimis
Clara, votivo repetita cultu
Festa quotannis.

EN novi grates liceat Mariæ
Cantici lætis modulis referre
Pro noyis donis, resonante plausu
Urbis et orbis.

O DIES felix, memoranda fastis,
Qua Petri Sedes fidei Magistrum
Triste post lustrum reducem beata
Sorte recepit!

VIRGINES castæ puerique puri,
Gestiens clerus populusque grato
Corde Reginæ celebrare cæli
Munera certent.

VIRGINUM Virgo, benedicta Jesu
Mater, hæc auge bona : fac, precamur,
Ut gregem Pastor pius ad salutis
Pascua ducat.

TE per æternos veneremur annos,
Trinitas summo celebranda plausu :
Te fide mentes, resonoque linguæ
Carmine laudent. Amen.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, allecia. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, allecia.

Ad Magnificat Ana. Ecce Maria erat spes nostra, ad quam confugimus in auxilium ut liberaret nos : et venit in adjutorium nobis, alleluja.

Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, qui ad defensionem populi Christiani, in beatissima Virgine Maria perpetuum auxilium mirabiliter constituisti : concede propitius ut tali præsidio muniti certantes in vita, victoriam de hoste maligno consequi valeamus in morte. Per.

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, florens ut rosa, fragrans sicut lilium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix, alleluja.

T Antepenultima Stropha Hymni Tempore Resurrectionis:

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

T Antepenultima Stropha Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

Duæ ultimæ Strophæ utroque Tempore :

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.



,\d Nunc dimittis Ana. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo benedicta, allecia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Sancta Maria Dei Genitrix Virgo, * Intercede pro nobis, alleluia.

Hymnus Sæpe dum Christi., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Ana. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, alleluja. Psalmus Domine Dominus noster, cum ceteris duobus ut in j. Nocturno Festorum B. Mariæ V., pag. 2*.

Ana. Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis sancta Dei Genitrix, alleluia.

Ana. Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis, alleluia.

f. Sancta Dei Genitrix Virgo semper Maria, alleluia. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum, allecia.

T Si hoc festum in Dominica, aut in Feria secunda aut in Feria quinta celebrari contigerit, ante primam Lectionem detur Benedictio Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. I^Z. Amen.

T In Feria tertia aut in Feria sexta, Benedictio Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

T In Feria quarta aut in Sabbato, Benedictio Oret voce Pia pro nobis Virgo Maria. Amen.

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 8.

EGO Sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum : arrogantiam, et superbiam, et viam pravam, et os bilingue detestor. Meum est consilium, et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo : et qui mane vigilant ad me, invenient me.

I 1$. j. Stirps Jesse virgam produxit, virgaque florem : * Et super hunc florem requiescit Spiritus almus, alleluja, f. Virgo Dei Genitrix virga est, flos Filius ejus. — Et super hunc florem.

T In Dominica, in Feria secunda, aut in Feria quinta, Benedictio Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

T In Feria tertia, aut in Feria sexta, Benedictio Jesus Mariæ Filius sit nobis clemens et propitius. Amen.

T In Feria quarta aut in Sabbato, Benedictio In omni tribulatione et angustia I niat nobis pia Virgo Mana. Amen.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Ex Sermone de 12 Stellis.)

Lectio ij.

VEHEMENTER quidem nobis, dilectissimi, vir unus et mulier una nocuere : sed gratias Deo, per unum nihilo minus virum et mulierem unam omnia restaurantur, nec sine magno fenore gratiarum.

Et quidem sufficere poterat Christus; siquidem et nunc omnis sufficientia nostra ex eo est: sed nobis bonum non erat esse hominem solum. Congruum magis ut adesset nostræ reparationi sexus uterque. Jam itaque nec ipsa, Mulier bene dicta in mulieribus videbitur otiosa : invenietur equidem locus ejus in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad mediatorem Christum; nec alter nobis utilior quam Maria. Crudelis nimium mediatrix Heva, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit : sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum et viris et mulieribus propinavit. Illa enim ministra seductionis, haec propitiationis : illa suggessit prævaricationem, hæc ingessit redemptionem. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile : tota suavis est, omnibus offerens lac et lanam. Revolve diligentius evangelicæ historiæ seriem universam : et si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel levis indignationis occurrerit in Maria, de cetero suspectam habeas, et accedere verearis.

ij. Beatam me dicent omnes generationes : * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est: et sanctum nomen ejus, allecia. J. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. — Quia fecit mihi Dominus.

T In Dominica, in Feria secunda, aut in Feria quinta, Benedictio Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria Amen.

T In Feria tertia, aut in Feria sexta, Benedictio Stella Maria maris succurrat piissima nobis Amen.

T In Feria quarta aut in Sabbato, Benedictio Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

(Ex publicis monumentis.)

Lectio iij.

PRÆSENTISSIMUM Deiparæ auxilium ad religionis hostes profligandos, sæpe populus Christianus mirum in modum expertus est. Ex quo factum ut sanctissimus Pontifex Pius Quintus post insignem victoriam, intercedente beatissima Virgine, a Christianis de Turcarum tyranno apud Echinadas insulas reportatam, in Litaniis Lauretanis eamdem Reginam cælorum inter alia præconia Auxilium Christianorum appellari constituerit. Sed illud in primis memorabile est, atque explorati miraculi loco habendum, quod cum Romanus Pontifex Pius Septimus impiorum consiliis et armis ex Apostolica Petri Sede exturbatus, et arcta custodia, præsertim Savonæ, per annos quinque eoque amplius fuisset detentus, viis omnibus penitus interclusis, ne Dei Ecclesiam regere posset, nullo similis persecutionis in priscis annalibus exemplo, inopinato et præter omnium exspectationem contigit ut ingenti plausu, ac veluti universi orbis manibus pontificio solio restitueretur. Quod et secundo accidit, dum iterum commoto



turbine, ab Urbe discedens I sacro comitante Cardinalium collegio, Liguriam contendit. Verum præsentissimo Dei beneficio, cessante procella, quæ o-rave minabatur excidium, Romam, plaudentibus præ novo gaudio populis, reversus est. Antea tamen, quod in votis habuerat, et captivitate detentus exsequi nequiverat, aurea corona insignem Savonæ imaginem Deiparæ Virginis sub titulo Matris Misericordiæ solemni ritu propriis que manibus decoravit. Quam mirabilem rerum vicissitudinem idem Pontifex Maximus Pius Septimus, totius eventus intime conscius, cum intercessione sanctissimæ Dei Genitricis, cujus potentem opem et ipse impense imploraverat, et ab omnibus Christi fidelibus implorari curaverat, acceptam merito referret : in ejusdem Virginis Matris honorem sub appellatione Auxilii Christianorum solemne festum indixit perpetuo celebrandum die mensis Maii vigesimo quarto, faustissimi sui in Urbem reditus anniversario, approbato etiam Officio proprio, ut tanti beneficii distincta et perennis exstet memoria et gratiarum actio.

iij. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima :* Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster, Alleluia, f. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque tuum sanctum implorant auxilium. — Quia ex te. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, alleluia. R?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me, alleluja.

3. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem : ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculum suum, alleluja.

I 4. Jam hiems transiit, imber abiit, et recessit : surge amica mea, et veni, alleluia.

5. Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis, sancta Dei Genitrix, alleluja.

Capitulum. Eccli. 24.

AB initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad I futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

TE Redemptoris Dominique
I Dicimus Matrem, speciosa Virgo,
Christianorum decus et levamen
I Rebus in arctis.
SÆVIANT portæ licet inferorum,
Hostis antiquus fremat, et minaces,
Ut Deo sacrum populetur agmen,
Suscitet iras :

NIL truces possunt furiæ nocere
Mentibus castis, prece quas vocata
Annuens Virgo fovet et su perno
Robore firmat.

TANTA si nobis faveat Pa trona,
Bellici cessat sceleris tumultus,
Mille sternuntur fugiuntve tur mæ,
Mille cohortes.

TOLLIT ut sancta caput in Sione
Turris, arx firmo fabricata muro,
Civitas David, clypeis et acri
Milite tuta :

VIRGO sic, fortis Domini po tenti
Dextera, cæli cumulata donis,
A piis longe famulis repellit
Dæmonis ictus.

TE per æternos veneremur annos,
Trinitas summo celebranda plausu :
Te fide mentes, resonoque lin guæ
Carmine laudent. Amen.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam, alleluja. Et habitare eam facit in taberna culo suo, allecia.

Ad Benedictus Ana. Ad te o sancta Dei Genitrix clamavi mus, et per te venit Domini au xilium nobis, alleluja. Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, qui ad defensionem populi Christiani in beatissima Virgine Maria perpetuum au xilium mirabiliter constituisti : propitius ut tali præsi dio muniti certantes in vita, vi ctoriam de hoste maligno con sequi valeamus in morte. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. u

IN illo tempore : Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de tur ba, dixit illi : Beatus venter qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. Tu autem Domine.

AD PRIMAM.

T Antepenultima Stropha Hy mni Tempore Resurrectionis:

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

T Antepenultima Stropha Hymni Tempore Ascensionis:

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

Duæ ultimæ Strophæ Hymni utroque Tempore :

MARIA, Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Eodem modo concludantur Hymni ad Tertiam, Sextam et Nonam.

IS?. Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.

AD TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 24.

AB initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desi nam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

2$. Sancta Dei Genitrix, Virgo



semper Maria,* Alleluia, alle-1 luia. Sancta, f. Intercede pro nobis ad Dominum Deum no strum. Alleluia. Gloria. Sancta.

f. Post partum Virgo invio lata permansisti,alleluja. Dei Genitrix intercede pro nobis, alleluja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 24.

ET sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jeru salem potestas mea. Et radi cavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sancto rum detentio mea.

Post partum Virgo invio lata permansisti, * Alleluia, allecia. Post partum Virgo. f. Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum Virgo.

f. Speciosa facta es, et sua vis, allecia. In deliciis tuis, sancta Dei Genitrix, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

SICUT cinnamomum et bal samum aromatizans odo rem dedi: quasi myrrha electa i dedi suavitatem odoris.

Speciosa facta es, et sua vis, * Alleluia, allecia. Spe ciosa. f. In deliciis tuis, sancta Dei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam, alleluia. I??. Et I habitare eam facit in taberna culo suo, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Super Psalmos Ana Dum es set Rex., Capitulum Ab initio., Hymnus Sæpe dum Christi, et f. Ora pro nobis., ut in j. Ve speris, pag. 1175. et pag. 1176.

Ad Magnificat Ana. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque sanctum tuum implorant auxi lium, alleluia.

DIE XXV. MAII.
IN TRANSLATIONE
S. P. N. DOMINICI
CONFESSORIS.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Gaude felix parens Hispania, novæ prolis dans mundo gaudia : sed tu magis plaude Bononia, tanti Patris dotata gloria : lauda tota mater Ecclesia, no væ laudis agens solemnia, al leluja. Psalmus Laudate pueri. I cum ceteris, pag. 145

Capitulum. Eccli. 50.

QUASI stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis, et quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei.

O spem miram, quam de disti mortis hora te flentibus, dum post mortem promisisti te profuturum fratribus!* Imple Pater quod dixisti, nos tuis ju vans precibus, Alleluia.^. Qui tot signis claruisti in ægrorum I corporibus, nobis opem ferens Christi ægris medere moribus. I —Imple Pater. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

GAUDE mater Ecclesia,
Lætam agens memoriam,
Quæ novæ prolis gaudia
Mittis ad cæli curiam.

PRÆDICATORUM Ordinis
Dux et Pater Dominicus
Mundi jam fulget terminis,
Civis effectus cælicus.

CARNIS liber ergastulo,
Cæli potitur gloria :
Pro paupertatis cingulo
Stola dotatur r6gia.

FRAGRANS odor de tumulo
Cum virtutum frequentia
Clamat pro Christi famulo
Summi Regis magnalia.

T Penultima Stropha Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

T Penultima Stropha Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

Ultima Stropha utroque Tempore :

TRINO Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos prece Dominici
Ducat ad cæli gaudia. Amen.

f. Ora pro nobis beate Pater Dominice, allecia. ty. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Magne Pater sancte Dominice mortis hora nos tecum suscipe, et hic semper nos pie respice, allecia.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es maritis et doctrinis concede ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis. Oratio

DEUS, virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam Virginem, tuo amore succensam, cælestibus donis decorasti : da ut quam festiva celebritate veneramur, puritate et caritate imitemur. Per.

Item in j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Urbani Papæ et Martyris. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

AD COMPLETORIUM.

T Si Translatio S. P. N. Dominici primas Vesperas integras in die xxiv. Maii habuerit, Antiphona super Psalmos, et Antiphona ad Nunc dimittis de Tempore dicantur ut pag. 153. et pag. 154, respective notatum est.

In Hymno autem, dicta penultima Stropha Quæsumus. vel Tu esto. pro Tempore, omissa Stropha Trino Deo, dicatur

T Tempore Resurrectionis:

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore vero Ascensionis :

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.



«TEt sic in Hymnis ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam '

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Adsunt Dominici læta solemnia : * Laude multiplici plaudat Ecclesia, allecia.

Hymnus.

Novus athleta Domini
Collaudetur Dominicus,
Qui rem conformat nomini,
Vir factus evangelicus.

CONSERVANS sine macula
Virginitatis lilium,
Ardebat quasi facula
Pro zelo pereuntium.

MUNDUM calcans sub pedibus,
Manum misit ad fortia :
Nudus occurrens hostibus,
Christi suffultus gratia.

PUGNAT verbo, miraculis,
Missis per orbem fratribus :
Crebros adjungens sedulis
Fletus orationibus.

Penultima Stropha Quæsunt., Tempore Resurrectionis; vel Tu esto., Tempore Ascensionis; ultima Stropha Trino Deo., utroque Tempore, ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Ana. Præco novus et cælicus, missus in fine sæculi, pauper fulsit Dominicus, forma prævisus catuli, alleluja. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Confessoris, pag. 68*.

Ana. Florem pudicitiæ servans illibatum, attigit eximiæ vitæ cælibatum, alleluia.

Ana. Documentis artium eruditus satis, transiit ad studium summæ veritatis, alleluia.

JF. Amavit eum Dominus, et ornavit eum, allecia. Stolam gloriæ induit eum,allecia.

T Benedictiones secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta Benedictio Benedictione perpetua, cum ceteris duabus; Feria tertia et Feria sexta Benedictio Deus Pater omnipotens, cum ceteris duabus; Feria quarta et Sabbato Benedictio Ille nos benedicat, cum ceteris duabus.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 48.

BEATI sunt, qui te viderunt, et in amicitia tua decorati sunt : nam nos vita vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias quidem in turbine tectus est, et in Eliseo completus est spiritus ejus : in diebus suis non pertimuit principem, et potentia nemo vicit illum. Nec superavit illum verbum aliquod, et mortuum prophetavit corpus ejus. In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est.

j. Felix vitis, de cujus surculo tantum germen redundat sæculo, * Cæli vinum propinans populo vitali poculo, allecia. f. Ex ubertate palmitum, mundi jam cinxit ambitum. — Cæli vinum.

(Ex S. Antonino, Theodorico de Apoldia, et aliis.)

Lectio ij.

SANCTISSIMI Patriarchæ Dominici anima ad æternum gloriæ regnum commigrant^, corpus illius candore virginitatis purissimum in arcam ligneam illatum,et humili sepulcro Bononiæ conditum fuit.Sed cum felices illæ reliquiæ innumeris miraculis coruscarent,

de transferendis in celsiorem atque decentiorem locum ab omnibus certatim in senten tiam itum est : ac dies tantæ rei perficiendæ præstituta. Adfuit præter venerabilem Jordanum secundum Ordinis Magistrum, Archiepiscopus Ravennas et Magistratus Bo noniensis innumeraque tum clericorum, tum civium e vici nis etiam urbibus multitudo.

ij. Ascendenti de valle lu brici mundi, chori plaudunt angelici : * Jesu bone, prece Dominici, tibi præsta nos gra tos effici, alleluja. )T. Per quem multos a morte suscitas, pœnas nobis relaxa debitas. — Jesu bone.

Lectio iij.

PATEFACTO sepulcro, suavis simus odor opimum, subito nares et animos tanta volu ptate complevit, ut non de functi corporis bustum, sed præstantissimorum unguento rum apotheca patuisse vide retur. Tunc vir admirandus Jordanus et alii cum illo Fra tres, perfusi lacrimis, sacras reliquias, summa cum venera tione e priore arca eductas, in nova alia reposuerunt, et in marmoreo sepulcro condide runt : ubi quoque Deus Virum apostolicum innumeris divino rum prodigiorum ornavit ho noribus. Facta est hæc Trans latio anno Salutis millesimo ducentesimo trigesimo tertio.

ty. iij. O spem miram, quam dedisti mortis hora te flanti bus, dum post mortem promi sisti, te profuturum Fratribus' * Imple Pater quod dixisti, nos tuis juvans precibus, Alle luia. f. Qui tot signis claruisti ııı ægrorum corporibus, nobis opem ferens Christi, ægris me dere moribus. — Imple PatPr~ Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Pater Dominice, alleluja 1$. Ut digni efficiamur promis si6nibus Christi, allecia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Pie Pater Dominice, tuo rum memor operum, sta coram summo Judice pro tuo cœtu pauperum, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum cete ris, pag. 17.

2. Pauper in peculio, dives vita pura, paupertatis pretio cæli tenet jura, alleluia.

3. Scala cælo prominens Fra tri revelatur, per quam Pater transiens sursum ferebatur, alleluja.

4. Linguæ, manus studio sca lam hanc erexit, quam Virgo cum Filio Mater sursum vexit, alleluia.

5- Fulget in choro Virginum Doctor veritatis, sertum ho noris geminum gerens cum Beatis, alleluja.

Capitulum. Eccli. 50.

QUASI stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis, et quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei.

Hymnus.

RAMNUM novæ lætitiæ, Dulci productum cantico, Noster depromat hodie Chorus sancto Dominico.

VERGENTE mundi vespere,
Novum sidus exoritur,
Et clausis culpæ carcere
Præco salutis mittitur.



DOCTRINAM evangelicam
Spargens per orbis cardinem,
Pestem fugat hæreticam,
Novum producens Ordinem.

Hic est fons ille modicus,
Crescens in flumen maximum,
Qui mundo jam mirificus
Potum largitur optimum.

«f Penultima Stropha
Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

I" Penultima Stropha
Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria.
Per cuncta semper sæcula.

Ultima Stropha
utroque Tempore :

TRINO Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos prece Dominici
Ducat ad cæli gaudia. Amen.

f. Justus germinabit sicut lilium, alleluja. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluia.

Ad Benedictus Ana. Carnis viror, mentis martyrium, mun dum replens linguæ præco nium, pauper Christi, post cursus stadium, vitæ tibi mer cantur præmium, alleluja.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confesso ris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctri nis : concede ut ejus interces sione, temporalibus non desti tuatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

Ad Memoriam S. Mariæ Mag dalenæ de Pazzis Virginis.

Oratio.

DEUS virginitatis amator, qui beatam Mariam Mag dalenam Virginem, tuo amore succensam, cælestibus donis decorasti : da ut quam festiva celebritate veneramur, puritate et caritate imitemur. Per.

Ad Memoriam S. Urbani Pa pæ et Martyris. Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beati Urbani Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Tu autem Domine.

AD TERTIAM.

Capitulum Quasi stella ma tutina., ut in Laudibus.

T et Jf. Horarum de Communi unius Confessoris, pag. 124*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Isaias 59.

SPIRITUS meus, qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.

AD NONAM.

Capitulum. Malach. 2.

LEX veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace et æqui tate ambulavit mecum, et mul tos avertit ab iniquitate.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Pie Pa ter Dominice, tuorum memor operum, sta coram summo Ju dice pro tuo cœtu pauperum, alleluia. Psalmus Dixit Domi nus, cum ceteris de Communi unius Confessoris, pag. 76*.

Capitulum Quasi stella matu tina., Hymnus Gaude mater Ecclesia, et f. Ora pro nobis., ut in j. Vesperis, pag. 1181. et pag. 1182.

Ad Magnificat Ana. O Lu men Ecclesiæ, Doctor veritatis Rosa patientiæ. Ebur castita tis, aquam sapientiæ propina sti gratis : Prædicator gratiæ nos junge Beatis, alleluia.

DIE XXVI. MAII.

S. PHILIPPI NERII

CONFESSORIS.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Philippum Confessorem tuum Sanctorum tuorum gloria subli masti : concede propitius ut cujus solemnitate lætamur,ejus virtutum proficiamus exem plo. Per.

IN NOCTURNO.

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 4.

AUDITE filii disciplinam pa tris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea : et docebat me atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.

Lectio ij.

PHILIPPUS Nerius Floren stirpe, parentibus piis tiæ natus, ab ipsa ineunte ætate, non obscura dedit futu ræ sanctitatis indicia. Adole scens, ampla patrui hereditate dimissa, Romam se contulit: ubi philosophia ac sacris litte ris eruditus, totum se Christo dicavit. Ea fuit abstinentia, ut sæpe jejunus triduum perman serit. Vigiliis et orationibus intentus, septem Urbis eccle sias frequenter visitans, apud cœmeterium Callisti in cæle stium rerum contemplatione pernoctare consuevit. Sacer dos ex obedientia factus, in animarum salute procuranda totus fuit, et in confessionibus audiendis ad extremum usque diem perseverans, innumeros pene filios Christo peperit : quos verbi Dei quotidiano pa bulo, Sacramentorum frequen tia, orationis assiduitate abs que piis exercitationibus enu triri cupiens, Oratorii Congre gationem instituit.

Lectio iij.

PROPHETIÆ dono fuit Illu stris, et in animorum sen sibus penetrandis mirifice eni tuit. Virginitatem perpetuo illibatam servavit : idque asse cutus est, ut eos, qui puritatem colerent, ex odore, qui vero secus, ex fœtore dignosceret. Absentibus interdum apparuit, iisque periclitantibus opem tulit. Ægrotos plurimos et morti proximos sanitati resti tuit. Mortuum quoque ad vi tam revocavit. Cælestium Spi rituum et ipsius Deiparæ Virginis frequenter fuit appa



Titione dignatus : ac plurimo rum animas splendore circum fusas in cælum conscendere vidit. Denique anno Salutis millesimo quingentesimo no nagesimo quinto, octavo Ka lendas Junias, in quem diem inciderat festum Corporis Christi, Sacro maxima spiri tus exsultatione peracto, cete risque functionibus expletis, post mediam noctem, qua prædixerat hora, octogenarius obdormivit in Domino. Quem Gregorius Decimus quintus miraculis clarum in Sanctorum numerum retulit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus ex spectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Tu autem Domine.

DIE XXVII. MAII.

BB. PETRI SANZ EPISCOPI ET SOCIORUM

MARTYRUM ORD. PRÆD.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis et ante Laudes y. Ora pro nobis beate Petre cum Sociis tuis, alleluia. Ut digni efficiamur promis sionibus Christi, allecia.

Oratio.

DEUS, qui beatos Martyres tuos Petrum Pontificem Susque Socios, ad fidem gen tibus prædicandam, pari fir mitate et caritate donasti : præsta, quæsumus, eorum ex emplo et intercessione, nos in tua fide permanere constan tes. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. Existimo, de Com muni plurimorum Martyrum, Pag- 55*

Lectio ij.

HISPANI fidei pugiles Petrus Martyr Sanz Episcopus Mauricastrensis, Franciscus Serrano Episcopus electus Ti pasitanus, Joannes Alcober, Joachimus Royo et Franciscus Diaz, Sacerdotes, inclytæ Fra trum Prædicatorum in insulis Philippiis provinciæ alumni, sæculo decimo octavo, lucu lentissimum sanguine suo di vini nominis gloriæ testimo nium præbuerunt. Fortissimi enim Jesu Christi Athletæ, re ligionis provehendæ incensi studio, votique compotes effe cti, diversis licet annis, in Si nas se conferunt. Nullisque ibi curis, nullis parcentes labori bus, interea tamen legum sui Ordinis tenacissimi, alacritate summa, apostolatus munere funguntur; complures, in urbe Fo-gan, veræ doctrinæ aures præbentes piacularibus aquis abluunt, sollertique industria fidelibus, ac præcipue ægrotis, religionis subsidia afferunt ; ante omnes venerabilis Dei famulus Petrus Martyr, qui Missionis totius regimen, sibi ab Apostolica Sede commis sum, egregia prudentiæ con siliique laude moderatur. At strenuos milites suos Christus ad potiora vocabat. Anno enim millesimo septingente simo quadragesimo sexto,

acrior adversus fideles tempestas oboritur. In satellites primus incidit beatus Joannes Alcober, postremus beatus Joachimus Royo : qui cum diu delituisset, consilio tandem Episcopi Mauricastrensis jam in vincula conjecti, ultro se tortoribus obtulit, ne sævior in Christianos furor infidelium evaderet.

Lectio iij.

MOX ad urbem Fo-cheu longo itinere ac fame prorsus enecti, catenis constricti deducuntur: ibique pluries ad tribunal adducti, pluries diris cruciatibus in quæstionem vocati, confessionem fidei magno invictoque animo iterant; et qui ad eos invisendos accederent, ceterosque captivos et satellites ipsos ad veræ religionis professionem flexanimis verbis hortantur, donec anno fere elapso, sententia pronuntietur, qua Petrus Sanz capite illico plectatur : ceteri vero, morte mulctandi, in carceribus decretum exspectent Confirmata ab imperatore sententia, Petrus Episcopus, brachiis post tergum vinctis, e carcere ad supplicii locum septimo Kalendas junias adductus, cœptas preces absolvit, lictorem ut cito munus suum expleat monet, ultro cervicem securi præbet. Quatuor alii superstites Dei Famuli novum in custodiis decretum erecto animo ac flecti nescio exspectant, Deumque jugiter obsecrant ne desiderata martyrii palma priventur : cum interea Franciscus Serrano acceptis Litteris Apostolicis Episcopus Tipasitanus et Coadjutor Petri Martyris Sanz Vicariatui Apostolico Forensi regendo renuntiatur. Sed ad gloriosum pastoralium laborum finem Viri magnanimi properant. Dum enim in vulgus jam manat rumor, ab imperatore capitis pœnam in exsilium commutandam, prorex, ferali Christianum in nomen odio accensus, inito cum civitatis ac provinciæ proceribus consilio, Servos Dei in carceribus clam enecandos edicit. Intempesta igitur nocte diri satellites in Beatorum cellas irrumpunt, ac primum Praticiscum Serrano et Joachimum Royo, qui venientes comiter exceperant, occlusis faucibus interimunt; postea Francisco Diaz et Joanni Alcober intortis collo funibus spiritum elidunt. Ad istorum Martyrum laudem luculenter asserendam plura accesserunt cælestia signa : quorum veritate perspecta, Leo Tertius decimus Pontifex Maximus, ex Sacræ Rituum Congregationis consulto, inter ritos Evangelii præcones,quarto decimo Kalendas Maias, anno millesimo octingentesimo nonagesimo tertio, in Beatorum numerum retulit

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. i5

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis facere. Tu autem Domine.



DIE XXVIII. MAII.

B MARIÆ BARTHOLOMÆÆ

VIRG. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

AMATOR animarum Deus, qui in beata Maria Bartholomæa Virgine tua miram ægritudinum tolerantiam pari cum innocentia sociasti : concede ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Per.

IN I NOCTURNO.

De Canticis Canticorum.

Lectio j. Cap. 3.

IN lectulo meo per noctes quæsivi quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni. Surgam, et circuibo civitatem : per vicos et plateas quæram quem diligit anima mea : quæsivi illum, et non inveni. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea. Tenui eum : nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.

Lectio ij.

MARIA Bartholomæa, nobili Bagnesiorum stirpe Florentiæ nata, Virginum Sponsi amore præventa, sacro ejus thalamo inter ipsa vocis primordia se prodidit deputatam. De ineundis enim cum Jesu nuptiis tanto devoti animi sensu loquebatur, ut si quis Puellulæ eam spem desperatam credere simularet, uberrimis ipsa lacrimis anxie difflueret. Postquam matri monenti hortatrix efficacissima astitit, domus curam præcoci prudentia impigre gessit, piis æque officiis precibusque intenta, et de religioso interim statu cogitans. A patre monita ut terreno connubio consentiret, totis repente artubus contremuit valida hactenus et præclaræ formæ adolescentula : ac facto morborum veluti agmine, febri, membrorum distensione propriisque singularum partium doloribus, una sæpe aut per vices occurrentibus, ita ad annos ferme quadraginta quinque excruciata fuit, ut zelotes Virginum Sponsus intentandam deinde ejus fidem perenni visus sit martyrio consecrasse. In lectulo igitur doloris per dies noctesque quæsivit illa Dilectum. Is vero, qui liliis delectatur et myrrha. Sponsæ non defuit, quam invicta patientia laborantem, larvis quoque dæmonum territam, et hominum dicteriis oneratam, suis refecit ineffabilibus gaudiis : cui et mentem a supernorum contemplatione inter mortales angustias in divulsam raro munere tribuit. Diu expetito Sororum de Pœnitentia sancti Dominici habitu, trigesimo tertio ætatis anno, donata, eumdemque Ordinem post tirocinium professa, brevibus recreata est induciis martyrii sui, ut casti amoris victima Religionis amictu palam redimita prodiret ad ædes sacras, sui maxime Ordinis.

Lectio iij.

STATIM autem morbis gravioribus aucta, e lecto solabatur afflictos, infirma sanabat ægros, subsidio erat egenis :

dissidentes paci, virtuti erran tes Dedque reddebat Arcana cernens, futura prædicens, voce ac scripto caritatis igni culos cordibus inserebat Sui laudes horrebat, obsequia vi tabat, celabat extases, seque amarissimi calicis fæcibus vere dignam commiserantibus præ dicabat Immundæ labis igna ra prorsus, et lethalis culpæ adeo expers, ut vel ipso pec cati nomine stratum et cubi culum decumbentis fremitu quateretur : adhibitis tamen pœnarum instrumentis, ac vix cessante jejunio, afflictionem afflicto corpori jugiter adde bat. Sacram etiam expiationis Hostiam coram se domi offerri satagens, quod ei ex privilegio licebat, Eucharistiam plerum que, confessione præmissa, æstuanti desiderio sumebat. Pulchræ dilectionis Matrem Mariam præcipuo semper af fectu prosequens, et Sancto rum cultui atque imitationi incumbens, Senensis cum pri mis Catharmoe patientiam, obedientiam, virtutes ceteras pie æmulata, jam octies infir morum sancto oleo inuncta, Dominica Passione perlecta, consummato ægritudinum martyrio, repositam sibi in cælis justitiæ coronam acce pit, quinto Kalendas Junii an no millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Cor pus Virginis, sicut frater Ti motheus sanctæ Catharinæ de Ricciis germanus, cœnobii sanctæ Mariæ Novellæ Præ ses, roganti ante concesserat, ad sanctæ Mariæ Angelorum sanctimoniales Carmelitas Ma riæ Bartholomææ carissimas, frequenti populo plaudente Fratrum Prædicatorum ge stientibus humeris delatum est : in quarum cœn6bio non intermissa veneratione colitur et integrum adhuc a viris prin cipibus, Ecclesiæque Præsuli bus osculo, munere et devoto obsequio donatum, præsens ægris remedium habetur : te stimonio præsertim sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis, quæ, visitandi sacri corporis voto facto, ab imminenti tabe repente sanata, Mariæ Bar tholomææ animam Christi throno receptam vidit, et sera phicæ Catharinæ parem, sum meque potentem ac beatissi mam prædicavit, et in mili tanti Ecclesia sublimius tan dem exaltandam. Quod Pius Septimus Pontifex Maximus pie ac benigne præstans, de beata Maria Bartholomæa recitandi Officii et Missæ an ni versario ejus dormitionis die celebrandæ Prædicatorum Or dini et Florentine utrique Clero fecit potestatem.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum.Cap.25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cæ lorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas ex ierunt obviam sponso et spon sæ. Tu autem Domine.

## DIE XXIX. MAII.
## BE. GUILLELMI ORD. PRÆD ET SOCIORUM MARTYRUM.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis et ante Laudes f. Ora pro nobis beate



Guillelme cum Sociis tuis, alle cia. I*. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alle cia.

Oratio.

DEUS, pro cujus amore ac fidei tuendæ zelo beati Gulielmus et Socii gladiis im piorum occubuere : præsta, quæsumus, ut eorum suffragiis in fide stabiles, te semper ex animo diligamus. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. Existimo, de Com muni plurimorum Martyrum, pag. 55*

Lectio ij.

Quo tempore Tolosana dioe cesis pestifera labe Albigen sium injiciebatur, immortalis memoriæ Pontifex Gregorius Nonus Christifidelium saluti prospiciens, Inquisitores illuc misit lectissimos viros tum ex Prædicatorum, tum ex Mino rum Ordine. Ex primis erant Gulielmus Arnaldi, ejusque Socii Bernardus de Rupe Forti et Careias de Aura : ex aliis vero Stephanus de Narbona et Raymundus de Carbonariis. Hisce et caritate et munere sex alii adjungebantur, nimirum Prior monasterii ex Ordine sancti Benedicti in oppido Ave nione, Monachus Clusinus nuncupatus, Raymundus Tolo sanæ Ecclesiæ Archidiaconus, Bernardus ejusdem Clericus, Fortanerius et Ademarus item Clerici, qui nuntiorum munus explebant, laicus demum ta bellio Petri nomine. Hosce un decim, una fidei et muneris societate conjunctos, pari glo riæ triumphi immortalisque vitæ Deus reservavit.

Lectio iij.

NAM cum eo, quo par erat, studio et industria missi a Pontifice Inquisitores suo munere fungerentur, Albigen sium ira et livor asperius de sæviit. Raymundus ab Alfaro vir scelestissimus et Albigen sium doctrinis imbutus, qui nomine Tolosani Comitis op pido Avenione^ præfectus erat, quod oppidum a civitate Tolosæ non longe distat, In quisitores eorumque Socios in ædes dynastæ arcessivit In gens patebat aula juri dicendo comparata. Eo cum ingressi essent Inquisitores, eorumque comites supramemorati, e late bris dispositi satellites erum punt. Adoriuntur illos, non solum inermes, sed ultro ala criterque mori paratos. Nulli igitur exauditi gemitus aut ejulatus morientium, sed læta cantica ex occumbentium ore personabant, cum Ambrosia num Hymnum canentes, voce concordi gratias æterno Deo persolverent Contigit autem eorum beata mors anno Do mini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, quarto Kalendas Junii, nocte videli cet Ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 15

TN illo tempore : Dixit Jesus I discipulis suis : Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis facere. lu autem Domine.

DIE XXXI. MAII.

B. JACOBI SALOMONII

CONE. ORD. PRÆD.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui nos beati Jacobi Confessoris tui annua sol emnitate lætificas : concede propitius ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Petronillæ Virginis.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ Petronillæ Virginis tuæ festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

IN NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. io.

FINIS Legis Christus, ad justitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam justitiam, quæ ex Lege est, qui fecerit homo, vivet in ea. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere : Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo : hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

Lectio ij.

JACOBUS Salomonius Venetus, nobilissima familia natus, in ipso ineuntis ætatis flore parantibus orbatus, sub aviæ disciplina mirificos in litteris ac pietate progressus fecit. Evangelico accepto consilio ut nudus nudum Christum sequeretur, patrimonio in pauperes distributo, Prædicatorum Ordinem elegit : in quo sexaginta sex annis sanctissime vixit, sola contemptibile voluptatis, contentione virtutis, ad sancti Patris Dominici exemplar totum in sese exprimendum aspirans.

Lectio iij.

SUI obitus diem divina revelatione prædixit : qua adveniente, illico ex ulcere, quo pectus ejus graviter affligebatur, ita convaluit, ut ne exiguum quidem ejus vestigium in eo amplius appareret. Ecclesiasticis deinde Sacramentis munitus, dum una cum ceteris Fratribus, alternis vicibus, defixis in cælum luminibus, Deo psalleret, ex corporeis vinculis lætissimus animus ad superos evolavit, anno Salutis millesimo trecentesimo quarto decimo, ætatis suæ octogesimo tertio. Triduo corpus ejus ob advenientis populi concursum, inhumatum, mirificum odorem spiravit, piis fidelium manibus Beati vestium particulas decedentibus.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptus. Tu autem Domine.



DIE I. JUNII.

BB. ALPHONSI NAVARRETE

ORD. PRÆD. ET SOCIORUM

MARTYRUM.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis et ante Laudes f. Ora pro nobis beate Alphonse cum Sociis tuis, alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,allecia.

Oratio.

DEUS, qui nos Beatorum Martyrum tuorum Alphonsi et Sociorum ejus triumpho lætificas : da nobis, quæsumus, eorum meritis et intercessione, eamdem in fide constantiam, et in opere efficaciam. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. Existimo, de Communi plurimorum Martyrum, PaS- 55*

Lectio lj.

TOT inter Martyres, quos provincia sanctissimi Rosarii in insulis Philippicus ab initio suæ institutionis ad nostra usque tempora Ordini Prædicatorum et cælo protulit, primum merito locum obtinet invictum illud Virorum apostolicorum agmen, qui, sæculo decimo septimo ineunte, in Japonia fuso sanguine de Christiani nominis hostibus triumpharunt. Horum dux eminet Alphonsus Navarrete, qui cum sacram Missionem moderaretur, ingravescente persecutione, videns Vomuræ res Christianorum in deterius ªRi, statuit semetipsum hostiam offerre, ut non tam verbis quam re ipsa ac morte sua fidelium animos erigeret. Collatis itaque consiliis una cum Ferdinando a sancto Josepho ex Ordine sancti Augustini, imploratataque divina ope, ambo suorum Ordinum induti vestibus, illuc palam adeuntes, dum religionis nostræ mysteria prædicant et Sacramenta administrant, ab infidelibus capti et capite mulctati, palmam martyrii eo vel magis gloriosam meruere, quod eorum exemplo excitati ceteri, qui prius timidi hæserant, non amplius dubitarint suam fidem manifeste profiteri et proprio sanguine obsignare. Navarretum in agonem secuti sunt ex eadem provincia undecim alii, quorum aliqui a pluribus annis in Japoniam venerant, et christianæ institutionis fundamenta posuerant, uti Franciscus Morales omnium primus, Alphonsus de Mena, Thomas Zumarraga, Hyacinthus Orfanel et Joseph a sancto Hyacintho; nec non alii, qui in ipso persecutionis æstu laborantibus Fratribus opitularentur, uti Angelus Orsucci, Joannes a sancto Dominico, Ludovicus Flores. Quibus deinde successerunt plures alii, quos inter Petrus Vasquez, Ludovicus Bertrandus, sancti Ludovici Bertrandi nepos ac Dominicus Castellet, viri omnigena virtute præditi, in oratione assidui, zelum domus Dei habentes : quibus nil optatius quam per martyrium Christo crucifixo conformes fieri Incredibile dictu quot difficultates et ærumnas in illa plantanda ac excolenda vinea passi sint. Indicta enim superiori labente sæculo a I ai coxama persecutio nunquam

plene cessaverat. Xongusama vero, paternam immanitatem longe prætergressus, legem tulit ut omne in suo regno christianæ religionis vestigium aboleretur, sacerdotes religiosique omnes, indicta extremi supplicii pœna, exstarent, et si quæ eos domus recepisset, deleretur.

Lectio uj.

INDE Servi Dei ne fidelium necessitatibus deessent, adigebantur diu noctuque inter maxima versari pericula, hac illac errantes, in fame et nuditate, in plagis supra modum, et in mortibus frequenter. Sed ea caritate acti, quæ novit facere de tentatione proventum, copiosum adeo fructum in horrea Domini congesserunt, ut in passione socios habuerint ex vernaculis centum circiter ad nostrum Ordinem pertinentes : novem nimirum clericorum conversorumve habitu indutos, atque Institutum ipsum professos, quibus in tradenda catechesi, vel Sacramentis administrandis, adjutoribus usi fuerant; ceterosque Tertii Ordinis, una cum eorum filiis, nec non confratres in Rosarii societatem adscitos,quorum pleriqueerant regio sanguine prognati, qui avitæ nobilitati Crucis humilitatem præferentes, pro summo ducebant honore fidei magistris, vel catechistarum munia, vel quodpiam aliud christianæ caritatis officium implentes, sedulo deservire. Passi sunt inclyti Dei Martyres partim Nangasachi et partim Vomuræ, et una cum illis plures alii Japonenses utriusque sexus, cujusque conditionis ac ætatis Christifideles, quos inter pueri ac puellæ quatuor et trium etiam annorum recensentur. Huic exsultanti Martyrum cohorti præibant alii viginti novem Viri apostolici ex Ordinibus sancti Francisci, Eremitarum sancti Augustini, et Societatis Jesu. Steterunt itaque fortes Athletæ Christi, et suis tortoribus inexpugnabilem fidem opposuerunt. Per peram tyrannicus furor exquisitissima quæque tormenta in eos adhibuit, quæ meminisse animus, nedum enarrare,reformidat. Aliis enim in crucem actis transverberatum ferro latus fuit; alii inverso capite cruce affixi; plures fœdissime dilaniati ac membratim cæsi; plerique lento igne combusti; non pauci sulphureis vel gelidis demersi aquis mortem obierunt pœnarum diuturnitate acerbissimam; alii denique fame, siti, verberibus et squalore carceris afflicti, enecti mortalem hanc vitam cum immortali ac beata commutarunt. Tantam vero suppliciorum atrocitatem animo sic erecto atque alacri perpessi sunt, ut priscorum Ecclesiæ Martyrum robur ac firmitatem plane retulerint. Merito igitur Pius Nonus Pontifex Maximus tantam demiratus virtutem, causam hanc, quam felicis memoriæ Benedictus Decimus quartus celeberrimam vocaverat, ex sacræ Ri* Congregationis consulto te citer absolvit, atque inclytos Christi Martyres numero Ducentum et quinque, quoru plusquam dimidia pars a



Ordinem Prædicatorum atrinebat die septima Julii anni millesimi octingentesimi sexagesimi septimi, a martyrio beati Petri Apostoli sæculo decimo octavo, solemni decreto Beatorum albo accenset, facta quatuor memoratis Ordinibus Officium et Missam in eorum honorem recitandi potestate.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Joannem. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis, vos palmites : qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis facere. Tu autem Domine.

## DIE II. JUNII.

### BB. SADOC ET SOCIORUM MARTYRUM ORD. PRÆD.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis et ante Laudes ℣. Ora pro nobis beate Sadoc cum Sociis tuis, alleluja. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Oratio.

OSTENDAT nobis, Domine Jesu, post hoc exsilium, clemens et pia Virgo Maria Mater tua : quam beati Sadocus et Socii inter hostiles infidelium impetus incessanti voce salutantes, præoptatam martyrii palmam a te recipere meruerunt. Qui vivis.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria SS. Marcellis et Petri Martyrum.

Oratio.

DEUS, qui nos annua beatorum Martyrum tuorum Marcelli et Petri solemnitate lætificas : præsta, quæsumus, ut quorum gaudemus meritis provocemur exemplis. Per.

IN NOCTURNO.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j. Cap. II. et cap. 12.

APERTUM est templum Dei in cælo : et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræ motus, et grando magna. Et signum magnum apparuit in cælo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duodecim : et in utero habens clamabat parturiens, et cruciabatur ut pariat.

(Ex actis sinc. et prob. auct.)

Lectio ij.

CUM sanctissimus Pater Dominicus, comitiis Bononiæ secundo celebratis, satores fidei et sui Ordinis propagatores in varias orbis partes dirigeret, beatus Sadoc, adhuc juvenis, vir tamen maximæ perfectionis, in Pannosam cum sociis missus est. Patris benedictione percepta, duce Paulo Hungaro Cumanorum apostolo et provinciæ ejusdem Ordinis in Hungaria fundatore, egressi præcones fidei, in ipso itinere alios ad vitæ evangelicæ tirocinia aggregarunt. Sadoc autem, præstans muneribus, noctu vidit dæmones crescentis familiæ sanctitate turbatos, ac de animarum ad Christum conversione prævisa cum ejulatu dolentes audivit. Quare in fidei propagationem vitiorumque reprehensionem alacrius

incensus, viam indefessus cucurrit mandatorum Instituto ris sui : et nullis territus periculis vel ærumnis, Evangelii sparsit respersitve semina in Hungarorum vicinorumque terris, quæ in id sibi fuerant demandatæ. Sandomiriæ dehinc in Polonia regendis Fratribus admotus, a verbi tamen ministerio minime cessans, disciplinis eos regularibus, prout a sancto Præceptore audierat, sedulo instituit, exemplisque salutaribus pavit.

Lectio iij.

His pie immorans Vir beatus, ab immanissimis Tartaris fidei odio percitis trucidatur cum Sociis octo et quadraginta, qui sanctorum Patrum, Hyacinthi præsertim non ante triennium humanis rebus exempti, vestigiis instabant. Pridie autem, ut traditum est, suis intentos laudibus præmonuerat Deus, aureis in Martyrologio apparentibus litteris, futuri certaminis victoriæque prænuntiis. Tam insueta lectione stupentes, ad gloriosam pro Christo mortem hortatur devotissimus Præses, Sacrisque expiatos martyrii sic cupidos cernit, ut venientis diei moras unice non amarent. Dum tandem Misericordiæ Matrem, more Ordinis, rite salutarent, irruentium impiorum frameis interempti, quod solemniter in sancti Jacobi templo cœperant, canticum læti perficere meruerunt ante sedem Dei et Agni, cujus fuerunt sanguine dealbati.

AD PRETIOSA.

Evangelium Ego sum vitis, vos palmites., ut heri, pag. 1195.

DIE IV. JUNII.

IN TRANSLATIONE S. PETRI MART. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Collætetur turba fidelium triumphantis Athletæ gaudio, qui conservans pudoris lilium et coruscans doctrinæ radio, dum pro fide subit martyrium, trino felix potitur bravio, allecia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert tentationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Dum Samsonis vulpes quærit, ab iniquis cæditur : caput sacrum lictor ferit, justi sanguis funditur :* Sic triumphi palmam gerit, dum pro fide moritur. Alleluia, f. Stat invictus pugil fortis : constans profert hora mortis fidem, pro qua patitur. — Sic triumphi. Gloria. Alleluia.

Hymnus.

MAGNÆ dies lætitiæ
Nobis illuxit cælitus:
Petrus ad thronum gloriæ
Martyr pervenit inclytus.

PUER in fide claruit,
Parentum carens nebula:
Deo servire studuit
Sub paupertatis regula.

CARNEM afflixit jugiter
In labore multiplici,
Viam sequens humiliter
Patris sui Dominici.

VITA, mors, signa varia,
Cælum frequenti lumine,
Dant Petro testimonia
De sanctitatis culmine.



I '^fiTesto nostrum gaudium,
Oui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f Ora pro nobis beate Petre, allecia. Ut digni efficiamur nromissionibus Christi, alleluia.

Ad Magnificat Ana. O Petre Martyr inclyte, Prædicatorum floria, virginitate prædite, verbo, signis et gratia, con cessa nobis solitæ pietatis clementia, transacto mundi tramite, nos transfer ad cælestia, allecia.

Oratio.

P1 RÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Cælestis exercitus Regem adoremus : * Et pro palma Militis ejus jubilemus, alleluia.

Hymnus.

ADEST triumphus nobilis
Festumque cæli curiæ,
Quo rosa delectabilis
Offertur Regi gloriæ.

PETRUS, flos pulchritudinis
Et virtutum sacrarium,
Nullum mortalis criminis
Sensit unquam contagium.

ROBORARE cum nititur
Fidem verbi præconio,
Pro fide tandem cæditur
Hæreticorum gladio.

DUM sic in petra fidei
Petri tenet vestigia,
Ad Petram Christum provehi
Meretur cum victoria.

Duæ ultimæ Strophæ Tu esto. et Gloria tibi., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Ana. De fumo lumen oritur, et rosæ flos de sentibus : Doctor et Martyr nascitur Petrus de infidelibus, allecia. Psalmi ex j. Nocturno de Communi unius Martyris, pag. 39*.

Ana. Prædicatorum Ordinis militans in acie, nunc conjunctus est agmini cælestis militiæ, alleluia.

Ana. Mens fuit angelica, lingua fructuosa, vita apostolica, mors quam pretiosa! Alleluia.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, allecia. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, allecia.

De Epistola secunda beati Pauli Apostoli ad Tim6theum.

Lectio j. Cap. 3.

r-f -u autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones : qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, et Lystns : quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur. Mali autem homines, et seductores proficient in pejus, errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in iis, quæ didicisti et credita sunt tibi : sciens. a quo didiceris : et quia ab infantia sacras litteras nosti quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu.

j. O Petre, sidus aureum, summi vas honoris, candorem servans niveum dono Creatoris, * Decus habes virgineum in supernis choris, alleluja. f. Tu speculum munditiæ, tu custos innocentiæ, tu sancti flos pudoris. — Decus habes virgineum.

Lectio ij.

SANCTUS Petrus Martyr, fervens amator fidei, ejusdemque præcipuus cultor et propagator, cum de civitate Comensi pro exsequenda Inquisitione contra hæreticos, sibi ab Apostolica Sede commissa, Mediolanum pergeret, ab ipsis hæreticis, sicut in publica prædicatione prædixerat, iteratis mucronis ictibus interfectus est. Corpus ejus vulneribus confossum, postridie Medianum translatum, et in templo sancti Eustorgii humili loco conditum, multis cœpit coruscare miraculis : quibus permota magna hæreticorum multitudo, ad ipsius lucem fidei de sui erroris nubilo conversa est. Propterea, non adhuc elapso anno ab ejus martyrio, Innocentius Quartus gloriosum Christi Athletam sanctorum Martyrum catalogo adcripsit Perusti, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio. Post solemnem invicti Martyris canonizationem, ejus sacrum corpus e priori loco eductum, atque incorruptum inventum, per integrum diem venerationi confluentium fuit expositum : subinde astante Archiepiscopo Mediolanensi, in arcam marmoream honorifice translatum.

ij. Prædicator fervidus, fidei zelator, circuit intSjw hæresum damnator : vitiorum rigidus semper expugnator * Veritatis lucidus doctor et amator, allecia. f. Verbo vita prædicat, signis crebri^ emicat legis æmulator. Veritatis lucidus.

Lectio iij.

CRESCENTE autem in dies prodigiorum numero et populorum devotione, solemnior facta fuit sacrarum exuviarum translatio. Anno siquidem millesimo trecentesimo quadragesimo, quo tempore sub Magistro generali Ordinis fratre Hugone, in conventu sancti Eustorgii celebrabantur comitia generalia, Joannes Vicecomes, Mediolum Archiepiscopus et dominus, universo Ordinis Prædicatorum capitulo et omni populo Mediolanensi inspectantibus, sacrum corpus in nova arca, ex alabastrite lapide affabre exstructa, summa religione condidit. Caput autem, e corpore divisum et similiter incorruptum, in pretiosa theca, argento et auro perfulgida, fuit collocatum. Constructo in honorem sancti Martyris altari, solemnis facta fuit ad illud sacri capitis translatio, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo. Nobilius postmodum exornato templo, ut una cum capite sacrum corpus eodem loco individua veneratione coleretur, anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto idem sacrum corpus, prius recognitum, et adhuc post quatuor sæcula, potissimum a pectore deorsum cum ventre usque ad plantas pedum, incorruptum et palpa:ile mirabiliter repertum, ad præfatum altare, elegantius instauratum, religiose translatum est. Deinde sacrum caput itidem incorruptum, ac in novam thecam splendidiori forma compositam illatum, amplissima præmissa per urbem supplicatione, cum delatione ejusdem sacri capitis, magna solemnitate et devotione, plaudentibus omnibus, in eodem altari repositum est, die vigesima nona Aprilis anno millesimo septingentesimo trigesimo nono. Ut autem perennis harum translationum memoria subsistat, et populorum devotio erga sanctum Martyrem pro impetrando ejus patrocinio magis augeatur, Benedictus Papa Decimus quartus Officium Translationis ejusdem sancti Petri Martyris, in universo Prædicatorum Ordine, die quarta Junii in posterum celebrandum benigne concessit.

^z. iij. Dum Samsonis vulpes quærit, ab iniquis cæditur : caput sacrum lictor ferit, justi sanguis funditur :* Sic triumphi palmam gerit, dum pro fide moritur, Alleluia, f. Stat invictus pugil fortis : constans profert hora mortis fidem, pro qua patitur. — Sic triumphi. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Petre, allecia. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

i. Petrus novus incola cælos laureatus ascendit, aureola triplici dotatus, alleluja. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Turbæ currunt languentium, signa coruscant varia, et in Petri præconium crebra crescunt prodigia, alleluia.

3. Bolus digne suffocat guttur detrahentis : sed mox ipsum revocat votum pœnitentis, alleluja.

4. Motu, sensu corporis juvenis privatur : tactu sacri pulveris vitæ restauratur, alleluia.

5. Ad sancti Petri tumulum frequens lux descendit : in cujus laudis titulum lampades accendit, alleluja.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert tentationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

EXSULTET claro sidere
Fulgens mater Ecclesia :
Petrus Martyr in æthere
Nova profudit gaudia.

PAUPER, pudicus, humilis,
Christo se totum dedicat:
In lege Dei docilis,
Verbis, exemplis prædicat.

TRIUMPHAT per martyrium
Christi fortis in acie :
Conservans semper lilium
Virginalis munditiæ.

Lux cæli, vitæ meritum,
Cum signorum frequentia,
Petri commendant exitum
Et prædicant magnalia.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Corona aurea super caput ejus, alleluja. 1$. Expressa signo sanctitatis, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Summa munditia et pollens Petrus præfulgens doctrinæ gratia, martyrii clarus victoria, trinæ fulget coronæ gloria, alleluja.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei dilatatione martyrii palmam meruit obtinere. Per.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 9.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Tu autem Domine.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Capitula, et Jf. de Communi unius Martyris, pag. 118*

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Petrus novus incola cælos laureatus ascendit, aureola triplici dotatus, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Martyris, pag. 4 7*.

Capitulum Beatus vir, qui suffert tentationem, et Hymnus Magnæ dies lætitiæ, ut in j. Vesperis, pag. 1196.

f. Ora pro nobis beate Petre, alleluja, p. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,alleluja.

Ad Magnificat Ana. O Martyr egregie, doctor veritatis, puritatis vasculum, norma sanctitatis, tua per suffragia veniam peccatis et vitam in gloria præsta cum Beatis alleluja.

DIE v. JUNII.

S. FRANCI SCI CARACCIOLO CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beatum Franciscum, novi Ordinis institutorem, orandi studio et pœnitentiæ amore decorasti : da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere, ut semper orantes et corpus in servitutem redigentes, ad cælestem gloriam pervenire mereantur. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

FRANCISCUS, dictus antea Ascanius, ex nobili familia Caracciolo in oppido sanctæ Mariæ de Villa in Aprutio ortus, a primis annis eximio enituit pietatis cultu. Adolescens, graviter ægrotans statuit sese prorsus Dei proximique mancipare servitio. Neapolim profectus, Sacerdotio initiatus, sacroque adscriptus sodalitio, contemplationi lucrandisque animabus se totum devovit, ac extremo supplicio damnatis hortatorem se præbuit assiduum. Contigit autem ut epistolium alteri destinatum ei per errorem redderetur, quo a piissimis viris Joanne Augustino Adorno et Fabricio Caracciolo ad novi religiosi Instituti fundationem vocabatur. Rei novitate captus, et divinæ voluntatis demiratus consilia, alacri animo sese illis adjunxit Conditis autem in Camaldulensium eremo, quo secesserant, novi Ordinis legibus, inde' Romam simul profecti, confirmationem a Sixto Quinto impetrarunt, qui eosdem Clericos Regulares Minores appellari voluit, addito ad tria consueta altero de non ambiendis dignitatibus voto. Solemni emissa professione, ob singularem ejus in divum Franciscum Assisinatem cultum, Francisci nomen assumpsit. Adonio, biennio post, vita functo, ipse toti Religioni, quamquam invitus, præficitur : quo in munere virtutum omnium præclara præbuit exempla.

Lectio iij.

INSTITUTI amplificandi studiosissimus, in assiduis orationibus, lacrimis et jugi corporis maceratione enixe a Deo postulabat. Quam ob rem tertio in Hispaniam se contulit peregrini habitu indutus, victumque ostiatim mendicans. In itinere asperrima quæque perpessus, Omnipotentis auxilium mirum in modum expertus, navim, quam conscenderat, ab imminenti naufragio orationis præsidio servavit incolumem. Ut in regnis illis voti compos fieret, plurimum laboravit; sed ejus sanctitatis fama prælucente, amplissimaque Catholicorum regum Philippi Secundi et Philippi Tertii munificentia, adversariorum conatibus singulari animi fortitudine superatis, plura sui Ordinis domicilia fundavit : quod pari eventu per Italiam præstitit. Humilitate adeo excoluit, ut Romam veniens, in pauperum hospitio receptus se leproso sociaverit, et ecclesiasticas dignitates a Paulo Quinto sibi oblatas constantissime recusaverit. Illibatam perpetuo servavit virginitatem, effrontes que mulieres ejus castimoniæ insidiantes Christo lucrifacit. Erga divinissimum Eucharistiæ mysterium ardenti æstuans amore, noctes pene integras in ejus adoratione insomnes ducebat : quod pium exercitium, veluti sui Ordinis tesseram, in eo perpetuo servandum constituit. Deiparæ Virginis cultum impense fovit. In proximum eximia exarsit caritate. Prophetiæ dono et cordium scrutatione ditatus fuit. Quadragesimum quartum ætatis suæ annum agens, dum in sacra Lauretana æde in oratione persisteret, sibi vitæ finem imminere agnovit.Aprutium statim deflexit, et in oppido Agnoni apud alumnos sancti Philippi Nerii letali febre correptus, Sacramentis Ecclesiæ devotissime susceptis, pridie Nonas Junii anni millesimi sexcentesimi octavi, in pervigilio festi Corporis Christi, placidissime obdormivit in Domino. Sacrum ejus corpus Neapolim delatum, in ecclesia sanctæ Mariæ Majoris, ubi prima sui Ordinis jecerat fundamenta, honorifice conditum fuit. Eum postea miraculis clarum Clemens Decimus quartus Pontifex Maximus solemni ritu inter Beatos; Pius vero Septimus Pontifex Maximus, novis fulgentem signis, anno millesimo octingentesimo septimo Sanctorum albo adscripsit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Lucam. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus ex- spectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, Tu autem Domine.

## DIE vi. JUNII.
## S. NORBERTI
## EPISCOPI ET CONFESSORIS,

DUPLEX. Oratio,

DEUS, qui beatum Norber- tum, Confessorem tuum atque Pontificem, verbi tui præconem eximium effecisti, et per eum Ecclesiam tuam no va prole fecundasti: præsta, quæsumus, ut ejusdem suffra- gentibus meritis, quod ore si- mul et opere docuit, te adju- vante, exercere valeamus. Per.

IN NOCTURNO.

De libro Proverbiorum.

Lectio j. Cap. 4.

AUDITE filii disciplinam pa- tris, et attendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei, tenellus, et unigenitus coram matre mea : et docebat me, atque dicebat : Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, et vives.

Lectio ij.

NORBERTUS, nobilissimis parentibus natus, adole- scens liberalibus disciplinis eruditus, in ipsa postea im- pectoris aula, spretis mundi lllecebns, ecclesiasticæ mili- i tiæ adscribi volukTsacrislii datus, rejectis mollibus ac splendidis vestibus, pellicea melote indutus, prædicationi verbi Dei se totum dedit Ab dicatis ecclesiasticis proventa bus satis amplis, et patrimonio in pauperes erogato, semel in die sub vesperam solo cibo quadragesimali utens nudis que pedibus et lacera veste sub brumali rigore incedens, miræ austeritatis vitam est ae gressus. Potens igitur opere et sermone, innumeros hæreticos ad fidem, peccatores ad pœni tendam, dissidentes ad pacem et concordiam revocavit,

Lectio iij.

a NTVERPIAM accersitus, in ea urbe Tanchelini nefa riam hæresim profligavit. Pro phetico spiritu et miraculis claruit. Archiepiscopus tan dem (licet reluctans) Magde burgensis creatus, ecclesiasti eam disciplinam, præsertim cælibatum, constanter propu gnavit. Rhemis in concilio Innocentium Secundum egre gie adjuvit : et Romam cum aliis Episcopis profectus, schi sma Petri Leonis compressit, Postremo Vir Dei meritis et Spiritu sancto plenus, Magde burgi obdormivit in Domino, anno Salutis millesimo cen tesimo trigesimo quarto, die sexta Junii,

AD PRETIOSA,

Evangelium.

SecundumMatthæum. Cap.25.

T N illo tempore : Dixit Jesus I discipulis suis parabolam hanc : Homo peregre profi ciscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Tu au j tem Domine



## DIE Vili. JUNII.
## S. ANGELÆ MERICIÆ
## VIRGINIS.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui novum per bea tam Angelam sacrarum virginum collegium in Eccle sia tua florescere voluisti : da nobis ejus intercessione ange licis moribus vivere; ut terre nis omnibus abdicatis, gaudiis perfrui mereamur æternis. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Medardi Episcopi et Confessoris. Oratio.

EXAUDI, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati Medardi Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferi mus : ut qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absol vas peccatis. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

ANGELA Merici Decentiam Veronensis diœcesis op pido ad lacum Benacum in ditione Veneta, piis orta pa rentibus, a prima ætate virgi nitatis lilium, quod perpetuo servare statuerat, sedula sepsit. Ab omni muliebri ornatu ab horrens, egregiam vultus for mam pulchramque cæsariem studiose fœdavit, ut cælesti dumtaxat animarum Sponso placeret. In ipso autem ado lescentiæ flore parentibus or bata, austerioris vitæ desiderio in desertum locum aufugere tentavit; sed ab avunculo pro hibita, novit præstare domi quod in solitudine non licuit. Cilicio ac flagellis frequenter usa, carnem nonnisi infirma valetudine, vinum in Nativita tis et Resurrectionis Domini cæ tantum celebritate, com plures vero dies nihil omnino degustavit Orationi dedita, brevissimum humi carpebat somnum. Dæmonem vero, sub lucentis angeli forma sibi illu dere conantem, agnovit pro tinus et conjecit in fugam. Tandem paternis bonis abdi catis et habitum ac regulam Tertii Ordinis sancti Francisci amplexa, evangelicam pau pertatem virginitatis laudi con junxit. Nullum pietatis offi cium erga proximos omittens, pauperibus quidquid sibi ex mendicato victu superesset largiebatur. Libenter ministra bat ægrotis, pleraque cum ma gna sanctitatis fama peragra vit loca, ut vel solatio esset afflictis, vel reis veniam im petraret, vel infensos invicem reconciliaret animos, vel e vi tiorum cœno scelestos revo caret. Angelorum pane, quem unice esuriebat, frequentissime refecta, tanta caritatis vi fe rebatur in Deum, ut sæpius extra sensus raperetur.

Lectio iij.

SACRA Palestinæ loca summa cum religione obivit : quo in itinere, et visum, quem ad Cydonias appulsa oras amise rat, eodem regressa recupera vit, et barbarorum captivita tem ac naufragium imminens divinitus evasit Romam deni que firmam Ecclesiæ Petram veneratura, et amplissimæ Ju bilæi Veniæ percupida, sedan te Clemente Septimo accessit. Quam Summus Pontifex allo cutus, ejusdem sanctimoniam

suspexit et commendavit summopere; nec ab Urbe ipsam abire ante permisit, quam alio cælitus vocatam agnovit. Brixiam itaque, ubi domum ad sanctæ Aphræ templum conduxit, reversa, novam ibi virginum societatem, sicut cælesti voce ac visione mandatum sibi fuerat, sub certa disciplina sanctisque vivendi regulis constituit, quam sanctæ Ursulæ invictæ virginum ducis patrocinio ac nomine insignivit : eam vero perennem futuram morti proxima prædixit. Tandem prope septuagenaria dives meritis evolavit in cælum sexto Kalendas Februarii anni millesimi quingentesimi et quadragesimi; cujus cadaver, per ipsos triginta dies inhumatum, flexibile ac vivo simillimum perseveravit. Demum in sanctæ Aphræ templo inter ceteras, quibus illud abundat, Sanctorum Reliquias reposito, plurima ad ejus sepulcrum agi statim cœpere miracula. Quorum fama late diffusa, non Brixiæ modo et Decentiam, sed alibi etiam vulgo cœpit nuncupari Beata, ejusque imago aris imponi. Immo sanctus ipse Carolus Borromæus, non multis post annis, dignam quæ ab Apostolica Sede in sanctarum Virginum album referretur Brixiæ palam asseruit. Cultum vero illi jam diu a populis exhibitum, et tum locorum Ordinariis probatum, tum pluribus etiam Summorum Pontificum indultis munitum, Clemens Papa Decimus tertius solemni decreto ratum habuit ac confirmavit. Eam tandem novis miraculis rite probatis insignem, Pius Papa Sepiis solemni canonizatione in Vati' cana Basilica peracta, die viW sima quarta Maii, anno mille' simo octingentesimo septimo sanctarum Virginum catalogo adscripsit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ. Tu autem Domine.

## DIE IX. JUNII.

## BB. DIANÆ, CÆCILIÆ ET AMATÆ

### VIRGINUM ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Quæ hic notata non sunt fiant ut in Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

In utrisque Vesperis et ante Laudes ℣. Ora pro nobis beata Diana cum Sodalibus tuis, alleluja. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Prudentes Virgines aptate lampades vestras : ecce Sponsus venit, exite obviam ei. alleluja.

Oratio.

DEUS, qui beatam Dianam Virginem tuam admirabili spiritus fortitudine donasti, eique in terenda evangelicæ perfectionis via beatas Cæciliam et Amatam comites dedisti : concede propitius ut earum exemplo roboremur in arduis, et in adversis protegamur auxilio. Per.



jn j. Vesperis et Laudibus Memoria SS. Primi et Feliciani Martyrum. Oratio.

FAC nos, quæsumus Domine, sanctorum Martyrum tuorum Primi et Feliciani semper festa sectari, et eorum suffragiis protectionis tuæ dona sentire. Per.

IN NOCTURNO.

Lectio j. De virginibus, de Communi unius Virginis non Martyris, pag. 98*.

Lectio ij.

DIANA, patre Andalo seu Andreolo, a quo inter posteros nobilis Carbonesiæ stirpis Andalorum agnomen dicitur propagatum, Bononiæ sub initium sæculi decimi tertii orta est. Adolescentula patri persuasit ut primis Ordinis Prædicatorum sodalibus Bononiam missis locum prope ecclesiam, quam obtinuerant, sancti Nicolai, et quæ postea sancti Dominici est dicta, concederet, ubi aptiores Fratribus ædes construere posset beatus Reginaldus Aurelianensis, ad cujus prædicationem pius Puellæ animus perfectionis evangelicæ studio mirabiliter arserat. Hinc Bononiam adveniente sancto Patriarcha Dominico, tanto devotionis affectu ipsum colere cœpit, ut mox spreta, quaerat, in signi formæ elegantia ceterisque, quibus affluebat naturæ ac fortunæ donis, in manibus ejus ad aram sancti Nicolai, non virginitatis solum, sed et religionis votum fecerit, astantibus beatis Regiolo et Guala cum aliis Fratribus ac nonnullis etiam urbis matronis. Exinde duriores ipsas monasticæ vitæ asperitates ultro domi amplexa est. Nam sub pretiosis vestibus ferrea catena lumbos cinxit, ac secreto clausa cubiculo, ad plures quotidie horas piis meditationibus et orationibus operam dabat. Interim, probante sancto Dominico, de ædificando Sororum Ordinis Prædicatorum monasterio impense agebat. Repugnantibus vero obfirmate parentibus, Diana, ut emissum religionis votum utcumque impleret, contulit se in propinquum Ronzani collem, ceu antiquioris cujusdam instituti sancti moniales illic degentes in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ visitatura. At monasterium vix ingressa, dimisso nobili comitatu, earum habitum petiit et accepit. Re Bononiæ nuntiata, cognati, amici, populares monasterium invadunt, eoque Dianam tam inclementer abripiunt, ut costam ipsi perfregerint. Ob hoc Dei Serva annum fere jacuit infirma in domestico pene carcere, non consolata, nisi litteris identidem receptis a benigniore Patre sancto Dominico. Sed vix poterat assurgere, et en acerbius excipit vulnus ob mortem, quæ tunc accidit, sanctissimi Viri.

Lectio iij.

"V TULLI tamen cessit angori IN Virgo fortissima. Nam reparatis viribus, ad illud ipsum monasterium aufugit iterum, ac tam invicta constantia demum obtinuit ut de religioso statu amplectendo liberum sibi arbitrium a consanguineis permitteretur.

Sic Diana excipiendis Ordinis Prædicatorum Sororibus monasterium sanctæ Agnatis apud Bononiam fundare potuit, in quod anno sæculi vigesto tertio, infra Octavam Ascensionis Christi, cum nobilibus aliquot puellis introducta est ab inclyto sancti Dominici successore beato Jordano, qui in proximo festo sanctorum Apostolorum Petri et Pauli habitum Ordinis novis Sororibus induit, easque ad religiosam professionem deinceps admisit, eisque e Romano monasterio sancti Xysti, triennio ante a sancto Dominico fundato, Summus Pontifex Honorius Tertius beatas Cæciliam et Amatam, aliasque duas Sorores adjunxit. Novum Bononiense asceterium, hisce præsidiis et assidua beati Jordani cura diligenter excultum, cito claruit incolarum numero et sanctimonia. Nam de beata Cæcilia memoriæ traditum est eam ex prænobili Romana progenie ortam, omnium primam ex Dominici Patris manibus novi Instituti habitum

storum fidelissimam testem exsitisse. Hæc porro ac beata Amata ad multos annos cum magna sanctitatis laude in eo asceterio vixerunt. Præibat Diana in omnium virtutum exercitio et in rigidior leeum Ordinis custodia. Eluxit in ea singularis humilitas, summum paupertatis studium ac vehemens adeo caritatis fervor, ut de divinis loquens, sæpius Sorores ad uberes devotionis lacrimas provocaret. Tali modo eum ad omnem sanctitatem

monasterium illud suum an quandiu informasset, nihilque jam optaret ardentius quam dissolvi et esse cum Christo migravit ad Sponsum die decima Junii, anno prædicti sæculi trigesimo sexto. Ejus corpus honorifice conditum est in ecclesia monasterii ad latus altaris sanctæ Agnatis : quo etiam sepulcro deinde beatæ Cæciliæ et Amatæ corpora composita sunt. Quanta autem veneratio sacris illis exuviis adhibita sit patet ex secutis translationibus, maxime vero ex illa, quæ contigit anno millesimo quingentesimo decimo, et in qua Dianæ caput mirifico sudore atque odore manasse vetera testantur monumenta. Cultum beatæ Dianæ ac Sociarum ejus, auctum subinde aliorum signorum fama et continenter propagatum, Leo Decimus tertius Pontifex Maximus rite probavit, earumque festum cum Officio et Missa in universo Prædicatorum Ordine et in Archidiœcesi Bononiensi libari permisit.

IN LAUDIBUS,

Hymnum f. Adducentur ... Post eam ... alleluia ... Jus afferentur ... alleluia.

Ad Benedictus Ant. Simile est regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ, alleluia.

AD PRETIOSA,

Evangelium Simile erit regnum cælorum decem virginibus., ut heri, pag. 1204.



DIE X. JUNII.

B. JOANNIS DOMINICI

EPISC. ET CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, largitor caritatis, qui beatum Joannem Confessorem atque Pontificem in conservanda Ecclesiæ unitate instaurandaque regulari disciplina virtute roborasti : per ipsius intercessionem tribue nobis idipsum sentire et facere in Christo Jesu Domino nostro : Qui tecum vivit.

IN NOCTURNO,

Lectio j. Fidelis sermo, de Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 70*.

Lectio ij.

JOANNES parentibus pauperibus piisque Florentiæ natus, a primis annis patris vestigiis insistens, cibos manu et arte quærebat. Adolescens, expleto diurno opere, ecclesias invisebat, pia sua vota Domino soluturus. Decimo octavo ætatis anno, cælestia inquirens, Prædicatorum Ordinem ingressus, tironibus exemplo præibat demississima præsertim obedientia. Solemnia vota nuncupatus, erat in victu modicus, jejunio addictus, in oratione assiduus, rudioribus vestibus usus; saccum pro lecto habuit. Optima imbutus morum disciplina, ejusmodi exercitiis litterarum studia conjunxit : et licet ingenuarum artium scientia et nomine apud omnes polleret, humilitatem tamen mirum in modum excoluit. Proximorum saluti omni studio insistens, prædicationi etiam verbi Dei addictus, singulari fuit gratia donatus, adeo ut deflectere voluntatem, commovere animos, reformare mores, adunare plebes, continere populos facillime posset. Curas omnes etiam sedulo præstitit, ut tam Instituti sui quam aliorum Ordinum regularis observantia revocaretur : primusque in Italia fuit,qui spiritus sui fervore ita animos accendit, ut in primævam formam religiosæ familiæ redigerentur. His permotus Gregorius Duodecimus eum Ragusinæ Ecclesiæ Præsulem et sanctæ Romanæ Cardinalem tituli sancti Xysti, licet invitum, creavit.

Lectio iij.

JOANNES vero hac dignitate auctus, cum Ecclesia infande laniaretur schismate, Gregorio persuasit ut pro bono Ecclesiæ Pontificatum cederet : votique compos factus, Constantiam ad generale concilium convolavit, perlectaque coram omnibus Pontificis renuntiatione, dignitatem suam pariter ultro abdicavit. Concilii Patres huic voluntati restiterunt, absolutoque concilio, Sigismundus imperator a Martino Quinto ibidem electo impetravit ut Joannes in Bohemiam, Poloniam et Hungariam, ad exstirpandas hæreses, Legatus mitteretur; ac Budam adveniens, ferventes cœpit divinis rebus incumbere, vigiliis et orationibus semper intentus. Ardenti febre interea correptus, vitæ sibi finem adesse prænovit, et Ecclesiæ Sacramentis rite munitus, veniam ab omnibus apprecatus est. Proprio functus officio,

cum publica et privata omnia accurate prosecutus esset, subito veluti somno arreptus, angelicis, uti fertur, comitatus obsequiis obdormivit in Domino. Fuit Joannes potens in opere et sermone coram Deo et omni populo, qui scientiæ et sapientiæ sermone effulsit in Ecclesia Dei. Ad ejus funus commota est universa civitas, atque ex historicis monumentis habetur multas ad sepulcrum exstare imagines prodigiorum testimonia referentes, quæ fideles a Deo hujus beati Viri meritis sunt assecuti. Quapropter ecclesiasticum immemorabilem beati Joannis cultum, quem illic aliisque in locis promeruit, quique constanter usque ad nos devenit, Gregorius Decimus sextus Pontifex Maximus rite probavit, ejusque festum in universo Prædicatorum Ordine cum Officio et Missa celebrari indulsit.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

Secundum Matthæum. Cap.25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Homo peregre proficiscens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Tu autem Domine.

## DIE XI. JUNII.

## S. BARNABÆ APOSTOLI,

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

QUÆSUMUS omnipotens Deus : ut beatus Barnabas Apostolus tuum pro nobis imploret auxilium : ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per.

IN NOCTURNO.

Ex Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. n

CUM dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Judæorum, et colentium advenarum, Paulum, et Barnabam" qui loquentes suadebant eis ut permanerent in gratia Dei Sequenti vero sabbato pene universa civitas convenit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, et contradicebant his quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes.

j. Virtute magna reddebant Apostoli * Testimonium Resurrectionis Jesu Christi Domini nostri, alleluia, alleluja. X. Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. — Testimonium Resurrectionis.

Lectio ii.

BARNABAS Levites, Cyprius genere, qui et Joseph, cum Paulo Gentium Apostolus ordinatus est ad prædicandum Jesu Christi Evangelium. Is, agro vendito, quem habebat, redactam ex eo pecuniam attulit Apostolis. Missus autem Antiochiam prædicationis causa, cum ibi multos ad Christi Domini fidem conversos esse comperisset, incredibiliter lætatus, eos hortabatur ut in Christi fide permanerent Qua cohortatione multum proficiebat, quod ab omnibus vir bonus et Spiritu sancto plenus habebatur.

l^z. ij. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluja: modo venerunt ad fontes : * Repleti sunt claritate, alleluia, allecia. J. In conspectu Agni amicti stolis albis, et palmæ in manibus eorum. — Repleti sunt claritate, alleluja, allecia.



Lectio iij.

MULTAS deinde cum Paulo urbes regionesque, prædicans Evangelium, summa cum audientium utilitate peragravit : cujus præclare res gestas sanctus Lucas Evangelista divino spiritu conscripsit. Postremo Barnabas, digressus a Paulo, una cum Joanne, qui cognominatus est Marcus, navigavit in Cyprum : ibique circiter septimum Neronis annum, tertio Idus Junii ad apostolici muneris laudem martyrii coronam adjunxit. Ejus corpus, Zenone imperatore, repertum est in insula Cypro : ad cujus pectus erat Evangelium Matthæi Hebraicum, ipsius Barnabæ manu conscriptum. Virginem ipsum fuisse pro certo traditur.

iij. Candidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluia : splendorem Deo dederunt, alleluja : * Et sicut lac coagulati sunt, Alleluia, alleluia. y. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terræ verba eorum. — Et sicut lac. Gloria. Alleluia, alleluia.

AD PRETIOSA.

Evangelium.

SecundumMatthæum.Cap. io.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Tu autem Domine miserere nostri. Deo gratias.

# ADDENDA ET MUTANDA

DIE XXVUI. NOVEMBRIS.

B. ZEDISLAVÆ BERKIANÆ

ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Quæ hic notata non sunt dicantur de Communi unius nec Virginis necMartyris,pag. 104*. et sequentibus. Oratio.

DEUS, qui beatæ Zedislavæ concedere dignatus es ut te jugiter erecta mente contemplaretur, unaque proximo sollicite prospiceret : ea intercedente, fac nos diligenti studio cælestibus insistere, et caritatem piis operibus exercere. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Mulierem fortem, de Communi unius nec Virginis nec Martyris, pag. 106*.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

ZEDISLAVA Berkiana in Moravia nobilissimis orta parentibus, jam a teneris annis Deo se totam dicavit. Quo vero cordis innocentiam securius tueretur, summoque Bono unice adhæreret, vitam ab hominum consuetudine remotam ducere secum ipsa deliberans, vix septenas in nemus aufugit. A suis avide quæsita ac feliciter reperta, in arcem paternam redux, parentibus subditam in omni re se præbuit. Adolescentiam ingressa, genitori morem gerens, viro nupsit Gallo nomine, castri Lembergæ prope Jablonam in Bohemia principi, genere quidem et copiis clarissimo, sed ob animi inclementiam Zedislavæ gravissimo, quæ tamen molestias ab eo sibi illatas patientissime sustinuit. Susceptos ex illo filios ad Dei amorem omnemque virtutem verbo et exemplo studiose educavit. Quantum porro per viri placitum et domestica licuit officia, egenos, famelicos, infirmos et captivos utriusque misericordiæ juvit operibus, quibus strictiora jejunia, protractas in multam noctem vigilias, verberationes aliosque sui corporis cruciatus adjunxit.

Lectio v.

CHRISTI patientis dolores jugiter recolebat. Quin etiam sæpius in extasim rapta ac cælesti circumfusa splendore visa est. Cum porro Prædicatorum Ordinem tunc recens conditum per Poloniam et Borussiam propagari rescivisse^ ejusdem Ordinis conventum Jablonæ haberi vehementer optavit. Quapropter, austeram sui conjugis indolem precibus demulcens, obtinuit ut beati Patris Dominici filiis aptum cœnobium templumque spatiosum, sancti Laurentii nuncupandum, ædificarentur. Ipsa proprio ære opus perfici curavit, et Fratres opportunis proventibus liberalissime dotavit. Immo, manum operi admovere non dedignata, calcem, arenam, lapides, ligna nocte intempesta deferebat, quæ structores in promptu, mane facto, reperirent. Quod



tamdiu præstitit, donec cœnobii et templi absolveretur ædificium. Claustra nova novumque sanctuarium sancto Hyacintho tradere proponens, Virum Dei ut Jablonam veniret rogavit, qui aliis alibi curis distractus cum Zedislavam adire non posset, germanum Ceslaum cum aliis ejusdem Ordinis ad ipsam mittere festinavit. Summo gaudio exceptis Prædicatoribus, ad eorum instar Femina piissima mores composuit, a beato Ceslao religionis habitum impetrans,spretisque lautis dapibus esuriali cibo contenta. Sacras Prædicatórum ædes, etiam hieme, excalceatis pedibus visitare solebat.

Lectio vj.

DUM tamen Altissimo indeficientem cultum adhiberet, nil unquam de pristina in domesticos, in tenues, in egenos sollicitudine remisit, divina humanis intime socians. Tam placitum Deo et proximis vitæ institutum ad extremam usque ægritudinem Zedislava servavit. Sentiens tandem dissolutionem sui corporis imminere, animæ suæ rationibus studiosa consuluit. Virum ad bonam frugem redire vehementer hortata, eumque elatorum pœnitentem, matrem et filios lacrimantes consolata est. Postea sepulcrum in Laurentiano templo sibi paratum aperiri jussit et aqua benedicta lustrari. Demum Ecclesiæ Sacramentis expiata diem supremum obiit, Kalendis Januarii,anno Salutis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. Sanctitatis opinioni et prodigiorum famæ quibus, dum viveret, Zedislava claruerat, accessit, ipsa demortua, populorum religio. Ubique in patria aliisque in locis cælitum cultus ei tributus est, signisque sequentibus in dies amplificatus. Quem cultum per sæcula solemnem Pius Decimus Pontifex Maximus Apostolica auctoritate confirmavit, universoque Prædicatorum Ordini et Litomericensi Dioecesi in honorem beatæ Zedislavæ Officium recitare et Missam celebrare concessit.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Simile est regnum cælorum thesauro. de Communi unius nec Virginis nec Martyris, pag. ni *

DIE xj. Februarii celebratur festum Apparitionis beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, ut hic notatum est. Officium vero Desponsationis ejusdem in diem xx. hujus mensis transferatur una cum Memoria S. Joseph.

DIE XI. FEBRUARII.

IN APPARITIONE

B. MARIÆ V. IMMACULATÆ.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula. Psalmus Laudate pueri.,cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Cant. 2.

SURGE, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

F?. Elegit Mariam Deus, et præelegit eam, et creavit eam in Spiritu sancto : * Ideo nihil inquinatum in eam incurrit. y. Dedit Mariæ Dominus protectionem salutis suæ, et dextera sua suscepit eam. — Ideo. Gloria. Ideo.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis :
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Ista est mea, perfecta mea, immaculata mea. Oratio.

]~\EUS, qui per Immaculatam U Virginis Conceptionem dignum Fllio tuo habitaculum præparasti : supplices a te quæsumus ut ejusdem Virginis Apparitionem celebrantes* salutem mentis et corporis consequamur. Per eumdem.

AD UTRUMQUE COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, florens ut rosa, fragrans sicut lilium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

In fine Hymni dicantur hæ duæ Strophæ :

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Prædictæ Strophæ dicantur etiam in fine Hymnorum ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam.

Ad Nunc dimittis Ana. Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Immaculatam Virginis Conceptionem celebremus. * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

Hymnus.

TE dicimus præconio,
Intacta Mater Numinis,
Nostris benigna laudibus
Tuam repende gratiam.

SONTES Adami posteri
Infecta proles gignimur:
Labis paternæ nescia
Tu sola, Virgo, crederis.



CAPUT draconis invidi
Tu conteris vestigio,
Et sola gloriam refers
Intaminatæ originis.

O GENTIS humanæ decus,
Quæ tollis Hevæ opprobrium,
Tu nos tuere supplices,
Tu nos labantes erige.

SERPENTIS antiqui potens
Astus retunde et impetus,
Ut cælitum perennibus
per te fruamur gaudiis.

JESU, tibi sit gloria
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ana. Ave gratia plena : Dominus tecum. Psalmus Domine Dominus noster, cum ceteris, ut in Festis B. Mariæ Virginis, pag. 2*. et sequentibus.

Ana. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Ana. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Dominum.

J. Deus omnipotens præcinxit me virtute. 1$. Et posuit immaculatam viam meam.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 8. et cap. 9.

EGO sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum : arrogantiam et superbiam et viam pravam, et os bilingue detestor. Meum est consilium et æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo : et qui mane vigilant ad me, invenient me.

j. Sapientia, quæ attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, ædificavit sibi domum. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. jP.Vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. — Ecce tabernaculum.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij.

MLCUM sunt divitiæ et gloria, opes superbæ et justitia. Melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso, et genimina mea argento electo. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram : necdum fontes aquarum eruperant; necdum montes gravi mole constiterant : ante colles ego parturiebar.

ij. Quasi arcus refulgens inter nebulas, et quasi flos rosarum in diebus vernis, et quasi lilia in transitu aquæ, * Sic fulget Virgo immaculata. f Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foederis mei vobiscum. — Sic fulget Virgo immaculata.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Mana. Amen.

Lectio iij.

BEATUS homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, | inveniet vitam, et hauriet sa lutem a Domino : qui autem in me peccaverit, lædet ani mam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. Sa pientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Im molavit victimas suas, miscuit vinum et proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, et ad mœ nia civitatis : Si quis est par vulus, veniat ad me. Et insi pientibus locuta est : Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vo bis.

ty. iij. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni : colum ba mea, * Ostende mihi fa ciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. X- Vox turturis audita est in terra nostra. — Ostende mihi. Gloria. Ostende mihi.

IN II. NOCTURNO.

Ana. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.

Ana. Sanctificavit taberna culum suum Altissimus : Deus in medio ejus : non commove bitur.

Ana. Dominus possedit te in initio viarum suarum : et in caritate perpetua dilexit te.

f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. fy Deus in medio ejus, non commovebitur. I

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Amen.

Lectio iv.

A nno quarto a dogmati^ definitione de Immaculato beatæ Virginis Conceptu ad Gavi fluminis oram prope on. pidum Lourdes dioecesis Tar biensis in Gallia, ipsa VirgJ in rupis sinu super specum Massabielle puellæ cuidam vernacula lingua Bernadette nuncupatæ, pauperrimæ qui dem, sed ingenuæ ac piæ, pili. fies se conspiciendam obtulit. Immaculata Virgo juvenili ac , benigno videbatur aspectu, nivea veste niveoque pallio contecta, ac zona cærulea suc cincta : nudos pedes aurea rosa ornabat. Primo appari tionis die, qui fuit undecimus Februarii anno millesimo octingentesimo quinquagesi mo octavo, puellam signum Crucis rite pieque faciendum edocuit, atque ad sacri Rosa rii recitationem, exemplo suo, coronam, quæ prius ex brachio demissa pendebat, manu ad volvens, excitavit : quod in ceteris etiam apparitionibus præstitit. Altera autem appa ritionis die, puella, in simpli citate cordis sui diabolicam fraudem timens, lustralem aquam in Virginem effudit: sed beata Virgo, leniter arri dens, benigniorem illi vultum ostendit. Cum vero tertio ap paruisset, puellam ad specum per quindecim dies invitavit. Exinde eam sæpius est allo cuta, ac pro peccatoribus ora re, terram deosculari, pœni tentiamque agere est hortata: deinde imperavit ut sacerdoti bus ediceret ædificandum ibi esse sacellum, solemnisque supplicationis more illo acce



ciendum. Mandavit insuper ut e fonte, qui sub arena adhuc latebat sed mox erat eruptu rus, aquam biberet eaque se abstergeret Denique die festo Annuntiationis, percontanti enixe puellæ illius nomen, cu jus aspectu toties dignata fue rat, Virgo, admotis pectori manibus elatisque in cælum oculis, respondit : Immaculata Conceptio ego sum.

R. iv. Quæ est ista, quæ pro greditur~quasi aurora consur gens, * Pulchra ut luna, electa ut sol? lf. Ipsa est columba mea, perfecta mea, immacu lata mea. — Pulchra ut luna.

Benedictio. Jesus Mariæ Fi lius sit nobis clemens et propi tius. Amen.

Lectio v.

F^CREBRESCENTE fama be neficiorum, quæ in sacro specu recepisse fideles dice bantur, augebatur in dies ho minum concursus, quos loci religio ad specum advocabat. Itaque prodigiorum fama puel læque candore motus Tar biensis Episcopus, quarto ab enarratis anno, post juridicam factorum inquisitionem, su pernaturales esse apparitionis notas sua sententia probavit, cultumque Virginis Immacu latæ in eodem specu permisit. Mox ædificatum sacellum. Ex illa die, pene innumeræ fide lium turbæ, voti ac supplica tionis causa, ex Gallia, Belgio, Italia, Hispania ceterisque Europæ provinciis necnon ex longinquis Americæ regioni bus quovis anno illuc adve niunt, nomenque Immaculatæ de Lourdes ubique terrarum inclarescit. Fontis aqua in cun ctas orbis partes delata ægris sanitatem restituit. Orbis vero catholicus tantorum memor benefactorum, ædes sacras mirabili opere ibi exstruxit. Vexilla innumera, acceptorum beneficiorum veluti monumen ta, illuc a civitatibus ac gen tibus missa, ædem Virginis miro ornatu decorant. In hac sua veluti sede Immaculata Virgo jugiter colitur; interdiu quidem precibus, religioso cantu solemnibusque aliis cæ remoniis; noctu vero sacris illis supplicationibus, quibus infinitæ propemodum peregri nantium turbæ cereis facibus que accensis procedunt, et laudes beatæ Virginis conci nunt.

v. Erit in novissimis die bus mons præparatus Virgini Mariæ in vertice montium, et elevabitur super cælos, et ibunt populi multi et dicent : * Venite, et ascendamus ad montem. J. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. — Venite.

Benedictio. Stella Maria ma ris succurrat piissima nobis. 1$. Amen.

Lectio vj.

PEREGRINATIONES hujus modi fidem frigescente sæ culo excitasse, animum ad christianam legem profiten dam addidisse, cultumque Vir ginis Immaculatæ mirum in modum auxisse, omnibus com pertum est. In qua mirabili fidei professione Christianus populus sacerdotes veluti du ces habet, qui illuc suas plebes adducunt. Ipsi etiam sacrorum antistites sanctum locum fre quenter adeunt, peregrinatio

nibus præsunt, solemnioribus que festis intersunt. Nec adeo rarum est ipsos Romanæ Ec clesiæ purpuratos Patres hu mili peregrinorum more ac cedentes conspicere. Ipsi quo que Romani Pontifices, pro sua erga Immaculatam de Lourdes pietate, sacram ædem donis nobilissimis cumularunt. Pius Nonus sacris Indulgentiis, Archiconfraternitatis privile gio ac minoris Basilicæ titulo I ipsam insignivit; ac Deiparæ I imaginem ibidem cultam sol emni ritu per Legatum suum Apostolicum in Gallia diade mate distinctam voluit. Leo vero Decimus tertius innumera etiam contulit beneficia, In dulgentias ad modum Jubilæi I vigesimo quinto Apparitionis anno vertente concessit, pere grinationes sua auctoritate verboque provexit, ac solem nem ecclesiæ sub titulo Rosa rii dedicationem suo nomine peragi curavit. Quorum bene ficiorum amplitudinem cumu lavit, cum plurium episcopo rum rogatu, solemne festum, sub titulo Apparitionis beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, proprio Officio et propria Missa celebrandum, benigne conces sit. Tandem Pius Decimus Pon tifex Maximus, pro sua erga Deiparam pietate, ac plurimo rum votis annuens sacrorum antistitum, idem festum ad Ecclesiam universam extendit.

vj. Prævenisti eam Do mine in benedictionibus dulce dinis, posuisti in capite ejus * Coenam de lapide pretioso. V. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam et ma gnum decorem impones su- | I per eam. Coronam de lapide pretioso. Gloria. Coronam d lapide pretioso.

IN III. NOCTURNO.

Ana. Manus Domini confu tavit te, et ideo eris benedicta in æternum.

I Ana. Noli metuere : non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.

Ana. Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos no stros.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. I^z. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. i.

IN illo tempore : Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem de sponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

(Homil. ij. super Missus est.)

LÆTARE pater Adam, sed magis tu o Heva mater exsulta : qui sicut omnium parentes, ita omnium fuistis peremptores : et quod infeli cius est, prius peremptores quam parentes. Ambo, in quam, consolamini superfixa, et tali filia; sed illa amplius de qua malum ortum est prius, cujus opprobrium in omnes pertransivit mulieres. Instat namque tempus, quo jam tol



latur opprobrium, nec habeat vir quid causetur adversus fe minam; qui utique, dum se imprudenter excusare conare tur crudeliter illam accusare non cunctatus est, dicens : Mulier, quam dedisti mihi, de dit mihi de ligno, et comedi. Propterea, curre Heva ad Ma riam, curre mater ad filiam; filia pro matre respondeat : ipsa matris opprobrium aufe rat : ipsa patri pro matre satis faciat : quia ecce si vir cecidit per feminam, jam non erigitur nisi per feminam.

vij. Tu ergo invoca Do minum, loquere regi pro no bis, * Et libera nos de morte. f. Omnes sitientes venite ad aquas, et haurietis salutem a Domino. — Et libera nos.

Benedictio. In omni tribula tione et angustia subveniat nobis pia Virgo Maria. Amen.

Lectio viij.

QUID dicebas o Adam? Mu lier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, et comedi. Verba malitiæ sunt hæc, qui bus magis augeas quam deleas culpam. Verumtamen Sapien tia vicit malitiam, cum occa sionem veniæ, quam a te Deus interrogando elicere tentavit, sed non potuit, in thesauro in deficientis suæ pietatis invenit. Redditur nempe femina pro femina, prudens pro fatua, humilis pro superba, quæ pro ligno mortis gustum tibi por rigat vitæ, et pro venen6so cibo illo amaritudinis, dulce dinem pariat fructus æterni. Muta ergo iniquæ excusationis verbum in vocem gratiarum actionis, et dic : Domine, mu lier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vitæ, et comedi; et dulce factum est super mel ori meo, quia in ipso vivificasti me. Ecce enim ad hoc missus est Angelus ad Virginem. O feminam singulariter veneran dam, super omnes feminas ad mirabilem, parentum repara tricem, posterorum vivificatri cem!

viij. Plantavit Dominus Deus paradisum voluptatis, produxitque lignum vitæ in medio ejus. * Et fluvius egre diebatur de loco voluptatis. y. Emissiones tuæ paradisus, Virgo Maria. — Et fluvius egrediebatur.

Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen.

Lectio ix.

QUAM tibi aliam prædixisse Deus videtur, quando ad serpentem ait, Inimicitias po nam inter te et mulierem? Et si adhuc dubitas quod de Maria dixerit, audi quod se quitur : Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi Mariæ? Ipsa procul dubio caput contrivit venena tum, quæ omnimodam mali gni suggestionem, tam de car nis illecebra quam de mentis superbia, deduxit ad nihilum. Quam vero aliam Salomon re quirebat, cum dicebat, Mu lierem fortem quis inveniet? Noverat quippe vir sapiens hujus sexus infirmitatem, fra gile corpus, lubricam mentem. Quia tamen et Deum legerat promisisse, et ita videbat con gruere, ut qui vicerat per fe minam, vinceretur per ipsam:

vehementer admirans aiebat : Mulierem fortem quis inve niet? Quod est dicere : Si ita de manu feminæ pendet et no stra omnium salus, et inno centiæ restitutio, et de hoste victoria; fortis omnino necesse est ut provideatur, quæ ad tan tum opus possit esse idonea.

ix. Elegit Mariam Deus, et præelegit eam, et creavit eam in Spiritu sancto : * Ideo nihil inquinatum in eam in currit. Dedit Mariæ Domi nus protectionem salutis suæ, et dextera sua suscepit eam. — Ideo. Gloria. Ideo.

Ante Laudes, f. Ora pro no bis sancta Dei Genitrix, ^z. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula. Psal mus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus, et in capite ejus corona stellarum duode cim.

3- Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

4. Benedicta es tu Virgo Ma ria a Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram.

5. Hodie nomen tuum ita magnificavit D6minus, ut non recedat laus tua de ore homi num.

, Capitulum, Cant. 2.

SURGE, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petræ, in ca verna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Hymnus.

AURORA soli prævia,
Felix salutis nuntia,
In noctis umbra plebs tua
Te, Virgo, supplex invocat.

TORRENS nefastis fluctibus
Cunctos trahens voragine,
Leni residit æquore
Cum transit Arca fœderis.

DUM torret arescens humus,
Tu rore sola spargeris;
Tellure circum rorida,
Intacta sola permanes.

FATALE virus evomens
Attollit anguis verticem;
At tu draconis turgidum
Invicta conteris caput.

MATER benigna respice
Fletus precesque supplicum,
Et dimicantes tortari
Victrix tuere ab hostibus.

JESU tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

y. Elegit eam Deus et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Ana. Præ clara salutis aurora, ex te, Virgo Maria, exivit Sol justi tiæ, qui visitavit nos oriens ex alto.

Oratio.

DEUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti : supplices a te quæsumus ut ejusdem Virginis Apparitionem celebrantes, sa lutem mentis et corporis con sequamur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.



T Ante Septuagesimam Horarum dicantur cum Alle luia.

AD TERTIAM.

Capitulum. Surge, amica mea. ut in Laudibus.

K. Quæ est ista quæ ascen dit de deserto * Deliciis af fluens? Quæ est ista. f. In nixa super dilectum suum. Deliciis affluens. Gloria. Quæ est ista.

f. Viderunt eam filiæ Sion. I$.Et beatissimam prædicave runt

AD SEXTAM.

Capitulum. Prov. 8.

\ #ECUM sunt divitiæ et glo 1VL ria, opes superbæ et ju stitia : melior est enim fructus meus auro et lapide pretioso.

1$. Ego Mater * Pulchræ di lectionis. Ego Mater. JF. Et timoris et agnitionis et sanctæ spei. Pulchræ dilectionis. Glo ria. Ego Mater.

f. In me omnis gratia viæ et veritatis. In me omnis spes vitæ et virtutis,

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

IN me gratia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini.

Qui me invenerit, * Inve niet vitam. Qui me invenerit. f. Et hauriet salutem a Do mino. Inveniet vitam. Gloria. Qui me invenerit.

f- Transite ad me omnes qui concupiscitis me. R?. Et a ge nerationibus meis implemini

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Candor est lucis æternæ, et speculum sine macula. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Com muni unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum. Cant. 2.

SURGE, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petræ, in ca verna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Hymnus.

OMNIS expertem maculæ Mariam
Edocet Summus fidei Magi ster :
Virginis gaudens celebrat fide lis
Terra triumphum.

IPSA, se præbens humili puellæ
Virgo spectandam, recreat pa ventem,
Seque conceptam sine labe, sancto
Prædicat ore.

O SPECUS felix, decorate divæ
Matris aspectu, veneranda ru pes,
Unde vitales scatuere pleno
Gurgite lymphæ!

Huc catervatim pia turba nostris,
Huc ab externis peregrina terris
Affluit supplex, et opem po tentis
Virginis orat.

ExciPiTMater lacrimas pre cantum,
Donat optatam miseris salu tem :
Compos hinc voti patrias ad oras
Turba revertit.

SUPPLICUM, Virgo, miserata casus,
Semper o nostros refove labo res,
Impetrans mæstis bona sem piternæ
Gaudia vitæ.

SIT decus Patri genitæque Proli
Et tibi compar utriusque vir tus
Spiritus semper, Deus unus omni
Temporis ævo. Amen

JF. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Hodie gloriosa cæli Regina in terris apparuit; hodie populo suo verba salutis et pignora pa cis attulit; hodie Angelorum et fidelium chori Immacula tam Conceptionem celebrantes gaudio exsultant.

T Ante Septuagesimam ad datur Alleluia.

DIE XX. FEBRUARII.
IN DESPONSATIONE
B. MARIÆ VIRGINIS.
TOTUM DUPLEX.

Quæ hic posita non sunt fiant ut in Breviario de ipsa Desponsatione et de Memoria S. Joseph die xj. Februarii notatum est, pag. 897. et se quentibus.

T Si Desponsatio B. Mariæ et Octava dies S. Catharinæ de Ricciis in die xx. Februarii pariter evenerint, de Octava die prædicta fiat Memoria in utrisque Vesperis Desponsatio nis post Memoriam S. Joseph, quæ primo omnino loco fa cienda est (et post aliam altioris ritus quæ eadem die forte oc current) ut infra signatum est

EADEM DIE XX. FEBRUARII.
IN OCTAVA
S. CATHARINÆ DE RICCIIS.
SIMPLEX.

Ad Memoriam in j. Vesperis Ana.Exsultavit anima mea in Deo meo, quia induit me ve stimento salutis et indumento justitiæ, quasi sponsam orna tam monilibus suis.

Ora pro nobis beata Ca marina. ^z. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui beatam Catharinam, vir ginem, tui amore succensam, Passionis contemplatione cla rescere voluisti : ejus inter cessione concede ut Passionis mysteria devote recolentes, ejus fructum percipere merea mur. Qui vivis.

Ad Memoriam in Laudibus Ana. Visitavit ex alto Dominus Sponsam suam in sanctitate ei justitia incedentem coram ipso omnibus diebus vitæ suæ.

y. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

Oratio Domine Jesu Christe., ut supra.

Ad Memoriam in ij. Vespe ris Ana. O superni Sponsa amoris, Christi plagis deco rata, ante thronum Redempto ris esto supplex advocata pro cœtu fidelium.

J. Ora pro nobis, et Oratio Domine Jesu Christe., ut supra ad Memoriam in j. Vesperis.

# IN FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hæc est Regina virginum, quæ genuit Regem, velut rosa decora Vir go. Dei Genitrix, per quam re perimus Deum et hominem, alma Virgo intercede pro no bis omnibus. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 24.

ECO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flo res mei fructus honoris et ho nestatis.

Stirps Jesse virgam produ xit, virgaque florem :*Et super hunc florem RequiescitSpiritus almus. J. Virgo Dei Genitrix virga est : flos Filius ejus. — Et super. Gloria. Requiescit.

Hymnus.

Hic genuflectitur usque ad Sumens illud Ave.

AVE maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis :
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singularis,
inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum:
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, ty. Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Beatis simæ Virginis Mariæ solem nitatem devotissime celebre mus : ut ipsa pro nobis inter cedat ad Dominum Jesum Christum.

Oratio.

SUPPLICATIONEM servorum tuorum, Deus miserator exaudi : ut qui in solemnitate Dei Genitricis et Virginis con gregamur, ejus intercessioni bus a te de instantibus pericu lis eruamur. Per eumdem.

AD UTRUMQUE COMPLETOR.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, flo rens ut rosa, fragrans sicut li lium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

In fine Hymni dicantur duæ Strophæ Maria Mater, et Gloria tibi., ut in fine Hymni ad Matutinum. T Dicantur etiam ad Laudes et ad omnes Horas, Vesperis tantum exce ptis.

Ad Nunc dimittis Ana. Corde et animo Christo canamus glo riam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Ma riæ.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Solemnitatem Virginis Mariæ celebremus : * Christum ejus Filium adoremus Dominum.

### Hymnus.

QUEM terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA mater munere
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu :
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est.

MARIA, mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

## IN I. NOCTURNO.

### Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum • * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, X gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi:

Volucres cæli et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum.

### Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum,*et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lasti- j licantes corda : * præcepti" [11]



Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? X ab occultis meis munda me :* et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt iit complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

### Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde,? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Favus distillans labia tua sponsa, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

f. Sancta Dei Genitrix Virgo semper Maria. E?. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Benedictio. Alma Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

Incipiunt Cantica Canticorum.

Lectio j. Cap. i.

OSCULETUR me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me : post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua : exsultabimus, et lætabimur in te memores uberum tuorum super vinum : recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

R? i Hodie solemnitas est heatæ Virginis Mariæ ex progenie David, per , quam salus mundi credentibus annuit : * Cujus vita g 0 ri6sa lucem dedit sæculo.

f. Beatissimæ Virginis Mariæ solemnitatem devotissime ce lebremus. — Cujus vita glo riosa lucem dedit sæculo.

Benedictio. Sancta Dei Geni trix sit nobis auxiliatrix. Amen.

Lectio ij.

NOLITE me considerare quod fusca sim, quia decolora vit me sol : filii matris meæ pugnaverunt contra me, po suerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi. Indica mihi,quemdiligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos tuos juxta taberna cula pastorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimi lavi te amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis : collum tuum sicut monilia.

RL ij. Gloriosæ Virginis Mariæ solemnitatem dignissimam recolamus : * Cujus Dominus humilitatem respexit, quæ An- gelo nuntiante concepit Red emptorem mundi. f. Hodie solemnitas est beatæ Virginis Mariæ ex progenie David. — Cujus Dominus.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio iij.

MURENULAS aureas facie mus tibi, vermiculatas ar gento. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dile ctus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi jn vineis Engaddi. Ecce tu pul dira es amica mea,ecce tu pul chra es, oculi tui columbarum Ecce tu pulcher es dilecte mi' et decorus. Lectulus noster flo! fidus : tigna domorum nostra rum cedrina, laquearia nostra cypressina.

iij. Stirps Jesse virgam produxit, virgaque florem : * Et super hunc florem Re quiescit Spiritus almus. f. Virgo Dei Genitrix virga est. flos Filius ejus. — Et super. Gloria. Requiescit.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum ver bum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ * velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis ho minum, £ diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea .bene dixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere proce de, et regna,

Propter veritatem et mansue tudinem et justitiam : * et de ducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis vir ga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea un-1 xit te Deus Deus tuus oleo læ titiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delecta verunt te filiæ regum in honore

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circum data varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do- minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus,* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia et exsul- tatione : * adducentur in tem- pium regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos prin- cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene- rationem.

Propterea populi confitebat tui- tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Emissiones tuæ, paradi- stis malorum Punicorum cum pomorum fructibus.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribu lationibus, quæ invenerunt nos minis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra:* et trans ferentur montes in cor maris.



Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissi mus.

Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, ? quæ posuit prodigia super terram :* auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confrin get arma :* et scuta comburet igni:

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum:* susceptor noster Deus Jacob.

I Ana. Fons hortorum, puteus aquarum viventium,quæ fluunt impetu de Libano,

Psalmus »0.

T7 UNDAMENTA ejus in monti A* bus sanctis : * diligit Do minus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ et Tyrus et populus Æthiopum, * hi me runt illic.

Numquid Sion dicet: Homo,? et homo natus est in ea :* et ipse fundavit eam Altissimus

Dominus narrabit in scriptu ris populorum, et principum :* horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Veniat dilectus meus in hortum suum, ut comedat fru ctum pomorum suorum.

y. Post partum Virgo invio lata permansisti, ^z. Dei Geni trix intercede pro nobis.

Benedictio. Ab hoste maligno eripiat nos Dei Genitrix Virgo. Rz. Amen.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Apud Metaphrast.)

Lectio iv.

DEI Filius non divitem aut locupletem aliquam do minam sibi Matrem elegit; sed beatam Virginem illam, cujus anima virtutibus ornata erat. Cum enim beata Maria supra omnem hominum naturam ca stitatem servaret, propterea Christum Dominum in ventre concepit. Ad hanc igitur san ctissimam Virginem, et Dei Matrem accurrentes, ejus pa trocinii utilitatem assequamur. Itaque quæcumque estis virgi nes, ad Matrem Domini confu gite. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, et incorruptibi lem possessionem patrocinio suo vobis conservabit.

R. i v. Solemnitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David : * Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias, f. Regali ex proge nie Maria exorta refulget. — Cujus vita inclyta.

Benedictio. Jesus Mariæ Fi lius sit nobis clemens et propi tius. Amen.

Lectio v.

MAGNUM revera miraculum fratres dilectissimi, fuit beata semper Virgo Maria Quid namque illa majus, aut illustrius ullo unquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit? Hæc sola cæ lum ac terram amplitudine su peravit. Quidnam illa sanctius? Non Prophetæ, non Apostoli non Martyres, non Patriarchæ,' non Angeli, non Throni, non Dominationes, non Seraphim, non Cherubim : non denique aliud quidpiam inter creatas res visibiles aut invisibiles ma jus, aut excellentius inveniri potest. Eadem Ancilla Dei est et Mater : eadem Virgo et Ge nitrix.

f^z. v. Solemnitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium an nuntiavit universo mundo : * Ex te enim ortus est Sol justi tiæ Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, et confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam, f. Felix namque es, quæ sola Genitricis dignita tem obtinuisti, et virginalem pudicitiam non amisisti. — Ex te enim.

Benedictio. Stella Maria ma ris succurrat piissima nobis. 1^?. Amen.

Lectio vj.

HÆC ejus Mater est, qui a Patre ante omnia princi pium genitus fuit, quem an geli et homines agnoscunt Do minum rerum omnium. Visne cognoscere, quanto Virgo hæc præstantior sit cælestibus Po tentiis? Illæ cum timore et tremore assistunt, faciem ve



lantes suam; hæc humanum renus illi offert, quem genuit. Per hanc et peccatorum ve niam consequimur. Ave igitur Mater, cælum, puella, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ de cus, gloria, et firmamentum; assidue pro nobis precare Je sum, Filium tuum, et Dominum nostrum, ut per te misericor diam invenire in die judicii, et quæ reposita sunt iis, qui dili gunt Deum, bona consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cum quo Patri simul et sancto Spiritui sit gloria, honor et im perium, nunc et semper in sæ cula sæculorum. Amen.

ty. vj. Ad nutum Domini no strum ditantis honorem, * Sic ut spina rosam genuit Judæa Mariam, f. Ut vitium virtus operiret, gratia culpam. — Sicut spina rosam. Gloria. Sicut spina rosam.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedi cite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes glo riam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribi lis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimo nia, et magnificentia in sancti ficatione ejus.

Afferte Domino patriæ gen tium, X afferte Domino glo riam, et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus: * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gen tibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur : * ju dicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet ter ra, ? commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit:* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate : * et populos in veri tate sua.

Ana. Veni in hortum meum soror mea sponsa: messui myr rham meam cum aromatibus meis.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra: * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus :* justitia, et judicium cor rectio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu ini micos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Do mini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justi tiam ejus, * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: * et qui glo riantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissi mus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ san ctificationis ejus.

Ana. Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salu tare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini ter ræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate,et exsultate,et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : X moveatur mare et plenitudo ejus : * orbis terra rum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? si mul montes exsultabunt a con spectu Domini :* quoniam ve nit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æqui tate.

Ana. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filiæ Jerusalem.

Speciosa facta es et suavis. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. I*. Amen.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de tur ba dixit illi : Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Lib. 4. Cap. 49. in Lue. II.

MAGNÆ devotionis et fidei hæc mulier ostenditur, quæ, Scribis et Pharisæis Do minum tentantibus simul et blasphemantibus, tanta ejus Incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fi ducia confitetur, ut et præs entium procerum calumniam, et futurorum confundat hære ticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judæi, sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialemque Patri De» Filium negabant : sic hæretici postea, negando Mariam sem per Virginem, sancti Spirito onerante virtute, nascituro cum humanis membris Unigenito Dei carnis suæ materiam mi nistrasse, verum tialemque Matri Filium homi nis fateri non debere dixerunt.

R vij. Regali ex progenie Maria exorta refulget : * Cu jus precibus nos adjuvari men te et spiritu devotissime posci mus. f. Corde et animo Chri sto canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. — Cujus precibus.

Benedictio. In omni tribula tione et angustia subveniat no bis pia Virgo Maria. ^z. Amen.

Lectio viij.

SED si caro Verbi Dei secun dum carnem nascentis a carne Virginis Matris pronun tiatur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, et ubera, quæ lactassent, beatifi cantur. Dicit enim Apostolus : Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant : Natum ex muliere, factum sub lege, sed Factum ex muliere : quia con ceptus ex utero virginali, car nem non de nihilo, non aliun de, sed materna traxit ex car ne. Alioquin nec vere Filius hominis diceretur, qui origi nem non haberet ex homine.

Kz. viij. Corde et animo Chri sto canamus gloriam, * In hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Jf- C um jucunditate solemnitatem san ctæ Mariæ celebremus. — In hac sacra solemnitate.

Benedictio. Ad societatem ci vium supernorum perducat nos Regina angelorum. Amen,



Lectio ix.

ET nos igitur his contra Eu tychen dictis, extollamus vocem cum Ecclesia catholica, cujus hæc mulier typum ges sit : extollamus et mentem de medio turbarum, dicamusque Salvatori : Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxi sti. Vere enim beata parens, quæ, sicut quidam ait, enixa est puerpera Regem, qui cæ lum terramque regit per sæ cula.

ix. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude di gnissima, * Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus no ster. f. Ora pro populo, inter veni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicum que celebrant tuam solemnita tem. Quia ex te ortus est. Gloria Patri. Christus Deus noster.

Ante Laudes f. Ora pro no bis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

j Solemnitas gloriosæ Vir ginis Mariæ ex semine Abra sæ ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris,

^Solemnitas est hodie san ctæ Mariæ Virgini* cujus vi ta inclyta cunctas illustrat Ec clesias.

Regali ex progenie Maria exorta refulget : cujus preci bus nos adjuvari mente et spi ritu devotissime poscimus.

Corde et animo Christo ca namus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitri cis Dei Mariæ.

5.Cum jucunditate solemnita tem sanctæ Mariæ celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

,, Capitulum. Eccli 24.

EGO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flo res mei fructus honoris et ho nestatis» I^L Deo gratias.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina, Excelsa supra sidera :
Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Ana. Solem nitatem hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ solemniter celebremus,qua cel situdo throni processit, allecia.

Oratio.

SUPPLICATIONEM servorum tuorum Deus miserator exaudi : ut qui in solemnitate Dei Genitricis et Virginis con gregamur, ejus intercessioni bus a te de instantibus pericu lis eruamur. Per eumdem.

AD PRIMAM.

Jesu Christe, f. Qui natus es de Virgine Maria.

T Infra Septuagesimam non dicitur Alleluia, in Responso riis Horarum.

AD TERTIAM.

Capitulum. Ego quasi vitis., ut in Laudibus.

Sancta Dei Genitrix, Vir go semper Maria, * Alleluia, alleluia. Sancta Dei Genitrix', y. Intercede pro nobis ad Do minum Deum nostrum. Alle luia. Gloria. Sancta Dei Geni trix.

J'. Post partum Virgo invio lata permansisti. Dei Geni trix intercede pro nobis.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 24.

TRANSITE ad me omnes qui concupiscitis me, et a ge nerationibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum.

1$. Post partum Virgo invio lata permansisti, * Alleluia, alleluja. Post partum Virgo. T- Dei Genitrix intercede pro nobis. Alleluia. Gloria. Post partum Virgo.

T. Speciosa facta es, et sua vis. ty. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 24.

Qui audit me, non confundetur : et qui operantur in me, non peccabunt. Qui eluci dant me, vitam æternam ha bebunt.



R? Speciosa facta es, et sua vis * Alleluia, allecia. Spe ciosa. f. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix. Alleluia. Gloria. Speciosa.

f Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Solem nitas gloriosæ Virginis Ma riæ ex semine Abrahæ ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. Psalmus Dixit Domi nus. cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Ego quasi vitis., Hymnus Ave maris stella., et f. Ora pro nobis., ut in j. Ve speris.

Ad Magnificat Ana. Solem nitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo : ex te enim ortus est Sol justitiæ Christus Deus no ster : qui solvens maledictio nem dedit benedictionem, et confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

# IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

TOTUM DUPLEX.

NOTANDUM quod primo in Dedicationis Ecclesiæ Officium inchoatur in Missa. In Hora vero quæ sequitur Missam, et deinceps in omni bus Horis usque ad Completo rium sequentis diei inclusive, fiat Officium Totum Duplex; et dicatur Oratio Deus qui invi sibiliter., ut infra, ad omnes Horas, præterquam ad Com pletorium et Primam.

In Vesperis diei quo Ecclesia dedicata est cantetur Respon sorium, et die sequenti in Ma tutinis fiant novem Lectiones, vel tres Tempore Paschali. Octava vero, si celebranda fue rit, celebrabitur revoluta Heb domada, eo die quo Dedicatio facta fuerit, ad instar Octava rum Simplicium, et dicetur Oratio Deus, qui invisibiliter. quotidie per Octavam, quando de ipsa agendum fuerit.

Oratio.

DEUS, qui invisibiliter omnia contines, et tamen pro sa lute generis humani signa tuæ potentiæ visibiliter ostendis; templum hoc potentia tuæ in habitationis illustra : et con cede ut omnes qui huc depre caturi conveniunt, ex quacum que tribulatione ad te clama verint, consolationis tuæ bene ficia consequantur. Per.

Cetera, sive in die sive per Octavam fiant ut in Anniver sario Dedicationis, et per ejus dem Octavam, pag. 12* et se quentibus notatum est.

# IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

TOTUM DUPLEX.

SECUNDO anno, et deinceps singulis annis in Anniversa j rio Dedicationis, fiat Officium sicut in Toto Duplici, et Octava celebretur ad instar Octavarum Simplicium, præterquam in Adventu et deinceps usque ad Octavam Epiphaniae; et in Se ptuagesima et deinceps usque ad Octavam Paschæ; et in diebus Rogationum et dein ceps usque ad Octavam Cor poris Christi. Quando autem Octava non fit, infra Octavam Memoria non fiat de Dedica tione. Fratres de conventu, in quo hujusmodi festum celebra tur, tam intus quam extra fa ciant Officium de Dedicatione.
T De Dedicatione vero Matri cis Ecclesiæ fiat ut habetur in Rubricis generalibus § xxviij. numero 3.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sanctifi cavit Dominus tabernaculum suum : hæc est domus Domini, in qua invocetur nomen ejus, de quo scriptum est : Erit no men meum ibi, dicit Dominus. T. P. Alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Apoc. 21.
T TIDI civitatem sanctam Je V rusalem novam descenden tem de cælo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.
ITerribilis est locus iste. Non est hic aliud nisi domus Dei et porta cæli : * Vere ete nim Dominus est in loco isto Et ego nesciebam. T. P. Alle' luia. f. Cumque evigilasset Jacob quasi de gravi somno, ait. — Vere etenim. Gloria. Et ego nesciebam. T. P. Alleluia.

Hymnus.

URBS Jerusalem beata,
Dicta pacis visio,
Quæ construitur in cælis
Vivis ex lapidibus,
Et angelis coronata
Ut sponsata comite :

NOVA veniens e cælo,
Nuptiali thalamo
Præparata, ut sponsata
Copuletur Domino :
Plateæ et muri ejus
Ex auro purissimo :

PORTÆ nitent margaritis,
Adytis patentibus :
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Christi nomen
Hic in mundo premitur.

TUNSIONIBUS, pressuris
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manus Artificis :
Disponuntur permansuri
Sacris ædificiis.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

T. Domum tuam Domine de cet sanctitudo. T. P. Alleluia. 1$. In longitudinem dierum. T. P. Alleluia.

Ad Magnificat Ana. O quam metuendus est locus iste ! Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cæli. T. P. Alleluia.

Oratio.

TIBIIS, qui nobis per singu la los annos hujus sancti templi tui consecrationis repa ras diem, et sacris semper my steriis repræsentas incolumes; exaudi preces populi tui : et præsta ut quisquis hoc tem plum beneficia petiturus ingre ditur cuncta se impetrasse læ tetur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultemus Do mino Regi summo, * Qui suum sanctificavit tabernaculum. T. P. Alleluia.

Hymnus Urbs Jerusalem., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitu do ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria funda viteum :* et super flumina præparavit eum.
Quis ascendet in montem Do mini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?
Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in va no animam suam, * nec jura vit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.
Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.
Attollite portas principes ve stras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.
Attollite portas principes ve stras, X et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.
Ana. Tollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales. T. P. Alleluia.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribu lationibus, quæ invenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transferentur montes in oci ni aris.
Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.
Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.
Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.
Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.
Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus lacob.
Venite, et videte opera Do mini, ? quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.
Arcum conteret, et confringet arma : * et scuta comburet igni.
^Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabo! in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

I Ana. Vidit Jacob scalam, summitas ejus cælos tangebat, et descendentes Angelos, et dixit : Vere locus iste sanctus est. T. P. Alleluia.

Psalmus 47.

MAGNUS Dominus, et laudabilis nimis in civitate Dei nostri,in monte sancto ejus.

Fundatur exsultatione universæ terræ mons Sion, * latera aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in domibus ejus cognoscetur, * cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt : * convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt :* tremor apprehendit eos.

Ibi dolores ut parturientis, * in spiritu vehementi conteres naves Tharsis.

Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, ? in civitate Dei nostri : * Deus fundavit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam, * in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines teri-æ : * justitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, et exsultent filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine.

Circumdate Sion, et complectimini eam : * narrate in turribus ejus.

Ponite corda vestra in virtute ejus : * et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera. y

Quoniam hic est Deus Dem noster in æternum, etin'sæCulum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.

Ana. Cum evigilasset Jacob de somno, ait : Vere locus iste sanctus est. T. P. Alleluia

y. Domum tuam Domine decet sanctitudo. T. P. Alleluia

In longitudinem diarum T. P. Alleluia.

De libro secundo Paralipomenon.

I Lectio J Cap. 7.

CUM complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cælo, et devoravit holocausta et victimas : et majestas Domini implevit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quod implesset majestas Domini templum Domini. Sedet omnes filii Israel videbant descendentem ignem, et gloriam Domini super domum : et corruentes proni in terram super I pavimentum stratum lapide, adoraverunt, et laudaverunt Dominum : Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Rex autem, et omnis populus immolabant victimas coram Domino.

j. In dedicatione templi decantabat populus laudem : * Et in ore eorum dulcis resonabat sonus. T. P. Alleluia, y. Obtulerunt sacrificium super altare Domini : et ceciderunt in facies suas, et adoraverunt eum. — Et in ore eorum.

Lectio ij.

MACTAVIT igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia : et dedicavit domum Dei rex, et universus populus. Sacerdotes autem stabant in officiis suis : et Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum : Quoniam in æternum misericordia ejus, hymnos David canentes per manus suas. Porro sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat.

R.' ij. Fundata est domus Domini super verticem montium, et exaltata est super omnes colles:et venientad eam omnes gentes, * Et dicent : Gloria tibi Domine. T. P. Alleluia. f. Venientes autem venient cum exsultatione, portantes manipulos suos. — Et dicent.

Lectio iij.

SANCTIFICAVIT quoque Salomon medium atrii ante templum Domini : obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacificorum : quia altare aeneum, quod fecerat, non poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipes. Fecit ergo Salomon solemnitatem in tempore illo septem diebus, et omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath usque ad Torrentem Ægypti. Fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem,

fy iij. Mane surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper : votum vovit Domino : * Vere locus iste sanctus est, Et ego nesciebam. T. P. Alleluia, alleluja. f. Vidit Jacob scalam, summitas ejus cælos tangebat, et descendentes Angelos, et ait. — Vere locus. Gloria. Et ego nesciebam. T. P. Alleluia, alleluja.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 83.

QUAM dilecta tabernacula tua Domine virtutum : * concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, et caro mea * exsultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum : * rex meus, et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine : * in sæcula sæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te : * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrimarum in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ? ibunt de virtute in virtutem : * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam : * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus : * et respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in atriis tuis, * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei : * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Ouia misericordiam, et veritatem diligit Deus : * gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia : *

Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Ana. Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cæli. T. P. Alleluia.

Psalmus 84.

BENEDIXISTI Domine terram tuam : * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ :* operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam:* avertisti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster : * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis?*aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos : * et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam : * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : * quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * et in eos qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius : * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, et veritas obviaverunt sibi : * justitia, et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est : * et justitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : * et ponet in via gressus suos.

· ^ Aa "i^J*I aC0b ^deni in titulum, fundens oleum tesuper. T. P. Alleluia.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in m6n r tibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus et populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, X et homo natus est in ea:* et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum, et principum :* horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Erit mihi Dominus in Deum, et lapis iste vocabitur Domus Dei. T. P. Alleluia.

f. Hæc est domus Domini firmiter ædificata. T. P. Alleluia. ^z. Bene fundata est supra firmam petram. T. P. Alleluia.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Serm. 252. de Temp.)
Lectio iv.

QUOTIESCUMQUE, fratres carissimi, altaris vel templi festivitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, et sancte ac juste vivimus, quidquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali ædificatione completur. Non enim mentitus est ille, qui dixit : Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Et



iterum : Nescitis, quia corpora 'estra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est? Et ideo, fratres carissimi, quia nullis præcedentibus meritis, sed per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei, quantum possumus, cum ipsius adjutorio laboremus, ne Dominus noster in templo suo, hoc est in nobis ipsis, inveniat quod oculos suæ majestatis offendat.

iv. Benedic Domine domum istam, quam ædificavi nomini tuo : venientium in locum istum * Exaudi preces in excelso solio gloriæ tuæ. T. P. Alleluia. J. Domine, si conversus fuerit populus tuus, et oraverit ad sanctuarium tuum. — Exaudi preces.

Lectio v.

ET ideo, fratres carissimi,! unusquisque consideret conscientiam suam : et quando se aliquo peccato vulneratum esse cognoverit, prius orationibus, jejuniis, et eleemosynis studeat mundare conscientiam suam, et sic Eucharistiam præsumat accipere. Qui enim, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari Ecclesiæ pro emendatione vitæ removere voluerit, ab æterno illo et cælesti convivio excommunicari penitus non timebit.

I?, v. O quam metuendus est locus iste! Vere * Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cæli. T. P. Alleluia, f. Mane surgens Jacob votum vovit Domino, et dixit. — Non est.

Lectio vj.

SI ad mensam cujuscumque potentis nemo præsumit cum vestibus inquinatis accedere, quanto magis a convivio æterni Regis, id est ab altari Domini, debet se unusquisque invidiæ vel odii veneno percussus, iracundiæ furore repletus, cum reverentia et humilitate subtrahere? Propter illud, quod scriptum est: Vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum. Et iterum : Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?

vj. Orantibus in loco isto, dimitte Domine peccata populi tui : et ostende eis viam bonam, per quam ambulent : * Et da gloriam nomini tuo. T. P. Alleluia, f. Domine exaudi orationem meam : et clamor meus ad te veniat. — Et da gloriam. Gloria. Et da gloriam. T. P. Alleluia.

IN HI. NOCTURNO.
Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Altissimi, * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino : Susceptor ibus es tu, et refugium meum : * Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de" laqueo venantium, * et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi : * et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus : * non timebis a timore nocturno,

A sagitta volante in die, * a negotio perambulante in tenebris, * ab incursu, et dæmonio meridiano.

Cadent a latere tuo nulle, ? et decem millia a dextris tuis : *

ad te autem non appropinquabit

Verumtamen oculis tuis considerabis : * et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea : * Altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum : * et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te : * ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis : * et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum : * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum : ? cum ipso sum in tribulatione : * eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum : * et ostendam illi salutare meum.

Ana. Qui habitat in adjutorio Altissimi,in protectioneDei cæli commorabitur. T. P. Alleluia.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gendum, * afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur ^judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, * commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

I Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Domum istam protege I Domine : et Angeli tui custodiant muros ejus. T. P. Alleluia.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi



terræ : * vidit, et commota est

^Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui Gloriantur in simulacris suis.

^Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Fundata est domus Domini super verticem montium : et exaltata est super omnes colles. T. P. Alleluia.

f. Beati, qui habitant in domo tua Domine. T. P. Alleluia, ty. In sæcula sæculorum laudabunt te. T. P. Alleluia.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 19.

TN illo tempore : Ingressus I Jesus perambulabat Jencho. Et ecce vir nomine Zachæus : et hic princeps erat publicanorum, et ipse dives. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.
(Lib. 8. in Lucam.)

ZACHÆUS, statura pusillus, hoc est, nulla nobilitatis ingenitæ dignitate sublimis, exiguus meritis, sicut populus Nationum, audito Domini Salvatoris adventu, quem sui non receperant, videre cupiebat. Sed nemo facile Jesum videt : nemo potest Jesum videre constitutus in terra. Et quia non Prophetas,non Legem habebat, tamquam formæ gratiam naturalis, ascendit in sycomorum, vanitatem scilicet Judæorum vestigio suo proterens, errata quoque corrigens superioris ætatis : et ideo Jesum in interioris domus recepit hospitio.

E}. vij. Lapides pretiosi omnes muri tui : * Et turres Jerusalem gemmis ædificabuntur. T. P. Alleluia, f. Hæc est domus Domini firmiter ædificata : bene fundata est supra firmam petram. — Et turres Jerusalem.

Lectio viij.

ET bene ascendit in arborem, ut arbor bona fructus bonos faceret : ac naturali excisus oleastro, et contra naturam insertus in bonam olivam, fructum posset Legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles: quorum infructuosam gloriam plebs Gentium fide resurrectionis, quasi quadam corporis elevatione transcendit.

R7 viijDomus meaDomus orationis vocabitur,dicit Dominus: * In ea omnis, qui petit, accipit : et qui quærit, invenit: et pulsanti aperietur. I. P- Alle

luia. )T. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudi nem dierum. — In ea omnis qui petit, accipit: et qui quærit, invenit.

Lectio ix.

ET ecce vir nomine Zachæus. Zachæus in sycomoro, cæ cus in via : quorum alterum Dominus miseratursus exspe ctat, alterum mansionis suæ claritate nobilitat; alterum sa naturus interrogat, apud al terum se non invitatus invitat Sciebat enim uberem hospitii sui esse mercedem. Sed tamen, etsi nondum vocem invitantis audierat, jam viderat affectum.

Rz. ix. Terribilis est locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta cæli : * Vere etenim Dominus est in loco isto, Et ego nesciebam. T. P. Alleluia, f . Cumque evigilas set Jacob quasi de gravi som no, ait. — Vere. Gloria. Et ego nesciebam. T. P. Alleluia.

Ante Laudes f. Domine dile xi decorem domus tuæ. T. P. Al leluia. Et locum habitatio nis gloriæ tuæ. T. P. Alleluia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Domum tuam Domine de cet sanctitudo in longitudinem dierum. T. P. Alleluia. Psal mus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Hæc est domus Domini firmiter ædificata : bene fun data est supra firmam petram T. P. Alleluia.

3. Domus mea Domus oratio nis vocabitur. T. P. Alleluia.

4; Bene fundata est domus Domini supra firmam petram. T. P. Alleluia.

5. Lapides pretiosi omnes muri tui : et turres Jerusalem gemmis ædificabuntur T P Alleluia.

Capitulum. Apoc. 21.

VIDI civitatem sanctam Je rusalem novam descen dentem cie cælo a Deo, para tam, sicut sponsam ornatam viro suo.

Hymnus.

ANGULARIS fundamentum Lapis Christus missus est Qui parietum compage
In utroque nectitur :
Quem Sion sancta suscepit,
In quo credens permanet.

OMNIS illa Deo sacra
Et dilecta civitas,
Plena modulis in laude
Et canoro jubilo,
Trinum Deum utcumque
Cum fervore prædicat.

Hoc in templo summe Deus
Exoratus adveni,
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe :
Largam benedictionem
Hic infunde jugiter.

Hic promereantur omnes
Petita acquirere
Et adepta possidere
Cum sanctis perenniter,
Paradisum introire
Translati in requiem.

GLORIA et honor Deo
Usquequaque altissimo,
Una Patri Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est et potestas
Per æterna sæcula. Amen.

y. Domus mea. T. P. Alle luia. Domus orationis vo cabitur. T. P. Alleluia.

Ad Benedictus Ana. Mane surgens Jacob erigebat lapi dem in titulum, fundens oleum



: votum vovit Domi- i 0 - Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam. T. P. Alleluia.

AD TERTIAM.

Capitulum Vidi civitatem., ut in Laudibus.

R? Domum tuam Domine decet sanctitudo, * Alleluia, allecia. Domum. J. In longi tudinem dierum. Alleluia. Glo ria. Domum.

f. Hæc est domus Domini firmiter ædificata. T. P. Alle luia. fy Bene fundata est su pra firmam petram. T. P. Al leluia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Apoc. 21.

ECCE tabernaculum Dei cum I hominibus, ethabitabitcum eis. Et ipsi populus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eo rum Deus.

Hæc est domus Domini firmiter ædificata, * Alleluia, allecia. Hæc est. y.Bene fun data est supra firmam petram. Alleluia. Gloria. Hæc est.

f. Beati qui habitant in do mo tua Domine. T. P. Alle luia. R. In sæcula sæculorum laudabunt te. T. P. Alleluia.

AD NONAM.

Capitulum. i- Cor. 3.

FUNDAMENTUM aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

K}. Beati qui habitant in do mo tua Domine, * Alleluia, al lecia. Beati. J. In sæcula sæculorum laudabunt te. Alle luia. Gloria. Beati.

T. Domus mea. T. P. Alle luia. Domus orationis vo cabitur. T. P. Alleluia.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod locu tus sum : * ego autem hu miliatus sum nimis.

I Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,* pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam : * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus I tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domini, in me dio tui Jerusalem.

Psalmus 121.

LÆTATUS sum in his, quæ dicta sunt mihi : * In do mum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas : * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini : * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : * et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in virtute tua : * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et pro ximos meos, * loquebar pacem dete:

Propter domum Domini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Psalmus 126.

NISI Dominus ædificaverit domum, * in vanum labo raverunt qui ædificant eam.

I Nisi Dominus custodierit civi tatem, * frustra vigilat qui cu stodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : * surgite postquam sederitis, qui manducatis pa nem doloris.

Cum dederit dilectis suis som num : * ecce hereditas Domini filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poten tis : * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desi derium suum ex ipsis : * non confundetur cum loquetur ini micis suis in porta.

Psalmus 146.

LAUDATE Dominum quoniam bonus est psalmus : * Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio.

Ædificans Jerusalem Domi nus : * dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde : * et alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum : * et omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, et i magna virtus ejus : * et sa pientiæ ejus non est numerus.

Suscipiens mansuetos Domi nus : * humilians autem pec catores usque ad terram.

Præcinite Domino in confes sione : * psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cælum nubibus • * et parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fe num : * et herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipso rum : * et pullis corvorum in vocantibus eum.

Non in fortitudine equi vo luntatem habebit : * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei

Beneplacitum est Domino su per timentes eum : * et in eis qui sperant super misericordia ejus.

Psalmus 147.

LAUDA jerusalem Dominum:* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ : * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam :* I nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem fri goris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni natio ni : * et judicia sua non mani festavit eis.

Ana. Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudi nem dierum. T. P. Alleluia.

Capitulum, Hymnus et f. ut in j. Vesperis.

Ad Magnificat Ana. Zachæe festinans descende : quia hodie



in domo tua oportet me ma nere At ille festinans descen dit et suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui salus a Deo facta est. X. P. Alleluia, allecia.

PER OCTAVAM.

Invitatorium ut in Festo.

Ad Benedictus, vel ad Me moriam in Laudibus Ana. Ma ne surgens Jacob erigebat la pidem in titulum fundens oleum desuper : votum vovit Domi no : Vere locus iste sanctus est, et ego nesciebam. T. P. Alleluia.

y. Domus mea. T. P. Alle luia. 3Z. Domus orationis vo cabitur. T. P. Alleluia.

Ad Magnificat, vel ad Memo riam in Vesperis Ana. Zachæe festinans descende., ut supra.

f. Domum tuam Domine de cet sanctitudo. T. P. Alleluia.

In longitudinem dierum. T. P. Alleluia.

Cetera fiant secundum mo dum Octavæ Simplicis. Lectio nes vero hic subjunctæ dican tur singulis diebus per Octa vam post Lectiones de Scri ptura, quæ de Feria currente assumentur.

PRIMA DIE

INFRA OCTAVAM.

Sermo sancti Augustini

Episcopi.

(Serni. 256. de Tempore.)

Lectio iij.

CELEBRITAS huius congre gationis, dedicatio est do mus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista, domus autem Dei nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc sæculo ædificamur, ut in fine sæculi dedicemur. Ædificatio habet laborem, dedicatio ex sultationem. Quod hic fiebat, quando ista surgebant, hoc fit modo, cum congregantur cre dentes in Christum. Credendo enim, quasi de silvis et monti bus ligna et lapides præcidun tur : cum vero catechizantur, baptizantur, formantur, tam quam inter manus fabrorum et opificum dolantur, collinean tur, complanantur. Verumta men domum Dei non faciunt, nisi quando caritate compagi nantur.

SECUNDA DIE.

Ex Sermone sancti Augustini

Episcopi.

(Serni. 252. de Tempore.)

Lectio iij.

CONSECRATIONEM altaris hodie celebramus, in quo nobis divina sacrificia conse crantur. Sed quando festivita tes istas colimus, fratres caris simi, diligenter debemus at tendere, et totis viribus labo rare : ut quod in templis vel altaribus visibiliter colitur, in nobis ^visibiliter compleatur. Quia quamvis sancta sint tem pla, quæ videmus de lignis et lapidibus fabricari; tamen plus apud Deum pretiosa sunt tem pla cordis et corporis nostri : quia illa fiunt ab homine car nali, ista ab Artifice mundi.

TERTIA DIE.

Sermo sancti Augustini

Episcopi.

(Serni. 253. de Tempore.)

Lectio iij.

nECTE festa Ecclesiæ colunt, 1\ qui se Ecclesiæ filios esse cognoscunt. Hæc enim omnium credentium mater est, quæ natos ad mortem regenerat

ad salutem. Hæc est post Synagogam quidem vocata, sed ante Synagogam promissa. Hæc enim jam in primo homine præfigurata est. Nam sicut ex Adæ latere fabricata est Heva, ita ex corpore Christi et vulnere redempta crevit Ecclesia.

QUARTA DIE.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Serm. 76. in Ps. Qui habitat.)

Lectio iij.

TESTANTUR sacræ litteræ, olim positum in Paradiso primum Adam, ut operaretur ; et custodiret illum. Sic secundus Adam in ecclesia sanctorum, in congregatione suorum, in horto deliciarum, (siquidem deliciæ suæ esse cum filiis hominum) ita, inquam, et ipse Dominus est in loco isto, ut operetur atque custodiat. Porro Angelos ascendentes et descendentes esse in loco isto, patriarchalis ipsa visio manifestat. Ascendentes, ut videant faciem Patris; descendentes, ut provideant nobis.

QUINTA DIE.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

(Serni. 4. in Dedic. Ecclesiæ.)

Lectio iij.

Quis Ecclesiæ parietes sanctos dicere vereatur, quos manus sacratæ Pontificum tantis sanctificavere mysteriis? Ex tunc quoque, et deinceps, sanctarum inibi lectionum resultare frequentia, sanctarum orationum devota murmurare susurria, sanctarum reliquiarum honorari beata præsentia, sanctorum spirituum indefessa noscitur custodia vigilare.

SEXTA DIE.

Sermo S. Bernardi Abbatis

(Serni. i. de ead. festiv.) '

Lectio iij.

FESTIVITAS hodierna, fratres tanto nobis debet esse devotior, quanto familiarior est Nam ceteras quidem Sanctorum solemnitates cum aliis Ecclesiis habemus communes: hæc vero nobis sic propria est, ut necesse sit vel a nobis eam,' vel a nemine celebrari. Nostra est, quia de Ecclesia nostra : magis autem nostra, quia de nobis ipsis,

IN OCTAVA DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SIMPLEX.

Quæ hic notata non sunt fiant ut in Festo, servato modo Octavæ diei Simplicis.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Feria currente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

(Serm. 2. de festiv. Dedic.)

Lectio iv.

OLIM rex gloriosus, et propheta Domini David sanctus, religiosa quadam cœpit cogitatione moveri : indignum judicans, quod nullam adhuc Dominus Sabaoth domum haberet in terris : ipse vero domum inhabitaret regiæ dignitatis. Hoc ipsum, fratres, nos quoque decet cogitare fideliter, et viriliter effectui mancipare. Nam quod, licet Deo placuerit cogitatio illa Prophetæ, opus tamen reservatum est Salomoni, alia ratio est.



Lectio v.

JAM vero, o anima, tu quidem sublimi in domo habitas quæ a Deo tibi fabricata est' corpus hoc, dico, quod sic compegit, quod sic aptavit, riuod sic ornavit et ordinavit, ut gloriose in eo, et delectabiliter inhabitarem Sed et corpori domum fecit excelsam, aptissimam, et decoram. Dico autem sensibilem hunc, et inhabitabilem mundum. Nonne ergo indignum reputas, ut tibi ipse fecerit domum, tu vero ei templum ædificare dissimules?

Lectio vj.

SED ubi invenitur hujus ædificii locus? Tribularer vel j de, et anxiaretur super me spiritus meus, nisi quod audio eum de quodam dicentem : Quia ego, et Pater ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Itaque jam scio ubi præparanda sit domus ei; quoniam non capit eum, nisi imago sua.

IN III. NOCTURNO.

Homilia ut in die, vel Homilia Dominicæ, si nondum lecta fuerit.

T Si festum Dedicationis Ecclesiæ, vel Anniversarium ejusdem contingat celebrari infra Tempus Paschale, sic fiet Officium. In primis Vesperis omnia fiant, prout in die. Ad Matutinum Invitatorium,Hymnus ut supra, et tres Psalmi cum totidem Antiphonis, Versiculo et tribus Responsoriis secundum Feriam et ordinem Nocturnorum; dimissaque Homilia legentur tres Lectiones de suprapositis : videlicet pro prima legatur illa quæ est prima de Scriptura; pro secunda et tertia assumantur quarta et quinta, quæ sunt de Sermone. Post Gloria Patri, tertii Responsorii immediate repetatur Alleluia.

Laudes, Horæ et secundæ Vesperæ dicantur sicut notatur supra. Omnes vero Antiphonæ, Versiculi et Responsoria terminentur cum Alleluia.

T Idem servetur Tempore Paschali per totam Octavam, nisi quod in diebus infra Octavam in Nocturno una sola dicatur Antiphona super Psalmos, quæ erit ex iis quæ in Nocturnis Festi notantur incipiendo a prima. Lectiones vero in iis diebus erunt duæ de Feria currente, et tertia de Sermone pro illis supra posita.

I In Octava autem die, Lectiones erunt duæ de Scriptura, quæ sunt secunda et tertia positæ pro Festo; et pro tertia assumatur de Sermone, quæ est sexta in ordine, cum titulo : Sermo sancti Augustini Episcopi.

# COMMUNE SANCTORUM

EXTRA TEMPUS PASCHALE.

## COMMUNE UNIUS VEL PLURIUM APOSTOLORUM.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente : et accipietis regnum æternum, alleluia. (Infra Septuagesimam non di citur alleluia.,sed dicit Domi nus.) Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Ephes. 2.

JAM non estis hospites, et ad venæ : sed estis cives san ctorum, et domestici Dei : su perædificati super fundamen tum Apostolorum, et Prophe tarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

I^Z. Vos estis lux mundi, dicit Dominus, * Qui in patientia vestra Possidebitis animas ve stras. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo.— Qui in patientia vestra. Gloria. Possidebitis animas ve stras.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus,
Resultet terra gaudiis :
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

Qui cælum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

QUORUM præcepto subditur
Salus, et languor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. Beati eritis, cum vos oderint homi nes, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et ejecerint nomen vestrum tamquam ma lum propter Filium hominis: gaudete, et exsultate : ecce enim merces vestra multa est in cælo. Canticum Magnificat anima mea., pag. 146.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Gaudete et ex sultate, * Quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Psalmus 94.

VENITE, exsultemus Domi no : jubilemus Deo salu tari nostro : præoccupemus fa dem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei

Gaudete et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in r felis

v Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus su- per omnes deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudi nes montium ipse conspicit.

Quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

f Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus : ve nite adoremus, et procidamus ante Deum : ploremus coram Domino qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem populus ejus et oves pascuæ ejus.

Gaudete et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in edulis

f Hodie si vocem ejus au dieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, et viderunt opera mea.

Quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

f. Quadraginta annis proxi nJus^-^i^ h.fic et I dixi: Semper hi errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas : quibus juravi in ira 'i mea : Si introibunt in requiem meam.

Gaudete et exsultate, quia no mina vestrascriptasuntincælis.

f. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in

Quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Postea repetatur totum Invi tatorium :

Gaudete et exsultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Hymnus Exsultet cælum lau dibus., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas : * testimo nium Domini fidele, sapien re^, læti

. Justitiæ: ijomi ^ præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. #.

Timor Domini sanctus per manens in sæculum sæculi : judicia Domini vera, justifi cata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et pretiosum multum :

' SflW super mel etfavun,

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum.

Psalmus 33.

BENEDICAM Dominum in omni tempore : * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea : * audiant mansueti, et lætentur.

Magnificate Dominum me cum : * et exaltemus nomen ejus in idipsum.

Exquisivi Dominum, et exau divit me : * et ex omnibus tri bulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, et illumi namini : * et facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Do minus exaudivit eum : * et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum : * et eripiet eos.

Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus : * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes san cti ejus : * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurie runt : * inquirentes autem Do minum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me : * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vi tam : * diligit dies videre bo nos?

Prohibe linguam tuam a malo : * et labia tua ne loquan tur dolum.

Diverte a malo, et fac bo num : * inquire pacem, et per sequere eam.

Oculi Domini super justos : * et aures ejus in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala : * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, et Domi nus exaudivit eos : * et ex om nibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde : * et hu miles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justo rum : * et de omnibus his libe rabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum : * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessimant qui oderunt justum delinquent.

Redimet Dominus animas servorum suorum : * et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ana. Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum ver bum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.



Speciosus forma præ filiis hominum, * diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea be nedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere pro cede, et regna,

propter veritatem et man suetudinem, et justitiam : * et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, * populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus dele ctaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circum data varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferen tur tibi.

Afferentur in lætitia et exsul tatione : * adducentur in tem plum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos prin cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene rationem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Constitues eos principes super omnem terram : memo res erunt nominis tui, Domine,

y. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

T Lectiones pro omnibus tri bus Nocturnis petantur ex pro j prio festo uniuscujusque Apo stoli.

K j. Ecce ego mitto vos sicut oves' in medio luporum, dicit Dominus : * Estote ergo pru dentes sicut serpentes, et sim plices sicut columbæ, f. Tra dent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. — Estote ergo.

R ii Tollite jugum meum super vos, dicit Dominus, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde : * Jugum I enim meum suave est, et onus meum leve. f. Et invenietis requiem animabus vestris. — Tusum enim meum.

R ili. Dum steteritis ante re ses et præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: * Dabitur enim, vobis in illa I hora, quid loquamini.^. Non enim vos estis qui loqumnm sed Spiritus Paliis vesta qui loquitur in vobis. — Dabitur Gloria. Dabitur.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 46.

OMNES gentes plaudite manibus : * jubilate Deo in voce exsultationis.

Quoniam Dominus excelsus, terribilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjecit populos nobis : * et gentes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatem suam : * speciem Jacob, quam dilexit.

Ascendit Deus in jubilo : * et Dominus in voce tubæ.

Psallite Deo nostro, psallite : * psallite Regi nostro, psallite.

Quoniam Rex omnis terræ Deus : * psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: * I quoniam dii fortes terræ, vehementer elevati sunt.

Ana. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.

Psalmus 60.

EXAUDI Deus deprecationem meam : * intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamavi : * dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea : * turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula : * protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam : * dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjicies : * annos e;jus usque in diem generationis et generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei : * misericordiam et veritatem ejus quis requiret?

Sic psalmum dicam nomini I tuo in sæculum sæculi : * ut reddam vota mea de die in diem.

Ana. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum, Domine.

Psalmus 63.

EXAUDI Deus orationem meam cum deprecor : * a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium:* a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas : ? intenderunt arcum rem amaram, * ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum, et non timebunt : * firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos : * dixerunt : Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates : * defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum :* et exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factæ sunt plagæ eorum : * et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos : * et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera



Dei : * et facta ejus intellexi- i

lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, * et laudabuntur omnes recti corde.

Ana. Annuntiaverunt opera Dei : et facta ejus intellexerunt.

f. Constitues eos principes super omnem terram. 1$. Memores erunt nominis tui Domine.

ty. iv. Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes, et Angelus Domini locutus est ad me dicens : * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. f. Vidi j Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna cia- ] mantem, et dicentem. — Isti sunt viri sancti,

ty. v. Isti sunt triumphatores, et amici Dei, qui contemnentes jussa principum, meruerunt præmia æterna : * Modo coronantur, et accipiunt palmam. f. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni. — Modo.

Ei?, vj. Vos estis lux mundi, dicit Dominus, * Qui in patientia vestra Possidebitis animas vestras. J. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis, et bibatis super mensam meam in regno meo. — Qui in patientia vestra. Gloria. Possidebitis animas vestras.

IN HI. NOCTURNO.

Psalmus 74.

CONFITEBIMUR tibi Deus : * confitebimur, et invocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua : * cum accepero tempus, ego justitias judicabo.

Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea : * ego confirmavi columnas ejus.

Dixi iniquis : Nolite inique agere : * et delinquentibus : Nolite exaltare cornu :

Nolite extollere in altum cornu vestrum : * nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus : * quoniam Deus judex est.

Hunc humiliat, et hunc exaltat : * quia calix in manu Domini vini meri plenus misto,

Et inclinavit ex hoc in hoc : verumtamen fæx ejus non est exinanita : * bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo in sæculum : * cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam : * et exaltabuntur cornua justi.

Ana. Peccatorum confringam cornua : et exaltabuntur cornua justi.

Psalmus 96.

D' OMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Lux orta est justo, et rectis corde lætitia.

Psalmus 98.

DOMINUS regnavit, irascantur populi : * qui sedet super Cherubim, moveatur terra.

Dominus in Sion magnus : * et excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno : X quoniam terribile, et sanctum est : * et honor regis judicium diligit.

Tu parasti directiones : * judicium et justitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate Dominum Deum nostrum, X et adorate scabellum pedum ejus : * quoniam sanctum est.

Moyses, et A aron in sacerdotibus ejus : * et Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus :

Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos : * in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia ejus* et præceptum quod dedit illis

Domine Deus noster tu exaudiebas eos : * Deus tu propitius fuisti eis, et ulciscens in omnes adinventiones eorum.

Exaltate Dominum Deum nostrum, X et adorate in monte sancto ejus : * quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Ana. Custodiebant testimonia ejus, et præcepta ejus, quæ dedit illis.

f. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. Nimis confortatus est principatus eorum.

vij. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam : * Quorum doctrina fulget Ecclesia, ut sole luna. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum. — Quorum doctrina.

viij. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, * Et quasi columbæ ad fenestras suas? y. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo. — Et quasi columbæ.

13?. ix. Gregem tuum Pastor æterne non deseras, sed per beatos Apostolos tuos * Perpetua defensione custodias. f. Protege Domine populum tuum, et Apostolorum tuorum patrocinio confidentem.—Perpetua. Gloria. Perpetua.

Canticum Te Deum., pag.16.

Ante Laudes J. Dedisti hereditatem. Timentibus nomen tuum Domine.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

I. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut di



l^xi VOS. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag.17.

z Majorem caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

o Vos amici mei estis, si teceritis quæ præcipio vobis, dicit Dominus.

4. Beati pacifici, beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt.

5. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Capitulum. Ephes. 2.

JAM non estis hospites, et advenæ : sed estis cives sanctorum, et domestici Dei : superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera,
Apostolorum gloriam,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

ECCLESIARUM principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

DEVOTA sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem.

IN his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exsultat in his Filius,
Cælum repletur gaudiis.

TE nunc Redemptor quæsumus
Ut ipsorum consortio
Jungas precantes servulos,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus Ana. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes, judicantes duodecim tribus Israel, dicit Dominus.? Canticum Benedictus Dominus., pag. 23.

AD TERTIAM.

Capitulum Jam non estis hospites., ut in Laudibus.

In omnem terram * Exivit sonus eorum. In omnem. f. Et in fines orbis terræ verba eorum. Exivit. Gloria. In omnem.

T de Communi Sanctorum ad Horas cum duplici Alleluia, dicantur in festis Totis Duplicibus et infra Octavas Solemnes extra Septuagesimam.

f. Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui Domine.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. 5.

FLR manus autem Apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.

Constitues eos principes * Super omnem terram. Constitues eos. f. Memores erunt nominis tui Domine. Super. Gloria. Constitues eos.

J Nimis honorati sunt amici tui Deus. 1$. Nimis confortatus est principatus eorum.

AD NONAM.

Capitulum. Act. 5.

IBANT Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

R. Nimis honorati sunt *Amici' tui Deus. Nimis honorati sunt. y. Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria. Nimis honorati sunt.

y Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* I scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im- ' plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.

Psalmus i J2.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens paupe rem :

Ut collocet eum cum princi j pibus, * cum principibus po puli sui.

I Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ fantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod lo cutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,*pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam :'* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus :* in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus ca ptivitatem Sion : * facti su mus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus læ tantes.

Converte Domine captivita tem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mit tentes semina sua.



Venientes autem venient cum exsultatione, * portantes ma nipulos suos.

Psalmus 138.

- J-V OMINE probasti me, et co ]J gnovisti me : * tu cogno visti sessionem meam, et resur rectionem meam :

Intellexisti cogitationes meas de longe : * semitam meam, et funiculum meum investiganti.

Et omnes vias meas prævidi sti : * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima, et antiqua :* tu formasti me, et posuisti su per me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me : * confortata est, et non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? * et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es : * si descendero in in fernum, ades.

Si sumpsero pennas meas di luculo, * et habitavero in ex tremis maris :

Etenim illuc manus tua dedu cet me : * et tenebit me dex tera tua.

Et dixi : Forsitan tenebræ conculcabunt me : * et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscura buntur a te, et nox sicut dies illuminabitur : * sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos : * suscepisti me de ute ro matris meæ.

Confitebor tibi quia terribili ter magnificatus es : * mirabi lia opera tua, et anima mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto : * et substantia mea in inferiori bus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, ? et in libro tuo om nes scribentur : * dies forma buntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus : * nimis | confortatus est principatus eo rum.

Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur : * exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccato res : * viri sanguinum decli nateame:

Quia dicitis in cogitatione : * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine oderam : * et super inimicos tuos tabescebam ?

Perfecto odio oderam illos : * et inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, et scito cor meum : * interroga me, et cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in meest:*etdeducmeinvia æterna.

Afia. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

Capitulum Jam non estis ho spites. et Hymnus . Exsultet cælum laudibus., utinj.Ve speris, pag.26*

f In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. In rege neratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos, judicantes duodecim tribus Israel, dicit Dominus.

COMMUNE

# UNIUS EVANGELISTÆ.

## AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente : et accipietis regnum æternum, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Eccli. 15.

Qui timet Deum, faciet bona : et qui continens est justitiæ, apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata.

Vos estis lux mundi, dicit Dominus, * Qui in patientia vestra Possidebitis animas vestras. y. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. — Qui in patientia vestra. Gloria. Possidebitis animas vestras.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus,
Resultet terra gaudiis :
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

Qui cælum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis,
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

QUORUM præcepto subditur
Salus et languor omnium,
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

f. In omnem terram exivit sonus eorum. Et in fines orbis terræ verba eorum.

Ad Magnificat Ana. Ecce ego Joannes vidi ostium apertum in cælo, et ecce sedes p6sita erat in eo, et in medio sedis, et in circuitu ejus quatuor animalia plena oculis ante et retro : et dabant gloriam, et honorem, et benedictionem sedenti super thronum, viventi in sæcula sæculorum.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Evangelistarum Dominum * Venite adoremus.

Hymnus Exsultet cælum laudibus., ut in j. Vesperis.

T In tribus Nocturnis Antiphonæ, Psalmi, Versiculi et Responsoria ut in Communi Apostolorum, pag. 27* et sequentibus; Lectiones propriæ.

Ante Laudes y. Dedisti hereditatem. i^. Timentibus nomen tuum Domine.

## AD LAUDES
## ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Psalmus Dominus regnavit. cum ceteris, pag. 17.

2. Majorem caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

3. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, dicit Dominus.

4. Beati pacifici, beati mundo corde : quoniam ipsi Deum videbunt.



"T" In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Capitulum. Eccli. 15.

Qui timet Deum, faciet bona : et qui continens est justitiæ, apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera,
Apostolorum gloriam,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

ECCLESIARUM principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

DEVOTA sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem.

IN his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus
Exsultat in his Filius,
Cælum repletur gaudiis.

TE nunc Redemptor quæsumus
Ut ipsorum consortio
Jungas precantes servulos,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Annuntiaverunt opera Dei. E?. Et facta ejus intellexerunt.

Ad Benedictus Ana. In medio et in circuitu sedis Dei quatuor animalia senas alas habentia, oculis undique plena, non cessant nocte ac die dicere : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est.

## AD TERTIAM.

Capitulum Qui timet Deum., ut in Laudibus.

R}. In omnem terram * Exivit sonus eorum. In omnem terram. f. Et in fines orbis terræ verba eorum. Exivit. Gloria. In omnem terram.

f. Constitues eos principes super omnem terram. 1^7. Memores erunt nominis tui Domine.

## AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 15.

CIBAVIT illum Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit illum.

Constitues eos principes * Super omnem terram. Constitues eos. f. Memores erunt nominis tui Domine. Super. Gloria. Constitues eos.

f. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis confortatus est principatus eorum.

## AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 15.

IN medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ et intellectus, et stolam gloriæ induit eum.

Ri. Nimis honorati sunt * Amici tui Deus. Nimis honorati sunt. f. Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria. Nimis honorati sunt.

f Annuntiaverunt opera Dei. Et facta ejus intellexerunt.

## AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Communi Apostolorum, pag. 34*

Capitulum Qui timet Deum., Hymnus Exsultet cælum laudibus. et f. In omnem terram, ut in j. Vesperis.

Ad Magnificat Ana. Tua sunt hæc Christe opera,qui Sanctos tuos ita glorificas, ut etiam dignitatis gratia in eis futuræ, præire miracula facias : tu insignes Evangelii prædicatores animalium cælestium admirabili figura præsignati : his namque cæleste munus collatum gloriosis indiciis es dignatus ostendere : hinc laus, hinc gloria tibi resonet in sæcula

COMMUNE

# UNIUS MARTYRIS PONTIFICIS.

## AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert tentationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

R7. Gloriosus Dei amicus N., Jesu Domini confessione fundatus, inter tormentorum supplicia stetit imperterritus : Ac demum, triumphali morte insignis, Cælos petivit sanguine laureatus, f. Felici commercio, pro terrenis cælestia, pro perituris æterna commutans. — Ac demum. Gloria. Cælos petivit.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Corona, sors et præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet. *

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

LAUS et perennis gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

Xr. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat Afia. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit : qui minas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cælestia regna feliciter pervenit.

Oratio.

LÆTETUR Ecclesia tua Deus beati N. Martyris tui atque Pontificis confisa suffragiis : atque ejus precibus gloriosis et devota permaneat, et secura consistat. Per.

T Alia Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut qui beati N. Martyris tui atque Pontificis solemnia colimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per.



•T^^ntingat fieri plures r Memorias de aliis singulis Martyribus in j. Vesperis,

Pro j. Memoria dicatur Ana Iste est., ut ad Magnificat in ii. Vesperis, pag. 48*;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Qui me confessus fuerit., quæ est j. Laudum, pag. 45*;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Qui mihi ministrat., quæ est iv. Laudum, ibidem.

T Versiculi autem hoc ordine I dicantur :

I. V. Gloria et honore coronasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

II. f. Posuisti Domine super caput ejus. Coronam de lapide pretioso.

III. f. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

## AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem sempiternum venite adoremus,* Qui Martyrem suum digne pro meritis coronavit in cælis.

Hymnus Deus tuorum militum., ut in j. Vesperis.

### IN I. NOCTURNO.

Psalmus i.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, * et in via peccatorum non stetit, * et in cathedra pestilentiæ non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet: * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt I inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * I erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam ne quando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confi dunt in eo.

Ana. Prædicans præceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exal tans caput meum.

Voce mea ad Dominum cla mavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Do minus suscepit me.

Non timebo millia populi cir cumdantis me ^exsurge Domi ne, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti om nes adversantes mihi sine cau sa : * dentes peccatorum con trivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Ana. Voce mea ad Dominum clamavi : et exaudivit me de monte sancto suo.

F. Gloria et honore coronasti eum Domine. 1$. Et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. Cap. 20.

A MILETO Paulus mittens Ephesum, vocavit majo res natu ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, et simul essent, dixit eis : Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, ser viens Domino cum omni hu militate, et lacrimis, et tenta tionibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum : quo modo nihil subtraxerim uti lium, quo minus annuntiarem vobis, et docerem vos publice et per domos, testificans Ju dæis,atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, et fidem in Do minum nostrum Jesum Chri stum.

j. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mor tem, et a verbis impiorum non timuit : * Fundatus enim erat supra firmam petram. JF. Mu nimine regio septus, nullate nus est ab adversariis supera tus. — Fundatus enim.

Lectio ij.

ET nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi, ignorans : nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens : quo niam vincula, et tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor : nec facio animam meam pretiosiorem quam me, dummodo consum mem cursum meum, et mini sterium verbi, quod accepi a Domino Jesu, testificari Evan gelium gratiæ Dei.

ij. Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso : vitam petiit a te, et tribuisti ei * In sæculum sæ culi. Jm Magna est gloria ejus in salutari tuo : gloriam et nia gnum decorem impones super eum. — In sæculum sæculi.



Lectio iij.

ET nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis fa ciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans re gnum Dei. Quapropter conte stor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine om nium. Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

iij. Gloria et honore coro nasti eum Domine, et consti tuisti eum super opera manuum tuarum : * Omnia subjecisti sub pedibus ejus. f. Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos Deus. — Omnia subjecisti. Gloria. Omnia sub jecisti.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei, *et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gra vi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis menda cium?

Et scitote quoniam mirifica vit Dominus sanctum suum : * Dominus exaudiet me cum cla mavero ad eum.

Irascimini, et nolite pecca re : * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justi tiæ, ? et sperate in Domino : * multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dor miam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singula riter in spe * constituisti me.

Ana. Filii hominum scitote quia Dominus sanctum suum mirificavit.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige cla morem meum.

Intende voci orationis meæ,* rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Do mine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo : * quoniam non Deus volens ini quitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem :* perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolo sum abominabitur Dominus :* ego autem in multitudine mi sericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eo rum veritas : * cor eorum va num est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, ? linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, ? secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, * in æternum exsultabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.

Ana. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum Domine.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli,et piscesmaris,* qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. In universa terra gloria et honore coronasti eum.

y. Posuisti Domine super caput ejus. Coronam de lapide pretioso.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Ex Serni. 3. de S. Cypr.)

Lectio iv.

FACILE est honorem Martyris celebrare : magnum est fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus : illud sic celebremus, ut hoc potius diligamus. Quid laudemus in fide Martyris? Quia usque ad mortem certavit pro veritate, et ideo vicit. Blandientem mundum contempsit, sævienti non cessit : ideo victor ad Deum accessit.

Kjt. i v. Beatus vir, qui suffert tentationem : quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, * Quam repromisit Deus diligentibus se. J . Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam. — Quam.

Lectio v.

ABUNDANT in isto sæculo errores et terrores : beatissimus Martyr errores sapientia, terrores patientia superavit. Magnum est, quod fecit : secutus Agnum, leonem vicit Quando persecutor sæviebat, leo fremebat : sed quia Agnus sursum attendebatur, qui morte mortem destruxit, ligno pependit, sanguinem fudit, redemit mundum : leo deorsum calcabatur.

v. Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis :



posuisti in capite ejus * Coronam de lapide pretioso, y. Vitam petiit a te, et tribuisti ei Domine. — Coronam.

Lectio vj.

BEATUS hic Martyr, dum inexpugnabili firmitate cæ taminis sui adversarium vicit, vincendi ceteris viam fecit : non brevi compendio vulnerum victor, sed adhærentibus diu, et permanentibus pœnis, longæ colluctationis miraculo triumphator. Custodia carceris septus, in nervo ac ferro fuit : sed posito in vinculis corpore, solutus ac liber spiritus mansit. Caro famis ac sitis diuturnitate contabuit : sed animam fide et virtute viventem nutrimentis spiritalibus Deus pavit.

ty. vj. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit : * Qui minas judicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsivit, Sed ad cælestia regna pervenit, f. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Qui minas. Gloria. Sed ad cælestia.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus io.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : * Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :

Oculi ejus in pauperem respiciunt : * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Justus Dominus, et justitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula,* et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo malum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat *

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit *

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Ana. Habitabit in tabernaculo tuo : requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus 20.

DOMINE in virtute tua lætabitur rex : * et super salutare tuum exsultabit vehementer.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei : * et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : Ifcfc posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : * et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est gloria ejus in salutari tuo : * gloriam et magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi : * lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Domino : * et in misericordia Altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : * dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui :* Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes : * et semen eorum a filiis hominum.

Quoniam declinaverunt in te mala; * cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum :* in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua : * cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Ana. Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso.

f. Magna est gloria ejus in salutari tuo. 1$. Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 14.

IN illo tempore : Dixit Jesus turbis : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Hora. 37. in Evang.)

Si consideremus, fratres carissimi, quæ et quanta sunt quæ nobis promittuntur in cælis, vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena namque substantia supernæ felicitati comparata, pondus est, non subsidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ civitatis quanta sint gaudia : Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ Conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari ?

vij. Stolam jucunditatis induit eum Dominus, * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. f. Cibavit illum Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit eum. — Et coronam.

Lectio viij.

SED ad hæc audita inardescit animus, jamque illic cupit assistere, ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna præmia perveniri non potest, nisi per magnos labores. Unde et Paulus egregius prædicator dicit : Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Delectet ergo mentem magnitudo præmiorum, sed non deterreat certamen laborum. Unde ad se venientibus Veritas dicit : Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus.

viij. Corona aurea super caput ejus expressa signo sanctitatis, gloria honoris, * Et opus fortitudinis, f. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. — Et opus fortitudinis.

Lectio ix.

SED percontari libet, quomodo parentes et carnaliter propinquos præcipimur odisse, qui jubemur et inimicos diligere? Et certe Veritas de uxore dicit : Quod Deus conjunxit, homo non separet. Et Paulus ait : Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam. Ecce discipulus uxorem diligendam prædicat, cum Magister dicat : Qui uxorem non odit, non potest meus esse discipulus. Numquid aliud judex nuntiat, aliud præco clamat? An simul et odisse possumus, et diligere? Sed si vim præcepti perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus : ut uxorem, et eos, qui nobis carnis cognatione conjuncti sunt, et quos proximos novimus, diligamus : et quos adversarios in via Dei patimur, odiendo et fugiendo nesciamus.

ix. Gloriosus Dei amicus N. Jesu Domini confessione fundatus, inter tormentorum supplicia stetit imperterritus : * Ac demum triumphali morte insignis, Cælos petivit sanguine laureatus. Felici commercio, pro terrenis cælestia, pro perituris æterna commutans. — Ac demum. Gloria. Cælos petivit.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate N. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus.

3 Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cælis, dicit Dominus.

4. Qui mihi ministrat me sequatur : et ubi sum ego, illic erit et minister meus.

5. Volo Pater ut ubi ego sum, illic sit et minister meus.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem; quoniam cum probatus fuerit, accipiet colo nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

MARTYR Dei, qui unicum
Patris sequendo Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibus :

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ repellens tædium.

SOLUTA sunt jam vincula
Tui sacrati corporis :
Nos solve vinclis sæculi,
Amore Filii Dei.

DEO Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

y. Corona aurea super caput ejus. Expressa signo san ctitatis.

Ad Benedictus Ana. Qui vult venire post me abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis singulis Martyribus in Laudibus,

Pro j. Memoria dicatur Ana Qui sequitur me., quæ est ij. Laudum;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Si quis., quæ est iij. Laudum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Volo Pater., quæ est v.Laudum.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. V. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones su per eum.

II. Posuisti Domine super caput ejus. Coronam de lapide pretioso.

III. y. Gloria et honore coro nasti eum Domine, ty. Et con stituisti eum super opera ma nuum tuarum.

AD TERTIAM.

Capitulum Beatus vir, qui suffert., ut in Laudibus.

Gloria et honore * Coro nasti eum Domine. Gloria et honore. y. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria Patri. Gloria et honore.

Posuisti Domine super ca put ejus. Coronam de la pide pretioso.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

CUSTODIVIT illum Dominus ab inimicis, et a seducto ribus tutavit eum, et certamen forte dedit illi ut vinceret.

O?. Posuisti Domine * Super caput ejus. Posuisti, f - Coro nam de lapide pretioso. Super. Gloria. Posuisti.

Magna est gloria ejus in salutari tuo. I^z. Gloriam et magnum decorem impones su per eum.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 4.

PRO justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia.

Magna est gloria ejus* In salutari tuo. Magna est. f- Glo riam et magnum decorem im pones super eum. In salutari tuo. Gloria. Magna est.

X. Corona aurea super caput ejus. X}. Expressa signo san ctitatis.



AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

IXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Psalmus in.

BEATUS vir, qui timet Domi num : * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lu men rectis; * misericors, et mi serator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

Paratum -cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : * non commovebi tur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus : ? justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irasce tur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus 112.

L1 AUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

I Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens paupe rem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 115.

C' REDIDI, propter quod lo cutus sum : * ego autem I humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

I Quid retribuam Domino, * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam : * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :

O Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiani laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : * in atriis domus Domini, in me dio tui Jerusalem.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus capti vitatem Sion : * facti sumus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus læ tantes.

Converte Domine captivita tem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mit tentes semina sua.

Venientes autem venient cum exsultatione * portantes mani pulos suos.

Ana. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo.

Capitulum, Hymnus et ut in j. Vesperis, pag. 38*.

Ad Magnificat Ana. Iste est qui pro lege Dei sui morti se tradidit : non dubitavit mori : ab iniquis interfectus est, et in æternum vivit cum Christo : Agnum secutus est, et accepit palmam.

T Si contingat fieri plures Me» morias de aliis singulis Mar tyribus in ij. Vesperis,

Pro j. Memoria dicatur Ana Hic est., ut ad Magnificat in j. Vesperis, pag. 38*;

Pro ij. Memoria' dicatur Ana Lætabitur., ut infra, in No cturno festi Trium Lectio num;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Qui mihi ministrat., quæ est iv. Laudum, pag. 45*.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. y. Gloria et honore coro nasti eum Domine. Et con stituisti eum super opera ma nuum tuarum.

II. y. Posuisti Domine super caput ejus. ^z. Coronam de lapide pretioso.

III. y. Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones su per eum.

## IN FESTO TRIUM LECTIONUM.

### AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Marty rum Dominum * Venite adore mus.

### IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Lætabi tur justus in Domino, et spe rabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde.

Cetera fiant ut in Rubricis generalibus § xiij. de festo Trium Lectionum notatum est.



## COMMUNE UNIUS MARTYRIS NON PONTIFICIS.

Omnia ut in Communi unius Martyris Pontificis, præter hic posita.

Oratio.

ADESTO Domine supplicatio nibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beati N. Marty ris tui intercessione liberemur. Per.

I" Alia Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus, ut qui beati N. Martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per.

### IN I. NOCTURNO.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 8.

EXISTIMO quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturæ revela tionem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subje cta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe : quia et ipsa creatura liberabi tur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Lectio ij.

SCIMUS enim quod omnis creatura ingemiscit, et par turit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi pri mitias spiritus habentes: et ipsi intra nos gemimus adoptio nem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes : nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus : per patientiam exspectamus.

Lectio iij.

SIMILITER autem et Spiritus adjuvat infirmitatem no stram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis ge mitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quo niam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

### IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

(Serm. 44. de Sanctis.)

Lectio iv.

TRIUMPHALIS beati Marty ris N. dies hodie nobis an niversaria celebritate recurrit: cujus glorificationi sicut con gaudet Ecclesia, sic ejus pro ponit sequenda vestigia. Si enim compatimur, et conglo rificabimur. In cujus glorioso agone duo nobis præcipue consideranda sunt : indurata videlicet tortoris sævitia, et Martyris invicta patientia. Sæ vitia tortoris, ut eam deteste mur : patientia Martyris, ut eam imitemur.

Lectio v.

GLORIOSUS Christi athleta non exhorruit carcere : ad imitationem Capitis sui to leravit probra, sustinuit irri siones, flagella non timuit :

et quot ante mortem pro Christo pertulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante Apostolo biberat, alte retinebat, Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis : et Quia momentaneum hoc, et leve nostræ tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur in cælis.

Lectio vj.

CONTEMPLABATUR enim (quantum in ænigmate infirmitas humana oculum mentis in æternitate figere potest) quanta sint supernæ civitatis gaudia : et ea enarrare non sufficiens, admirando clamabat : Quid mihi est in cælo? Quasi diceret : Excedit vires meas, excedit facultatem eloquentiæ meæ, transcendit capacitatem intelligentiæ meæ illud decus, illa gloria, illa celsitudo, qua, nobis a conturbatione hominum remotis, in abscondito faciei suæ Jesus Christus Dominus noster reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Hujus perfectæ libertatis contemplatione nullum vitabat periculum, nullum horrebat supplicium : et si millies posset mori, non putabat se hanc digne posse aliqua ratione promereri.

IN HI. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 51. in Joannem.)

IPSE Dominus Jesus erat granum mortificandum, et multiplicandum : mortificandum infidelitate Judæorum, multiplicandum fide populorum. Jam vero exhortans nos ad passionis suæ sectanda vestigia, Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi: Qui amat perdet : id est, si amas, perdes : si cupis vitam tenere cum Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo : Qui amat animam suam, perdet eam : noli amare, ne perdas; noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

Lectio viij.

Hoc autem, quod posterius dixi, magis videtur habere evangelicus sensus. Sequitur enim : Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, Qui amat (subintelligitur, in hoc mundo) ipse utique perdet; et qui eam odit (utique in hoc mundo) in vitam æternam ipse custodit eam. Magna et mira sententia, quemadmodum sit hominis in animam suam amor ut pereat, odium ne pereat. Si male amaveris, tunc odisti : si bene oderis, tunc amasti.

Lectio ix.

CUM ergo causæ articulus venerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hac vita emigrandum; Quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, comminante mortem persecutore : ibi eligat Deo dilecto emori, quam offenso vivere. Ibi oderit in hoc mundo animam suam, ut in vitam æternam custodiat eam.

T Aliud Evangelium similiter pro Martyre Pontifice, et non Pontifice.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Homil. 56. in Matth.)

QUEMADMODUM qui ludicrum instituit agonem, si cui athletarum amicitiæ vinculo jungitur, nunquam eum, nisi descenderit in certamen, coronabit : qui proprium illius videlicet laborem desiderat, et quo magis eum diligit, eo magis victorem videre cupit : sic etiam Christus, quos maxime diligit, eos non solum auxilio suo, verum etiam et a seipsis vult comprobari. Minime autem onerosam orationem reddit, quia non sibi solis hæc imminere, sed communiter universo terrarum orbi proponit, dicens : Si quis vult, sive vir, sive mulier, sive princeps, sive subditus, hanc viam ingrediatur.



Lectio viij.

ET sermo quidem unum quid significare videtur, quod tria vero continet : abnegationem tui ipsius, et ut crucem accipias, et tertio ut Christum sequaris : quorum duo conjuncta sunt, unum per seipsum separatim ponitur. Consideremus igitur prius, quidnam sit alium abnegare : tunc recte percipies, quid sit abnegare teipsum.

Lectio ix.

QUID igitur abnegare teipsum? Quid abnegare alium? Qui alium jam abnegavit, fratrem puta, aut servum, aut quemvis alium, si cædi eum virgis videat, si arceri vinculis, quidquid aliud mali pati eum conspexerit, non occurrit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorsus ullo modo movetur, ceu ille qui penitus ab illo alienatus est. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere vult, ut neque si cædatur, neque si pellitur, neque si uritur, nec si quid aliud hujusmodi patitur, ei parcamus.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 15.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Ego sum vitis vera : et Pater meus agricola est. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 80. in Joannem.)

ISTE locus evangelicus, fratres, ubi se dicit Dominus vitem, et discipulos suos palmites, secundum hoc dicit,

quod est caput Ecclesiæ, nos que membra ejus, mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus. Unius quippe naturæ sunt vitis et palmites. Propter quod, cum esset Deus, cujus na turæ non sumus, factus est ho mo, ut in illo esset vitis, hu mana natura, cujus et nos ho mines palmites esse possemus.

Lectio viij.

QUID ergo est, Ego sum vi tis vera? Numquid ut ad aeret, Vera, hoc ad eam vitem retulit, unde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem : quemadmo dum dicitur ovis, agnus, leo, petra, lapis angularis, et cetera hujusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istæ similitudines, non pro prietates. Sed cum dicit, Ego sum vitis vera : ab illa se uti que discernit, cui dicitur • Quomodo conversa es in ama ritudinem, vitis aliena? Nam quo pacto est vitis vera, quæ exspectata est ut faceret uvam fecit autem spinas?

Lectio ix.

EGO sum, inquit, vitis vera : et Pater meus agricola est. Numquid unum sunt agricola et vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait, Pater major me est. Se cundum autem id quod ait, Ego et Pater unum sumus; et ipse agricola est : nec talis, quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministe rium; sed talis, ut det etiam intrinsecus incrementum. Nam neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed qui incre mentum dat, Deus.

COMMUNE

# PLURIMORUM MARTYRUM.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribu latione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justi tiam, adepti sunt repromissio nes, in Christo Jesu Domino nostro.

Laverunt stolas suas, et candidas eas fecerunt. * In sanguine Agni. f. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribu latione, et laverunt stolas suas. — In sanguine Agni. Gloria. In sanguine Agni.

Hymnus.

SANCTORUM meritis inclyta gaudia
Pangimus socii, gestaque for tia :
Nam gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.
Hi sunt, quos retinens mun dus inhorruit;
Ipsum nam sterili flore perari dum
Sprevere penitus, teque secuti sunt,
Rex Christe bone cælitus.
Hi pro te furias atque ferocia
Calcarunt hominum, sævaque verbera :
Cessit his lacerans fortiter un gula,
Nec carpsit penetralia.
CÆDUNTUR gladiis more bi dentium :
Non murmur resonat, non que rimonia,
Sed corde tacito, mens bene conscia
Conservat patientiam.
QUÆ VOX, quæ poterit lin gua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido sanguine, laureis
Ditantur bene fulgidis.
TE summa Deitas unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia sub trahas :
Des pacem famulis, nos quo que gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloria mini omnes recti corde.

Ad Magnificat Ana. Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti : et quia pro ejus amore sangui nem suum fuderunt, ideo cum Christo regnabunt in æternum.

DE PLURIBUS MARTYRIBUS.

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnipo tens Deus : ut qui gloriosos Martyres fortes in sua confes sione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentia mus. Per. T Alia Oratio.

DEUS, qui nos concedis san ctorum Martyrum tuorum N. et N. natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per.

DE PLURIBUS MARTYRIBUS PONTIFICIBUS.

Oratio.

INFIRMITATEM nostram quæ sumus Domine, propitius re spice : et mala omnia, quæ juste meremur,sanctorum Martyrum tuorum atque Pontificum N. et N. intercessione averte. Per.

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis pluribus Martyribus in j. Vesperis,

Pro j. Memoria dicatur Aha Absterget., ut ad Magnificat in ij. Vesperis, pag. 63*;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Justorum autem animæ., quæ est j. Laudum, pag. 61*;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Martyres Domini., quæ est iv. Laudum, ibidem.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et glo riamini omnes recti corde.

II. f. Exsultent justi in con spectu Dei. K?- Et delectentur in lætitia.

Ili f. Justi autem in perpe tuum vivent. Et apud Do minum est merces eorum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Venite adore mus Regem regum, * Qui bea tis Martyribus coronam dedit gloriæ.

Hymnus Sanctorum mentis., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus i

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, * et in via peccatorum non stetit, * et in cathedra pestilentiæ non sedit :

Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo :

Et folium ejus non defluet: * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. Secus decursus aquarum plantavit vineam justorum : et in lege Domini fuit voluntas eorum.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum : * et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus : et quasi holocausta accepit eos in æternum.

Psalmus io.

IN Domino confido : * quomodo dicitis animæ meæ : Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, ? paraverunt sagittas suas in pharetra, * ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti, destruxerunt : * justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, * Dominus in cælo sedes ejus :



Oculi ejus in pauperem respiciunt : * palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum et impium : * qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos : * ignis, et sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus et justitias dilexit : * æquitatem vidit vultus ejus.

Ana. Si coram hominibus tormenta passi sunt, spes electorum est immortalis in æternum.

Y. Lætamini in Domino, et exsultate justi. Ri. Et gloriamini omnes recti corde.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio j. Cap. 8.

EXISTIMO quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam exspectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe : quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

fc£. j. Absterget Deus omnem lacrimam ab oculis Sanctorum: et jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, * Quoniam priora transierunt, f. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus. — Quoniam priora transierunt.

Lectio ij.

SCIMUS enim quod omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes : et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes : nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus : per patientiam exspectamus.

E^z. ij. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Domino, amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua : * Et ideo coronas triumphales meruerunt. JT. Unus spiritus, et una fides erat in eis. — Et ideo.

Lectio iij.

SIMILITER autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram : nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

K? iij. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, * Et meruerunt habere coronas perpetuas. X Isti sunt, qui venerunt ex magna ne et laverunt stolas suas in sanguine Agni. — Et meruerunt. Gloria. Et meruerunt.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo malum, * et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus : * timentes autem Dominum glorificat :

Qui jurat proximo suo, et non decipit, ? qui pecuniam suam non dedit ad usuram, * et munera super innocentem non accepit :

Qui facit hæc, * non movebitur in æternum.

Ana. Dabo Sanctis meis locum nominatum in regno Patris mei, dicit Dominus.

Psalmus 15.

CONSERVA me Domine, * quoniam speravi in te. * Dixi Domino : Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus : * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hereditatis meæ, et calicis mei : * tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris : * etenim hereditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum : * insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper : * quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea : * insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno : * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, * adimplebis me lætitia cum vultu tuo : * delectationes in dextera tua usque in finem.

Ana. Sanctis, qui in terra sunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, X qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.



Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex Horiæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Sancti, qui sperant in Domino, habebunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ, volabunt et non deficient.

Exsultent justi in conspectu Dei. Et delectentur in lætitia.

Ex Epistola sancti Cypriani Episcopi et Martyris ad Martyres et Confessores.

Lectio i v. (Lib. 2. Epist. 6.)

QUIBUS ego vos laudibus prædicem, fortissimi Martyres? Robur pectoris vestri et perseverantiam fidei quo præconio vocis exornem? Tolerastis usque ad consummationem gloriæ durissimam quæstionem : nec cessistis suppliciis, sed vobis potius supplicia cesserunt. Finem dolorum, quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Laniena gravior ad hoc diu perseveravit, non ut stantem fidem dejiceret, sed ut homines Dei ad Dominum velocius mitteret.

Jfy. i v. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, * Ut invenirentur illæsi in aquis validis : terra apparuit arida, et in Mari rubro via sine impedimento. Victricem manum tuam laudaverunt pariter, et decantaverunt Domine nomen sanctum tuum. — Ut invenirentur illæsi.

Lectio v.

VIDIT admirans præsentium multitudo cœleste certamen, certamen Dei, spiritale certamen, prœlium Christi : stetisse servos ejus voce libera, mente incorrupta, virtute divina, telis quidem sæcularibus nudos, sed armis fidei credentes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores, et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra vicerunt.

v. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine, * Ut heredes fierent in domo Domini. f. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. — Ut heredes fierent.

Lectio vj.

INEXPUGNABILEM fidem superare non potuit sæviens diu plaga repetita : quamvis rupta compage viscerum, torquerentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera. Fluebat sanguis, qui incendium persecutionis exstingueret, qui flammas et ignes gehennæ glorioso cruore sopiret. O quale illud fuit spectaculum Domino, quam sublime, quam magnum, quam Dei oculis sacramento ac devotione militis eius acceptum! Quam lætus illic Christus fuit, quam libens in talibus servis suis et pugnavit et vicit?

R7. vi. O veneranda Marty rum gloriosa certamina, qui in suis corporibus pro Christo im mania pertulerunt tormenta! * Et ideo percipere meruerunt immarcescibilem æternæ glo riæ coronam. Despecta namque præsentis vitæ luce, contemptoque suorum corpo rum cruciatu, sævientem mun dum Dei pro amore vicerunt. — Et ideo. Gloria. Et ideo.

IN III. NOCTURNO.
Psalmus 32.

EXSULTATE justi in Domino : * rectos decet collau datio.

Confitemini Domino in ci thara : * in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum :* bene psallite ei in vocifera tione.

Quia rectum est verbum Domi ni,* et omnia opera ejus in fide.

Diligit misericordiam et judi cium : * misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini cæli firmati sunt : * et spiritu oris ejus om nis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris : * ponens in the sauris abyssos.

Timeat Dominum omnis ter ra : * ab eo autem commo veantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium : * reprobat autem cogitationes populorum, et re probat consilia principum.

Consilium autem Domini in æternum manet : * cogitatio nes cordis ejus in generatione et generationem.

Beata gens, cujus est Domi nus, Deus ejus:* populus,quem elegit in hereditatem sibi.

De cælo respexit Dominus : * vidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo suo* respexit super omnes, qui ha bitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorum : * qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem : * et gigas non sal vabitur in multitudine virtutis suæ.

Fallax equus ad salutem : * in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Ecce oculi Domini super me tuentes eum : * et in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Ut eruat a morte animas eo rum :*etalateosinfame.

Anima nostra sustinet Domi num : * quoniam adjutor et protector noster est.

Quia in eo lætabitur cor no strum : * et in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua Domine super nos : * quemadmodum speravimus in te.

Ana. Justi autem in perpe tuum vivent, et apud Domi num est merces eorum.

Psalmus 33.

BENEDICAM Dominum in omni tempore : * semper laus ejus in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea : * audiant mansueti, et lætentur.

Magnificate Dominum me cum : * et exaltemus nomen • ejus in idipsum.



Exquisivi Dominum, et exau divit me : * et ex omnibus tri bulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, et illumina mini : * et facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamavit, et Do minus exaudivit eum : * et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum : * et eripiet eos.

Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus : * beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes san cti ejus : * quoniam non est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt et esurie runt : * inquirentes autem Do minum non minuentur omni bono.

Venite filii, audite me : * timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vi tam : * diligit dies videre bo nos?

Prohibe linguam tuam a ma lo : * et labia tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo, et fac bo num : * inquire pacem, et per sequere eam.

Oculi Domini super justos : * et aures ejus in preces eo rum.

Vultus autem Domini super facientes mala : * ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt justi, et Domi nus exaudivit eos : * et ex om nibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde : *et hu miles spiritu salvabit.

Multæ tribulationes justo rum : * et de omnibus his libe rabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum : * unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima : * et qui oderunt justum delin quent.

Redimet Dominus animas servorum suorum : * et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Ana. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad suppli cia, ut heredes fierent in domo Domini.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tri bulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat ci vitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissi mus.

Deus in m£dio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum :* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, ? quæ p6suit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confrin get arma : * et scuta comburet igni :

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. " Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Ana. Ecce merces Sanctorum copiosa est apud Deum : ipsi vero mortui sunt pro Christo, et vivent in æternum.

y. Justi autem in perpetuum vivent. Et apud Dominum est merces eorum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Cum audieritis prœlia, et seditiones, nolite terreri : oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 9. in Luc. cap. 21.)

VERBORUM cælestium testes magis quam nos testes sumus, quos mundi finis invenit. Quanta enim prœlia, et quas opiniones accipimus prœliorum! Hunni in Alanos, Alani in Gothos, et Gothi in Taifalos et Sarmatas insurrexerunt. Hos quoque in Illyrico exsules paria Gothorum exsilia fecerunt : et nondum est finis. Quæ omnium fames, lues pariter boum atque hominum, ceterique pecoris! ut etiam nos, qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia.

vij. In circuitu tuo Domine lumen est, quod nunquam deficiet, ubi constituisti lucidissimas mansiones : * Ibi requiescunt Sanctorum animæ. f. Magnus Dominus, et laudabilis nimis : in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus — Ibi requiescunt.

Lectio viij.

ERGO quia in occasu sæculi sumus, præcedunt quædam ægritudines mundi. Ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio. Sunt autem et alia bella, quæ vir sustinet Christianus, diversarum quoque prœlia cupiditatum, studiorumque conflictus; multoque graviores domestici hostes quam extranei.

R. viij. Sancti mei, qui in isto sæculo certamen habuistis, * Mercedem laborum ego reddam vobis. J/, Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. — Mercedem laborum.

Lectio ix.

NUNC avaritia stimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret, nunc iracundia exagitat, nunc ambitio movet, nunc terrere tentant spiritalia nequitiæ, quæ sunt in cælestibus. Itaque quasi quibusdam urgetur prœliis, et quibusdam terræ motibus quatitur mobilis animi nutantis affectus. Sed fortior dicit : Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum : si exsurgat in me prœlium, in hoc ego sperabo.

ty. ix. Laverunt stolas suas, et candidas eas fecerunt * In sanguine Agni. f. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, et laverunt stolas suas. — In sanguine Agni. Gloria. In sanguine Agni.

Ante Laudes f. Exsultabunt Sancti in gloria. 1^. Lætabuntur in cubilibus suis.



AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

x Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiæ. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

2. Cum palma ad regna pervenerunt Sancti : coronas decoris meruerunt de manu Domini.

^ Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt: et vivent nomina eorum in æternum.

4. Martyres Domini Dominum benedicite in æternum.

5. Martyrum chorus laudate Dominum in excelsis.

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam,' adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera,
Et Martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

TERRORE victo sæculi,
Pœnisque spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.

TRADUNTUR igni Martyres
Et bestiarum dentibus :
Armata sævit ungulis
Tortoris insani manus.

NUDATA pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur :
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.

TE nunc Redemptor quæsumus
Ut Martyrum consortio
Jungas precantes servulos,
In sempiterna sæcula. Amen.

J. Mirabilis Deus. fy". In Sanctis suis.

Ad Benedictus Ana. Isti sunt Sancti, qui pro Dei amore minas hominum contempserunt: sancti Martyres in regno cælorum exsultant cum Angelis. O quam pretiosa est mors Sanctorum, qui assidue assistunt ante Dominum, et ab invicem non sunt separati!

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis pluribus Martyribus in Laudibus,

Pro j. Memoria dicatur Ana Cum palma., quæ est ij. Laudum;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Corpora Sanctorum., quæ est iij. Laudum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Martyrum chorus., quæ est v. Laudum;

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. f. Justi autem in perpetuum vivent. 1$. Et apud Dominum est merces e6rum.

II. % Exsultent justi in conspectu Dei. 1$. Et delectentur in lætitia.

III. f. Lætamini in Domino, et exsultate justi. I?. Et gloriamini omnes recti corde.

AD TERTIAM.

Capitulum Sancti per fidem., ut in Laudibus.

Lætamini in Domino,*Et exsultate justi. Lætamini, f Et gloriamini omnes recti corde. Et exsultate justi. Gloria. Lætamini.

V Exsultent justi in conspectu Dei. I?. Et delectentur in lætitia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

REDDIDIT Deus mercedem laborum Sancto rum, et deduxit illos in via mi rabili : et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum nocte.

Exsultent justi * In con spectu Dei. Exsultent. Et delectentur in lætitia. In con spectu Dei. Gloria. Exsultent.

JT. Justi autem in perpetuum vivent. Rz. Et apud Dominum est merces eorum.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 3.

JUSTORUM animæ in manu I Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

R". Justi autem* In perpetuum vivent. Justi autem. X- Et apud Dominum est merces eorum. In perpetuum vivent. Gloria. Justi autem.

T. Mirabilis Deus. Ez. In San ctis suis.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordi nem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis^J^ fregit in die iræ suæ reges

Judicabit in nationibus, \m plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput

Psalmus 112.

LAUDATE pueri Dominum :* laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum, * laudabile nomen Do mini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem:

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod lo cutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, * pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam :* et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :



o Domine quia ego servus tuus:* servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus :* in atriis domus Domini, in me dio tui Jerusalem.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus ca ptivitatem Sion : * facti su mus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus læ tantes.

Converte Domine captivita tem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exsultatione, * portantes ma nipulos suos.

Psalmus 139.

ERIPE me Domine ab homi ne malo : * a viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde : * tota die constitue bant prœlia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentis : * venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris : * et ab hominibus iniquis 6ripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos : * absconderunt superbi laqueum mihi :

Et funes extenderunt in la queum : * juxta iter scanda lum posuerunt mihi.

Dixi Domino : Deus meus es tu : * exaudi Domine vocem deprecationis meæ.

Domine, Domine virtus salu tis meæ : * obumbrasti super caput meum in die belli:

Ne tradas me Domine a desi derio meo peccatori: * cogita verunt contra me, ne derelin quas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum: Elabor labiorum ipsorum operiet eos.

Cadent super eos carbones, ? in ignem dejicies eos : * in mi seriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra : * virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis : * et vindi ctam pauperum.

Verumtamen justi confite buntur nomini tuo : * et habi tabunt recti cum vultu tuo.

Ana. Justorum autem animæ in manu Dei sunt, et non tan get illos tormentum malitiæ.

Capitulum, Hymnus et T ut in j. Vesperis, pag.52*.

Ad Magnificat Ana. Abster get Deus omnem lacrimam ab oculis Sanctorum : et jam non erit amplius neque luctus, ne que clamor,sed nec ullus dolor: quoniam priora transierunt.

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis pluribus Martyribus in ij. Vesperis,

Pro j Memoria dicatur Ana Gaudent., ut ad Magnificat in j. Vesperis, pag. 53*5

Pro ij. Memoria dicatur Ana Hi sunt., ut infra, in Nocturno festi Trium Lectionum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Martyres Domini., quæ est i v. Laudum, pag. 61*;

«T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. ^.Lætamini in Domino, et exsultate justi. Et gloria mini omnes recti corde.

II. X- Exsultent justi in con spectu Dei. Rz. Et delectentur in lætitia.

III. y. Justi autem in perpe tuum vivent, ty. Et apud Do minum est merces eorum.

IN FESTO

## TRIUM LECTIONUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Marty rum Dominum * Venite adore mus.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribu latione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

T Aliæ Lectiones de pluribus Martyribus Novem Lectionum.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Homil. de Machab.)

Lectio iv.

QUAM speciosa et grata, et sit ipsis nobis et grata, totius anni diebus splendidior dies hodierna præfulget, non de usitatis solis radiis illumi nata præclarius; sed de lumine Martyrum, supra coruscum omne fulgur micante, illustrata sublimius. Multis enim solibus illustriores sunt Martyres, et magnis luminaribus clariores. Non tales de superno solis cir culo in terram radii jaciuntur quales a corporibus eorum pro siliunt corusca luce fulgores et ipsos diaboli oculos invi dentis obcæcant.

(Idem in Serm. de Mart.)

Lectio v.

Qui gloriam Sanctorum merita, qui que justorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mo res sanctos atque justitiam imitetur : quoniam quem dele ctat Sancti alicujus meritum, delectare debet par circa cul tum Dei obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat, aut laudare non debet, si imitari detrectat. Nam si propterea justos fidelesque diligimus, quod in ipsis justitiam fidem que suspicimus, possumus nos quoque esse quod sunt, si fa ciamus ipsi quod faciunt.

Lectio vj.

IN istis semper pares virtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ victoriæ. Unde tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exsere vires, fortiter dimica, atrociter in prœlio isto concerta. Con sidera pactum, conditionem attende, militiam nosce : pa ctum quod spopondisti, condi tionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. Hoc enim pacto, quos miraris, cuncti pu gnarunt : hac conditione uni versi vicerunt, hac militia om nes triumpharunt.



IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

TN illo tempore : Videns Jesus I turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, et aperiens os suum docebat eos, dicens : Beati pauperes spiritu. Et reli qua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

(Comment. in Matth. cap. 5.)

CONGREGATIS turbis, in montem con scendit, et docet : in paternæ scilicet majestatis positus cel situdine, cælestis vitæ præ cepta constituit. Non enim æternitatis instituta, nisi in æternitate positus, tradidisset. Denique ita scriptum est : Aperuit os suum, et docebat eos. Locutum eum fuisse prom ptius erat dicere; sed quia in gloria paternæ majestatis in stiterat, et æternitatem doce bat, idcirco ad motum spiritus eloquentis, obedisse ostenditur humani oris officium.

Lectio viij.

BEATI pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum cælorum. Exemplo Dominus docuerat humanæ ambitionis gloriam relinquendam, dicens: Dominum Deum tuum adora bis, et illi soli servies. Et cum se per Prophetas populum hu milem, et ad verba sua tre mentem præmonuit esse le cturum; in spiritus humilitate perfectæ beatitudinis posuit exordium.

Lectio ix.

NULLA nos nec sæcularis fastus insolentia, nec opum cupiditas, nec inanis gloriæ ambitio corrumpat : sed sub jecti Deo simus, et de commu nione vivendi in omnes com munis vitæ caritate teneamur. Magnum etiam in eo, quod nati sumus, divinæ bonitatis futurum profectum existiman tes : cujus præmium atque ho nos præsentis vitæ operibus sit I merendus : atque ita per hanc spiritus humilitatem, qua a Deo nobis meminerimus et in dulta omnia, et deinceps po tiora speranda, cælorum re gnum erit nostrum.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 6.

IN illo tempore : Descendens Jesus de monte, stetit in loco campestri, et turba disci pulorum ejus, et multitudo co piosa plebis ab omni Judæa, et Jerusalem, et maritima, et Tyri, et Sidonis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

(Lib. 5. in Lue. cap. 6.^

ADVERTE omnia diligenter, quomodo et cum Aposto lis ascendat, et descendat ad turbas. Quomodo enim turba, nisi in humili, Christum vide ret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. De nique ubi descendit, invenit infirmos : in excelsis enim in firmi esse non possunt. Sic enim Matthæus docet, in infe rioribus debiles esse sanatos.

Prius enim unusquisque sa-nandus est, ut paulatim virtu tibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideo unumquemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine revo cat, injuriam cæcitatis avertit, ad vulnera nostra descendit : ut usu quodam et copia suæ naturæ, comparticipes nos fa ciat esse regni cælestis.

Lectio viij. (Paulo post.)

BEATI pauperes : quia vestrum est regnum Dei. Quatuor tantum beatitudines sanctus Lucas dominicas po suit, octo vero sanctus Mat thæus : sed in istis octo, illæ quatuor sunt, et in quatuor istis, illæ octo. Hic enim qua tuor velut virtutes amplexus est cardinales : ille in illis octo mysticum numerum reseravit. Pro octava enim multi scri buntur Psalmi : et mandatum accipis octo illis partem dare, fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octava per fectio est, ita octava summa virtutum est.

Lectio ix

SED primus quæ sunt implicita videamus. Beati, inquit, pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum cælorum. Primam benedictionem hanc uterque Evangelista posuit. Ordine enim prima est, et pa rens quædam generatioque virtutum : quia qui contem pserit sæcularia, ipse merebi tur sempiterna : nec potest quisquam meritum regni cæ lestis adipisci, qui mundi cu piditate possessus, emergendi non habet facultatem.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

T N illo tempore : Dixit Jesus I discipulis suis : Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Lib. 4. in Lue. Cap. 52.)

DE hoc fermento Apostolus præcipit : Itaque epule mur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis since ritatis, et veritatis. Nam sicut modicum fermentum totam farinæ, cui injicitur, massam corrumpit, universamque mox conspersionem suo sapore com maculat : sic nimirum simula tio, cujus semel animum im buerit, tota virtutum sinceri tate et veritate fraudabit.

Lectio viij.

EST ergo sensus : Attendite ne æmulemini simulato res : quia veniet profecto tem pus, in quo et vestra virtus omnibus, et eorum reveletur hypocrisis. Verum quod sequi tur, Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur : non solum in futuro, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem; sed et in præsenti tempore potest con gruenter accipi : quoniam, quæ inter tenebras quondam pressurarum, carcerumqueum bras, vel locuti vel passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbem Ecclesia, lectis eorum Actibus publice prædicantur.



Lectio ix.

•p^ico autem vobis amicis \j meis : Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post hæc non habent quid fa ciant. Si persecutores Sancto rum, occisis corporibus, non habent amplius quid contra illos agant : ergo supervacua furunt insania, qui mortua Martyrum membra feris avi busque discerpenda projiciunt: cum nequaquam omnipoten tiæ Dei, quin ea resuscitando vivificet, obsistere possint. Et quia duo sunt genera persecu torum, unum palam sævien tium, alterum ficte fraudulen terque blandientium : contra utrumque nos munire volens Salvator, et ab hypocrisi Pha risæorum attendere, et a cæde carnificum præcipit non timere.

COMMUNE UNIUS

# CONFESSORIS PONTIFICIS.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste San ctus digne in memoriam verti tur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

Capitulum. Eccli. 45

DILECTUS Deo, et homini bus, cujus memoria in be nedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

fy Sancte N. Christi Confes sor audi rogantes servulos : * Et impetratam cælitus Tu defer indulgentiam, f. O san cte N. sidus aureum, Domini gratia, servorum gemitus so lita suscipe clementia. — Et impetratam. Gloria. Tu defer.

Hymnus.

ISTE Confessor Domini sacra tus,
Festa plebs cujus celebrat per orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cæli.

QUI pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum præsens vegetavit ejus
Corporis artus.

OB sacrum cujus meritum frequenter
Membra languentum modo sa nitati,
Quolibet morbo fuerint gra vata,
Restituuntur.

UNDE nunc noster chorus in honorem
Ipsius hymnum canit hunc libenter :
Ut piis ejus precibus juvemur,
Omne per ævum.

SIT salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli residens cacu men,
Totius mundi machinam gu bernat
Trinus et unus. Amen.

T Si in aliquo die celebretur Officium alicujus Confessoris, et non sit natalis ipsius, præfatus Hymnus ita inchoetur :

ISTE Confessor Domini sacratus
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum præsens vegetavit ejus
Corporis artus.

OB sacrum cujus, etc., ut supra.

y. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Rz. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat Ana. Confessor Domini N. astantem plebem corr6bora sancta intercessione : ut qui vitiorum pondere premimur, beatitudinis tuæ gloria sublevemur, et te duce æterna præmia consequamur.

Oratio.

DA, quæsumus omnipotens Deus : ut beati N. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas et devotionem nobis augeat, et salutem. Per.

T Alia Oratio.

EXAUDI, quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati X. Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus : ut qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolvas peccatis. Per.

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis Confessoribus in j. Vesperis,

Pro j. Memoria dicatur Ana Similabo., ut ad Magnificat in ij. Vesperis, pag. 78*;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Domine quinque talenta., quæ est j. Laudum, pag. 75*;

Pro iij. Memoria dicatur Afia Ecce vere Israelita., quæ est iv. Laudum, ibidem.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. T. Amavit eum Dominus et ornavit eum. E/. Stolam gloriæ induit eum.

II. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et' ostendit illi regnum Dei.

HI. X. Justus ut palma florebit in domo Domini, Sicut cedrus Libani multiplicabitur

T Ad faciendam vero Memoriam plurium Confessorum in j. Vesperis,

Ana. Fulgebunt justi, et tamquam scintillæ in arundineto discurrent : judicabunt nationes, et regnabunt in æternum.

X. Lætamini in Domino, et exsultate justi. 1^7. Et gloriamini omnes recti corde.

Oratio.

DEUS, qui nos sanctorum Confessorum tuorum N. et N. confessionibus gloriosis circumdas et protegis : da nobis eorum imitatione proficere, et intercessione gaudere. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Confessorum Regem adoremus : * Qui cælestis regni meritum et gloriam contulit sancto suo N.

Hymnus Iste Confessor., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus i.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, V et in via peccatorum non stetit,*et in cathedra pestilentiæ non sedit:



Sed in lege Domini voluntas ejus, * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo

Et folium ejus non defluet * et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.

Ideo non resurgent impii in judicio : * neque peccatores in concilio justorum.

Quoniam novit Dominus viam justorum : * et iter impiorum peribit.

Ana. Beatus vir, qui in lege Domini meditatur : voluntas ejus permanet die ac nocte, et omnia quæcumque faciet, semper prosperabuntur.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, * et populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, ? et principes convenerunt in unum * adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Dirumpamusvinculaeorum :* et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis irridebit eos : * et Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus,* prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me : * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, * et possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * et tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite : * erudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore : * et exsultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, * et pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Ana. Beatus iste Sanctus, qui confisus est in Domino : prædicavit præceptum Domini, constitutus est in monte sancto ejus.

Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi : * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum : * et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me:* exsurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa : * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus : * et super populum tuum benedictio tua.

Ana. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine : tu exaltas caput meum, et exaudisti me de monte sancto tuo.

X Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Tty. Stolam gloriæ induit eum.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Timotheum.

Lectio j. Cap. 3.

FIDELIS sermo : Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum : non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum : filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit ? Non neophytum : ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, et in laqueum diaboli.

j. Euge serve bone. et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : * Intra in gaudium domini tui. J Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. — Intra.

De Epistola ad Titum.

Lectio ij. Cap. i.

a>ORTET Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem : non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem non turpis lucri cupidum : sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est' fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere.

^Z. ij. Justus germinabit sicut lilium, * Et florebit in æternum ante Dominum, Plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. —Et florebit

Lectio iij. Cap. 2.

Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam : senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia : anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes : ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.

Ri. iij. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum : * Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione et aviditate In illa æterna patria conversatus est. )T. Vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Domino suo duplicatum reportavit. — Quoniam. Gloria. In illa æterna patria.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ : * in tribulatione dilatasti mihi.



Miserere mei, * et exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum :* Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare:* quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ, S et sperate in Domino :* multi dicunt : Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine : * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam :

Quoniam tu Domine singulariter in spe * constituisti me.

Ana. Invocantem exaudivit Dominus Sanctum suum : Dominus exaudivit eum, et constituit eum in pace.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ, * rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo :* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus :* ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua :* propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, ? linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, ? secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine,

Et lætentur omnes, qui sperant in te, * in æternum exsultabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo,

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.

Lætentur omnes, qui sperant in te Domine : quoniam tu benedixisti justo, scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos,
opera digitorum tuorum : *
lunam et stellas, quæ tu fun
dasti.

Quid est homo, quod memor
es ejus? * aut filius hominis,
quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab
Angelis, K gloria et honore
coronasti eum : * et constitui
sti eum super opera manuum
tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus
ejus, * oves et boves univer
sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma
ris, * qui perambulant semitas
maris.

Domine Dominus noster, *
quam admirabile est nomen
tuum in universa terra!

Ana. Domine Dominus no
ster, quam admirabile est no
men tuum in universa terra!
quia gloria et honore corona
sti Sanctum tuum, et consti
tuisti eum super opera ma
nuum tuarum.

X. Justum deduxit Dominus
per vias rectas, ty. Et ostendit
illi regnum Dei.

Sermo sancti Maximi

Episcopi.

CHomil. 59. de S. Eusebio 2.)

Lectio iv.

AD sancti ac beatissimi Pa
tris nostri N. cujus hodie
festa celebramus, laudes addi
disse, aliquid decerpsisse est :
siquidem virtutum ejus gratia
non sermonibus exponenda
est, sed operibus comproban
da. Cum enim dicat Scriptura:
Gloria patris est filius sapiens :
quantæ hujus sunt gloriæ, qui
tantorum filiorum sapientia et
devotione lætatur! In Christo
enim Jesu per Evangelium
ipse nos genuit.

ty. iv. Magnificavit eum in
conspectu regum, * Et dedit
illi coronam gloriæ, f. Statuit
illi testamentum sempiternum
et beatificavit illum in gloria'
Et dedit illi.

Lectio v.

QUIDQUID igitur in hac san
cta plebe potest esse vir
tutis et gratiæ, de hoc quasi
lucidissimo fonte, omnium ri
vulorum puritas emanavit. Et
enim quia castitatis pollebat
vigore, quia abstinentiæ glo
riabatur angustiis, quia blan
dimentis erat præditus lenita
tis, omnium civium in Deum
provocavit affectum : quia
Pontificis administratione ful
gebat, plures e discipulis reli
quit sui sacerdotii successores.

R?, v. Amavit eum Dominus,
et ornavit eum : stolam gloriæ
induit eum, * Et ad portas Pa
radisi coronavit eum. f. In
duit eum Dominus loricam
fidei, et ornavit eum. — Et ad
portas Paradisi.

Lectio vj.

BENE et congrue in hac die
quam nobis beati Patris
nostri N. ad Paradisum trans
itus exsultabilem reddit, præs
entis Psalmi versiculum de
cantavimus : In memoria æter
na erit justus. Digne enim in
memoriam vertitur hominum,
qui ad gaudium transiit an
gelorum. Illius ergo, in quan
tum possumus, vestigiis insi
stamus, quibus per illam nimis
arctam viam ad cæli ampla
festinans, qua eum sequere
mur, ostendit.



R?, vj. Sancte N. Christi Con
fessor audi rogantes servulos :
* Et impetratam cælitus Tu
defer indulgentiam, f. O san
cte N. sidus aureum, Domini
gratia, servorum gemitus so
lita suscipe clementia. — Et
impetratam. Gloria. Tu defer
indulgentiam.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitabit in
tabernaculo tuo? * aut
quis requiescet in monte san
cto tuo?

Qui ingreditur sine macula, *
et operatur justitiam :

Qui loquitur veritatem in
corde suo, * qui non egit do
lum in lingua sua :

Nec fecit proximo suo ma
lum, * et opprobrium non ac
cepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in
conspectu ejus malignus : *
timentes autem Dominum glo
rificat :

Qui jurat proximo suo, et
non decipit, ? qui pecuniam
suam non dedit ad usuram, *
et munera super innocentem
non accepit :

Qui facit hæc, * non move
bitur in æternum.

Ana. Domine, iste Sanctus
habitabit in tabernaculo tuo :
operatus est justitiam, requie
scet in monte sancto tuo.

Psalmus 20.

DOMINE in virtute tua læta
bitur rex : * et super sa
lutare tuum exsultabit vehe
menter.

Desiderium cordis ejus tri
buisti ei : * et voluntate labio
rum ejus non fraudasti eum.

Quoniam prævenisti eum in
benedictionibus dulcedinis : *
posuisti in capite ejus coronam
de lapide pretioso.

Vitam petiit a te : * et tri
buisti ei longitudinem dierum
in sæculum, et in sæculum
sæculi.

Magna est gloria ejus in sa
lutari tuo : * gloriam et ma
gnum decorem impones super
eum.

Quoniam dabis eum in be
nedictionem in sæculum sæ
culi : * lætificabis eum in gau
dio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in Do
mino : * et in misericordia Al
tissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omni
bus inimicis tuis : * dextera
tua inveniat omnes, qui te
oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis
in tempore vultus tui : * Do
minus in ira sua conturbabit
eos, et devorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra per
des : * et semen eorum a filiis
hominum.

Quoniam declinaverunt in te
mala; * cogitaverunt consilia,
quæ non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum :*
in reliquiis tuis præparabis vul
tum eorum.

Exaltare Domine in virtute
tua : * cantabimus et psalle
mus virtutes tuas.

Ana. Vitam petiit a te, et tri
buisti ei Domine : gloriam et
magnum decorem imposuisti
super eum : posuisti in capite
ejus coronam de lapide pre
tioso.

Psalmus 23.

DOMINUS est terra, et plenitu
do ejus : * orbis terrarum,
et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo : quia hæc est generatio quærentium Dominum.

y. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

(Cap. 26. et 27. in Matth.)

T Tr ignorantiam illam diei VJ omnibus taciti, non sine utilis silentii ratione esse sciremus; vigilare nos Dominus propter adventum furis admonuit, et orationum assiduitate detentos, omnibus præceptorum suorum operibus inhærere. Furem enim esse ostendit zabulum, ad detrahenda ex nobis spolia pervigilem, et corporum nostrorum domibus insidiantem : ut ea incuriosis nobis, et somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum jaculis perfodiat.

vij. Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur : plantatus in domo Domini, *In atriis domus Dei nostri florebit. )T. Gloria, et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi. — In atriis.

Lectio viij.

PARATOS igitur esse nos convenit : quia diei ignoratio intentam sollicitudinem suspensæ exspectationis exagitat. Quisnam est fidelis servus, et prudens, quem constituit dominus super familiam suam? Quamquam in commune nos ad indefessam vigilantiæ curam adhortetur : specialem tamen populi principibus, id est Episcopis, in exspectatione adventuque suo sollicitudinem mandat.

I?- viij. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : * Honestavit illum in laboribus, et

\



complevit labores illius, f. Immortalis est enim memoria illius : quia apud Deum nota est, et apud homines. — Honestavit illum.

Lectio ix.

HUNC enim servum fidelem, atque prudentem, præpositum familiæ significat, commoda atque utilitates commissi sibi populi curantem. Qui si dicto audiens, et præceptis obediens erit, id est, si doctrinæ opportunitate et veritate infirma confirmet, disrupta consolidet, depravata convertat, et verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat, atque hæc agens, hisque immorans deprehendatur; gloriam a Domino tamquam dispensator fidelis, et villicus utilis consequetur, et super omnia bona constituetur, id est, in Dei gloria collocabitur : qua nihil sit ultra, quod melius sit.

fy ix. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, * Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum Quando revertatur a nuptiis, f. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. — Et vos. Gloria. Quando.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate N. 33?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES

ET PER HORAS ANTIPHONÆ, I

1. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Psiil I mus Dominus regnavit. Qum ceteris, pag. 17. I

2. Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, et pulsaverit januam, invenerit vigilantem.

3. Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis I in tempore tritici mensuram,

i 4. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.

5. Serve bone et fidelis intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Eccli. 45

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in be I edictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

JESU Redemptor omnium,
Corona confitentium,
I In hac die clementius
Nostris faveto precibus :

Tui sacri qua nominis
Confessor almus claruit,
Cujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.

Qui rite mundi gaudia
Hujus caduca respuens,
Cum angelis cælestibus
Lætus potitur præmiis.

Hujus benignus annue
Nobis sequi vestigia :
Hujus precatu servulis
Dimitte noxam criminis.

SIT Christe Rex piissime
Tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen

V T ustus germinabit sicut Iffiiim.^. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Euge serve bone, et fidelis, quia in nanea fuisti fidelis, supra multa fe constituam, dicit Dominus.

* Si contingat fieri plures Memorias de aliis Confessoribus in Laudibus,

V

Pro j. Memoria dicatur Ana Beatus ille servus., quæ est ij. Laudum;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Fidelis servus., quæ est iij. Laudum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Serve bone., quæ est v.Laudum.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. y. Justus ut palma florebit in domo Domini, l^z. Sicut ce drus Libani multiplicabitur.

II. y. Justum deduxit Domi nus per vias rectas. R?. Et ostendit illi regnum Dei.

III. )T. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. Stolam glo riæ induit eum.

T Ad faciendam vero Memo riam plurium Confessorum in Laudibus,

Ana. Sint lumbi vestri præ cincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus exspectantibus do minum suum quando reverta tur a nuptiis.

T. Mirabilis Deus. Rz. In San ctis suis.

AD TERTIAM.

Capitulum Dilectus Deo., ut in Laudibus, pag. 75*.

Jft. Amavit eum Dominus, * Et ornavit eum. Amavit eum. T. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit eum. Gloria. Amavit eum.

T Justum deduxit Dominus per vias rectas. Rz. Et ostendit illi regnum Dei.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli.

JUSTUS cor suum tradet ad vi J gilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabitur.

1$. Justum deduxit Dominus * Per vias rectas. Justum f. Et ostendit illi regnum Dei Per vias. Gloria. Justum.

J. Justus ut palmaflorebitin domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. io.

rISTUM deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scien tiam sanctorum : honestavit illum in laboribus, et comple vit labores illius.

^.Justus ut palma florebit * In domo Domini. Justus, f. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. In domo. Gloria. Justus.

X. Justus germinabit sicut lilium, ty. Et florebit in æter num ante Dominum.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos,* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die vir tutis tuæ in splendoribus san ctorum : * ex utero ante luci ferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœ nitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordi nem Melchisedech.

^Dominus a dextris tuis, * con fregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, im plebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De, torrente in via bibet : * propterea exaltabit caput.



Psalmus ni.

- t^EVTUS vir, qui timet Dorm io num : * in mandatis ejus volet nimis.

potens in terra erit semen ejus : * generatio rectorum be nedicetur.

Gloria, et divitiæ in domo ejus : * et justitia ejus manet i in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen I rectis : * misericors, et misera tor, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, ? disponet ser mones suos in judicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit ju stus : * ab auditione mala non timebit.

f Paratum cor ejus sperare in Domino, ? confirmatum est cor ejus : *non commovebitur do nec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: ? i justitia ejus manet in sæculum sæculi, * cornu ejus exaltabi tur in gloria.

Peccator videbit, et irasce tur, ? dentibus suis fremet et tabescet : * desiderium pecca torum peribit.

Psalmus ii2.

LAUDATE pueri Dominum : * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedi ctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occa sum,--laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos glo ria ejus.

Quis sicut Dominus Deus no ster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?

Suscitans a terra inopem,* et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum princi pibus, * cum principibus po puli sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum læ tantem.

Psalmus 115.

CREDIDI, propter quod lo cutus sum : * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino,* pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam : ^ et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus :

0 Domine quia ego servus tuus : * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea : * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius • * in atriis domus Do mini, in medio tui Jerusalem.

Psalmus 125.

TN convertendo Dominus ca 1 ptivitatem Sion : * facti su mus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes . * Magnificavit Dominus facere

c Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus læ

t Converte Domine captivita tem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exsultatione, * portantes manipulos suos.

Ana. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum.

Capitulum, Hymnus et )T. ut in j. Vesperis, pag. 67*.

Ad Magnificat Ana. Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

T Si contingat fieri plures Memorias de aliis Confessoribus in ij. Vesperis,

Pro j. Memoria dicatur Ana Confessor Domini., ut ad Magnificat in j. Vesperis, pag. 68*;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Iste Sanctus., ut paulo post, in Nocturno festi Trium Lectionum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Ecce vere Israelita., quæ est iv. Laudum, pag. 75*

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. f. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. 1$. Stolam gloriæ induit eum.

II. f. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

HI. f. Justus ut palma florebit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

## IN FESTO TRIUM LECTIONUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Confessorum Dominum * Venite adoremus.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

T Aliud Evangelium de Confessore Pontifice Novem Lectionum.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

(Comment. in Matth. 25..

DIVISIO quidem pecuniæ inæqualis est, sed non ad dividentem referenda diversitas est. Ait enim unumquemque secundum virtutem suam accepisse. Patrem familias se ipsum esse significat. Peregrinationis tempus pœnitentiæ spatium est, quo in cælis a dextris Dei assidens, potestatem universo generi humano fidei atque operationis evangelicæ permisit.

Lectio viij.

IGITUR unusquisque secundum fidei suæ mensuram, talentum, id est, Evangelii prædicationem, a prædicante suscepit. Hæc enim incorrupta substantia est : hoc Christi patrimonium æternis heredibus reservatum. Sed servus ille, qui quinque talenta accepit, populus ex Lege credentium est : ex qua profectus, meritum ipsius recte probeque perfunctus evangelicæ Fidei operatione duplicavit.

Lectio ix.

IN ratione autem ponenda judicii examen est : quo cælestis verbi usus, et reditus dispensati talenti postulatur. Igitur cui erant quinque commissa, domino reverso de quinque decem obtulit : talis scilicet in Fide repertus, qualis in Lege : qui decem verborum quinque libris Moysi, præceptorum obedientiam per gratiam evangelicæ justificationis expleverit. Igitur jubetur in gaudium Domini introire, id est, in honorem gloriæ Christi recipitur.



COMMUNE

## UNIUS DOCTORIS.

Omnia fiant ut in Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 67*. et sequentibus, præter hic notata.

Oratio.

DEUS, qui populo tuo æternæ salutis beatum N. ministrum tribuisti : præsta quæsumus, ut quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per.

IN I. NOCTURNO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 14

BEATUS vir, qui in sapientia morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens : qui respicit per fenestras illius, et in januis illius audiens : qui requiescit juxta domum illius, et in parietibus illius figens palum statuet casulam suam ad manus illius, et requiescent in casula illius bona per ævum : statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis ejus morabitur : protegetur sub tegmine illius a fervore, et in gloria ejus requiescet.

Lectio ij. Cap. 24.

Qui implet quasi Phison sapientiam, et sicut Tigris in diebus novorum. Qui adimplet quasi Euphrates sensum : qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem, et assistens quasi Gehon in die vindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam, et infirmior non investigabit eam. A mari enim abundavit cogitatio ejus : et consilium illius ab abysso magna. Ego sapientia effudi flumina Ego quasi trames aquæ immensæ de fluvio, ego quasi fluvii dioryx, et sicut aquæductus exivi de paradiso.

Lectio iij.

T-XIXI : Rigabo hortum meum D plantationum, et inebriabo prati mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluvius meus appropinquavit ad mare : quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.

Adhuc doctrinam quasi pro phetiam effundam, et relin quam illam quærentibus sa pientiam,et non desinam in pro genies illorum usque in ævum sanctum. Videte quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Papæ.

Lectio iv. (Lib. 9. cap. 6.,

Qui post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores san ctæ Ecclesiæ designantur? Qui subductis Martyribus eo jam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elu cet : et repressa infidelitatis hieme, altius per corda fide lium sol veritatis calet. Qui remota tempestate persecutio nis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctæ Ec clesiæ orti sunt, cum ei jam per credulitatis vernum luci dior annus aperitur.

Lectio v. (Cap. 8.)

Vpc immerito Doctores san iei cti Hyadum nuncupatio ne signantur. Græco quippe eloquio hyetos pluvia vocatur, et Hyades nomen a pluviis ac ceperunt : quia ortæ proculdu bio imbres ferunt. Bene ergo Hyadum appellatione expressi sunt, qui ad statum universa lis Ecclesiæ, quasi in cæli fa ciem deducti, super arentem terram humani pectoris san ctæ prædicationis imbres fu derunt. Si enim prædicationis sermo pluvia non esset, Moy ses minime dixisset : Exspe ctetur sicut pluvia eloquium meum : et nequaquam per Isaiam Veritas diceret : Man dabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem : atque hoc quod paulo ante protulimus • Quamobrem prohibitæ sunt stellæ pluviarum.

Lectio vj.

DUM ergo Hyades cum piri vris senium, ad cæli spa tia altiora sol ducitur : quia apparente Doctorum scientia dum mens nostra imbre præ dicationis infunditur, fidei ca lor augetur. Et perfusa terra ad fructum proficit, cum lumen ætheris ignescit : quia uberius frugem boni operis reddimus, dum per sacræ eruditionis flammam in corde clarius ar demus. Dumque per eos die bus singulis magis magisque scientia cælestis ostenditur, quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur : ut novus sol nostris mentibus ru tilet, et eorum verbis nobis co gnitus, seipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mundi fine, superna scientia proficit, et largius cum tempore ex crescit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

(Hom. 15. in Matth. sub med.)

ATTENDITE quid dixerit, Vos estis sal terræ : per quod ostendit quam necessario ista præcipiat. Non enim de vestra, inquit, tantummodo vita, sed de universo orbe vobis ratio reddenda est. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut viginti, neque ad unam gen tem vos mitto, sicut mittebam prophetas : sed ad omnem ter ram prorsus, ac mare, totum que mundum, et hunc variis criminibus oppressum.



Lectio viij.

- « -V ICENDO enim, Vos estis sal j J terræ, ostendit universam hominum infatuatam esse na turam, et peccatorum vi cor ruptam : et idcirco illas ab eis virtutes requirit, quæ maxime ad multorum salutem procu randam necessariæ sunt atque utiles. Nam qui mansuetus est, ac modestus, et misericors, et justus, non intra se tantum-, modo hæc recte facta conclu dit, verum in aliorum quoque utilitatem præclaros hos faciet effluere fontes. Igitur qui corde mundo est atque pacificus, et persecutionem pro veritate patitur, nihilominus in com mune commodum vitam insti tuit.

Lectio ix.

NE igitur putetis, inquit, ad levia vos duci, sed certamina, neque exiguarum rerum vobis ineundam esse rationem. Vos estis sal terrae. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sunt? Nequaquam : neque enim fieri potest, ut ea, quæ jam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt, sed ante renovata, sibique tradita, atque ab illa jam putredine liberata, aspergebant sale, et in ea no vitate conservabant, quam a Domino susceperant. Liberare quippe a putredine peccato rum, Christi virtutis est : ut autem ad illa iterum non re vertantur, Apostolorum curæ est ac laboris.

COMMUNE

# UNIUS CONFESSORIS

NON PONTIFICIS.

Omnia fiant ut in Communi unius Confessoris Pontificis pag. 67*. et sequentibus, præ ter hic posita.

Oratio.

DEUS, qui nos beati N. Confessoris tui annua solem nitate lætificas : concede pro pitius ut cujus natalitia coli mus, etiam actiones imitemur. Per.

Alia Oratio.

ADESTO Domine supplica tionibus nostris, quas in beati N. Confessoris tui solem nitate deferimus : ut qui no stræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per.

IN I. NOCTURNO.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 31.

BEATUS vir, qui inventus est sine macula : et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna -.qui potuit transgredi, et non est transgressus : facere mala, et non fecit : ideo stabi lita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Lectio ij. Cap. 32.

Qui timet Dominum, excipiet doctrinam ejus : et qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea : et qui insidiose agit, scandalizabitur in ea. Qui timent Dominum, invenient judicium justum, et justitias quasi lumen accendent. Qui credit Deo, attendit mandatis : et qui confidit in illo, non minorabitur.

Lectio iij. Cap. 33. et cap. 34.

TIMENTI Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, et liberabit a malis. Sapiens non odit mandata et justitias, et non illidetur quasi in procella navis. Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis. Spiritus timentium Deum quæritur, et in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Dei in diligentes se. Qui timet Dominum nihil trepidabit, et non pavebit : quoniam ipse est spes ejus. Timentis Dominum beata est anima ejus.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.
(In Orat. de S. Philog.)

Lectio i v.

BEATI N. dies, cujus festivitatem celebramus, ad ipsius recte factorum enarrationem linguam nostram evocavit : siquidem hodie Beatus iste ad tranquillam, omnisque perturbationis expertem vitam transiit : eoque navigium appulit, ubi deinceps non poterit metuere naufragium, nec ullam animi perturbationem, autrl^ 1f j x,UU* lorem.

Lectio v.

QUAMOBREM maximopere gratulor hujus Sancti felicitati, quod quamquam translatus est, atque hanc, quæ apud nos est, civitatem reliquit : tamen in alteram ascriptus est civitatem, nempe Dei : ac digressus ab hac Ecclesia ad illam pervenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cælis : ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem angelorum.

Sermo sancti Ephrem Syri.
(Encomio in S. Basil.)

Lectio vj.

SAPIENS hic et fidelis N. vere gressus est virtutum, liber laudum, vita miraculorum : qui in carne gradiens, spiritu incedebat; communemque cum aliis in terra vitam degens, superna contemplabatur .- beryllum plectrum mysticæ citharæ regionem sanctorum angelorum oblectans : certus agnus matricis vitæ, Spiritus sancti agrum ac hortum illustrans, desiderio atque amore exsultans, ac florem ex ima radice pretiosissimæ crucis decerpens : membrana pulchra divinæ sapientiæ, quæ de cælo divinas impressiones accepit.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. II.

IN illo tempore : Respondens Jesus dixit : Confiteor tibi Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.



Homilia sancti Joannis Chrysostomi.
(Hom. 39. in Matth.)

QUOD hic, Confiteor, dixit, idem valet quod Gratias ago. Gratias, inquit, tibi ago, quoniam a prudentibus, et sapientibus hæc celasti. An igitur perditione illorum gaudere ipsum dicemus, et quoniam illi hæc non didicere? Minime. Non ergo quia sapientes non cognoverunt, gaudet : sed quia parvuli perceperunt, lætatur. Ita et Paulus dicit : Gratias ago Deo meo, quoniam fuistis servi peccati : obedistis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ. Non ergo Paulus propterea gaudet, quia erant servi peccati; sed quia, cum essent hujusmodi, veritatis cultores facti sunt.

Lectio viij.

PRUDENTES autem hic Scribas et Pharisæos appellat : quibus verbis alacriores reddit discipulos : cum intelligant illa se piscatores esse consecutos, a quibus illi summi, ut videbantur, viri exciderunt. Cum autem Sapientes dixerit : non illam veram laudabilem sapientiam intelligit : sed hanc, quæ sæculari doctrina præstatur. Idcirco etiam non dixit, Stultis revelasti, sed Parvulis : quasi non formatis adhuc, sed simplicibus.

Lectio ix.

TTA ostendit non indigne illos, sed jure his rebus fuisse privatos : ac per omnia nos docet flatum superbiæ omnino esse fugiendum, ac simplicitatem æmulandam. Quod Paulus amplioribus verbis scribit, dicens : Si quis in vobis videtur in hoc sæculo sapiens esse, is fiat stultus, ut sapiens efficiatur : sic enim gratia Dei monstratur. Cur vero gratias agit Patri, cum ipse illud fecerit? Sicut orat et intercedit pro nobis ad Deum, magnam erga nos declarans caritatem, sic etiam et hoc ex caritatis fervore peragit.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus exspectantibus dominum, suum quando revertatur a nuptiis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Homil. 13. in Evang.)

SANCTI Evangelii, fratres carissimi, aperta vobis est lectio recitata : sed ne aliquibus ipsa ejus planities alta fortasse videatur, eam sub brevitate transcurrimus : quatenus ejus expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus non sit onerosa. Lumborum nomine luxuria designatur, cum Dominus dicit, Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.

Lectio viij.

^ED quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat et bonis operibus insudare, protinus additur .

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla demonstramus. De quibus profecto operibus Dominus dicit : Luceat lux vestra coram hominibus : ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.

Lectio ix.

Duo autem sunt, quæ jubentur, et lumbos præcingere, et lucernas tenere : ut et munditia sit castitatis in corpore, et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero nequaquam placere potest : si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit; aut is, qui castitate præeminet, necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonum est aliquid sine castitate.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis : Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

(Lib. 4. in Lue.)

PUSILLUM gregem electorum, vel ob comparationem majoris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis devotionem nominat. Quia videlicet Ecclesiam sulm quantalibet numerositate jam dilatatam, tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere, et ad promissum regnum humilitate pervenire.

Lectio viij.

T TENDITE quæ possidetis, et V date eleemosynam. Nolite inquit, timere, ne propter regnum Dei militantibus hujus vitæ necessaria desint : quin etiam possessa propter eleemosynam vendite. Quod tunc digne fit, quando quis semel pro Domino suis omnibus spretis, nihilominus post hæc labore manuum, unde et victum transigere, et eleemosynam dare queat, operatur.

Lectio ix.

FACITE vobis sacculos, qui non veterascunt : eleemosynas videlicet operando, quarum merces in æternum maneat. Ubi non hoc præceptum esse putandum est, ut nihil pecuniæ reservetur a sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum usibus suggerendæ : sed ne Deo propter ista serviatur, et ob inopiæ timorem justitia deseratur.

T Aliud Evangelium.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. io.

IN illo tempore : Designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Hem. 17. in E vali g.)

DOMINUS et Salvator noster, fratres carissimi, binos in prædicationem discipulos



mittit : quia duo sunt præcepta caritatis, Dei videlicet amor, et proximi : et minus quam' inter duos caritas haberi non potest. Ecce enim binos ad prædicandum discipulos Dominus mittit : quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui caritatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet.

Lectio viij.

BENE autem dicitur quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum quo erat ipse venturus. Prædicatores enim suos Dominus sequitur : quia prædicatio prævenit, et tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hæc veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem prædicatoribus Isaias dicit : Parate viam Domini : rectas facite semitas Dei nostri.

Lectio ix.

HINC illic Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque Dominus ascendit : quia unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit : quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcavit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos ejus gloriam vestris mentibus prædicamus : ut eas et ipse post veniens per amoris sui præsentiam illustret.

COMMUNE

## UNIUS ABBATIS.

Omnia fiant ut in Communi unius Confessoris Pontificis, pag. 67*. et sequentibus, præter hic posita.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati N. Abbatis commendet : ut quod nostris meritis non valemus ejus patrocinio assequamur. Per.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura currente (vel in Dominica de Apostolo), nisi aliter notetur.

T Si autem Feria currens Lectiones de Scriptura non habuerit, ut contingit quando Lectiones Feriæ sunt de Homilia, legantur tres Lectiones de Communi unius Confessoris non Pontificis, scilicet Beatus vir, qui inventus est sine macula., pag. 81*.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones quæ notatæ fuerint in Proprio Sanctorum.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. i Q.

IN illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

iLib. 3. in Matih. cap. 19.).

ARANDIS fiducia! Petrus piijr scator erat, dives non fuerat, cibos manu et arte quærebat : et tamen loquitur confidenter : Reliquimus omnia.

Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est : Et secuti sumus te. Fecimus quod jussisti : quid igitur nobis dabis præmii? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.

Lectio viij.

NON dixit, Qui reliquistis omnia ; hoc enim et Crates fecit philosophus, et multi alii divitias contempserunt : sed, Qui secuti estis me : quod proprie Apostolorum est, atque credentium. In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ (quando et mortui de corruptione resurgent incorrupti), sedebitis et vos in soliis judicantium, condemnantes duodecim tribus Israel, quia votos credentibus, illi credere noluerunt.

Lectio ix.

ET omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit. Locus iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur : Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem a patre suo, et matrem a filia, et nurum a socru ; et inimici hominis domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, et prædicationem Evangelii, omnes affectus contempserint, atque divitias et sæculi voluptates : isti centuplum recipient, et vitam æternam possidebunt.

COMMUNE

# UNIUS VIRGINIS MARTYRIS.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præparata introivit cum eo ad nuptias.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

1$. Regnum mundi et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi, * Quem vidi, quem amavi, In quem credidi, quem dilexi. J. Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. — Quem vidi. Gloria. In quem credidi.

Hymnus.

VIRGINIS Proles opifexque Matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginis festum canimus trophæum,
Accipe votum.

HÆC tua Virgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corpore sæclum.

UNDE nec mortem, nec amica mortis
Sæva pœnarum genera pavescens,
Sanguine fuso meruit sacrata
Scandere cælum.

Hujus obtentu Deus alme nostris
Parce jam culpis, vitia remittens :
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris hymnum.

GLORIA Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore sæcli. Amen.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Aha. Ista est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit : quæ accepta lampade sumpsit secum oleum, et veniente Domino introivit cum eo ad nuptias.

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Domine, beata N. Virgo et Martyr imploret : quæ tibi grata semper exstitit, et merito castitatis, et tuæ professione virtutis. Per.

T Alia Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas : concede propitius ut qui beatæ N. Virginis et Martyris tuæ solemnia colimus, ejus apud te patrocinia sentiamus. Per.

T Si contingat in j. Vesperis fieri plures Memorias de aliis Virginibus, sive sint Martyres, sive non,

Pro j. Memoria dicatur Aha Accinxit., ut ad Magnificat in ij. Vesperis, pag. 97*;

Pro ij. Memoria dicatur Ana Hæc est Virgo sapiens, et una., quæ est j. Laudum, pag. 95*;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Media nocte., quæ est iv. Laudum, ibidem.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. V. Diffusa est gratia in labiis tuis. 1$. Propterea benedixit te Deus in æternum.

II. JT. Specie tua et pulchritudine tua. l^?. Intende, prospere procede, et regna.

HI. V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. ty. Deus in medio ejus, non commovebitur.

T Ad faciendam vero Memoriam plurium Virginum in j. Vesperis,

Ana.Prudentes Virgines aptate lampades vestras:ecce Sponsus venit, exite obviam ei.

X - Adducentur regi virgines post eam. K. Proximæ ejus afferentur tibi.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Agnum sponsum Virginum, * Venite adoramus Dominum Jesum Christum.

Hymnus. Virginis Proles., ut in j. Vesperis.

IN I. NOCTURNO.
Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magni ficentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas , inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : "* lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et consti tuisti eum super opera ma nuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves univer sas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. Ante torum hujus Vir ginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad cur rendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas : * testimo nium Domini fidele, sapien tiam præstans parvulis.

'Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum mul tum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana.Unguentum effusum no men tuum : ideo adolescentu læ dilexerunt te nimis.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitu do ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.



Ouia ipse super maria fun davit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Do mini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec ju ravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. O quam pulchra est ca sta generatio cum claritate!

f. Diffusa est gratia in labiis | tuis. ^.Propterea benedixit te Deus in æternum.

De libro Ecclesiastici.

Lectio j. Cap. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex,et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perdi tione, a laqueo linguæ iniquæ, et a labiis operantium menda cium, et in conspectu astan tium factus es mihi adjutor. , Et liberasti me secundum mul titudinem misericordiæ nomi nis tui a rugientibus, præpa ratis ad escam, de manibus quærentium animam meam, et de portis tribulationum quæ circumdederunt me : a pres sura flammæ, quæ circumde dit me, et in medio ignis non sum æstuata : de altitudine ventris inferi, et a lingua coin quinata, et a verbo mendacii, a rege iniquo, et a lingua in justa.

Veni sponsa Christi, ac cipe coronam, quam tibi Do minus præparavit : * Pro cu jus amore sanguinem tuum fudisti, et cum angelis in pa radisum introisti, f. Veni ele cta mea, et ponam in te thro num meum,quia concupivitrex speciem tuam. — Pro cujus.

Lectio ij.

LAUDABIT usque ad mortem anima mea Dominum, et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumde derunt me undique, et non erat qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum, et non erat. Memorata sum misericordiæ tuæ Domine, et operabilis tuæ, quæ a sæculo sunt • quoniam eruis sustinen tes te Domine, et liberas eos I de manibus gentium.

Ri ij. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter dextera tua. f. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — Et deducet te.

Lectio iij.

f * x APTASTI super terram ha Cj litationem meam, et pro morte defluente deprecata sum.

Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelin quat me in die tribulationis meæ, et in tempore superbo rum sine adjutorio. Laudabo nomen tuum assidue, et col laudabo illud in confessione, et exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, et eripuisti me de tempore ini quo. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi, et benedi cam nomini Domini.

iij. Specie tua et pulchri tudine tua * Intende, Prospere procede, et regna. f. Diffusa est gratia in labiis tuis : pro pterea benedixit te Deus in æternum. — Intende. Gloria. Prospere procede.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum ver bum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, ? diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea be nedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere pro cede, et regna,

Propter veritatem et mansue tudinem, et j lætitiam: * et dedu cet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, X populi sub te cadent, * in corda ini micorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

. . «. .

justitiam, et odisti iniquitatem ^propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus dele ctaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato : * circum data varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum pa tris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Do minus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferen tur tibi.

Afferentur in lætitia et ex sultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt ti bi filii : * constitues eos prin cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et gene rationem.

Propterea populi confitebun tur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Specie tua et pulchritu dine tua intende, prospere pro cede, et regna.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribu lationibus, quæ invenerunt nos nimis.



propterea non timebimus dum turbabitur terra:* et trans ferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum ; * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat ci vitatem Dei: * sanctificavit ta bernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non com movebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Do mini, ? quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confringet arma : * et scuta comburet igni :

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobis cum : * susceptor noster Deus Jacob.

Ana. Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus in medio ejus, non commovebitur.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA * ejus in monti bus sanctis : * diligit Do minus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * ci vitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylo nis * scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, * hi fue runt illic.

Numquid Sion dicet : Ho mo, ? et homo natus est in ea:* et ipse fundavit eam Altissi mus?

Dominus narrabit in scri pturis populorum, et princi pum : * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexa bitur me.

f. Specie tua et pulchritudine tua. Intende, prospere pro cede, et regna.

Sermo sancti Maximi Episcopi.

(Homil. de S. Agnete.)

Lectio iv.

CUM in toto mundo virgi neus flos Mariæ immar cescibiles coronas innectat, et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conservet affectu: eo usque integritas persevera vit ad palmam, ut in puellis trophæum sanctitatis arripe ret, et per vestigia Matris Vir ginis ad cælestem thalamum perveniret. O quam imitabile virginibus, Virgo, tui amoris tradidisti exemplum, contem nendo mundi divitias, exse crando carnis concupiscentias, et solam Christi pulchritudi nem adamando!

r Ez iv. Grata facta est a Do mino in certamine, quia apud Deum et apud homines glorifi cata est : in conspectu princi pum loquebatur sapientiam, * Et Dominus omnium dilexit eam. J. Erecta namque in virtutis culmine, tormenta de risit, præmia calcavit. — Et Dominus omnium.

Lectio v.

BEATISSIMA hæc Virgo magnum de se pudicitiæ excitavit exemplum, cum virginitatem prætulit vitæ, trophæum crucis Christi arripuit, et tam contra libidines, quam etiam contra supplicia universa, fide potius armata quam ferro, fortiter dimicavit et vicit. Nescit amare aliquid, quod transit : et dum nimis virginitatem diligit, nec ludibria", nec flammas, nec supplicia, nec carnifices metuit : postremo nec gladium furentis percussoris expavit.

v. Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit : quæ acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum : * Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias, f. Ista est una de numero prudentum, quæ aptavit lampades suas. — Et veniente Domino.

Lectio vj.

VENI jam Virgo ad thalamum, quem quæsisti : ut sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi, et Martyrem confessio probata consignet. Felix caterva virginum, quibus studium est tuæ sequi confessionis vestigia! Itaque o splendida Christo, pulchra Dei Filio, et omnibus Angelis atque Archangelis grata : ut nostri meminisse digneris, quibus possumus, precibus exoramus : ut nobis ille tribuat peccatorum indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam.

vj. Afferentur regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi * In lætitia et exsultare. J. Prudentes virgines aptate lampades vestras" ecce sponsus venit, exite obviam ei. — In lætitia. Gloria In lætitia.

IN III. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus :* sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, ? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur ^judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, V commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnia ligna silvarum a facie Domini, quia venit :*quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in aequitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini: * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ, * propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.



Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Ana. Hæc est, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, et exsultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? simul montes exsultabunt a conspectu Domini : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, * et populos in æquitate.

Ana. Hæc est Virgo sapiens atque gloriosa, quia Dominus omnium dilexit eam.

T Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
'Homil. II. in Evang.)

CÆLORUM regnum, fratres carissimi, ideirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit : quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, et per ea, quæ usu didicit, quasi con fricatus incalescat: ut per hoc, quod scit notum diligere,discat et incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abs condito in agro comparatur. Qua in re notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium cælestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus : ma ligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident.

K?, vij. Audivi vocem de cælo venientem : venite omnes virgines sapientissimæ, * Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit. J. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit. — Oleum recondite.

Lectio viij.

DEPRÆDARI ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico non ut proximi opera nostra bona non videant : sed ut sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto Rursum cæleste regnum nego tiatori homini simile dicitur qui bonas margaritas quærit! sed unam pretiosam invenit' quam videlicet inventam, om nia vendens, emit : quia qui cælestis vitæ dulcedinem, in quantum possibilitas admittit perfecte cognoverit : ea, quæ in terrenis amaverat, libenter cuncta derelinquit.

viij. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupivit rex speciem tuam. f. Specie tua et pulchri tudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia concupivit rex.

Lectio ix.

RECTE per Salomonem dicitur : Fortis est ut mors dilectio : quia sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ caritas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. Nec enim Sancta hæc, cujus hodie natalitia celebramus, mori pro Domino potuisset in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, præmia calcavit. Quid inter hæc nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna cælestia puellas per ferrum videmus, quos ira su



perat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna cælorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quod Deum nolumus saltem per pacem sequi.

ix. Regnum mundi, et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi : *Quem vidi, quem amavi, In quem credidi, quem dilexi. X- Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. — Quem vidi. Gloria. In quem credidi.

Ante Laudes y. Ora pro nobis beata N. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Hæc est Virgo sapiens, et una de numero prudentum. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

2. Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit.

3. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

4. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

5. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus.

JESU, corona virginum,
Quem Mater illa concipit,
Quæ sola virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.

QUI pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisque reddens præmia.

QUOCUMQUE pergis virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.

TE deprecamur, largius
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.

SIT Christe Rex piissime
Tibi Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

Ad Benedictus Ana. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : quia concupivit Rex speciem tuam.

T Si contingat in Laudibus fieri plures Memorias de aliis Virginibus,

Pro j. Memoria dicatur Aha Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus.,quæ est ij. Laudum;

Pro ij. Memoria dicatur Aha Veni sponsa Christi., quæ est iij. Laudum;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Tunc surrexerunt., quæ est v. Laudum.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

II. f. Specie tua et pulchritudine tua. fy Intende, prospere procede, et regna.

III. fi. Diffusa est gratia in labiis tuis ^z. Propterea bene dixit te Deus in æternum.

T Ad Memoriam vero plurium Virginum in Laudibus.

Ana. Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsæ.

X- Media nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

AD TERTIAM.

Capitulum. Confitebor tibi., ut in Laudibus.

K?. Diffusa est gratia * In labiis tuis. Diffusa est. f. Propterea benedixit te Deus in æternum. In labiis tuis. Gloria. Diffusa est.

f. Specie tua et pulchritudine tua. 1$. Intende, prospere procede, et regna.

AD SEXTAM

Capitulum. 2. Cor. II.

ÆMULOR enim vos Dei æmulatione : despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

K- Specie tua *Et pulchritudine tua. Specie tua. J. Intende, prospere procede, et regna. Et pulchritudine tua. < -toria. Specie tua.

f Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 4.

OQUAM pulchra est casta generatio cum claritate : immortalis est enim memoria illius : quoniam apud Deum nota est et apud homines.

k Adjuvabit eam Deus ^ultu suo. Adjuvabit, f. Deus in m£dio ejus, non commovebitur. Vultu suo. Gloria. Adjuvabit.

V. Adducentur regi virgines post eam. Proximæ ejus afferentur tibi.

AD II. VESPERAS.

Psalmus 109.

DIXIT Dominus Domino meo : * Sede a dextris meis :

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion : * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : * Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas : * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet * propterea exaltabit caput.

Psalmus 112.

I-T AUDATE pueri Dominum :* -L/ laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cælo et in terra ?



Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem :

Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Psalmus 121.

TiÆTATUS sum in his, quæ indicta sunt mihi : * In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas : * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini : * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : * et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in «virtute tua : * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, et proximos meos, * loquebar pacem dete:

Propter domum Domini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Psalmus 126.

NISI Dominus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum : * ecce hereditas Domini filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis : * ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis : * non confundetur cum loquetur inimicis suisjn porta,

Psalmus 147.

LAUDA Jerusalem Dominum :* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ ^velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam : * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas : * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob : * justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: * et judicia sua non manifestavit eis. I*

Ana. Hæc est Virgo sapiens, et una de numero prudentum.

Capitulum, Hymnus et X. ut in j. Vesperis, pag. 86*. et pag.87*.

Ad Magnificat Ana. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum : ideoque lucerna ejus non exstinguetur in sempiternum.

T Si contingat in ij. Vesperis fieri plures Memorias de aliis Virginibus,

Pro j. Memoria dicatur Ana Ista est., ut ad Magnificat in j. Vesperis, pag. 8f

Pro ij. Memoria dicatur Ana Veniente Sponso., ut infra, in Nocturno festi Trium Lectio num;

Pro iij. Memoria dicatur Ana Media nocte., quæ est i v. Lau dum, pag. 95*.

T Versiculi autem hoc ordine dicantur :

I. f. Diffusa est gratia in la biis tuis. Propterea bene dixit te Deus in æternum.

II. y. Specie tua et pulchri tudine tua. 1$. Intende, pro spere procede, et regna.

III. jh Adjuvabit eam Deus vultu suo. 1$. Deus in medio ejus, non commovebitur.

IN FESTO

## TRIUM LECTIONUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Virgi num Dominum * Venite ado remus.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præ parata introivit cum eo ad nu ptias.

COMMUNE

## UNIUS VIRGINIS

NON MARTYRIS.

Omnia fiant ut in Communi unius Virginis et Martyris, pag. 86* et sequentibus, præter hic posita.

IN UTRISQUE VESPERIS ET AD MATUTINUM.

Hymnus.

VIRGINIS Proles, opifexque matris,
Virgo quem gessit, peperitque Virgo,
Virginisfestum canimusbeatæ,
Accipe votum.

Hujus obtentu, De^w nostris
Parce jam culpis, vitia remit tens :
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris hymnum.

GLORIA Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque sem per
Spiritus alme, Deus unus,omni
Tempore sæcli. Amen.

Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ N. Virginis tuæ festivitate gau demus, ita piæ devotionis eru diamur affectu. Per.

IN I. NOCTURNO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j. Cap. 7.

DE Virginibus præceptum Domini non habeo : con silium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existi mo ergo hoc bonum esse pro pter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxo rem. Si autem acceperis uxo rem : non peccasti. Et si nu pserit virgo, non peccavit: tri bulationem tamen carnis habe bunt hujusmodi.

j. Veni sponsa Christi, ac cipe coronam, quam tibi Do minus præparavit: *Pro cujus amore sæculum contempsisti, et cum angelis in paradisum introisti. f\Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : quia concupivit rex speciem tuam. — Pro cujus amore.



Lectio ij.

pus Drevc est : icnquuui em, ut et qui habent uxores, tam-1 quam non habentes sint : et qui flent, tamquam non flen- tes : et qui gaudent, tamquam ndi gaudentes : et qui emunt, tamquam non possidentes : et qui utuntur hoc mundo, tam- quam non utantur : præterit enim figura hujus mundi,

ty. ij. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter | * dextera tua. Jp. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — Et deducet te.

Lectio iij.

VOLO autem vos sine sollici tudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ D6mini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sol licitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et di visus est. Et mulier innupta, et virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, et spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro.

R. lij. Specie tua et pulchri- tudine tua * Intende, Prospere procede, et regna. F. Diffusa est gratia in labiis tuis : pro- pterea benedixit te Deus in æternum. — Intende. Gloria. Prospere procede.

IN II NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini Episcopi

lectio iv. (Lib. de Virginit.)

TN festo Virginis prædicanda est una de I est virginitas. Hoc in isto sermone fuscamus. Adjuvet,

Christus Virginis Filius, et Vir connuDio spiritualiter conjuga tus. Cum igitur universa Ec clesia virgo sit, sicut dicit Apostolus," quanto digna sunt honore membra, quæ hæc eu stodiunt etiam in ipsa carne, quæ ipsa tota custodit in fide! Nulla ergo fecunditas carnis sanctæ virginitati, etiam car nis, comparari potest.

iv. Hanc amavi, et exqui sivi sponsam mihi assumere, Et amator factus sum formæ illius. JF. Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. — Et ama tor.

Lectio v.

ILLA autem Virgo conjugatæ merito præponitur, quæ nec multitudini se amandam pro ponit, sed Speciosum forma præ filiis hominum sic amavit, ut, quia eum sicut Maria con cipere carne non posset, ei corde concepto carnem etiam integram custodiret. Cedat vir ginitati omnis fecunditas car nis, omnis pudicitia conjuga lis. Illa non est in potestate : -sta non est in æternitate. Fe cunditdtem carnalem non ha bet Hberura arbitrium : pudi dtiam conju^iem non habet cæium

v "Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem in venit : quæ acceptis lampadi bus, sumpsit secum Ultumi * Et veniente Domino, intel vit cum eo ad nuptias. Ista tum, quæ aptavit laedes suas. Et veniente Domino.

Lectio vj.

PROFECTO habebunt magnum aliquid præter ceteros in illa communi immortalitate, qui habent aliquid jam non carnis in carne. Cum enim dixisset Dominus de spadonibus, Dabo eis in domo mea locum nominatum multo meliorem quam filiorum atque filiarum : continuo subjecit : Nomen æternum dabo eis; quod utique gloriam quamdam propriam excellentemque significat.

1^7. vj. Afferentur regi virgines post eam : proximæ ejus afferentur tibi * In lætitia et exsultatione, y. Prudentes virgines aptate lampades vestras: ecce sponsus venit, exite obviam ei. — In lætitia. Gloria. In lætitia.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cælorum decem virginibus : quæ accipienteslampades suas exierunt obviam sponso, et sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ. (Homilia 12. in Evang.)

SÆPE vos, fratres carissimi, admoneo prava opera fugere, mundi hujus inquinamenta devitare : sed hodierna sancti Evangelii lectione compellor dicere, ut et bona, quæ agitis, cum magna cautela teneatis; ne per hoc, quod a vobis rectum geritur, favor, aut gratia humana requiratur : ne appetitus laudis subrepat et quod foris ostenditur, intus a mercede vacuetur.

vij. Audivi vocem de cælo venientem : Venite omnes virgines sapientissimæ, * Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit. Jf% Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit. — Oleum recondite.

Lectio viij.

ECCE enim Redemptoris voce decem virgines, et omnes dicuntur virgines, et tamen intra beatitudinis januam non omnes receptæ sunt : quia earum quædam, dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed sciendum nobis est, quod sæpe in sacro eloquio regnum cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur : quæ quia ex utroque sexu fidelium colligitur, decem virginibus similis esse denuntiatur. In qua quia mali cum bonis, et reprobi cum electis commisti sunt, recte similis virginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur.

viij. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupivit rex speciem tuam. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia.

Lectio ix.

SUNT namque plerique continentes, qui ab exteriori se appetitu custodiunt, et spe ad interiora rapiuntur; carnem macerant, et toto desiderio ad supernam patriam anhelant: æterna præmia expetunt, pro laboribus suis recipere humanas laudes nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt, sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique, qui corpus per abstinentiam affligunt, sed de ipsa sua abstinentia humanos favores expetunt.

ty. ix. Regnum mundi, et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi : *Quem vidi, quem amavi, In quem credidi, quem dilexi, y. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. — Quem vidi. Gloria. In quem credidi.

T Hæc eadem Homilia dici potest in festo unius Virginis et Martyris.



## COMMUNE UNIUS SANCTÆ MARTYRIS TANTUM.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi, et liberasti corpus meum a perditione.

Grata facta est a Domino in certamine, quia apud Deum et apud homines glorificata est : in conspectu principum loquebatur sapientiam, * Et Dominus omnium dilexit eam. y. Erecta namque in virtutis culmine, tormenta derisit, præmia calcavit — Et Dominus. Gloria. Et Dominus.

Hymnus.

T TUjus obtentu Deus alme JT1 nostris
Parce jam culpis, vitia remittens :
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris hymnum.

GLORIA Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore sæcli. Amen.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : quia concupivit Rex speciem tuam.

Oratio.

DEUS, qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti : concede propitius, ut qui beatæ N. Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum * In confessione beatæ N.

Hymnus Hujus obtentu., ut in j. Vesperis.

Psalmi, Antiphonæ super Psalmos et f f. in tribus Nocturnis sicut in Communi unius Sanctæ nec Virginis nec Martyris, pag. 105* et sequentibus. Cetera ut infra.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones Confitebor tibi Domine rex., ut in Communi unius Virginis et Martyris, pag.89* Et dicantur una cum tribus Responsoriis quæ iisdem Lectionibus annexa sunt.

IjTn^NOGTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Serni,67. de div. Novi Test.loc.)

Lectio iv.

EGO maxime commemorationes diligo Martyrum, diligo et amplector : atque omnes quidem, sed tum præcipue, cum mulierum certamina proponuntur. Quanto enim infirmius est vas, tanto major est gratia, tanto illustrius trophæum, tanto insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur.

ty. iv. Grata facta est a Domino in certamine, quia apud Deum et apud homines glorificata est : in conspectu principum loquebatur sapientiam, *Et Dominus omnium dilexit eam. ^.Erecta namque in virtutis culmine, tormenta derisit, præmia calcavit. — Et Dominus omnium.

Lectio v.

PER mulierem vicit, per mulierem superatus est Hoc illius antea telum erat : hoc illius nunc cædis factum est instrumentum, hoc vas apparuit insuperabile. Peccavit illa prior, et mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tum' gitalis promissi spe inflata, Dei leges violavit: hæc vitam præsentem contempsit, ne fidem in suum benefactorem ejuraret. Quam igitur deinceps speare poterunt excusationem viri, si molles sint et ignavi? Quam vero veniam, cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum adeo se generose ad certamina pietatis accingant?

v. Gaudea^Tonin^in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ * De cujuspassione gaudent angeli, et collaudant Filium Dei" y. Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : sanctitas et magnificentia in sanctificatione ejus. — De cujus passione,

Lectio vj.

T^UIT illi corpus imbecillum et obnoxius sexus injuriæ verumtamen omnium horum imbecillitatem adveniens gratia occultavit. Nihil enim*est nihil plane potentius est eo' qui magno cum studio Dei timorem habeat in mente defixum : sed quamvis ignes, quamvis ferrum, quamvis bestias, quamvis aliud quidvis minentur hostes, omnia nullo negotio contemnit : quod utique Beata ista etiam fecit.

vj. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : *Quia concupivit rex speciem tuam. f. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia concupivit rex. Gloria. Quia concupivit rex.

IN III. NOCTURNO,

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

JN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro:quem qui invenit homo abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet; et emit agrum illum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

(Homil. II. in Evang.)

^VELORUM regnum, fratres carissimi, idcirco terrenis



rebus simile dicitur, ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit : quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, et per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur. Qua in re notandum est quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium cælestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus : maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident.

vij. Hanc amavi, et exquisivi sponsam mihi assumere, *Et amator factus sum formæ illius, y. Fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. — Et amator.

Lectio viij.

DEPRÆDARI ergo desiderat qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant : sed ut sic sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Rursum cæleste regnum negotiatori homini simile dicitur, qui bonas margaritas quærit, sed unam pretiosam invenit, quam videlicet inventam omnia vendens emit : quia qui cælestis vitæ dulcedinem, in quantum possibilitas admittit, perfecte cognoverit : ea quæ in terrenis amaverat, libenter cuncta derelinquit.

viij. Fallax gratia, et vana est pulchritudo : * Mulier timens Deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum : et laudent eam in portis opera ejus. — Mulier timens.

Lectio ix.

RECTE per Salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio : quia sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ caritas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit, ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. Nec enim Sancta hæc, cujus hodie natalitia celebramus, mori pro Domino potuisset in corpore, si prius a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, præmia calcavit. Quid inter hæc nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna cælestia puellas per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna cælorum per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit quod Deum nolumus saltem per pacem sequi.

R?, ix. Regnum mundi et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi : * Quem vidi, quem amavi, In quem credidi, quem dilexi, f. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. — Quem vidi. Gloria. In quem credidi.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata N. % Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Ana. Gratia super gratiam, cum ceteris ut in Communi unius Sanctæ nec Virginis nec Martyris, pag. 112*.

Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Domine rex, et collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo : quoniam adjutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meum a perditione.

Hymnus Pia Mater et humilis., y. Elegit eam. et ad Benedictus Ana Manum suam., ut in Communi unius Sanctæ nec Virginis nec Martyris, pag. 112*

AD TERTIAM.

Capitulum Confitebor tibi., ut supra in Laudibus.

T et Horarum ut in Communi unius Sanctæ nec Virginis nec Martyris, p. 112*.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 51.

LIBERASTI me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam et de multis tribulationibus quæ circumdederunt me.

AD NONAM.

Capitulum. Fedi. 51.

LAUDABIT usque ad mortem anima mea Dominum : quoniam eruis sustinentes te, et liberas eos de manu angustiæ, Domine Deus noster.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata : omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris ut in Communi unius Virginis, pag. 96*; Capitulum Confitebor., Hymnus Hujus obtentu, et Diffusa est., ut in j. Vesperis, pag. 101*.

Ad Magnificat Ana. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum : gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus : non exstinguetur in nocte lucerna ejus.

COMMUNE UNIUS

# NEC VIRGINIS NEC MARTYRIS.

AD I. VESPERAS.

Super. Psalmos Ana. Hæc est, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

Capitulum. Prov. 31.

MULIEREM fortem quis inveniet? procul, et de ultimis finibus pretium ejus : confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

Fallax gratia, et vana est pulchritudo : * Mulier timens Deum ipsa laudabitur, f - Da*e ei de fructu manuum suarum : et laudent eam in portis opera ejus. — Mulier. Gloria. Mulier.



Hvmnus.

Hujus obtentu, Deus alme nostris parce jam culpis, vitia remittens :
Quo tibi puri resonemus almum
Pectoris hymnum.
GLORIA Patri genitæque Proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spiritus alme, Deus unus, omni
Tempore sæcli. Amen.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Magnificat Ana. Veni electa mea. et ponam in te thronum meum : quia concupivit Rex speciem tuam.

Oratio.

TUORUM corda fidelium Deus miserator illustra : et beatæ N. precibus gloriosis fac nos prospera mundi despicere, et cælesti semper consolatione gaudere. Per.

T Alia Oratio.

EXAUDI nos Deus salutaris noster : ut sicut de beatæ N. festivitate gaudemus, ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum, *In solemnitate sanctæ N.

Hymnus Hujus obtentu., ut supra.

IN I. NOCTURNO.
Psalmus 8.

DOMINE, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificentia tua * super cælos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, ? gloria et honore coronasti eum : * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus,* oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ana. O quam pulchra est casta generatio cum claritate!

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei,* et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum- * et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo :

Exsultavit ut gigas ad currendam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata convertens animas : * testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Ana. Unguentum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, ? qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino : * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Dominus potens in prœlio.

Attollite portas principes vestras, ? et elevamini portæ æternales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Ana. Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

y. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

De Parabolis Salomonis.

Lectio j. Cap. 31.

MULIEREM fortem quis inveniet? Procul, et de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Reddet ei bonum, et non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, et emit eum : de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum.



i. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beatæ N. * De cujus solemnitate gaudent angeli, et collaudant Filium Dei. y. Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus; sanctitas, et magnificentia in sanctificatione ejus. — De cujus solemnitate.

Lectio ij.

GUSTAVIT, et vidit quia bona est negotiatio ejus : non exstinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, et digiti ejus apprehenderunt fusum. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ a frigoribus nivis : omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi : byssus, et purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terræ. Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Chananæo.

ij. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : * Et deducet te mirabiliter dextera tua. f. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. — Et deducet te.

Lectio iij.

FORTITUDO et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ, et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, et beatissimam prædicaverunt; vir ejus, et laudavit eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias : tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchritudo : mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum; et laudent eam in portis opera ejus.

ty. iij. Specie tua et pulchritudine tua * Intende, Prospere procede, et regna. y. Diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in æternum. — Intende. Gloria. Prospere procede.

IN II. NOCTURNO.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ,* velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis hominum, ? diffusa est gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime.

Specie tua et pulchritudine tua * intende, prospere procede, et regna,

Propter veritatem,et mansuetudinem, et justitiam : * et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, ? populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis : * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato:*circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam : * et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum : * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur : omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam : * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia et exsultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : * et in sæculum sæculi.

Ana. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna.

Psalmus 45.

DEUS noster refugium, et virtus : * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum : * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur : * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum : * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, X quæ posuit prodigia super terram : * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confringet arma : * et scuta comburet igni:^

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus : * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

f Dominus virtutum nobiscum : * susceptor noster Deus Jacob.

Ana. Adjuvabit eam Deus vultu suo : Deus in medio ejus, non commovebitur.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis : * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylonis * scientium me.

Ecce alienigenæ et Tyrus, et populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, ? et homo natus est in ea.* et ipse fundavit eam Altissimus?

Dominiis narrabit in scripturis populorum, et principum : * horum, qui fuerunt in ea.



Sicut lætantium omnium * habitatio est in te.

Ana. Læva ejus sub capite ffle0) et dextera illius amplexabitur ine.

f. Specie tua et pulchritudine tua. fy Intende, prospere procede, et regna.

De Libro sancti Ambrosii Episcopi de Viduis.

Lectio iv. Cap. 14

AGRUM hunc Ecclesiæ fertilem cerno, nunc integritate flore vernantem, nunc viduitatis gravitate pollentem, nunc etiam conjugii fructibus redundantem. Nam etsi diversi, unius tamen agri fructus sunt: nec tanta hortorum lilia, quantæ aristæ segetum, messium spicæ : compluriumque spatia camporum recipiendis seminibus, quam redditis novales fructibus feriantur. Bona ergo viduitas, quæ toties apostolico judicio prædicatur. Hæc enim magistra fidei, magistra est castitatis.

Ez. i v. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum : gustavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus : * Non exstinguetur in nocte lucerna ejus. f. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis. Non exstin-

Lectio v.

UNDE et illi, qui deorum suorum adulteria et Pr0 ... bra venerantur, cælibatus et ^^fi^rtr* viduitatis statuere poenas, ut ^ ^r^ut6resfueruntetiam æmuli criminum ^hilctarent dei persecuto! es t ^ studia virtutum : specie quidem, qua fecunditatem quærerent, sed studio, quo propositum castitatis abolerent. Nam confectis et miles stipendiis arma deponit, et relicto officio quod gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur; ut et ipse exercitæ laboribus vitæ requiem consequatur, et alios spes futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoque maturior tor quendam aliis stivam committit, et juvenili gravatus opera, providentiam curæ senilis exercet : vitem facilius tondere quam premere, ut juvenescentem luxuriam reprimat, et adolescentem lasciviam falce succidat; parcorum quamdam partuum castitatem docens etiam in vitibus expetendam.

v. Manum suam aperuit inopi5 et palmas suas extendit ad pauperem : * Non timebit domui suæ a frigoribus nivium. f. Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi. — Non timebit.

Lectio vj.

SIMILIS huic vidua velut emeritis veterana stipendiis castitatis, et si conjugii arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat : et si venen dis oneribus otiosa, maritandis tamen junioribus PROVIDA, UDI cultus utilior, ubi fructus uberior sit : quarum copulam ponit. Itaque si limi" ... mittitur ... ffnV pie quam vi ... fi ... vidmtat s • £ 4 pro est, sed te supple io rus nenda P1u ^

fy vj. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupivit Rex speciem tuam. y. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. — Quia concupivit. Gloria. Quia concupivit.

IN ni. NOCTURNO.

Psalmus 95.

CANTATE Domino canticum novum : * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, et laudabilis nimis : * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : * Dominus autem cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu ejus : * sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, ? afferte Domino gloriam et honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur a facie ejus universa terra : * dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : judicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, et exsultet terra, ^commoveatur mare, et plenitudo ejus : * gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt.

Tunc exsultabunt omnialigna silvarum a facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate, * et populos in veritate sua.

Ana. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalmus 96.

DOMINUS regnavit, exsultet terra : * lætentur insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuitu ejus : * justitia, et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt a facie Domini : * a facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cæli justitiam ejus : * et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia : * et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, et lætata est Sion.

Et exsultaverunt filiæ Judæ,* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Domino : * et confitemini memoriæ sanctificationis ejus.



Ana. Exsultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua, Domine.

Psalmus 97.

CANTATE Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus : * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum : * in conspectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ * salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate,et exsultate,et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara et voce psalmi : * in tubis ductilibus, et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini : ? moveatur mare, et plenitudo ejus : * orbis terrarum, et qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ? simul montes exsultabunt a conspectu Domini: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia,* et populos in æquitate.

Aha. Hæc est, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.
(Homil. II. in Evang.)

CÆLORUM regnum, fratres carissimi, ideo terrenis rebus simile dicitur; ut ex his, quæ animus novit, surgat ad incognita, quæ non novit : quatenus exemplo visibilium se ad invisibilia rapiat, et per ea, quæ usu didicit, quasi confricatus incalescat: ut per hoc, quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Ecce enim cælorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur : quem qui invenit homo abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum.

vij. Hanc amavi, et exquisivi sponsam mihi assumere, * Et amator factus sum formæ illius, f. Fortitudo, et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo. — Et amator.

Lectio viij.

QUA in re hoc quoque notandum est, quod inventus thesaurus absconditur, ut servetur : quia studium cælestis desiderii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum, quasi quidam latrunculi, obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc autem dico, non ut proximi opera nostra bona non videant, sed ut sic. sit opus in publico, quatenus in tentio maneat in occulto.

^Z. viij. Date ei de fructu manuum suarum : * Et laudent eam in portis opera ejus. X. Labores manuum tuarum quia manducabis : beata es, et bene tibi erit. — Et laudent eam.

I Lectio ix

THESAURUS autem cæleste •est desiderium : ager vero, in quo thesaurus absconditur, disciplina studii cælestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cælestis custodiam calcat : ut nihil jam, quod caro blanditur, libeat; nihil, quod carnalem vitam trucidat, spi-1 ritus perhorrescat.

ix. Fallax gratia, et vana est pulchritudo : * Mulier timens Deum ipsa laudabitur. f. Date ei de fructu manuum suarum : et laudent eam in portis opera ejus. — Mulier. Gloria. Mulier.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata N. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata : omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species.in ornamentum domus suæ.
3. Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mandata Dei in corde mulieris sanctæ.
4. Columnæ aureæ super bases argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris

/I• civitatis confirmabit nomen, et super hanc mu~lier immaculata computabitur"

Capitulum. prov

MULIEREM fortem quis fo. veniet? procul, et de ultimis finibus pretium ejus : confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

Hymnus.

PIA mater et humilis, Naturæ memor fragilis, In hujus vitæ fluctibus Nos rege tuis precibus.

TE deprecamur, largius Nostris adauge sensibus Nescire prorsus omnia Corruptionis vulnera.

SIT Christe rex piissime Tibi Patrique gloria, Cum Spiritu Paraclito, In sempiterna sæcula. Amen.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. fy Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Ad Benedictus Ana. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem : fortitudo et decor indumentum ejus, et ridebit in die novissimo.

AD TERTIAM.

Capitulum Mulierem fortem., ut in Laudibus.

Diffusa est gratia * In labiis tuis. Diffusa est. f. Propterea benedixit te Deus in æternum. In labiis tuis. Gloria. Diffusa est.

y. Specie tua et pulchritudine tua. Intende, prospere procede, et regna.

AD SEXTAM.

Capitulum. Prov. 31.

MANUM suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem : non timebit domui suæ a frigoribus nivis.



Specie tua * Et pulchritudine tua. Specie tua. V. Intende, prospere procede, et regna. Et pulchritudine tua. Gloria. Specie tua.

f. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Deus in medio ejus, non commovebitur.

AD NONAM.

Capitulum. Prov. 31.

X /CULTÆ filiæ congregaverunt divitias : tu supergressa es universas. Fallax gratia, et vana est pulchri^- S do, mulier finiens Deum ipsa laudabitur.

ty. Adjuvabit eam Deus Vultu suo. Adjuvabit. T- Deus in medio ejus, non commovebitur. Vultu suo. Gloria. Adjuvabit.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. T^?. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata : omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris, ut in Communi unius Virginis, pag. 96*.

Capitulum Mulierem fortem., Hymnus Hujus obtentu, et y. Diffusa est., ut in j. Vesperis, pag. 104*. et pag. 105*.

Ad Magnificat Ana. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum : gu^stavit, et vidit quia bona est negotiatio ejus : non exstinguetur in nocte lucerna eJus =

IX FESTO
## TRIUM LECTIONUM.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum * In solemnitate sanctæ V.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Hæc est, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

# COMMUNE SANCTORUM
TEMPORE PASCHALI.

## COMMUNE UNIUS SEU PLURIUM APOSTOLORUM.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Estote fortes in bello, et pugnate cum antiquo serpente : et accipietis regnum æternum, alleluia. Psalmus Laudate pueri, cum ceteris, pag. 145.

Capitulum. Ephes. 2.

JAM non estis hospites et advenæ : sed estis cives sanctorum, et domestici Dei : superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

Candidi facti sunt Naza ræi ejus, alleluja : splendorem Deo dederunt, alleluia : * Et sicut lac coagulati sunt, Alle luia, alleluja, y. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eo rum. — Et sicut lac. Gloria. Alleluia, alleluia.

Hymnus.

EXSULTET cælum laudibus
Resultet terra gaudiis :
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solemnia.

Vos sæcli justi judices
Et vera mundi lumina
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.

QUI cælum verbo clauditis,
Serasque ejus solvitis :
Nos a peccatis omnibus
Solvite jussu, quæsumus.

QUORUM præcepto subditur
Salus et languor omnium :
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

UT cum Judex advenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudii
Faciat esse compotes.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS, Auctor om nium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen

f. In omnem terram exivit sonus eorum, alleluja. & £t in fines orbis terræ verba eo rum, alleluia.

Ad Magnificat Ana. Filiæ Je rusalem venite, et videte Mar tyrem cum corona, qua coro navit eum Dominus in die sol emnitatis et lætitiæ, alleluja, alleluja.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti * Alleluia.

Hymnus Exsultet cælum lau dibus., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Tristitia vestra, alleluja, ver tetur in gaudium, alleluja.

Tres Psalmi et f. de Com muni Apostolorum alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Domi nica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria tertia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quar ta et Sabbato ex tertio No cturno.

Idem ordo servetur in Bene dictionibus ante Lectiones.

j- Virtute magna redde bant Apostoli * Testimonium resurrectionis Jesu Christi Do mini nostri, alleluia, allecia. X. Repleti quidem Spiritu san cto loquebantur cum fiducia verbum Dei. — Testimonium.

ij. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluia : modo venerunt ad fontes : * Repleti sunt claritate, alle cia, alleluia. F- In conspectu Agni amicti stolis albis, et pal mæ in manibus eorum. — Re pleti sunt.



iij. Candidi facti sunt Na zaræi ejus, alleluja : splendo rem Deo dederunt, alleluja : Et sicut lac coagulati sunt, Alleluia, alleluia. f. In om nem terram exivit sonus eo rum, et in fines orbis terræ verba eorum. — Et sicut lac. Gloria. Alleluia, alleluia.

Ante Laudes y. Dedisti here ditatem, alleluia. Timenti bus nomen tuum Domine, al lecia.

AD LAUDES
ET PER HORAS ANTIPHONÆ.

1. Sancti tui Domine flore bunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.
2. Sancti et justi in Domino gaudete, alleluia : vos elegit Deus in hereditatem sibi, alle cia.
3. In velamento clamabunt Sancti tui Domine, alleluia, alleluia, alleluja.
4. Spiritus et animæ justorum hymnum dicite Deo nostro, alleluja, alleluja.
5. In cælestibus regnis San ctorum habitatio est, alleluia : et in æternum requies eorum, alleluia.

Capitulum. Ephes. 2,

JAM non estis hospites, et ad venæ : sed estis cives san ctorum, et domestici Dei : su perædificati super fundamen tum Apostolorum, et Prophe tarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.

Hymnus.

ÆTERNA Christi munera
Apostolorum gloriam,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

ECCLESIARUM principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

DEVOTA sanctorum fides,
Invicta spes credentium,
Perfecta Christi caritas
Mundi triumphat principem.

IN his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exsultat in his Filius
Cælum repletur gaudiis.

Duæ ultimæ Strophæ, pro Tempore ut in j. Vesperis, pag. 114*.

^.Annuntiaverunt opera Dei, allecia. Et facta ejus intel lexerunt, alleluia.

Ad Benedictus Ana. Lux per petua lucebit Sanctis tuis Do mine, alleluia, et æternitas temporum, alleluja, alleluja, alleluja.

AD TERTIAM.

Capitulum Jam non estis ho spites., ut in Laudibus.

R?. In omnem terram exivit sonus eorum, * Alleluia, alle luja. In omnem. f. Et in fines orbis terræ verba eorum. Alle luia. Gloria. In omnem.

f. Constitues eos principes super omnem terram, alleluja. ^.Memores erunt nominis tui Domine, alleluia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Act. 5.

PER manus autem Apostolorum fiebant signa et prodi gia multa in plebe.

3?. Constitues eos principes super omnem terram, * Alle luia, allecia. Constitues eos. f. Memores erunt nominis tui Domine. Alleluia. Gloria. Con stitues eos.

)T. Nimis honorati sunt amici tui Deus, alleluia. ty. Nimis confortatus est principatus eo rum, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Act. 5.

IEANT Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

ty. Nimis honorati sunt amici tui Deus, * Alleluia, alleluja. Nimis honorati sunt. f. Nimis confortatus est principatus eo rum. Alleluia. Gloria. Nimis honorati sunt.

f. Annuntiaverunt opera Dei, alleluja. f^z. Et facta ejus in tellexerunt, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi Apostolorum alte rius Temporis, pag. 34*.

Capitulum Jam non estis ho spites., Hymnus Exsultet, et T. In omnem terram., ut in j. Vesperis, pag. 113* et pag. 114*.

Ad Magnificat Ana. In civi tate Domini clare sonant jugi ter organa Sanctorum Angeli et Archangeli hymnun decantant ante thronum Dei alleluja.

COMMUNE

## UNIUS EVANGELISTÆ.

Omnia fiant ut in Communi Apostolorum Temporis Pa schalis, pag. 113* et sequenti bus, præter hæc tria Capitula.

AD UTRASQUE VESPERAS LAUDES ET TERTIAM.

Capitulum. Eccli. 15.

S~\ UI timet Deum faciet bo vina : et qui continens est justitiæ apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater hono rificata.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 15.

CIBAVIT illum Dominus pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit il lum.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 15.

IN medio ecclesiæ aperuit os ejus, et implevit eum Do minus spiritu sapientiæ et in tellectus, et stolam gloriæ in duit eum.

# COMMUNE UNIUS MARTYRIS

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Lætabi tur justus in Domino, et spera bit in eo, et laudabuntur om nes recti corde, alleluja.

Capitulum. Jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.



jh De ore prudentis procedit mei, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluia, * Fa vus distillans labia ejus, Alle luia, alleluia. f. Sapientia re quiescit in corde ejus, et pru dentia in sermone oris illius. — Favus distillans. Gloria. Al leluia, alleluia.

Hymnus.

DEUS tuorum militum
Sors et corona, præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.

Hic nempe, mundi gaudia
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Pervenit ad cælestia.

PŒNAS cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter :
Pro te profundens sanguinem
Æterna dona possidet.

OB hoc precatu supplici
Te poscimus piissime :
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam servulis.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Gloria et honore coronasti eum Domine, allecia. fy. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, alleluja.

Ad Magnificat Ana. Filiæ Je rusalem venite, et videte Mar tyrem cum corona, qua coro navit eum Dominus in die sol emnitatis et lætitiæ, alleluja, alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.Exsultent in Do mino Sancti, * Alleluia.

Hymnus Deus tuorum mili tum., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos (nisi de Mar tyre Ordinis Prædicatorum fiat Officium) sola Ana. Tristitia vestra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluja.

Tres Psalmi et f. (nisi de Martyre Ordinis Prædicato rum fiat Officium) de Communi unius Martyris alterius Tem poris secundum ordinem No cturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria ter tia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quarta et Sab bato ex tertio Nocturno.

(In festo unius Martyris Ordi nis Prædicatorum dicantur su per Psalmos tres Antiphonæ, vel propriæ, si habentur, vel ex primo Nocturno de Com muni unius Martyris alterius Temporis, addito singulis An tiphonis Alleluia. Psalmi vero tres ex primo etiam Nocturno ejusdem Communis accipian tur. Post tertiam Antiphonam dicatur f. Gloria et honore. cum Alleluia.»

Ante Lectiones Benedictiones dentur secundum ordinem No cturnorum.

i^. j. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluja : * In man datis ejus cupit nimis, alleluja, alleluja, alleluja, f. Potens in terra erit semen ejus : genera tio rectorum benedicetur. — In mandatis ejus.

ij. De ore prudentis pro cedit mel, alleluja : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : * Favus distillans labia ejus, alleluja, alleluja. f. Sapientia requiescit in corde ejus, et pru- dentia in sermone oris illius. — Favus distillans.

R. iij. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum coro na, qua coronavit eum Domi nus * In die solemnitatis et lætitiæ, Alleluia, f. Induit illum Dominus stolam gloriæ, et coronavit eum. — In die. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate N., alleluja. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Ana Sancti tui. et ceteræ qua tuor ut in Communi Apostolo rum Temporis Paschalis, pag. u5* Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum. jac. i.

BEATUS vir, qui suffert ten tationem : quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coro nam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus.

MARTYR Dei, qui unicum
Patris sequendo Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cælestibus :

Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium^
Vitæ repellens tædium'

SOLUTA sunt jam vincula
I ui sacrati corporis :
Nos solve vinclis sæculi
Amore Filii Dei.

Duæ ultimæ Strophæ, pro I empore. ut in j. Vesperis, pag. 117*.

f. Corona aurea super caput ejus, allecia. Expressa si gno sanctitatis, allecia.

Ad Benedictus Ana. Lux per petua lucebit Sanctistuis Domi ne, alleluja, et æternitas tempo rum, alleluja, alleluja, alleluja

AD TERTIAM.

Capitulum Beatus vir, qui suf fert., ut in Laudibus.

Gloria et honore coronasti eum Domine, * Alleluia, alle luja- Gloria et honore, f. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Alleluia. Glo ria Patri. Gloria et honore.

T. Posuisti Domine super ca put ejus, alleluja. Coronam de lapide pretioso, allecia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

CUSTODIVIT illum Dominus ab inimicis, et a seducto ribus tutavit eum, et certamen forte dedit illi ut vinceret.

Posuisti Domine super ca put ejus, * Alleluia, allecia. Posuisti, f. Coronam de lapide pretioso. Alleluia. Gloria. Po suisti.

f. Magna est gloria ejus in salutari tuo, allecia. fy Glo riam et magnum decorem im pones super eum, alleluia.

AD NONAM.

Capitulum. Eccli. 4.

PRO justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia.



Magna est gloria ejus in salutari tuo, * Alleluia, alle luja. Magna est. V. Gloriam et magnum decorem impones super eum. Alleluia. Gloria. Magna est.

f. Corona aurea super caput ejus, alleluja, ty. Expressa si gno sanctitatis, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluia : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia. Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Martyris alterius Temporis, pag. 47*.

Capitulum Beatus vir, qui suffert., Hymnus Deus tuorum militum, et J- Gloria et ho nore., ut in j. Vesperis, pag. 116*. et pag. 117*.

Ad Magnificat Ana. In civi tate Domini clare sonant jugi ter organa Sanctorum : ibi Angeli et Archangeli hymnum decantant ante thronum Dei, alleluia.

COMMUNE

# PLURIMORUM MARTYRUM

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribu latione, et laverunt stolas suas in sanguine Agni, alleluia.

Capitulum. Hebr. 11.

SANCTI per fidem vicerunt regna, operati sunt justi tiam, adepti sunt repromissio nes, in Christo Jesu Domino nostro.

R?. Lux perpetua lucebit San ctis tuis Domine, et æternitas temporum, * Alleluia, alleluia. f. Lætitia sempiterna super capita eorum : gaudium et læ titiam obtinebunt. Alleluia, al leluja. Gloria. Alleluia, alle cia.

Hymnus.

SANCTORUM meritis inclyta gaudia
Pangimus socii gestaque for tia :
Nam gliscit animus promere cantibus
Victorum genus optimum.

Hi sunt, quos retinens mun dus inhorruit :
Ipsum nam sterili flore perari dum
Sprevere penitus, teque secuti sunt
Rex Christe bone cælitus.

Hi pro te furias atque fero cia
Calcarunt hominum sævaque verbera :
Cessit his lacerans fortiter un gula,
Nec carpsit penetralia.

CÆDUNTUR gladiis more bi dentium :
Non murmur resonat, non que rimonia,
Sed corde tacito mens bene conscia
Conservat patientiam.

QUÆ VOX, quæ poterit lin gua retexere
Quæ tu Martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido sanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

TE summa Deitas unaque poscimus
Ut culpas abluas, noxia sub trahas :
Des pacem famulis, nos quo que gloriam
Per cuncta tibi sæcula. Amen.

f. Lætamini in Domino et exsultate justi, alleluja. Et gloriamini omnes recti corde, alleluja.

Ad Magnificat Aha. Filiæ Je ! rusalem venite, et videte Mar tyrem cum corona, qua coro navit eum Dominus in die solemnitatis et lætitiæ, alle luja, alleluja.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti, * Alleluia.

Hymnus Sanctorum meritis., ut in j. Vesperis, pag. 119*.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos (nisi de pluri bus Martyribus Ordinis Præ dicatorum fiat Officium) sola Ana. Tristitia vestra, alleluja, vertetur in gaudium, alleluja.

Tres Psalmi et f. (nisi de plu ribus Martyribus Ordinis Præ dicatorum fiat Officium; de Communi plurimorum Marty rum alterius Temporis secun dum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria se cunda et Feria quinta ex pri mo Nocturno; Feria tertia et Fena sexta ex secundo No cturno; Feria quarta et Sab bato ex tertio Nocturno

(In festo plurium Martem Ordinis Prædicatorum cHcan^ tur super Psalmos tres Anti phonæ ex primo Nocturno de Communi plurimorum Martv rum alterius Temporis, addito singulis Antiphonis Alleluia Psalmi vero tres ex primo etiam Nocturno ejusdem Communis i accipiantur. Post tertiam Anti jphonam dicatur f. Lætamini in Domino, cum Alleluia.)

Ante Lectiones dentur Be nedictiones secundum ordi nem Nocturnorum.

R7 j. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja, * Mors San- I ctorum ejus, alleluja, f. In conspectu omnis populi ejus. — Mors Sanctorum ejus, alle luja.

If. ij. Tristitia vestra, alle cia, * Convertetur in gau dium, alleluja, alleluja. V. Mundus autem gaudebit : vos autem contristabimini, sed tristitia vestra. — Convertetur in gaudium, allecia, allecia.

1$. iij. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, et æter nitas temporum, * Alleluia, alleluja. J. Lætitia sempiterna super capita eorum : gaudium et lætitiam obtinebunt. — Alle luia, alleluia. Gloria. Alleluia, alleluja.

Ante Laudes J. Exsultabunt Sancti in gloria, alleluja. JR?. Lætabuntur in cubilibus suis, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Ana Sancti tui. et ceteræ quatuor ut in Communi Apo- | stolorum Temporis Paschalis, pag. 115* Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17

Capitulum. Hebr. II.

SANCTI per fidem vicerunt re gna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, in Christo Jesu Domino nostro.

Hvmnus.

ÆTERNA Christi munera
Et Martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

TERRORE victo sæculi,
Pœnisque spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.

TRADUNTUR igni Martyres
Et bestiarum dentibus :
Armata sævit ungulis
Tortoris insani manus.

NUDATA pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.

T Tempore Resurrectionis :

QUÆSUMUS Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula.

GLORIA tibi D6mine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Mirabilis Deus, allecia. Ej?. In Sanctis suis, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, allecia, et æternitas temporum, alleluja, alleluja, allecia.

AD TERTIAM.

Capitulum Sancti per fidem., ut in Laudibus.

Lætamini in Domino, et exsultate justi, * Alleluia, alle cia. Lætamini. y. Et gloria mini omnes recti corde. Alle luia. Gloria. Lætamini.

X- Exsultent justi in conspe ctu Dei, alleluia. ^z. Et dele ctentur in lætitia, alleluia.

AD SEXTAM.

Capitulum. Sap. io.

REDDIDIT Deus mercedem laborum Sanctorum suo rum, et deduxit illos in via mirabili : et fuit illis in vela mento diei, et in luce stella rum nocte.

Exsultent justi in conspe ctu Dei, * Alleluia, alleluia. Exsultent. X- Et delectentur in lætitia. Alleluia. Gloria. Exsultent.

X. Justi autem in perpetuum vivent, allecia. fy Et apud Dominum est merces eorum, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. 3.

JUSTORUM animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori : illi autem sunt in pace.

E^z. Justi autem in perpetuum vivent, * Alleluia, allecia. Justi autem. f. Et apud Do minum est merces eorum. Al leluia. Gloria. Justi autem.

f. Mirabilis Deus, allecia. In Sanctis suis, allecia.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut li lium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluia.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi plurimo rum Martyrum alterius Tem poris, pag. 62*

Capitulum Sancti per fidem., Hymnus Sanctorum meritis, et Lætamini in Domino, ut in j. Vesperis, pag. ng* et pag. 120*.

Ad Magnificat Ana. In civi tate Domini claresonant jugiter organa Sanctorum : ibi Angeli et Archangeli hymnum decan tant ante thronum Dei,alleluja

COMMUNE

# UNIUS CONFESSORIS

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gau dium transiit angelorum, alle cia.

Capitulum. Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et homini bus, cujus memoria in be nedictione est : similem illum fecit in gloria sanctorum.

fy. De ore prudentis procedit mel, alleluia : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : * Fa vus distillans labia ejus, Alle luia, alleluja, f. Sapientia re quiescit in corde ejus, et pru dentia in sermone oris illius. — Favus distillans. Gloria. Alleluia, alleluja.

Hymnus.

ISTE Confessor Domini sacra tus,
Festa plebs cujus celebrat per orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cæli.

QUI pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum præsens vegetavit ejus.
Corporis artus.

OB sacrum cujus meritum frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint gra vata,
Restituuntur.

UNDE nunc noster chorus in honorem
Ipsius hymnum canit hunc li benter :
Ut piis ejus precibus juvemur,
Omne per ævum.

SIT salus illi, decus atque virtus,
Qui supra cæli residens cacu men
Totius mundi machinam gu bernat.
Trinus et unus. Amen.

1F Si in aliquo die celebretur Officium alicujus Confessoris, et non sit natalis ipsius, præ fatus Hymnus ita inchoetur:

ISTE Confessor Domini sa cratus
Sobrius, castus fuit et quietus,
Vita dum præsens vegetavit ejus
Corporis artus.
OB sacrum cujus meritum...

f. Amavit eum Dominus et ornavit eum, alleluja. 1$. Sto lam gloriæ induit eum, allecia.



Ad Magnificat Ana. Filiæ Jerusalem venite, et videte Martyrem cum corona, gua coronavit eum Dominus in die solemnitatis et lætitiæ, alle luja, allecia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Exsultent in Domino Sancti, * Alleluia.

Hvmnus Iste Confessor., ut in j". Vesperis, pag. 122*.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos (nisi de Con fessore Ordinis Prædicatorum fiat Officium) sola Ana. Tristi tia vestra, alleluia, vertetur in gaudium, alleluia.

Tres Psalmi et f. (nisi de Confessore Ordinis Prædica torum fiat Officium) de Com muni unius Confessoris alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Domi nica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Fe ria tertia et Feria sexta ex se cundo Nocturno; Feria quarta et Sabbato ex tertio Nocturno.

(In festo unius Confessoris Ordinis Prædicatorum dican tur super Psalmos tres Anti phonæ, vel propriæ, si haben tur, vel ex primo Nocturno de Communi unius Confessoris alterius Temporis, addito sin gulis Antiphonis Alleluia.Psal mi vero tres ex primo etiam Nocturno ejusdem Communis accipiantur. Post tertiam Anti phonam dicatur^. Amavit eum Dominus, cum Alleluia.)

Ante Lectiones Benedictiones dentur secundum ordinem Nocturnorum.

j. Beatus vir, qui metuit Dominum, allecia : * In man datis ejus cupit nimis, allecia, alleluja, alleluja. Potens in terra erit semen ejus : genera tio rectorum benedicetur. — In mandatis ejus.

ij. De ore prudentis pro cedit mel, alleluia : dulcedo mellis est lingua ejus, alleluja : * Favus distillans labia ejus, alleluia, alleluia. y. Sapientia requiescit in corde ejus, et pru dentia in sermone oris illius. — Favus distillans.

R?, iij. Filiæ Jerusalem venite, ' et videte Martyrem cum coro I na, qua coronavit eum Domi nus * In die solemnitatis et lætitiæ, Alleluia, f. Induit illum Dominus stolam gloriæ, et coronavit eum. — In die. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro no bis beate N., alleluja. ^z. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi, alleluja.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Ana Sancti tui. et ceteræ qua tuor ut in Communi Apostol. Temporis Paschalis, pag. 115*. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum. Eccli. 45

DILECTUS Deo et hominibus, cujus memoria in benedi ctione est: similem illum fecit in gloria sanctorum.

Hymnus.

JESU, Redemptor omnium,
Corona confitentium,
In hac die clementius
Nostris faveto precibus.
Tui sacri qua nominis
Confessor almus claruit,
Cujus celebrat annua
Devota plebs solemnia.
Qui rite mundi gaudia
Hujus caduca respuens,
Cum angelis cælestibus
Lætus potitur præmiis.

Hujus benignus annue
Nobis sequi vestigia :
Hujus precatu servulis
Dimitte noxam criminis.

T Tempore Resurrectionis :
QUÆSUMUS, Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :
Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium :
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper sæcula.
GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Justus germinabit sicut lilium, alleluia. ^Z. Et florebit in æternum ante Dominum, alleluja.

Ad Benedictus Ana. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, allecia,, et æternitas temporum, allecia, alleluja, alleluja.

AD TERTIAM.

Capitulum Dilectus Deo., ut in Laudibus.

Amavit eum Dominus, et ornavit eum, * Alleluia, alleluja. Amavit eum. f. Stolam gloriæ induit eum. Alleluia. Gloria. Amavit eum.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas, alleluja. Et ostendit illi regnum Dei, alleluja.

AD SEXTAM.

Capitulum. Eccli. 39.

JUSTUS cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum, et in conspectu Altissimi deprecabi

Justum deduxit Dominus per vias rectas, * Alleluia alleluia. Justum, f. Et ostendit illi regnum Dei. Alleluia Gloria. Justum.

f Justus ut palma florebit in domo Domini, alleluja. ISic ut cedrus Libani multiplicabitur, alleluja.

AD NONAM.

Capitulum. Sap. io

JUSTUM deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius.

^.Justus ut palma florebit in domo Domini, * Alleluia, alleluja. Justus, f. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia. Gloria. Justus.

f. Justus germinabit sicut lilium, alleluja. fy Et florebit in æternum ante Dominum, alleluja.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Ana. Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, alleluja : et sicut odor balsami erunt ante te, alleluja. Psalmus Dixit Dominus, et ceteri ut in Communi unius Confessoris alterius Temporis, pag. 76*.

Capitulum Dilectus Deo., Hymnus Iste Confessor, et y. Amavit eum Dominus., ut in j. Vesperis, pag. 122*.

Ad Magnificat Ana. In civitate Domini clare sonant jugiter organa Sanctorum : ibi Angeli et Archangeli hymnum decantant ante thronum Dei, alleluja.



Memoriam unius vel plurium Martyrum, aut unius vel plurium Confessorum Tempore Paschali dicatur in primis Vesperis Ana Filiæ Jerusalem., in Laudibus Ana Lux perpetua., in secundis Vesperis Ana In civitate Domini. Versiculus vero desumatur ex Communi alterius Temporis, addito Alleluia.

T" Quod si contingat eodem die fieri Officium de uno vel pluribus Martyribus, aut de uno Confessore, et fieri Memoriam de alio vel aliis Martyribus, aut de alio Confessore, ad Magnificat et ad Benedictus dicantur Antiphonæ de Communi Temporis Paschalis; ad Memoriam vero dicantur Antiphonæ de Communi alterius Temporis, cum Alleluia.

T Ad Memoriam de Cruce, si occurrerit, Antiphona, f. et Oratio in Vesperis, ut pag. 129., in Laudibus ut pag. 23. notatum est.

# COMMUNE UNIUS VIRGINIS

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Omnia utili Communi unius Virginis alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

In R7. Regnum mundi., post Gloria Patri, omissa resumptione In quem credidi, statim dicatur Alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Agnum sponsum Virginum * Venite adoremus Dominum Jesum Christum, alleluja.

Hymnus Virginis Proles., de Communi unius Virginis alterius Temporis.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos (nisi de una Virgine Ordinis Prædicatorum fiat Officium) sola Ana. Veniente Sponso, prudens Virgo præparata introivit cum eo ad nuptias, alleluja.

Tres Psalmi et f. (nisi de una Virgine Ordinis Prædicatorum fiat Officium) de Communi unius Virginis alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria tertia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quarta et Sabbato ex tertio Nocturno.

(In festo unius Virginis Ordinis Prædicatorum dicantur super Psalmos tres Antiphonæ, vel propriæ, si habentur, vel ex primo Nocturno de Communi unius Virginis alterius Temporis, addito singulis Antiphonis Alleluia. Psalmi vero tres ex primo etiam Nocturno ejusdem Communis accipiantur. Post tertiam Antiphonam dicatur V. Diffusa est gratia. cum Alleluia.)

Ante Lectiones Benedictiones dentur secundum ordinem Nocturnorum.

T Si de Virgine Martyre fiat Officium, tria Responsoria ex Communi unius Virginis Mar

tyris alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum desumantur; et dicantur cum Alleluia. In tertio I^. post Gloria Patri., omissa resumptione, statim dicatur Alleluia.

T Si vero de Virgine non Martyre fiat Officium, semper dicantur hæc Responsoria :

R7, j. Audivi vocem de cælo venientem : Venite omnes virgines sapientissimæ, * Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus advenerit, alleluja. T. Media nocte clamor factus est : Ecce sponsus venit. Oleum recondite.

R/, ij. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum : *Quia concupivit rex speciem tuam, alleluja, f. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Quia concupivit rex.

R?, iij. Regnum mundi et omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini mei Jesu Christi : * Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi, Alleluia, f. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. — Quem vidi. Gloria. Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata N., allecia. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

AD LAUDES.

Omnia ut in Communi unius Virginis alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

In fine vero Hymni Jesu corona virginum., omissa Stropha Sit Christe Rex piissime., dicantur, pro Tempore, Strophæ sequentes :

T Tempore Resurrectionis •

QUÆSUMUS Auctor omnium
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis :

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurus præmium : '
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.
GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

AD HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Communi unius Virginis alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

COMMUNE UNIUS SANCTÆ

## MARTYRIS TANTUM

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Omnia ut in Communi unius Sanctæ Martyris tantum alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

In R;. Grata facta est., post Gloria Patri., omissa resumptione Et Dominus., statim dicatur Alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum* In confessione beatæ N., allecia.

Hymnus Hujus obtentu.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis, alleluia.



Tres Psalmi et y. ut in Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis, secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria tertia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quarta et Sabbato ex tertio Nocturno.

Idem ordo servetur in Benedictionibus ante Lectiones.

Tria Responsoria ex Communi unius Sanctæ Martyris tantum alterius Temporis, dicantur etiam secundum ordinem Nocturnorum cum Alleluia. In tertio post Gloria Patri., omissa resumptione, subdatur statim Alleluia.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beata N., allecia. fy Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluia.

AD LAUDES,
HORAS ET II. VESPERAS.

Capitula de Communi unius Sanctæ Martyris tantum alterius Temporis.

Cetera fiant ut in Communi unius nec Virginis nec Martyris pro Tempore Paschali infra notatur.

COMMUNE UNIUS

# NEC VIRGINIS NEC MARTYRIS

TEMPORE PASCHALI.

AD I. VESPERAS.

Omnia ut in Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

In R. Fallax gratia., post Gloria Patri., omissa resumptione Mulier timens Deum., statim dicatur Alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. LaudemusDeum nostrum * In solemnitate sanctæ N., alleluia.

Hymnus Hujus obtentu., de Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos (nisi de una nec Virgine nec Martyre Ordinis Prædicatorum fiat Officium) sola Ana. Hæc est, quæ nescivit torum in delicto : habebit fructum in respectione animarum sanctarum, alleluja.

Tres Psalmi et f. (nisi de una nec Virgine nec Martyre Ordinis Prædicatorum fiat Officium) de Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum, scilicet Dominica, Feria secunda et Feria quinta ex primo Nocturno; Feria tertia et Feria sexta ex secundo Nocturno; Feria quarta et Sabbato ex tertio Nocturno.

(In festo unius nec Virginis nec Martyris Ordinis Prædicatorum dicantur super Psalmos tres Antiphonæ ex primo Nocturno de Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis, addito singulis Antiphonis Alleluia. Psalmi vero Itres ex primo etiam Nocturno

ejusdem Communis accipiantur. Post tertiam Antiphonam dicatur y^r. Diffusa est gratia, cum Alleluia.)

Ante Lectiones Benedictiones dentur secundum ordinem Nocturnorum.

Tria Responsoria ex Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis secundum ordinem Nocturnorum semper desumantur, et dicantur cum Alleluia. In tertio post Gloria Patri., omissa resumptione, statim dicatur Alleluia.

Ante Laudes J. Ora pro nobis beata N., allecia. I?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi, alleluja.

AD LAUDES.

Omnia ut in Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

In fine vero Hymni Pia mater et humilis., omissa Stropha Sit Christe Rex^pii^TT cantu,- pro Tempore, SU opht pna sequentes :

T Tempore Resurrectionis •

QUÆSIMUS Auctor omnium
In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum
GLORIA tibi Domine,
Qui surrexisti a mortuis
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

T Tempore Ascensionis • '

Tu esto nostrum gaudium
Qui es futurus præmium : '
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.
GLORIA tibi Domine,
Qui scandis supra sidera,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

AD HORAS ET II. VESPERAS.

Omnia ut in Communi unius nec Virginis nec Martyris alterius Temporis, addito suis locis Alleluia.

## OFFICIA VOTIVA
# TRIUM LECTIONUM.

Kiii , r VolU,i -r lpi æterqiiam in 0fficio quotidiano beatæ lui? w v ™ lem Pore Paschali addatur suis locis Alle 2'f !!1?;111111 non fuerit; ad Vesperas autem super Psalmos feriales hæc sola dicatur Antiphona : Alleluia

PRIMA FERIA SECUNDA, VEL PRIMA FERIA SEXTA NON IMPEDITA MENSIS.

OFFICIUM s. VINCENTII FERRERII.

T Si in Feria secunda de S. Vincentio faciendum fuerit Officium, neutras habebit Vesperas

T Si vero Feria sexta faciendum fuerit, Feria quinta præcedenti dicentur Psalmi feriales cum suis Antiphonis, Pag 35 Capitulum Dilectus Deo. et Hymnus Iste Confessor Domini sacratus Sobrius, castus..., de Communi unius Confessoris.



f. Ora pro nobis beate Vincenti. B?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere ad Christum nos Vincentius tuto ferens itinere.

Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem mira beati Vincentii! Confessoris tui prædicatione ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicera nuntiavit in terris, præmotorem habere mereamur in cælis : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

T Quando hæc Oratio dicitur ad Memoriam, et eam sequitur alia Memoria, sic concludatur : præliatorem habere mereamur in cælis Christum Dominum nostrum, ^z. Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Confessorum Dominum * Venite, adoremus.

Hymnus Iste Confessor Domini sacratus Sobrius, castus., ut in Communi unius Confessoris.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Iste Sanctus, Sne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

Psalmi noveni de Communi unius Confessoris.

T Tempore vero Paschali dicantur tantum tres Psalmi primi Nocturni de eodem Communi.

T Si Feria secunda fuerit, dicatur ante Lectiones J. Amavit eum Dominus et ornavit eum. R?. Stolam gloriæ induit eum.

T Si vero Feria sexta fuerit, dicatur J. Justum deduxit D6mjnus pervias rectas. Rz. Et ostendit illi regnum Dei.

Prima et secunda Lectio de Tempore; tertia de his quæ signantur infra, cum his tribus Responsoriis.

i- Justus ut palma florebit . sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini, * In atriis domus Dei nostri florebit, f. Gloria et divitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi _ in atriis domus Dei nostri florebit.

Ey?. ij. Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum : * Honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. Im mortalis est enim memoria illius : quia apud Deum nota est et apud homines. — Honestavit illum.

nj. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, * Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum Quando revertatur a nuptiis, f. Vigi KinSrveslf/ventums £t yos ^^ G16ria> Quando.

T Tempore vero Paschali dicantur tria Responsoria de Communi unius Confessoris ejusdem Temporis,

Te Deum. dicatur, nisi infra Septuagesimam.

Ante Laudes y. Ora pro nobis beate Vincenti. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

### AD LAUDES.

Super Psalmos sola Ana Do mine quinque talenta, de Com muni unius Confessoris (Tem pore vero Paschali, sola Ana Sancti tui. de Communi San ctorum ejusdem Temporis); Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et f. de Communi unius Confessoris.

Ad Benedictus Ana. Pervigil Christi nuntius, vocans ad lu cis opera, ad fruenda Vincen tius nos ducat vitæ munera.

### AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutio nibus.

### AD PRIMAM.

Ana. Domine quinque talenta, de Communi unius Confesso ris (Tempore vero Paschali Ana Sancti tui. de Communi Sanctorum ejusdem Temporis).

Capitulum Regi sæculorum inmortali., Preces et Oratio In hac hora.

### AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ de Communi unius Confessoris (Tempore vero Paschali, Antiphonæ de Communi Sanctorum ejusdem Temporis).

Capitula, et ff.de Com muni unius Confessoris.

Dicta Nona terminatur hoc Officium.

Pro tertia Lectione dicatur singulis mensibus una ex his ordine infra posito notatis.

### MENSE DECEMBRI.

Lectio iij.

Vincentius honesta stirpe., quæ est prima in secundo No cturno Festi, die v. Aprilis.

### MENSE JANUARIO.

Lectio iij.

IN apostolico munere, sancti Vincentii vitæ tenor hic perpetuus fuit. Quotidie Mis sam summo mane cum cantu celebravit, quotidie ad po pulum concionem habuit In violabile semper jejunium nisi urgens adesset necessitas' servavit. Sancta et recta con silia nulli denegavit. Carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit. Populorum jur gia sedavit, dissidentia regna pace composuit: et cum vestis inconsutilis Ecclesiæ diro schis mate scinderetur,ut uniretur et unita servaretur plurimum la boravit. Virtutibus omnibus claruit, suosque detractores et persecutores, in simplicitate et humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit et am plexus est.

### MENSE FEBRUARIO.

Lectio iij.

Per sanctum Vincentium di vina virtus, in confirmatio nem..., quæ est tertia secundi Nocturni in Festo S. Vincentii.

### MENSE MARTIO ET MENSE APRILI.

Lectio iij.

Evangelico muneri., quæ est tertia in prima die infra Octa vam S. Vincentii.

### MENSE MAIO.

Lectio iij.

Sacri Palatii Apostolici Ma gister creatus..., quæ est tertia in secunda die infra Octavam.



### MENSE JUNIO.

(Ex Bulla Canonizationis.;

Lectio iij.

CUM in gravissimum, ac eta pene desperatum morbum A vernone incidisset beatus Vin certius, insigni miraculo inte gerrimae sanitati a Christo re- stitutus est. A quo confestim ' mandatum accepit, ut per di- versas mundi regiones verbum Dei omni studio prædicaret; jamque imminentem sæculi finem, et extremum judicii diem nuntiaret. Labores ejus apostolicos tanta Deus bene- dictione cumulavit, ut supra centum perditorum hominum millia ad pœnitentiam, viginti quinque millia Judæorum ad Christum, octo millia Sacce llorum ad fidem adduxerit. Hispanis, Aragoniis,Catalanis, Britannis, Gallis, et Italis Evan gelium prædicavit. Natus sci licet illud erat, præ ceteris, Spiritus sancti donum, ut ver nacula gentis suæ lingua usus, a dissonis nationibus intellige retur.

### MENSE JULIO.

(Ex Bulla Canonizationis.)

Lectio iij.

TANTA erat beati Vincentii fama virtutis, ut palam ab omnibus, 6tiam dum viveret,, veluti Sanctus haberetur. Quo- cumque ad munus apostolicum obeundum pergeret, obviam ire solebat populus, suamque publicis significationibus vene rationem et observantiam pro fiteri. Hos tamen vir Dei sibi delatos honores summa animi modestia et humilitate respue bat. Apud reges ac principes plurima auctoritate valuit, quam ei non favor, aut gratia, sed apostolica plane libertas conciliavit. Eorum vitia infra animi fortitudine coarguit temerarios ausus repressit, im placabiles discordias exstinxit, Delectus cum aliis judex ae ter, apud Caspense oppidum, regnum Aragoniæ Ferdinando infanti Castellæ adjudicavit,

### 3IENSE AUGUSTO.

(Ex Bulla Canonizationis.)

Lectio iij.

PERPETUAM toto vitæ tem pore pœnitentiam egit Beatus Vincentius ex quo Prædicatorum Ordini nomen dedit. Cilicium ad nudam car nem continuo gestavit, corpus duro flagello singulis pene die bus edomuit; ultra stata Ordi nis jejunia, semel in die quovis tempore comedit; super stra minibus, ac sæpius ad durum lapidem inclinatus brevem somnum cepit. Matutinas pre ces vigiliis, ac privatis oratio nibus præoccupare solitus erat, ac ultra solitum Officium divinum, Psalterium frequen ter recitabat. Tanta fuit ejus honestas ac modestia, ut non corpus modo, sed nec pedes nudos per plurimos annos aspexerit. Hoc vero præ cete ris mirandum, quod annorum ferrae quadra^fata spatio, qui bus ap 0St61icum munus obiit, ab instituta semel vitæ ratione nusquam deflexerit.

### MENSE SEPTEMBRI.

Lectio iij.

SPIRITU prophetico illustris Beatus Vincentius, fu tura multa, de extremo præ sertim judicio, prædixit. Cal

listo Tertio, a quo cælites inter adscriptus est, Pontificatum diu antea nuntiavit. Patris ac matris obitum, qua hora ceciderunt, divina revelatione cognovit, longo licet locorum tractu ab eis dissitus esset. Secretas cordium cogitationes detexit. Plurium post transitum animarum statum perspectum habuit : easque, fusis ad Deum precibus, e purgatorii flammis liberavit. In sequentem numerosam duorum millium hominum multitudinem, post ministratum evangelicum panem, cælesti miraculo temporaliter pavit, multiplicata vini ac panis annona. Ea vero inter concionandum virtute pollebat, ut hostes fidei vel inviti secretioribus cordis motibus ad audientiam traherentur.

MENSE OCTOBRI.

Lectio iij.

PAUPERTATEM evangelicam beatus Vincentius adeo coluit, ut omni prorsus dimissa supellectili, nihil ad usum per dura ac longa itinera deferret, vilissimisque dumtaxat vestibus uteretur. Eum sæpius in oratione secreto pernoctantem plurimi observarunt, cælesti, ut credi-1 tur, lumine circumfusum : quo eum Deus ceteris manifestabat, qui sese tanto studio omnium oculis subducebat. Mirum quam frequens, quam multus ad eum undequaque confluentium hominum numerus, ad vitæ instituendæ, et juxta evangelicam normam ettormandæ consilia petenda • quibus ipse conferendis^ per præsto fuit. Ejus præsimtam salutaribus monitis ree-ebantur Castellæ et Aragonum reges, Britanniæ duces • nihil que magni momenti moliri solabant, nisi collatis cum ipso consiliis.

MENSE NOVEMBRI.

Lectio iij.

NON diu a sanctissimi viri Vincentii obitu, de solemni ipsius canonizatione actum est. Causam in primis urgere cœperunt Joannes ac Petrus Britanniæ duces, coram summis Pontificibus Martino Quinto Eugenio Quarto, et Nicolao Quinto. Idem subinde rogarunt Joannes Castellæ, et Alphonsus Aragonum reges. Rem tandem Callistus Tertius anno Pontificatus primo exsecutus est : eumque sacris fastis adscripsit. At cum præmatura morte ereptus diploma pontificium non dedisset, hoc Pius Secundus, successor ejus, ultro concessit. In quo istud observatione dignissimum occurrit : tot scilicet virum Dei patrasse miracula, ut Apostolicis litteris, ne modum excederent, recenseri non potuerint. Mortuos quadraginta, partim dum viveret, partim postquam e vivis excessit, suscitasse perhibetur.

T Quod si in nulla Feria secunda vel sexta mensis possit de S. Vincentio Officium fieri, nec de ipso Memoria aliqua facienda est in tali mense.



FERUS TERTIIS PER ANNUM.

OFFICIUM S. P. N. DOMINICI.

Feria secunda præcedenti in Vesperis Psalmi feriales cum suis Antiphonis, pag. 130.

Capitulum. Eccli. 50.

QUASI stella matutina in medio nebulæ, et quasi luna plena in diebus suis, et quasi sol refulgens, sic iste effulsit in templo Dei.

Hymnus.

GAUDE mater Ecclesia,
Lætam agens memoriam,
Quæ novæ prolis gaudia
Mittis ad cæli curiam.

PRÆDICATORUM Ordinis
Dux et Pater Dominicus
Mundi jam fulget terminis,
Civis effectus cælicus.

CARNIS liber ergastulo,
Cæli potitur gloria :
Pro paupertatis cingulo
Stola dotatur regia.

FRAGRANS odor de tumulo,
Cum virtutum frequentia
Clamat pro Christi famulo
Summi Regis magnalia.

T Tempore Resurrectionis :
QuÆSUMUSjAuctoromnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

TRINO Deo et simplici
Laus, honor, virtus, gloria,
Qui nos prece Dominici
Ducat ad cæli gaudia. Amen.

f. Ora pro nobis beate Pater Dominice. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. Magne Pater sancte Dominice, mortis hora nos tecum suscipe, et hic semper nos pie respice.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctrinis : concede ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per.

Deinde fiat Memoria de beato P. Francisco per Anam. Confessor Domini Francisce astantem plebem corrobora sancta intercessione : ut qui vitiorum pondere premimur, beatitudinis tuæ gloria sublevamur, et te duce æterna præmia consequamur.

f. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. ^z. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Patris nostri Francisci meritis fetu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, et cælestium donorum semper participatione gaudere. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Laudemus Deum nostrum * In commemoratione sancti Dominici.

Hymnus.

Novus athleta Domini
Collaudetur Dominicus,
Qui rem conformat nomini,
Vir factus evangelicus.

CONSERVANS sine macula
Virginitatis lilium,
Ardebat quasi facula
Pro zelo pereuntium.

MUNDUM calcans sub pech bus
Manum misit ad fortia.
Nudus occurrens hostibus,
Christi suffultus gratia.

PUGNAT verbo, miraculis,
Missis per orbem fratribus,
Crebros adjungens sedulis
Fletus orationibus.

QUÆSIMUS Auctor omnium, (tempore Resurrectionis); et TRINO Deo et simplici., ut in j. Vesperis.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Florem pudicitiæ servans illibatum, attigit eximiæ vitæ cælibatum. Psalmi noveni de uno Confessore.

T Tempore vero Paschali, dicuntur tantum tres Psalmi primi Nocturni de eodem Communi.

f. Justum deduxit Dominus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Prima et secunda Lectio de sacra Scriptura pro tali Feria notatæ. Tertia vero erit de inferius positis, cum his tribus Responsoriis.

1$. j. Felix vitis, de cujus surculo tantum germen redundat sæculo, *Cælivinumpropinans populo vitali poculo, f. Ex ubertate palmitum mundi jam cinxit ambitum.— Cæli vinum.

Rz. ij. Ascendenti de valle lubrici mundi chori plaudunt angelici : * Jesu bone, prece Dominici, tibi præsta nos gratos effici, f. Per quem multos a morte suscitas, pœnas nobis relaxa debitas. — Jesu bone.

1$. iij. O spem miram, quam dedisti mortis hora te flentibus, dum post mortem promisisti, te profuturum fratribus' * Imple Pater quod dixisti, nos tuis juvans precibus. y. Qui tot signis claruisti in ægrorum corporibus, nobis opem ^ferens ClvrisTi^^o^ medere moribus. — lmpie |^ ter. Gloria. Imple Pater

Te Deum. dicatur, nisi infra Septuagesimam.

Ante Laudes f. Ora pro nobis beate Pater Dominice Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES.

Super Psalmos Ana. Pie Pater Dominice, tuorum memor operum, sta coram summo Judice pro tuo cœtu pauperum Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Quasi stella matutina., ut in Vesperis.

Hymnus.

HYMNUM novæ lætitiæ,
Dulci productum cantico,
Noster depromat hodie
Chorus sancto Dominico.

VERGENTE mundi vespere,
Novum sidus exoritur,
Et clausis culpæ carcere
Præco salutis mittitur.

DOCTRINAM evangelicam
Spargens per orbis cardinem,
Pestem fugat hæreticam
Novum producens Ordinem.

Hic est fons ille modicus
Crescens in flumen maximum,
Qui mundo jam mirificus
Potum largitur optimum.

QUÆSUMUS, Auctor omnium. (tempore Resurrectionis); et Trino Deo et simplici., ut in j. Vesperis,

y. Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in æternum ante Dominum.

Ad Benedictus Ana. Benedictus Redemptor omnium, qui saluti providens hominum, mundo dedit sanctum Dominicum.



Deinde fiat Memoria de beato p Francisco per Anam. Euge serve bone, et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. 1$. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui Ecclesiam, ut supra in Vesperis, pag. 133*.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Pie Pater Dominice., ut in Laudibus; Capitulum Regi sæculorum., Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Ana. Pauper in peculio, dives vita pura, paupertatis pretio cæli tenet jura.

Capitulum Quasi stella matutina., ut in Vesperis.

T et ff. Horarum de Communi unius Confessoris.

AD SEXTAM.

Ana. Scala cælo prominens Fratri revelatur, per quam Pater transiens sursum ferebatur.

Capitulum. Isa. 59

SPIRITUS meus, qui est in te, et verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.

AD NONAM.

Ana. Fulget in choro Virginum Doctor veritatis, sertum honoris geminum gerens cum Ideatis

Capitulum. Malach. 2.

LEX veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace et æquitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.

Dicta Nona terminatur hoc Officium.

T" Tempore Paschali ad Memoriam S. P. Francisci in Vesperis dicatur Ana Filiæ Jerusalem.,pag. 123*; in Laudibus autem dicatur Ana Lux perpetua., pag. 124*.

Pro iij. Lectione dicatur per unumquemque mensem una ex his suo ordine notatis.

MENSE DECEMBRI.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. I. cap. 7.)

Lectio iij.

AD celebrem cum hæreticis Albigensibus disputationem pergens beatissimus Pater Dominicus, iter una cum sociis, semoto quovis elationis et ostentationis fastu, nudatis omnino pedibus arripuit. Cumque incerti itineris ducem hæreticus, catholici nomen mentitus, ultro se dedisset, is eos obliqua, spinis ac vepribus consita via, quibus eorum pedes sauciabantur, et tibiæ sanguine conspergebatur, perfide deduxit. Tum vir Dei diros aculeos mira patientia terens. sociorum animos in Dei laudes erigebat : Confidite, inquiebat, in Domino : paratur nobis in cælo corona; quia peccata nostra sanguine expiantur. Eo patientiæ, et ardentissimæ caritatis exemplo victus perfidus viæ comes, peccatum ultro confessus, hæresim ejuravit; remque suis postea referens, apostolici vir» Famam apud ipsos hæreticos plurimum auxit.

MENSE JANUARIO.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. i. cap. 2 et 8.)

Lectio iij.

TS erat sanctissimi Patris Do 1 minici salutis animarum ze lus, ut Christi Salvatoris exem plo, ad eam promovendam, animam ultro traderet. Cum enim virum hæreticum verbis ac signis ad fidem revocare conaretur; eumque nonnisi spe lucri, quod ad vitæ sustenta tionem a ceteris obtinebat, suo in errore detineri nosceret'; seipsum venalem exhibuit, ut ejus inopiam sublevaret, vi rumque redimeret venumda tum sub peccato. Tantæ in mi seros caritati ac beneficentiæ, tenera adhuc ætate præludere visus est. Etenim quo tempore Palentiæ litteris dabat ope ram, grassante per universam pene Hispaniam fame, libros ceteraque proprio usui conse crata distraxit, pretii!mque in pauperes erogavit.

MENSE FEBRUARIO.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. i. cap. 8.)

Lectio iij.

MARTYRII desiderium et humilitatis studium miro fœdere beatus Dominicus so ciavit. Ab hæreticis non semel quæsitus ad necem, eo se prorsus indignum honore pro fessus est, ut pro Christo Sal vatore mortem oppeteret. Lo ca, ubi structas sibi insidias certo noverat, infracta fiducia frequentabat. Quare in admi rationem adducti satellites, quid acturus esset, interroga bant, si ipsorum in manus in

cidisset. QuibusiliT^T^ flagrans, Rogassem, 111 ^ vos, ne compendio celerem mihi mortem afferretis sed præcisa minutatim singula corporis membra meis aci obiceretis; atque ad extremum evulsis luminibus, mutilum corpus suo in sanguine volu tari sineretis. Urbem ingres S rus, Deum scelerum vindicem enixe rogabat ne eam adtenti peccatoris ingressum subver teret,

MENSE MARTIO.

(Ex Theodorico de Apoldia Lib. 2. cap. 6.)

Lectio iij.

ERANT aliquando in capitulo monasterii sancti Xysti beatus Dominicus et tres san ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi nales : cum subito vir quidam ingenti ejulatu nuntiat Napo leonem nepotem Stephani Cardinalis, qui ibi tunc aderat, ex equo lapsum efflasse ani mam. Cardinalis acerbitate mæroris exsanguis in brachia sancti Patris corruit. Egressi cernunt triste spectaculum, membra adolescentis horribi lem in modum dissipata. Jubet Sanctus sibi parari altare, Missam cum ingenti devotio ne, et lacrimarum imbre cele brat : aderant Cardinales et alii plurimi : vident ipsum, cum corpus Domini visendum populo ostenderet, cubiti alti tudine in aera attolli. Sacro peracto, progreditur ad corpus jacentis, manibus quassata membra componit; mox in no mine Domini jubet adolescen tem surgere : qui illico vivus, sanus et integer resilivit.



MENSE APRILI.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 2.)

Lectio iij.

EA Ordinem suum prudentia ac pietate moderabatur beatus Dominicus, ut in ejus regimine quid mirari plus de ceat, ignoretur : an religiosæ studium observantiæ, an man suetudinis et humanitatis offi cium. Sic etenim zelo justitiæ in delinquentium vitia erectus erat, ut se iisdem pietate et humanitate socium exhiberet. Ubi fratrem delicto præoccu patum cerneret; ne ejus ani mum subita correptione fran geret, rem tacitus dissimula bat, donec data opportunitate dignosceret, quieto tranquillo que animo sustinendam a de linquente pœnitentiam. Quo tidie, ut fieri commode pote rat, singularem ad fratres con cionem habebat, qua eos ad religiosæ vitæ studium effor maret. Si quos vero mæstos et afflictos animadverteret, sic totis visceribus condolebat, ut mærorem tanto pietatis affe ctu deliniret.

MENSE MAIO.

[Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 4.)

Lectio iij.

SACRAS ad populum concio nes vir Dei Dominicus cre brius habebat, in quibus apo stolico zelo mirifice ferebatur. Sermo ejus ignitus et efficax, ac sæpe profluentibus ubertim lacrimis intermistus : qui ani mos durissimos licet ac rigen tes ad pœnitentiam emolliret, et ad pietatem inflammaret.

Salutem animarum, præci puum sibi suoque Ordini sco pum præfixit : ob idque fra tres assidue hortabatur, ut evangelicæ prædicationi totis viribus incumberent; atque in hunc finem, sepositis profana rum scientiarum institutioni bus, sacrarum præsertim Scri pturarum lectioni se darent. Is vero Matthæi Evangelium, ac divi Pauli Epistolas, quas pene ex integro memoria te nebat, ut individuos viarum comites ubique circumferebat.

MENSE JUNIO.

(Ex Tbeodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 3.)

Lectio iij.

REGULARIS observantiæ te nacissimus beatus Dominicus, nihil unquam per itinera, quæ ad muneris apo stolici partes obeundas fre quenter agebat, ex monasticæ legis præscripto remisit. Mis sæ sacrificium data templi co pia quotidie offerebat, ac inter media sacra concionem habe bat. Divinum Officium de no cte pariter, ac de die statis horis recitabat : silentii legem indicto tempore observans, sociis procul a se dimissis, mentem piis de Christo Salva tore meditationibus alebat. Paleis, ac sæpius nuda cuba bat humo : stata Ordinis jeju nia nec fessus itinere, nec morbo detentus, solvebat : ad hospitia divertebat eo lætior, quo durius excipiebatur : suos que sæpius hospites hæresi detentos, nuntiato salutis ver bo, pascebat spiritu, in carne pascendus.

MENSE JULIO.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 5.)

Lectio iij,,

GENTILIUM salutis sitientis simus beatus Dominicus, mare conscendere, exterasque nationes adire constituit : ve rum plurimam ei segetem vi ciniori regione providit Altis simus, qua tum ipse, tum novi ejus operarii exercerentur. Quare eos varias in partes, munus apostolicum obituros direxit, eo præsertim indicto præcepto, ut duros viæ labo res, ac temporum injuriam experti solis piorum hominum eleemosynis visitarent, suam que omnem in Domino spem reponerent. Nec eam porro fi (Meiam inanem fuisse, vel fal sam, sed uberius cumulatam divina interdum miracula com probarunt. Id vero mirandum magis, quod beatissimi Patris precibus exoratus Dominus, verbum evangelizantibus mi nus interdum idoneis, tanta virtute dederit, ut fructum præ ceteris uberrimum repor tarint.

MENSE AUGUSTO.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 5.)

Lectio iij.

INERAT beato Dominico mi ra quædam, ac constans mentis æquabilitas; qua licet ob varios fortunæ casus multa circa ipsum immutatio contin geret, nulla prorsus in ipso videretur. Si quid secundum Deum, ad rectæ rationis præ scriptum agere constituisset, id infracta animi constantia prosequebatur; nec sermonem quidem ullum, semel matura deliberatione proti tum, irritum fieri patiebatur" Ubicumque versaretur, etiam apud magnates ac principes sermonem ita dextere compo nebat, ut jacto veluti spiritua lis piscationis hamo, audien tium animas Christo lucrifa ceret, ac sæculo deprædare tur. Hominum flagitiis ac de lictis commotus, præ animi dolore tabescebat; et in ea ex sacro suggestu declamans to tus in lacrimas solvebatur.

MENSE SEPTEMBRI.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. io. et alibi.)

Lectio iij.

HUMILITATIS ac paupertatis evangelicæ studio, verum se Christi discipulum præbuit beatus Dominicus. In Conse ranensem Episcopum electus, nullis artibus adduci potuit, ut electioni præstaret assensum. Interrogatus interdum, quor sum aliquas præ ceteris dioe ceses libentius incoleret, re spondit : Hoc ideo, quod in iis ludibrio esset, in aliis nimio honore haberetur. Vilissimis vestibus, et abjecta supellecti li utebatur. Ostiatim pro se ac fratribus eleemosynam emen dicas, oblatum panem flexis genibus excipiebat. Mira ejus in cibo ac potu parsimonia : vino per decennium abstinuit, nec eo demum, nisi ob fre quentes stomachi infirmitates, est usus. Virgineam carnem ter singulis noctibus ferrea ca tena cædebat : asperum cili cium, dirisque aculeis arma tum cingulum, ad obitum usque gestavit.



MENSE OCTOBRI.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 6. et 9.)

Lectio iij.

QUAM assidua, tam potens beati Domi nici oratio. In ecclesiis perno ctans, modo in genua procum bens, modo toto corpore pro stratus orabat. Si quid vero quietis fatiscenti naturæ indul gebat invitus, ante altare nuda humo cubabat : brevique de gustato somno, mox novas in preces animum erigebat. Eo tempore sacras excubias agens, multas dæmonum in festationes tulit, multosque ex eis Christi virtute triumphos reportavit. Nihil unquam a Deo petiit, quod pro votis non sit adeptus. Singulari erga Deiparam Virginem devotio nis affectu ducebatur; cujus sibi, ac universo Prædicato rum Ordini impensum patro cinium frequentibus miracu lis comprobavit.

MENSE NOVEMBRI.

(Ex Theodorico de Apoldia. Lib. 4. cap. 12.)

Lectio iij.

IMMINENTEM obitus diem beatus Pater Dominicus divina revelatione cognovit : ut extremæ voluntatis testa mentum, legata filiis caritate, humilitate, ac voluntaria pau pertate, conderet. Huic etenim largiter flenti, et cælestium bonorum desiderio æstuanti, elegantis speciei juvenis asti tit, in hæc verba : Veni dile cte, veni, et in vera gaudia ingredere. O suavem, et omni caritatis dulcedine plenam vo cem, qua non ad vana, sed ad vera sempiternaque gaudia invitatur: O vere felicem ho minem, qui accitus non petiit indutias, quasi judicem refor midans; nec venire jussus ad cenam moras excusationibus nexuit : sed præcinctos ha bens lumbos, et lucernas ar dentes in manibus, pulsanti incunctanter aperuit, venien tique Domino lætus obviam properavit!

T Quando, propter aliquod impedimentum intermittitur hoc Officium in Feria tertia, fiat de eo Memoria in Vespe ris per Anam Magne Pater., f. Ora pro nobis, et Orationem Deus, qui Ecclesiam tuam.; in Laudibus vero per Anam Be nedictus Redemptor omnium., f. de Communi unius Confes soris et Orationem Deus, qui Ecclesiam tuam. exceptis die bus signatis in Rubricis gene ralibus §. xxxij. numero 7.

IN FERIIS QUARTIS PER ANNUM.

OFFICIUM S. THOMÆ AQUINATIS.

Feria tertia præcedenti in Vesperis Psalmi feriales cum suis Antiphonis, pag. 133

Capitulum Dilectus Deo. et Hymnus Iste Confessor Domi ni sacratus Sobrius, castus, de Communi unius Confessoris.

f Ora pro nobis beate Tho li! a. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat Ana. O Tho ma, laus et gl6ria Prædicato rum Ordinis, nos transfer ad cælestia, professor sacri Nu minis.

I

Oratio.

"p\EUS, qui Ecclesiam tuam LJ beati Thomæ, Confessoris tui atque Doctoris, mira eru ditione clarificas, et sancta operatione fecundas : da no bis, quassu mus, et quæ docuit intellectu conspicere, et quæ egit imitatione complere. Per.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Con fessorum Dominum * Venite adoremus.

Hymnus Iste Confessor Do miti sacratus, Sobrius, castus., ut in Communi unius Confes soris.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos Ana. Iste ' Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gau dium transiit angelorum. Psal mi novem de Communi unius Confessoris.

T Tempore vero Paschali di cantur tantum tres Psalmi pri mi Nocturni de eodem Com muni.

f. Justus ut palma florebit in domo Domini. B?. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Prima et secunda Lectio de Tempore, tertia de his quæ signantur infra, cum his tribus Responsoriis :

JS.j. Justus ut palma flore bit : sicut cedrus Libani mul

mm,,

plantatus in domo Domini, * In atriis domus Dei ' nostri florebit, f. Gloria et di vitiæ in domo ejus : et justitia ejus manet in sæculum sæculi. ~ in atriis domus Dei nostri florebit.

FY »J- Justum deduxit Domi nus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum :*HonP stavit illum in laboribus, ei

complevit labores illius V TTM mortalis est enim memoria illius : quia apud Deum nota est, et apud homines. — H0 nestavit illum.

I ty. iij. Sint lumbi vestri præ cincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris, * Et vos simi Ies hominibus exspectantibus dominum suum Quando rever fatur a nuptiis, f. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit — Et vos similes. Gloria.'

I Quando.

T Tempore vero Paschali di cantur tria Responsoria de Communi unius Confessoris ejusdem Temporis.

Te Deum. dicatur, nisi infra septuagesimam.

Ante Laudes f.Ora pro nobis beate Thoma. R?. Ut digni effi ciamur promissionibus Christi.

I

AD LAUDES.

Super Psalmos sola Aha Do mine quinque talenta, de Com muni unius Confessoris (Tem pore vero Paschali, sola Ana Sancti tui. de Communi San ctorum ejusdem Temporis); Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum, Hymnus et f. de Communi unius Confessoris.

Ad Benedictus Aha. Collau detur Christus Rex gloriæ, qui per Thomam lumen Eccle siæ mundum replet doctrina gratiæ.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitu tionibus.



AD PRIMAM.

Afia. Domine quinque talen ta de Communi unius Confes soris (Tempore vero Paschali Ana Sancti tui. de Communi Sanctorum ejusdem Tempo

"capitulum Regi sæculorum immortali., Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM, SEXTAM ET NONAM.

Antiphonæ de Communi unius Confessoris (Tempore vero Pa schali, Antiphonæ de Commu ni Sanctorum ejusdem Tem-| poris).

Capitula, et J7-. de Communi unius Confessoris.

| Dicta Nona terminatur hoc I Officium.

T Ex consuetudine antiqua et approbata aliquarum Pro vinciarum, vel Conventuum, in illis fit Feria quarta, vel alia Feria Officium de alio Sancto Ordinis : quæ consue tudo servanda est.

Pro tertia Lectione dicatur singulis mensibus una ex his ordine infra posito notatis.

MENSE DECEMBRI.

(Ex Bulla Canoni/, et probatis Auct. vitæ ejus, et ex Brev. Romano.)

Lectio iij.

ILLUSTRISSIMUM Christiani orbis decus, et Ecclesiæ lu men, beatissimus vir Thomas Aquinas, Landulpho comite Aquinate, et Theodora Thea tini comitis filia, e gente Ca I racciola, nobilibus parentibus natus est. Cum infantulum nu trix vellet abluere, chartulam e terra sublatam compressa manu valide ipse retinuit : quam nutrix, ut eum lavare posset, extrahere conata est. Sed illo acriter flente, nutrix pietate commota importunior esse noluit : ac relicta in manu chartula, illum abluit, remque totam matri ejus indicavit. Quæ ægre tandem manum infantis aperiens, chartam, in qua Salutatio Angelica scripta erat, abstraxit : is vero eam ploratu et gestu repetens, mox redditam deglutivit.

MENSE JANUARIO.

Lectio iij.

QUINTUM annum agens, beatus Thomas monachis I sancti Benedicti Cassinatibus I pietate et primis litterarum rudimentis imbuendus tradi tur. Inde Neapolim studio rum causa missus, dum ad huc infra pubertatis annos exsisteret, Fratrum Prædica torum Ordinem suscepit. Sed matre id indigne ferente, Lu tetiam Parisiorum mittitur : quo in itinere per vim a fra tribus raptus, et in arcem per ductus, ibique varie exagita tus ut sanctum propositum mutaret, mulierem etiam, quæ ad labefactandam ejus con stantiam introducta fuerat ti tione fugavit. Mox flexis ge nibus ante signum crucis orans, ibique somne'Correpť^ ner Quietem sentire visus est £bi ab Angelis constringi lembos : quo « to^ omni postea libidinis sensu caruit.

MENSE FEBRUARIO.

Lectio iij.

EMISSUS e castro per fene strum, beatus Thomas Neapolim reducitur: inde Romam, et postea Parisios ductus,ac tandem Coloniam a fratre Joanne Teutonico Ordinis Prædicatorum Generali Magistro missus, Alberto Magno doctore, philosophiæ ac theologiæ operam dedit. Viginti quinque annos natus, Parisiis Magister est appellatus, publiceque philosophos ac theologos summa cum laude est interpretatus. Nunquam se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationem. In difficultatibus locorum sacræ Scripturæ ad orationem jejunium adhibebat. Quin etiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret, non tam studio aut labore suo se peperisse, quam divinitus traditum accepisse.

MENSE MARTIO.

Lectio iij.

Cum Neapoli., quæ est tertia in prima die infra Octavam S. Thomæ.

MENSE APRILI.

Lectio iij.

Scribendis tot libris., quæ est tertia in secunda die infra Octavam S. Thomæ.

MENSE MAIO.

Lectio iij.

Multis miraculis., quæ est tertia in tertia die infra Octavam S. Thomæ.

MENSE JUNIO.

Lectio iij.

XTULLUS enarrare sufficeret quot sanctissimus Thomas theologorum præconiis

Fletur : quant^^W illibatæ doctrinæ a sumi Pontificibus fuerit aeciam^ tum. Innocentius Sextus • Hujus Doctoris, inquit, doctrina præ ceteris, excepta canonica habet proprietatem verborum' modum dicendorum, veritatem sententiarum : ita ut nunquam qui eam tenuerit, inveniatur a veritatis tramite deviasse et qui eam impugnaverit, semper tuent de veritate suspectus Urbanus Quintus ad Tolosanam academiam : Volumus ait, et tenore præsentium vobis injungimus,ut beati Thomæ doctrinam, tamquam veridicam et catholicam, sectemini • eamque studeatis totis viribus ampliare.

MENSE JULIO.

Lectio iij.

Pius Quintus : Factum est, inquit, omnipotentis Dei providentia, ut Angelici Doctoris vi et veritate doctrinæ, qua apostolicam Ecclesiam infinitis confutatis erroribus illustravit, ex eo tempore quo cælestibus civibus adscriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ sunt hæreses, confusæ et convictæ dissiparentur. Quod et antea, et liquido nuper in sacris Tridentini concilii decretis apparuit. Clemens Octavus ad Neapolitanos : Pie, ait, prudenterque cogitatis de novo civitati patrono adsciscendo, cive vestro, divinæ voluntatis Angelico interprete, vitæ sanctitate et miraculis claro, Thoma Aquinate. Hic siquidem honor ejus virtutibus, cum admirabili doctrina conjunctis, jure optimo debetur. Ac do



ctrinæ quidem testis est ingens librorum numerus, quos ille brevissimo tempore in omni fere disciplinarum genere, singulari ordine, ac mira perspicuitate sine ullo prorsus errore conscripsit.

MENSE AUGUSTO.

Lectio iij.

PAULUS Quintus : Illustri, inquit, splendore catholicæ fidei athletæ, beati Thomæ Aquinatis, cujus scriptorum clypeo militans Ecclesia hæreticorum tela feliciter eludit, honorem et venerationem in dies magis magisque augeri, plurimum in Domino gaudemus. Et Leo Decimus tertius omnes suorum Prædecessorum laudes una complectens et prætergrediens, de ipso hæc habet : Rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tamen amice consocians, utriusque tum jura conservavit, tum dignitati consuluit, ita quidem ut ratio ad humanum fastigium Thomæ pennis evecta jam fere nequeat sublimius assurgere; neque fides a ratione fere possit plura aut validiora adjumenta præstolari, quam quæ jam est per Thomam consecuta. Et iterum sanctum Thomam in variis scientiarum studiis, tamquam exemplar catholicis hominibus proponens atque patronum, ait : Præclara lumina animi et ingenii, quibus ad imitationem sui jure vocet alios, in eo sunt omnia : doctrina uberrima, incorrupta, apte disposita : obsequium fidei, et cum veritatibus divinitus traditis mira consensio : integritas vitæ cum splendore virtutum maximarum.

MENSE SEPTEMBRI.

Lectio iij.

DOCTORE Angelico inter amplexus et lacrimas monachorum Cisterciensium Fossæ Novæ e vivis sublato, sacrum ejus corpus ibidem conditum est : sed monachis de tanto thesauro pie sollicitis, sæpius subinde, nunquam vero sine miraculis, loco mutatum. Septem enim post mensibus, Prioris jussu, clam sepulcro subductum, dum sequenti et intempesta nocte (Superiore a divo Thoma per somnium durius objurgato) clam restituitur, ad cælestis odoris e sacris reliquiis late manantis fragrantiam excitatis monachis, et ad ecclesiam confluentibus, fraus detecta prodigio est, aucta sacri pignoris religio. Unde septem post annos decentiorem in locum arcamque marmoream solemni ritu translatum, integrum adhuc, mtegrisque vestibus, suavissimumque spirans odorem, etiam post quatuordecim annos repertum est- habitus licet plenioris es <ei, dum viveret, locoque humidior* fuisset repositum.

MENSE OCTOBRI.

Lectio iij.

UM septuaginta quinque Cannis a sancti Thomæ obitu, sacrum ejus corpus in arcem comitis Funderis de a tuiii esset, ipso sancto Doctore matrem comitis nec semel increpante, quod nisi apud fratres suos libenter non quiesceret fraterne comitis ex equo

terræ letaliter alliso, et facto de restituendis reliquiis voto, repente sanato, comes graviorem Dei iram pertimescens, pretiosum pignus Cisterciensibus monachis, et tandem Fratribus Prædicatoribus Fundensibus consignavit. SuisSan-otus ipse reliquiis sæpius fecit iidem. De iis enim, dum adhuc in arce servarentur, dubitantibus Episcopo et comitis Fundensis matre, palam ab iisdem visus est in habitu Ordinis e loculo surgere, et cum aliquandiu tacitus coram deambulasse^ eodem residere • redditoque Ordini corpore, Fratri Raymundo Fundis ad ejus sepulcrum oranti apparens, ibidem corpus suum esse contestatus est.

Processit obviam ad p li baria Ludovicus dii* A 5 MIK vensis, Caroli Quiitf8 Christianissimi frae multis aliis Ecclesiæ reVn Principibus, cuive^foquT clero et magistratu • sup^a cSti sunta ipnh m milia efususface^T/^ ampius miracTn.m e san^tZ lætitia

? acc6nsæ ?ecem gl6ria 8rat,IS Cutnu1

MENSE NOVEMBRI.

Lectio iij.

SACRI depositi jacturam ægre tulere Cistercienses, de reliquiis sibi a Fratribus Prædicatoribus ablatis apud Urbanum Quintum graviter conquesti, sed frustra, ut iniuria. Placatus enim derepente, nec sine miraculo, summus Pontifex

CUJUS officium a sancto Thoma editum audierat Ordini Prædicatorum, ejusque Generali Magistro, sancti Doctoris corpus, eousque præterea caput, quod Cistercienses in castro Sperni seposuerat, gratulante sacro Cardinalium collegio, perpetua concessione donav,t Toiosam ejusdem au conven

facile dictu, quanta pompa a Tolosatibus exceptum est

FERIIS QUINTIS PER ANNUM

OFFICIUM CORPORIS CHRISTI.

Feria quarta præcedenti in Vesperis Psalmi feriales PAG. 134.

Capitulum. i. Cor. u

DOMINUS Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit : Accipite, et manducate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Hymnus.

PANGE lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

NOBIS datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

IN supremæ nocte cenæ
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.



VERBUM caro panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque Sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Hic genuflectatur usque ad Genitori Genitoque.

TANTUM ergo Sacramentum
Veneremur cernui :
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

GENITORI, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio :
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de cælo præstitisti eis. ℟. Omne delectamentum in se habentem.

Ad Magnificat Ana. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus : escam dedit timentibus se.

Oratio.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti : tribue, quæsumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus : Qui vivis et regnas.

AD COMPLETORIUM.

T Extra Tempus Paschale super Psalmos Ana Miserere mihi Domine, et exaudi orationem meam.

Hymnus Te lucis, et Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam sic concludantur :

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Ad Nunc dimittis Ana. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes : ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace.

T Tempore Resurrectionis super Psalmos Ana. Alleluia, alleluia : alleluia, alleluia.

Hymnus Jesu nostra redemptio. et Hymni ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam sic concludantur:

QUÆSUMUS Auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
GLORIA tibi Domine,
Qui natus es..., ut supra.

Ad Nunc dimittis Ana. Alleluia, Resurrexit Dominus, alleluia : sicut dixit vobis, alleluja, alleluia.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum, panem Angelorum et hominum, * Venite adoremus.

Hymnus.

SACRIS solemniis juncta sint gaudia,
Et ex præcordiis sonent præconia :
Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda, voces, et opera.
NOCTIS recolitur cena novissima,
Qua Christus creditur agnum et azyma
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta patribus.

POST agnum typicum, expletis epulis,
Corpus dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Ejus fatemur manibus.

DEDIT fragilibus Corporis ferculum :
Dedit et tristibus Sanguinis poculum,
Dicens : Accipite, quod trado, vasculum,
Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis Presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, et dent ceteris.

PANIS angelicus fit panis hominum :
Dat panis cælicus figuris terminum :
O res mirabilis : manducat Dominum
Pauper, servus, et humilis!

TE trina Deitas unaque poscimus :
Sic nos tu visita, sicut te colimus :
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Ana. Fructum salutiferum gustandum dedit Dominus mortis suæ tempore.

Psalmi novem ut in Festo Corporis Christi, scilicet :

Psalmus i. Beatus vir, qui non abiit., pag. 4.

Psalmus 4. Cum invocarem., Pag. 149.

Psalmus 15. Conserva me pag. io.

Psalmus 19. Exaudiat te pag. 14.

Psalmus 22. Dominus regit me., pag. 34.

Psalmus 41. Quemadmodum desiderat cervus., pag. 63.

Psalmus 42. Judica me Deus pag. 70.

Psalmus 80. Exsultate Deo Pag- 99

Psalmus 83. Quam dilecta, p ag. 100.

T Tempore Resurrectionis tres tantum primi Psalmi, idest Beatus vir., Cum invocarem, et Conserva me, dicantur.

f. Panem cæli dedit eis.

1$. Panem angelorum manducavit homo.

Duæ primæ Lectiones erunt de Scriptura currente, tertia de Sermonibus inferius positis, tria Responsoria quæ sequuntur :

R?, j. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, *In me manet, et ego in eo. X. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. — In me manet.

R?, ij. Misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem : * Et qui manducat me, vivet propter me. JT. Cibavit eum Dominus pane vitæ, et intellectus. — Et.

R?, iij. Unus panis, et unum corpus multi sumus, * Omnes, qui de uno pane, et de uno calice Participamus. T. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus : qui habitare facis unanimes in domo. — Omnes. Gloria. Participamus.



Te Deum. dicitur, nisi infra Septuagesimam.

Ante Laudes y. Comedi favum cum melle meo. R?. Bibi vinum meum cum lacte meo.

AD LAUDES.

Super Psalmos Ana. Sapientia ædificavit sibi domum : miscuit vinum, et posuit mensam, allecia. Psalm. Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum Dominus Jesus., pag. 144*

Hymnus.

VERBUM supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitæ vesperam.

IN mortem a discipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit discipulis.

QUIBUS sub bina specie
Carnem dedit et Sanguinem :
Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.

SE nascens dedit socium,
Convescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

O SALUTARIS hostia,
Quæ cæli pandis ostium :
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.

UNI trino que Domino
Sit sempiterna gloria :
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

f. Posuit fines tuos pacem.
Et adipe frumenti satiat te.

Ad Benedictus Ana. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi : qui manducat ex hoc pane, vivet in æternum.

Oratio Deus qui nobis. etc.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitutionibus.

AD PRIMAM.

Ana Sapientia ædificavit., ut in Laudibus; Capitulum Regi sæculorum immortali. R}. Jesu Christe, cum f. Qui natus es de Virgine Maria., Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Ana. Angelorum esca nutrivisti populum tuum, et panem de cælo præstitisti eis, alleluia.

Capitulum Dominus Jesus., pag. 144*.

Panem cæli* Dedit eis. Panem. f. Panem Angelorum manducavit homo. Dedit. Gloria. Panem.

V. Cibavit eos ex adipe frumenti. R?. Et de petra, melle saturavit eos.

AD SEXTAM.

Ana. Pinguis est panis Christi, et præbebit delicias regibus, alleluja.

Capitulum. i. Cor. II.

QUOTIESCUMQUE enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis : mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

Ri. Cibavit eos * Ex adipe frumenti. Cibavit, f. Et de petra, melle saturavit eos. Ex adipe. Gloria. Cibavit.

V Educas panem de terra. Ry.'Et vinum lætificet cor hominis.

AD NONAM.

\na Vincenti dabo manna absconditum, et nomen novum, allecia.

Capitulum. i. Cor. II.

QUICUMQUE manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne : reus erit corporis, et sanguinis Domini.

Educas panem * De terra. Educas. ℣. Et vinum lætificet cor hominis. De terra. Gloria. Educas.

℣. Posuit fines tuos pacem. ℟. Et adipe frumenti satiat te.

Dicta Nona terminatur hoc Officium.

Pro tertia Lectione dicitur singulis mensibus una ex sequentibus suo ordine notatis.

MENSE DECEMBRI.

Sermo sancti Thomæ Aquinatis.

Opusc. 57. Lectio iij.

IMMENSA divinæ largitatis beneficia, exhibita populo Christiano, inæstimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Unigenitus siquidem Dei Filius, suæ divinitatis volens nos esse participes, nostram naturam assumpsit : ut homines Deos faceret, factus homo. Et hoc insuper, quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit Deo Patri; sanguinem suum fudit in pretium simul et lavacrum : ut redempti a miserabili servitute, a peccatis omnibus mundaremur.

MENSE JANUARIO.

De Sermone sancti Thomæ Aquinatis.

Opusc. 57. Lectio iij

UT autem tanti beneficii jugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, et sanguinem suum in potum sub specie panis et vini sumendum fidelibus dereliquit. O pretiosum et admirandum convivium, salutiferum, et omni suavitate repletum! Quid enim hoc convivio pretiosius esse potest? in quo non carnes vitulorum et hircorum, ut olim in Lege, sed nobis sumendus proponitur Christus, verus Deus. Quid hoc Sacramento mirabilius? In ipso namque panis et vinum in Christi Corpus et Sanguinem substantialiter convertuntur : ideoque Christus Deus, et homo perfectus, sub modici panis et vini specie continetur.

MENSE FEBRUARIO.

De Sermone sancti Thomæ Aquinatis.

Opusc. 57. Lectio iij.

MANDUCATUR itaque a fidelibus, sed minime laceratur : quinimmo, diviso Sacramento, sub qualibet divisionis particula integer perseverat. Accidentia autem sine subjecto in eodem subsistunt : ut fides locum habeat, dum visibile invisibiliter sumitur, aliena specie occultatum : et sensus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus judicant sibi notis. Nullum etiam Sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, et mens



omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur. Offertur in Ecclesia pro vivis et mortuis : ut omnibus prosit, quod est pro salute omnium institutum.

MENSE MARTIO.

De Sermone sancti Thomæ Aquinatis.

Opusc. 57. Lectio iij.

CONVENIT itaque devotioni fidelium solemniter recoleæ institutionem tam salutiferi tamque mirabilis Sacramenti : ut ineffabilem modum divinæ præsentiæ in Sacramento visibili veneremur, et laudetur Dei potentia, quæ in Sacramento eodem tot mirabilia operatur : necnon et de tam salubri, tamque suavi beneficio exsolvantur Deo debitæ gratiarum actiones.

MENSE APRILI.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Ex Hom. 60. ad pop. Antioch.

Lectio iij.

QUOT nunc dicunt, Vellem ipsius Christi formam aspicere, figuram, vestimenta, calceamenta! Ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas. Et tu quidem vestimenta cupis videre : ipse vero tibi concedit non tantum videre, verum et manducare, et tangere, et intra te sumere. Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus : omnes accensi, omnes ferventes, et excitati. Nam si Judæi stantes, et calceamenta in pedibus habentes, et baculos manibus gestantes, agnum cum festinatione comedebant; te multo magis oportet esse solertem.

MENSE MAIO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Ex Hom. 60. ad pop. Antioch.)

Lectio iij.

Quo non oportet igitur esse puriorem tali fruentem sacrificio? Quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc dividentem? Os, quod igne spirituali repletur, linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita, quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris. Quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos unimur, et facti sumus unum Christi corpus, et una caro. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Quis pastor oves proprio pascit cruore?

MENSE JUNIO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

(Ex Hom. 60. ad pop. Antioch.)

Lectio iij.

Undique fidelium., quæ est tertia in Feria secunda intra Octavam Corporis Christi.

MENSE JULIO.

Ex Epistola sancti Cypriani Episcopi et Martyris ad Cæcilium.

(Lib. 2. Epist. 3. sub init.)

Lectio iij.

In sacerdote Melchisedech., tertia in Feria tertia Octavam Corporis Christi.

MENSE AUGUSTO.

Ex Libro sancti Ambrosii Episcopi de Sacramentis.
(Lib. 4. cap. 4.)
Lectio iij.

Auctor Sacramentorum., quæ est tertia in Feria quarta infra Octavam Corporis Christi.

MENSE SEPTEMBRI.

Sermo sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 26. in Joannem.)
Lectio iij.

Exponens nobis Apostolus., quæ est prima secundi Nocturni in Octava Corporis Christi.

MENSE OCTOBRI.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.
(Tract. 26. in Joannem.)
Lectio iij.

Hunc itaque cibum., quæ est secunda secundi Nocturni in Octava Corporis Christi.

MENSE NOVEMBRI.

Homilia sancti Augustini. Episcopi.
(Tract. 26. in Joannem.)
Lectio iij.

Quam multi de altari., quæ est tertia tertii Nocturni in Octava Corporis Christi.

T Quando vero, propter impedimentum aliquod, hoc Officium votivum Corporis Christi intermittitur, nihilominus Memoria fit de eo in Vesperis per Anam. Memoriam fecit., f. Panem de cælo. et Orationem Deus, qui nobis.; in Laudibus vero per Anam Ego sum panis vivus., f. Posuit fines, et Orationem Deus qui nobis., nisi temporibus signatis in Rubricis generalibus, § xxxij. numero 7.

IN SABBATIS PER ANNUM
OFFICIUM
B. MARIÆ VIRGINIS.

Feria sexta præcedenti in Vesperis Psalmi feriales cum suis Antiphonis, pag. 138.

Capitulum. Eccli. 24.

SICUT cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi : quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

Hymnus Ave maris stella, pag. i*.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. 1$. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

PER ADVENTUM :

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. O Virgo virginum, quomodo fiet istud? Quia nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Filiæ Jerusalem, quid me admiramini? Divinum est mysterium hoc quod cernitis.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD FESTUM PURIFICATIONIS :

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. O admirabile commercium! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem.



Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

T Quando prædicta Oratio dicitur ad Memoriam, et eam sequitur alia Memoria, terminetur sic : Auctorem vitæ suscipere Christum Dominum nostrum. Amen.

A FESTO PURIFICATIONIS
AD RAMOS PALMARUM :

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. Alma Redemptoris Mater, quæ pervia cæli porta manes, et stella maris, succurre cadenti, surgere qui curat, populo, lu, quæ genuisti, natura mirante, tuum sanctum Genitorem, Virgo prius ac posterius, Gabnelis ab ore sumens illud Ave, peccatorum miserere. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per.

TEMPORE PASCHALI :

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. Regina cæli lætare, allecia : quia quem meruisti portare,alleluja, resurrexit sicut dixit, alietum. Ora pro nobis Deum, alleluia. (Tempore Ascensionis, in præcedenti Antiphona, pro verbo resurrexit., dicatur: jam ascendit.;

Oratio Concede nos famulos tuos., ut supra in Officio post festum Purificationis.

AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Magnificat vel ad Memoriam in Vesperis Ana. Alma Redemptoris Mater, et Oratio Concede nos famulos., ut supra in Officio post festum Purificationis.

AD COMPLETORIUM.

Super Psalmos Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, florens ut rosa, fragrans sicut lilium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

T In Hymno Completorii et in Hymnis ejusdem metri duæ ultimæ Strophæ Maria Mater gratiæ, et Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine, quibus immediate præmittitur Resurrectionis Tempore Stropha Quæsumus, Auctor amnium.

Ad Nunc dimittis Ana. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periodis cunctis libera nos semper Virgo benedicta.

V Ouando fit Officium B. \ irginis in Sabbato, tam in choro Suam extra tenentur Fiatis d cere ante Matutinum quin am Psalmos Gradua es modo et ordine pagina 158 • no tatlS

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Ave Mana gratia plena * Dominus tecum

Hymnus Quem terra., pag.2*.

IN NOCTURNO.

Super Psalmos sola Aria. Pa radisi porta per Hevam cun ctis clausa est, et per Mariam Virginem iterum patefacta est. Psalmus Domine Dominus no ster. cum octo ceteris, ut in Festis beatæ Mariæ V. pag.2*. et sequentibus.

T Tempore Resurrectionis, dicantur tantum tres primi Psalmi.

y. Speciosa facta es, et sua vis. In deliciis tuis sancta Dei Genitrix.

Benedictio Oret voce pia. cum ceteris duabus tertii No cturni de B. Maria V.

Prima et secunda Lectio de Feria currente, tertia de his quæ signantur infra, cum his tribus Responsoriis :

j. Dum esset rex in accu bitu suo, * Nardus mea dedit odorem suum. jp. Pulchra sum, et decora, filiæ Jerusalem. — Nardus.

R?, ij. Ave Maria gratia ple na : * Dominus tecum. f. Be nedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Dominus tecum.

1$. iij. Virgo parens Christi, paritura Deum genuisti : ful gida stella maris, nos protege, nos tuearis :* Dum paris, et gaudes, Cantant cæli agmina laudes, y. Intercede pia pro nobis Virgo Maria. — Dum paris. Gloria. Cantant cæli.

Te Deum. semper dicatur, præterquam infra Septuagesi mam.

Ante Laudes y. Ora pro no bis sancta Dei Genitrix, f?. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi.

AD LAUDES.

Super Psalmos Ana. post partum Virgo inviolata per mansisti : Dei Genitrix inter cede pro nobis. Psalmus Do minus regnavit, cum ceteris pag. 17.

Capitulum Sicut cinnamo mum., ut in Vesperis; Hym nus O gloriosa Domina., p ag. io*.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

PER ADVENTUM :

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Aha. Spiri tus sanctus in te descendet Maria : ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.

Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, car nem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis : ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem.

T Hæc Oratio dicatur etiam ad Tertiam, Sextam et No nam.

AB OCTAVA EPIPHANIÆ
AD FESTUM PURIFICATIONIS :

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Aha. Ge nuit puerpera Regem, cui no men æternum : et gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequen tem, alleluia.

T Infra Septuagesimam omit titur Alleluia.



Oratio.

r-vEUS, qui salutis æternæ, \j beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti: tribue, quæsu nt, ut ipsam pro nobis inter cedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ sus cipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

«T Quando prædicta Oratio dicitur ad Memoriam, et eam sequitur alia Memoria, termi netur sic : Auctorem vitæ suscipere Christum Dominum nostrum. ^Z. Amen.

T Prædicta Oratio Deus qui salutis æternæ, dicatur ad Tertiam, Sextam et Nonam

A FESTO PURIFICATIONIS
AD RAMOS PALMARUM :

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Ana. Ave stella matutina, peccatorum medicina, mundi princeps et regina, sola Virgo digna dici : contra tela inimici clypeum pone salutis, tuæ titulum vir tutis. O sponsa Dei electa esto nobis via recta ad æterna gau dia.

Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti libe rari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per.

T Hæc Oratio dicatur ad Tertiam, Sextam et Nonam.

TEMPORE PASCHALI :

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Ana. Beata Dei Genitrix Maria, Virgo per petua, templum Domini, sa erarium Spiritus sancti, tu sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, alleluia, alleluia.

Oratio Concede nos famulos tuos., ut supra in Officio post Festum Purificationis.

T Prædicta Oratio dicatur ad Tertiam, Sextam et Nonam.

AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Benedictus vel ad Memo riam in Laudibus Ana. Ave stella matutina, et Oratio Con cede nos famulos tuos. ut su pra in Officio post Festum Pu rificationis.

T Prædicta Oratio dicatur ad Tertiam, Sextam et Nonam.

AD PRETIOSA.

Legendum est de Constitu tionibus.

AD PRIMAM.

Ana. Dignare me laudare te Virgo sacrata : da mihi virtu tem contra hostes tuos.

Capitulum Regi sæculorum immortali., Jesu Christe, cum f. Qui natus es de Vir gine Maria.; Preces et Oratio In hac hora.

AD TERTIAM.

Ana. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola inter emisti in universo mundo.

Capitulum Sicut cmnamo

TsÆ Maria mater Chri sti Audi rogantes servulos. Sancta V Et impetratam no bis cælitus tu defer indulgen dam. Audi. Gloria. Sancta.

f Ora pro nobis sancta Dei Genitrix, I*, Ut digni efficia mur promissionibus Christi.

AD SEXTAM.

Ana. In prole Mater, in partu Virgo, gaude et lætare Virgo Mater Domini.

Capitulum. Eccli. 24.

ET radicavi in populo hono-rificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in ple nitudine sanctorum detentio mea.

R7. Ora pro nobis * Sancta Dei Genitrix. Ora. V. Ut digni efficiamur promissionibus Chri sti. Sancta. Gloria. Ora.

f. Elegit eam Deus, et præ elegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

AD NONAM.

Aha. Beata Mater et intacta Virgo, gloriosa Regina mun di, intercede pro nobis ad Do minum.

Capitulum. Eccli. 24.

QUASI cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cy pressus in monte Sion : quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Je richo.

R?. Elegit eam Deus, * Et præelegit eam. Elegit eam. T- Et habitare eam facit in tabernaculo suo. Et præ elegit eam. Gloria. Elegit eam.

f. Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Dicta Nona terminatur hoc Officium.

Pro tertia Lectione dicitur per unumquemque mensem una ex iis, quæ hic subnectuntur.

MENSE DECEMBRI.

Ex Homilia sancti Bernardi Abbatis.

(3. In Evang. Missus est.) Lectio iij.

CUM audisset Maria Ange lum, turbata est in sermo ne, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Solent virgines quæ veræ virgines sunt, sem per pavidæ, et nunquam esse securæ; et ut caveant timen da, etiam tuta pertimescere : scientes se in vasis fictilibus thesaurum portare pretiosum, et nimis arduum esse vivere angelice inter homines, et in terris more cælestium conver sari. Ac proinde quidquid no vum, quidquid subitum fuerit ortum, suspectas habent insi dias, totum contra se æsti mant machinatum. Idcirco et Maria turbata est in sermone Angeli. Turbata est, sed non perturbata : et cogitabat qua lis esset ista salutatio. Quod turbata est, verecundiæ fuit virginalis : quod non pertur bata, fortitudinis : quod ta cuit, et cogitavit, prudentiæ singularis.

MENSE JANUARIO.

'Ex Homilia sancti Augustini Episcopi.

(5. In Nativitate Domini.) Lectio iij.

HUNC peperit Virgo mater, qui Deo filios faceret, qui sententiam prævaricationis ex cluderet, pœnam mortis eripe ret, et vitam perpetuam credentibus condonaret. Por tavit in utero filium, et hunc forma servi fudit in terris, quem in forma Dei Angeli ve



^tur in cælis. Peperit fi am ^ter, a quo ipsa nutri atur potius, quam nutriret. Mortali alvo immortalem sus cepit hospitem, et in terrestri hostio cælestem Imperato-rem Virgo suscepit. Fecit gra-vidam virginem ipse, qui erat nasciturus ex virgine : expa-at in partu suo mater : Deus , ner Angelum loquebatur, et Vireo auribus impugnabatur, Audiat omnis ætas, quod nun-auam audivit: Virgo partu suo nupsit; virginitatem, dum pa reret, duplicavit: filium, quem (renuit, adoravit.

MENSE FEBRUARIO.

Ex sancto Joanne Damasceno.

(In Orat. v de Dormit. B. Virginis.) Lectio iij.

U TLNIS virgineis splendor gloriæ, substantiæ pater-næ character, qui omnia por tat verbo virtutis suæ, infantis in modum portatur. O vere di vina miracula! O mysteria na tura atque cogitatione supe riora! O Virginis prærogati vas, humana conditione majo res! Quodnam ingens hoc, o sacra mater et Virgo, circa te mysterium! Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Beata tu in gene rationibus, solaque digna, quæ beata prædiceris. Tu enimes sollum illud regium, cui Ange-li astiterunt, suum herum et Dominum adorantes. Tu spi-ritualis Eden, antiqua illa san ctior ac divinior. Siquidem in illa terrenus Adam commora batur : in te autem Dominus, qui de cælo descendit.

MENSE MARTIO.

Ex sancto Epiphanio Episcopo.

(De Laudibus S. Deiparæ., Lectioni

1COLO Deo excepto, cunctis ^ sup£rior est Virgo Maria, lpsis quippe Cherubim atque Seraphim, ac universo Auge 16rum exercitu pulchrior emi stitj cui prædicandæ cæli et i terræ \[ngUa non sufficit, immo vero nec Angelorum. Etenim ipsi quidem hymnum, laudem, et honorem obtulerunt : nec tamen eo modo pro dignitate eloqui potuerunt. Lætabantur vero Angeli tamquam ipsi i dumtaxat Deum haberent; qui bus sanctissima Virgo superior facta, habitantem in cælis Deum, in terra concepit: ut hac 'ratione Angelorum exercitus ' hominibus consertos in terram traheret. Ipsa enim cæli etter ^'mediaTrix, utriusque unio nem peregit, et Spiritus sancti imbrem in terram ad produ cendum fidei fructum demisit.

MENSE APRILI.

Ex sancto Epiphanio Episcopo.

(De Laudibus S. Deiparæ.) Lectio iij.

^TTT? te Virgo sancta, me P dium maceriæ parietem inimicitias Christus dissolvit^ ner te pax cælestis donata est per te pdA. lUu_ I mundo : Proluis I fanati sunt : per te homines minat^su F. : per te.idem facti su * ac Dei filii «, se ,,..,,VUte merue runt effici c. on ^[yHter b COnver

SSlkKS inopes trans

.4

mittitur : per te crux resplenduit in universum mundum, in qua quidem cruce pependit filius tuus Christus Dominus noster : per te mors conculcatur, et spoliatur infernus : per te ceciderunt idola, et excitata est notitia cælestis : per te cognovimus unigenitum Filium Dei, quem sinu tuo peperisti.

MENSE MAIO.

Ex sancto Joanne Chrysostomo.

(In Serni, de Nati v. Domini.)

Lectio iij.

QUONIAM hominibus genus muliebre beneficium debebat, utpote quod Adam sine muliere mulierem produxerat, propterea Virgo sine viro peperit, ut pro Heva debitum viris exsolveret. Ut enim non superbiret Adamus, quod sine muliere mulierem genuisset, idcirco mulier sine viro peperit virum : ut miraculi communione, naturæ æqualitatem ostenderet. Et quemadmodum costam abstulit ex Adamo, et Adamum nihil imminuit : sic in Virgine animatum templum effinxit,et virginitatem minime solvit. Salvus et incolumis remansit etiam post costæ privationem Adamus : incorrupta quoque Virgo permansit, postquam ex eaprodiitDeus infans.

MENSE JUNIO.

Ex sancto Petro Chrysologo.

fSerm. 3. in Annuntiat.,

Lectio iij.

X TE miremur ab Angelo Vir iN ginem salutari : quia semper est Angelis cognata virginitas. In carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cælestis. Etsi vultis scire, Angelicam gloriam acquirere majus est quam habere : esse Angelum, felicitatis est; virginem esse, virtutis Virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura. Angelus ergo et virgo divinum agunt officium, non humanum. Gratiam ergo detulit Angelus : accepit Virgo, salutem sæculis redditura. Ave, inquit, gratia plena : quia singulis gratia sese per partes largita est; Mariæ vero simul se totam dedit gratiæ plenitudo.

MENSE JULIO.

Ex sancto Ambrosio.

(Lib. 2. de Virginibus, cap. 2.)

Lectio iij.

SIT vobis tamquam in imagine descripta virginitas, vitaque beatæ Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis, et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tamquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei Matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit? Nam de ceteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior; non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens.



MENSE AUGUSTO.

Ex sancto Joanne Damasceno.

(Orat. 3. in Dormit. B. Virginis.)

Lectio iij

^ QUOMODO fons vitæ ad (J vitam media trahitur morte? O quomodo ea, quæ in partu naturæ leges excesserat, ipsius demum legibus cedit, corpusque immaculatum morti subjicitur? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem : præsertim cum ne ipse quidem naturæ Dominus mortis periculum facere recusarit Etenim carne moritur, ac morte mortem de medio tollit : incorruptionem donat, ac mortem resurrectionis fontem efficit. O quomodo sanctam illam animam e tabernaculo, quod Deum M(I 'li .i emigrantem, suis manibus, ille omnium rerum parens et effector, excepit! Legitime enim eam honorans, quam natura quidem ancillam, sed gratiæ dispensatione matrem effecit : vere scilicet incarnatus, ac non velut præstigiis quibusdam humanitatem effingens.

> MENSE SEPTEMBRI.

Ex sancto Bernardo.

(Serni, de Nativitate beatæ Mariæ Virginis.)

Lectio iij.

T INTUEAMINI, fratres, quanto I devotionis affectu a nobis Mariam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem po: suit in Maria : ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Hortus plane deliciarum, quem non modo afflaverit veniens, sed et perflaverit superveniens Auster ille divinus, ut undique fluant, et effluant aromata ejus, charismata scilicet gratiarum. Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, et votis omnibus Mariam hanc veneremur : quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam.

MENSE OCTOBRI.

Ex sancto Ambrosio.

(Lib. 2. de Virgili, cap. 2.

Lectio iij.

T' ALIS fuit Virgo Maria, ut ejus vita omnium sit disci I plina. Si igitur auctor non displicet, opus probemus, ut quæcumque sibi ejus exoptat præmium, imitetur exemplum. Quantæ in una Virgine species virtutum emicant! Secretum verecundiæ, vexillum fidei devotionis obsequium; virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum. O quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet, dicens : Hæc torum filii mei, hæc thalamos nuptiales immaculato pudore servavit! Quemadmodum eas ipse Dominus^ mendabit Patri, nimirum ludrepetens suum : Pater juste mundus me non cognout . istæ - lutem me cognoverunt, et •m^umcogn^wluer^ Quanta tunc Angelorum lætitia plaudentium, quod habitare Virgo mereatur cælesti vita vixit in sæculo.

MENSE NOVEMBRI.

Ex Homilia sancti Bernardi Abbatis,

(i. in Evang. Missus est.)

Lectio iij.

z^vUÆ est Virgo tam venera \Jf bilis, ut salutetur ab An gelo; tam humilis, ut despon sata sit fabro? Pulchra permi sso virginitatis et humilitatis : nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua et humilitas commendat virginitatem, et virginitas exornat humilita tem. Audis virginem, audis humilem. Si non potes virgi nitatem humilis, imitare humi litatem virginis. Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas. Illa con sulitur, ista præcipitur : ad il lam invitaris, ad istam coge ris : illa remuneratur, ista exi gitur : potes denique sine vir ginitate salvari, sine humili tate non potes. Potest enim placere humilitas, quæ virgi nitatem deplorat amissam : sine humilitate autem, audeo dicere, nec Mariæ virginitas placuisset.

T Quando propter aliquod impedimentum intermittitur Officium beatæ Mariæ in Sab batis, et de ea facienda est Memoria, ut dicitur in Rubr. Gen. § xxxij. n. 7. fiat in Ve speris et in Laudibus per Anas. et Orationes supra positas, pro diversitate Temporum.

PSALMI GRADUALES.

Hi quinque Psalmi dicantur sub uno Requiem. : Ps. Ad Dominum cum tribularer pag. 165*; ps. Levavi oculos meos. pag. 166*; Ps. Lætatus sum., ibidem; Ps. Ad te leva vi., pag. 167*; PS. Nisi quia Dominus., ibidem.

Deinde Pater... Et ne nos in ducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

f. A porta inferi. R:. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum. cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ABSOLVE, quæsumus Domi ne, animas famulorum fa mularia mque tuarum ab omni vinculo delictorum : ut in re surrectionis gloria inter San ctos et electos tuos resusci tati respirent. Per Christum.

Hi alii quinque Psalmi dican tur singuli cum Gloria Patri. : Ps. Qui confidunt., pag. 167*; Ps. In convertendo., pag. 168*; Ps. Nisi Dominus., ibidem; Ps. Beati omnes., pag. 169*; Ps. Sæpe expugnaverunt me., ibidem.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster... Et ne nos inducas in tentationem. Rz. Sed libera nos a malo.

T Memor esto congregatio nis tuæ. Quam possedisti ab initio.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, cui proprium est mi sereri semper et parcere, suscipe deprecationem no stram : ut quos delictorum ca tena constringit miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. • Per Christum.

Isti alii quinque Psalmi dican tur singuli cum Gloria Patri. :



Ps. De profundis., pag. 169*; Ps Domine non est exalta tum., pag- 170*; Ps. Memento Domine David., pag. 173*; Ps.Ecce quam bonum.,ibidem; Ps. Ecce nunc benedicite Do minum., ibidem

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster... Et ne nos inducas in tentationem, fy. Sed libera nos a malo.

V Salvos fac servos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

PRÆTENDE Domine famulis et famulabus tuis dexteram cælestis auxilii : ut te toto corde perquirant, et quæ digne postulant assequantur. Per Christum.

OFFICIUM QUOTIDIANUM B. MARIÆ V.

T Officium quotidianum bea tæ Virginis dicendum est pro Tempore ante Horas canoni cas, excepto Completorio quod post Completorium de Tem pore, vel de Sancto dicendum est ante Anam Salve Regina.

AD MATUTINUM.

f. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. K- Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

T Iste f. Ave Maria... cum Benedicta tu... dicatur in principio et in fine Horarum, (præterquam in fine Nocturni, in principio Laudum et in fine Completorii). Si tamen aliqua Hora aliam Horam immediate sequitur, prædictus f. nonnisi semel inter utramque dicitur.

f. Domine labia mea ape ries. R/. Et os meum annuntia bit laudem tuam.

f. Deus in adjutorium meum intende. Rz. Domine ad adju vandum me festina. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui san cto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Alleluia.

T A Septuagesima vero usque ad Pascha omisso Alleluia., dicitur Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Invitatorium. Regem Virgi nis Filium * Venite adoremus.

Psalmus 94.

VENITE, exsultemus Domi no, jubilemus Deo salutari nostro : præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psal mis jubilemus ei.

Regem Virginis Filium Ve nite adoremus.

f Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus su per omnes deos : quoniam non repellet Dominus plebem suam : quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudi nes montium ipse conspicit.

Venite adoremus.

V. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus. v e nite adoremus, et procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos : quia ipse est Dominus Deus noster : nos autem p6pulus ejus, et oves pascuæ ejus.

Regem Virginis Filium \ e nite adoremus.

y. Hodie si vocem ejus au dieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto : ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Venite adoremus.

y. Quadraginta annis proxi mus fui generationi huic, et dixi : Semper hi errant corde : ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea: Si introibunt^ requiem meam.

Regem Virginis Filium Ve nite adoremus.

X. Gloria Patri, etc. Sicut erat., etc.

Venite adoremus.

Regem Virginis Filium Ve nite adoremus.

Hvmnus.

QUEM terra, pontus, æthera Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ bajulat.

Cui luna, sol, et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

BEATA mater munere,
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

BEATA cæli nuntio,
Fecunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cujus per alvum fusus est.

MARIA mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

IN NOCTURNO.

Psalmus 8.

DOMINE Dominus noster, * quam admirabile est no men tuum in universa terra!

| Quoniam elevata est magni . licentia tua, * super cælos.

Ex ore infantium et lacten tium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas in imicum et ultorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quæ tu fun dasti.

Quid est homo, quod memor es ejus ? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coro nasti eum: * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas : insuper et pecora campi.

Volucres cæli, et pisces ma ris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri.

Psalmus 18.

CÆLI enarrant gloriam Dei, * et opera manuum ejus an nuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, * et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque ser mones, * quorum non audian tur voces eorum.

In omnem terram exivit so nus eorum : * et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum : * et ipse tamquam spon sus procedens de thalamo suo :



Exsultavit ut gigas ad curren- I dam viam, * a summo cælo egressio ejus :

Et occursus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calore ejus.

Lex Domini immaculata con vertens animas: * testimonium Domini fidele, sapientiam præ stans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, læti ficantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, per manens in sæculum sæculi : * judicia Domini vera, justifi cata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : * et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea, * in custodiendis illis retri butio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me : * et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : * et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant elo quia oris mei : * et meditatio i cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus, * et redemptor meus.

Gloria Patri.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, et plenitu do ejus : * orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria funda vit eum : * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Do mini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino :*et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæren tium eum, * quærentium fa ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes ve stras, et elevamini portæ æter nales : * et introibit rex gloriæ. I

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus fortis et potens : Do minus potens in prœlio.

Attollite portas principes ve stras, et elevamini portæ æter nales : * et introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

Gloria Patri.

Ana. Benedicta tu in mulieri bus, et benedictus fructus ven tris tui.

f. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Pater noster, secreto.

Et ne nos inducas in tentatio nem. Sed libera nos a malo.

Jube domne benedicere.

Benedictio. Alma Virgo vir ginum intercedat pro nobis ad Dominum. Amen.

Lectio j.

CANCTA Maria Virgo virgi 3 num, mater et filia Regis reeum omnium, tuum nobis impende solatium : ut cælestis regni per te mereamur habere præmium, et cum electis Dei regnare in perpetuum. Tu au tem Domine miserere nostri.

R/. Deo gratias.

j. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : * Quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contulisti, y. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. — Quia quem cæli.

Jube domne benedicere.

Benedictio. Sancta Dei Genitrix sit nobis auxiliatrix.

Amen.

Lectio ij.

SANCTA Maria piarum piissima, intercede pro nobis sanctarum sanctissima : per te Virgo nostra sumat precamina qui pro nobis ex te natus regnat super æthera : ut sua caritate nostra deleantur peccamina. Tu autem.

R. ij. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti creatorem mundi : * Genuisti eum qui te fecit, et in æternum permanes Virgo. y. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. — Genuisti.

Jube domne benedicere.

Benedictio. Nos cum Prole pia benedicat Virgo Maria, ty. Amen.

Lectio iij.

SANCTA Dei Genitrix, quæ digne meruisti concipere quem totus orbis nequit comprehendere, tuo pio interventu culpas nostras ablue : ut redempti perennis sedem gloriæ per te valeamus scandere, ubi regnas cum eodem Filio tuo sine tempore. Tu autem.

iij. Felix namque es sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima : * Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster, f. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam commemorationem. — Quia ex te. G16. ria. Christus Deus noster.

T Canticum Te Deumdicatur semper quando in aliis Matutinis dicitur : vel ultimum R?, usque ad y. exclusive repetendum erit, quando in aliis Matutinis repetitur.

Canticum

SS. Ambrosii et Augustini.

TE Deum laudamus : * te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem * omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cæli et universæ Potestates,

Tibi Cherubim et Seraphim * incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cæli et terra * majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus * Apostolorum chorus,

Te Prophetarum * laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus * laudat exercitus.

Te per orbem terrarum * sancta confitetur Ecclesia:

Patrem * immensæ majestatis,

Venerandum tuum verum * et unicum Filium,

Sanctum quoque * Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Filius.

Tu, ad liberandum susceptu-, rus hominem, * non horruisti Virginis uterum.



Tu, devicto mortis aculeo, * I aperuisti credentibus regna cælorum.

Tu ad dexteram Dei sedes * in gloria Patris.

Judex crederis * esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni : * quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis * in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, * et benedic hereditati tuæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies * benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, * quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: * non confundar in æternum.

Ante Laudes f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. R\ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

AD LAUDES.

f. Deus in adjutorium meum intende. R?. Domine ad adjuvandum me festina.

Patri... Alleluia, vel Laus tibi Domine...

Super Psalmos sola A na. Post partum Virgo inviolata permansisti : Dei Genitrix intercede pro nobis. Psalmus Dominus regnavit, cum ceteris, pag. 17.

Capitulum. Eccli. 24.

EGO quasi vitis fructificavi suavitatem odoris : et flores mei fructus honoris et honestatis. I^. Deo gratias.

Hymnus.

O GLORIOSA Domina, Excelsa supra sidera :
I Qui te creavit provide
Lactasti sacro ubere.

QUOD Heva tristis abstulit
Tu reddis almo germine :
Intrent ut astra flebiles,
Cæli fenestra facta es.

Tu Regis alti janua
Et porta lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.

MARIA Mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. fy Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

PER ADVENTUM :

Ad Benedictus Ana. Spiritus sanctus in te descendet Maria : ne timeas, habebis in utero Fi I lium Dei, allecia.

I Dominus vobiscum. f?. Et cum spiritu tuo.

Oremus Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum Angelo nuntiante, carnemSuscipere voluisti : præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus aoud te intercessionibus adjuvamur Per eumdem Christum Dominum nostrum, f?. Amen.

A NATIVITATE DOMINI
AD FESTUM PURIFICATIONIS :

Ad Benedictus Ana. Genuit puerpera Regem, cui nomen æternum : et gaudia matris ha bens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præ mia præstitisti : tribue, quæsu mus, ut ipsam pro nobis inter cedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ sus cipere Christum Dominum nostrum. Amen.

A FESTO PURIFICATIONIS
AD CENAM DOMINI
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

Ad Benedictus Ana. O glo riosa Dei Genitrix, Virgo sem per Maria, quæ Dominum om nium meruisti portare, et Re gem^ angelorum sola Virgo lactare : nostri, quæsumus, pia memorare, et pro nobis Chri stum deprecare : ut tuis fulti patrociniis ad cælestia regna mereamur pervenire.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Oremus. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti libe rari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Christum Domi num nostrum. Amen.

TEMPORE PASCHALI :

Ad Benedictus Ana. Beata Dei Genitrix Maria, Virgo ner petua, templum Domini sa erarium Spiritus sancti, tu'sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu Christo. Ora pro populo, interveni pro clero intercede pro devoto femineo sexu, alleluia, allecia.
Dominus- vobiscum. £t eum" spiritu tuo.
Oremus. Oratio Concede nos famulos tuos., ut supra.

Dicta Oratione pro Tempore, fiant sequentes Memoriæ in Laudibus.

Ad Memoriam S. P. Domini ci Ana. Benedictus Redemptor omnium, qui saluti providens hominum mundo dedit san ctum Dominicum.
f. Lex Dei ejus in corde ipsius. Et non supplanta buntur gressus ejus. Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctri nis : concede ut ejus interces sione temporalibus non desti tuatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Christum.

T Si in conventu fiat Officium votivum aut Memoria S. P. Dominici, non tamen intermit titur Memoria ejus in Officio quotidiano B. Mariæ V.

Ad Memoriam Sanctorum Ordinis Prædicatorum Ana. O quam felix gloria semper est Sanctorum, quam præclara merita sunt Prædicatorum, quorum verbo et opere mun dus decoratur, eorumque mu nere mens consolidatur!



y. Exsultabunt Sancti in glo ria. Lætabuntur in cubili bus suis. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omni potens Deus, ut ad melio rem vitam Sanctorum Ordinis nostri exempla nos provocent: quatenus quorum memoriam agimus etiam actus imitemur. Per Christum.

Ad Memoriam omnium San ctorum Aha. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro no stra omniumque salute.
f. Orate pro nobis omnes Sancti Dei. Ut digni efficia mur promissionibus Christi. Oratio.

TRIBUE, quæsumus Domi ne, omnes Sanctos tuos jugiter pro nobis orare, et eos clementer exaudire digneris. Per Christum.

Ad Memoriam de Pace Ana. Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.
f. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Oratio.

DEUS, a quo sancta deside ria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem : ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum Jesum Chri stum Filium tuum, qui tecum vivit.
Dominus - vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Benedicamus Domino.^ Deo gratias.
f .Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

AD PRIMAM.

y. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu. etc.
f. Deus in adjutorium meum intende. ty. Domine ad adju vandum me festina. Gloria Patri. Alleluia, vel Laus tibi Domine...

Hymnus.

MEMENTO salutis Auctor,
Quod nostri quondam corporis
Ex illibata Virgine
Nascendo formam sumpseris.
MARIA mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
GLORIA tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Psalmus 119.

AD Dominum : cum tribularer clamavi : * et exaudivit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid appo natur tibi * ad linguam dolo sam?
Sagittæ potentis acutae, cum carbonibus desolatoriis
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : habi tavi cum habitantibus Cedar * multum incola fuit anima mea.
Tum his, qui oderunt pacem eram pacificus: •cum loquebar illis, impugnabant me gratis.
Gloria Patri.

Psalmus 120.

LEVAVI oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum : * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Perdiemsolnonurette:* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo : * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Gloria Patri.

Psalmus 121.

LÆTATUS sum in his, quæ dicta sunt mihi : * In domum Domini ibimus.

^ Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas : * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini : * testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in * sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem : * et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in virtute tua : * et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meo^t^T ximos meos, * loquebar pacem dete•

Propter domum Domini Dei nostri, * quæsivi bona tibi

Gloria Patri.

Ana. Dignare me laudare te Virgo sacrata : da mihi virtutem contra hostes tuos.

Capitulum. Eccli. 24.

AB initio, et ante sæcula ? creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. R?. Deo gratias.

Post partum Virgo * Inviolata permansisti. Post partum. J. Dei Genitrix intercede pro nobis. Inviolata. Gloria. Post partum.

J. Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui.

Dominus vobiscum, ^z Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

GRATIAM tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde : ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum...

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.^?. Deo gratias.

AD TERTIAM.

f. Ave Maria gratia plena.etc.

f. Deus in adjutorium meum intende, fy Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri... Alleluia., vel Laus tibi Domine...



Hymnus Memento salutis Auctor., pag. 165*.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos, * qui habitas in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, * in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ : * ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri : * quia multum repleti sumus despectione :

Quia multum repleta est anima nostra : * opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

Gloria Patri.

Psalmus 123.

NISI quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dominus erat in nobis,

Cum exsurgerent homines in nos, * forte vivos deglutissent nos:

Cum irasceretur furor eorum in nos, * forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransivit anima nostra : * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus * qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est * de laqueo venantium :

Laqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nomine Domini, * qui fecit cælum et terram.

Gloria Patri.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion : * non commovebitur in æternum, qui habitat in Jerusalem.

Montes in circuitu ejus : * et Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum :* ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac Domine bonis, * et rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem : * pax super Israel.

Gloria Patri.

Ana. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Capitulum. Eccli. 24

ET sic in Sion firmata sum, et similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Deo gratias.

1$. Sancta Maria Mater Christi, * Audi rogantes servulos. Sancta Maria. f. Et impetra tam nobis cælitus tu defer indulgentiam. Audi. Gloria. Sancta Maria.

y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Dominus vobiscum, ty. Et cum spiritu tuo.

PER ADVENTUM :

Oremus. Oratio.

y/l. v i l Vt>J«

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti : præsta j

supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

A NATIVITATE DOMINI AD FESTUM PURIFICATIONIS :

Oremus. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere : Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

A FESTO PURIFICATIONIS AD ADVENTUM :

Oremus. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Dicta Oratione pro Tempore, subditur :

Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. I^.Deo gratias.

AD SEXTAM.

V Ave Maria gratia plena, etc.

y. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri... Alleluia., vel Laus tibi Domine...

Hymnus Memento salutis Auctor., pag. 165*.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus captivitatem Sion : * facti sumus sicut consolati :

Tunc repletum est gaudio os nostrum : * et lingua nostra exsultatione.

Tunc dicent inter gentes : * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum : * facti sumus lætantes.

Converte Domine captivitatem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis, * in exsultatione metent.

Euntes ibant et flebant, * mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exsultatione, * portantes manipulos suos.

Gloria Patri.

Psalmus 126.

NISI Dominus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum : * ecce hereditas Domini filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis : *ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis : * non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri.



Psalmus 127.

-P) BATI omnes, qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum nuia manducabis :* beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivarum, *in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion : * et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israel.

Gloria Patri.

Ana. In prole Mater, in partu Virgo, gaude et lætare Virgo Mater Domini.

Capitulum. Eccli. 24.

ET radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Deo gratias.

I^.Ora pro nobis * Sancta Dei Genitrix. Ora. f. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Sancta. Gloria. Ora.

f. Elegit eam Deus, et præelegit eam. Et habitare eam facit in tabernaculo suo.

Dominus vobiscum. I^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis, et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis I hostibus redde securos. Per Dominum.

Dominus vobiscum, i?. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. I^. Deo gratias.

AD NONAM,

T. Ave Maria gratia plena. ....

J. Deus in adjutorium meum intende, fy Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri... Alleluia., vel Laus tibi Domine...

Hymnus Memento salutis Auctor., pag. 165*

Psalmus 128.

SÆPE expugnaverunt me a juventute mea, * dicat nunc Israel:

Sæpe expugnaverunt me a juventute mea : * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores : * prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidit cervices peccatorum : * confundantur et convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

Fiant sicut fenum tectorum: * quod priusquam evellatur exaruit :

De quo non implevit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini super vos : * benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis

... aetates observaveris Domine, * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri.

Psalmus 130.

DOMINE non est exaltatum cor meum : * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam :

Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri.

Ana. Beata Mater, et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dominum.

Capitulum. Eccli. 24.

QUASI cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion : quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho. Deo gratias.

IC. Elegit eam Deus, * Et præelegit eam. Elegit eam.

y Et habitare eam facit in tabernaculo suo. Et præelegit eam. Gloria. Elegit eam.

V Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria. Rz. Intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Dominus - vobiscum- T^z. Et «UBI spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

FAMULORUM tuorum, quæsumus Domine, delictis ignosce : ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur : Qui tecum vivit.

Dominus-vobise m. ^ Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.!^.Deo gratias. JL v^^M

AD VESPERAS.

• y. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum. i^z. ^Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

f. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festinarGloria Patri... Sicut erat... Alleluia, vel Laus tibi Domine...

Super Psalmos Ana. Sancta Dei Genitrix, Virgo semper Maria, intercede pro nobis ad Dominum Deum nostrum.

Psalmus Dixit Dominus, cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 96*

Capitulum. Eccli. 24.

SICUT cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi : quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Deo gratias.

Hymnus.

AVE maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cæli porta.

SUMENS illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans nomen Hevæ.



SOLVE vincla reis,
profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem :
Sumat per te preces
Qui pro nobis Natus
Tulit esse tuus. ^

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus.
Amen.

f, Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ^

PER ADVENTUM :

Ad Magnificat Ana. O Virgo virginum quomodo fiet istud ? Quia nec primam similem visa es nec habere sequentem. Filiæ Jerusalem quid me admiramini? Divinum est mysterium hoc quod cernitis.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

I Oremus. Oratio.

DEUS, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. R?. Amen.

A NATIVITATE DOMINI
AD FESTUM PURIFICATIONIS :

Ad Magnificat Ana. O admirabile commercium ! Creator generis humani, animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est : et procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem.

Dominus vobiscum, 1^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Christum Dominum nostrum. R}. Amen.

A FESTO PURIFICATIONIS
AD CENAM DOMINI
ET AB OCTAVA TRINITATIS
AD ADVENTUM :

I Ad Magnificat Ana. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsenti libera^ tristitia, et æterna perfrui titia. Per Christum Davit Do nostrum. Amen. llj * et vi

TEMPORE P^ IUM

Ad Magnifi»
cæli lætar imus 133.
quem melino benedicite Domi
resurrex; * omnes servi Do
Ora pr

(Tempore Ascensionis, in præcedenti Antiphona, pro verbo resurrexit., dicatur: jam ascendit.)

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio Concede nos famulos tuos., pag. 171*.

Dicta Oratione pro Tempore, fiant sequentes Memoriæ in I Vesperis.

Ad Memoriam S. P. Dominici Ana. Magne Pater sancte Dominice mortis hora nos tecum suscipe, et hic semper nos pie respice.

W- Os justi meditabitur sapientiam. Et lingua ejus loquetur judicium.

Oratio.

DEUS, qui Ecclesiam tuam beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, illuminare dignatus es meritis et doctrinis: concede ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

T Si in conventu fiat Officium votivum aut Memoria S. P. Dominici, non tamen intermittitur Memoria ejus in Officio quotidiano B. Mariæ V.

pAd Memoriam Sanctorum paliiil .Prædicatorum Ana. et quas? gratia Sanctos sub richo. l£?uos Patris Dominici

R. Elegitfgavit. Nos eorum præelegit earfi juvari, atque V Et habitare ej£° commen bernaculo suo. E git eam. Gloria. Electorum . Sancta Dei GenitriJaudem semper Maria. Rz. Ir.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus, ut ad meliorem vitam Sanctorum Ordinis nostri exempla nos provocent • quatenus quorum memoriam agimus 6tiam actus imitemur Per Christum.

Ad Memoriam omnium Sanctorum Ana.Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute.

y. Orate pro nobis omnes Sancti Dei. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

TRIBUE, quæsumus Domine, omnes Sanctos tuos jugiter pro nobis orare, et eos clementer exaudire digneris. Per Christum.

Ad Memoriam de Pace Ana. Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

T- Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.

Oratio.

DEUS, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem : ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Dominus vobiscum. ^L Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.R?. Deo gratias.

f. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.



## AD COMPLETORIUM.

Data Benedictione in fine Completorii de Tempore vel de Sancto, dicitur Completorium de beata Virgine, si ea die dicendum fuerit.

f. Ave Maria gratia plena : Dominus tecum. 1^7. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus.

fm Converte nos Deus salutaris noster. Et averte iram tuam a nobis.

f. Deus in adjutorium meum intende. R?. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri... Sicut erat... Alleluia, vel Laus tibi Domine...

Psalmus 131.

MEMENTO Domine David,* et omnis mansuetudinis ejus :

Sicut juravit Domino,* votum vovit Deo Jacob :

Si introiero in tabernaculum domus meæ, * si ascendero in lectum strati mei :

Si dedero somnum oculis meis, * et palpebris meis dormitationem :

Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam inEphrata : * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus : * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Domine in requiem tuam, * tu et arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam : * et sancti tui exsultent.

Propter David servum tuum,* non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam : * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * et testimonia mea hæc, quæ docebo eos :

Et filii eorum usque in sæculum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion : * elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi : * hic habitabo quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam : * pauperes ejus saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam salutari : * et sancti ejus exsultatione exsultabunt.

Illuc producam cornu David,* paravi lucernam Christo meo.

Inimicos ejus induam confusione : * super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Gloria Patri.

Psalmus 132.

ECCE quam bonum, et quam jucundum * habitare fratres in unum:

Sicut unguentum in capite, * quod descendit in barbam, barbam Aaron,

Quod descendit in oram vestimenti ejus : * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, * et vitam usque in sæculum.

Gloria Patri.

Psalmus 133.

W-I CCE nunc benedicite Domi Ie num, * omnes servi Domini :

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri,

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * et benedi cite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit cælum et ter ram.

Gloria Patri.

Ana. Virgo Maria, non est tibi similis nata in mundo in ter mulieres : florens ut rosa, fragrans sicut lilium : ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

Capitulum. Eccli. 24.

EGO mater pulchræ dilectio nis, et timoris, et agnitio nis, et sanctæ spei.

Deo gratias.

Intercede pro nobis san cta Virgo virginum, * Mater Dei Maria. Intercede, f. Ut digni efficiamur promissioni bus Christi. Mater Dei. Gloria. Intercede.

Hymnus.

VIRGO singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac et castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum :
Ut videntes Jesum
Semper collætemur.

SIT laus Deo Patri,
Sunimo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

F. Post partum Virgo invio lata permansisti. £$?. Dei Geni trix intercede pro nobis.

Ad Nunc dimittis Ana. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed a periculis cunctis libera nos semper Vir go benedicta.

Dominus - vobiscum. fe £t cum'spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

CONCEDE, misericors Deus fragilitati nostræ præsi dium : ut qui sanctæ Dei Geni tricis memoriam agimus, in tercessionis ejus auxilio a no stris iniquitatibus resurgamus Per eumdem Dominum no strum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino. ty.Deo gratias.

Omisso f. Ave Maria., im mediate post Benedicamus Domino, sequitur Aha. Salve Regina, pag. 151. Deinde f. Dignare me. et cetera dican tur ut ibidem notatum est.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

QUALIBET Septimana per annum, duabus tantum exceptis, Paschæ vi delicet et Pentecostes, omnes et singuli, tam in choro, quam extra, semel in Septimana re citare debent Vigilias pro de functis, Vesperas scilicet et Matutinum cum novem Lectio nibus. Quod si Anniversarium quodcumque Ordinis evenerit, vel pro præsenti defuncto, vel qualibet alia causa, infra Heb domadam quocumque die fue rint prædictæ Vigiliæ recitan dæ, eædem pro supradicta obligatione sufficiant : neque fratres ad alias illa Hebdoma da teneantur. In Hebdomada tamen Commemorationis om nium Defunctorum, ij. No vembris, tenentur fratres, præ



ter Officium diei Animarum, ad easdem Vigilias persolven das. Et notandum, quod An niversarium quodlibet eo die, quo positum est in Breviario, debet celebrari : nisi in illo die occurreritDominica,aut festum de præcepto, vel Totum Duplex, quod ceteris ejusdem ritus in concomitantia sit præponen dum, aut Feria iv. Cinerum : quo in casu Anniversarium transfertur in sequentem diem similiter non impeditam.

T Si in Hora canonica imme diate præcedenti factæ sunt in choro Prostrationes, fiant quo que in Officio Defunctorum, etiam si solemne fuerit. Finita post Canticum Magnificat, in Vesperis, vel post Canticum Benedictus. if\ Laudibus Anti phona, Fratres prostrati di cant secreto Pater noster, et voce mediocri Psalmum Lauda anima mea. in Vesperis, in Laudibus vero Psalmum De profundis. Post primam Ora tionem se erigant, et ad Pater noster, post Requiescant in pace. iterum se prosternant.

T Si autem Prostrationes non fiant, inclinet Chorus contra Chorum ad utrumque Pater noster, et ad primam Oratio nem. Psalmus vero Lauda ani ma mea. et Psalmus De pro fundis. a Fratribus erectis toti dicendi sunt.

AD VESPERAS.

Absque Pater noster, absolute inchoëtur :

Psalmus I 14.

DILEXI, quoniam exaudiet Dominus * vocem oratio nis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi : * et in diebus meis in vocabo.

Circumdederunt me dolores mortis : * et pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem in veni : * et nomen Domini in vocavi.

O Domine libera animam meam :* misericors Dominus, et justus, et Deus noster mise retur.

Custodiens parvulos Domi nus : * humiliatus sum, et libe ravit me.

Convertere anima mea in re quiem tuam : * quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : * oculos meos a la crimis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino * in regione vivorum.

Requiem æternam dona eis Domine : * et lux perpetua luceat eis. T Iste f. dicatur in fine singulorum Psalmorum et Canticorum, nisi aliter nota tum fuerit.

Aha. Placebo Domino in re gione vivorum.

Psalmus 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi:* et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam ?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est : * habi tavi cum habitantibus Cedar : multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus : * cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Ana. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.

Psalmus 120.

LEVAVI oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum : * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Perdiemsolnonuretto:* neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo : * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Ana. Dominus custodit te ab omni malo : custodiat animam tuam Dominus.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine :* Domine exaudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Ana. Si iniquitates observaveris Domine : Domine quis sustinebit?

Psalmus 137.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi : * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me : * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : * quia audierunt omnia verba oris tui :

Et cantent in viis Domini : * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit : * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me:* Domine misericordia tua in sæculum : opera manuum tuarum ne despicias.



Opera manuum tuarum, Domine ne despicias.

Immediate sequitur

Canticum B. Mariæ V. Luc. i.

MAGNIFICAT * anima mea Dominum :

Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo:* dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ,

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et semini ejus in sæcula.

Requiem æternam dona eis Domine : * et lux perpetua luceat eis.

Ana. Audivi vocem de cælo dicentem mihi : Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Finita post Canticum Antiphona, dicatur secreto Pater noster., deinde legendo voce mediocri :

Psalmus 145.

LAUDA anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus : * in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius : * qui fecit cælum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos :* Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillum,et viduam suscipiet :* et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula Deus tuus Sion, * in generationem et generationem.

Requiem æternam dona eis Domine : * et lux perpetua luceat eis.

Y. A porta inferi. R. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum, Et cum spiritu tuo. Oremus.

Orationes vero hoc ordine dicantur :

PRO PRÆSENTI SIVE PRO UNO DEFUNCTO :

T Si Episcopus fuerit, aut Sacerdos,

Oratio prima.

DEUS, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum Pontificali (vel Sacerdotali fecisti dignitate vigere, præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Oratio secunda.

rvEUS, veniæ largitor et hu JLJ manæ salutis auctor, quæ sumus clementiam tuam : ut nostræ congregationis fratres, sorores, familiares et benefa ctores, qui ex hoc sæculo trans ierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum om nibus Sanctis tuis, ad perpetuæ I beatitudinis consortium perve | nile concedas.

I Oratio tertia.

FIDELIUM Deus omnium conditor et redemptor, ani mabus famulorum famularum que tuarum remissionem cun ctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationi bus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in uni tate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

TSi alius quicumque Vir fuerit, i

Oratio prima.

INCLINA Domine aurem tuam ad preces nostras, qui bus misericordiam tuam sup-' plices deprecamur : ut animam famuli tui, quam de hoc sæcu o migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem.

Oratio secunda Deus, veniæ ' tertia Fidelium., ut supra.

T Si vero Femina fuerit,

Oratio prima.

Q. , me. pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ : et a contagiis mortalitatis exutam in æter næ salvationis parteni restitue

w!" att ? s f c "nda Deus > veniæ., tertia Fidelium., ut supra.

IN OMNI ANNIVERSARIO :

Oratio prima.

DEUS indulgentiarum Do mine, da animabus famu lorum famulari! inque tuarum quorum anniversarium depo sitionis diem commemoramus refrigerii sedem, quietis beati tudinem et luminis claritatem

Oratio secunda Deus veniæ ' tertia Fidelium., ut supra.

T Si simul eveniant Obitus et Anniversarium,dimittaturOra tio Deus veniæ., et prima di catur pro præsenti Defuncto secunda de Anniversario, ter tia non mutetur.

IN OFFICIO ORDINARIO DEFUNCTIS FRATRIBUS, SORORIBUS, FAMILIARIBUS' ET BENEFACTORIBUS. I

Oratio prima.

DEUS, veniæ largitor et hu manæ salutis auctor, quæ sumus clementiam tuam : ut nostræ congregationis fratres, sorores, familiares et benefa ctores, qui ex hoc sæculo trans ierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum om nibus Sanctis tuis, ad perpe tuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Oratio secunda.

"p\Eus, qui nos patrem et ^ matrem honorare præce pisti, miserere clementer ani mabus parentum nostrorum : eorumque peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

Oratio tertia.

"CAELIUM Deus omnium con A ditor et redemptor, ani mabus famulorum famularum que tuarum remissionem cun



ctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationi bus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Finita ultima Oratione, non subdatur Dominus vobiscum., neque Benedicamus Domino., neque Fidelium., sed tantum : Requiescant in pace. Amen.

Postea dicatur Pater noster., nisi immediate dicendum fue rit Matutinum Defunctorum, aut Completorium diei.

AD MATUTINUM.

Non dicatur Pater noster., neque Credo., neque Domine labia mea aperies., neque Deus in adjutorium., neque Venite exsultemus., sed abso lute inchoetur.

IN I. NOCTURNO.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe Domine, * intellige cla morem meum.

Intende voci orationis meæ/ rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo : * Domine mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi et videbo : * quoniam non Deus volens ini quitatem tu es.

Neque habitabit juxta te ma lignus : * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudine miseri cordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum, £ linguis suis dolose agebant, * judica illos Deus.

Decidant a cogitationibus suis, £ secundum multitudi nem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui spe rant in te, * in æternum exsul tabunt : et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut scuto bonæ vo luntatis tuæ * coronasti nos.

Ana. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.

Psalmus 6.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quo niam infirmus sum : * sana me Domine quoniam contur bata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui :* in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, ?[ lavabo per singulas noctes le ctum meum : * lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter om nes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem : * quo niam exaudivit Dominus vo cem fletus mei.

i Exaudivit Dominus depreca tionem meam, * Dominus ora tionem meam suscepit.

[ Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et erube scant valde velociter.

Ana. Convertere Domine, et eripe animam meam, quoniam non est in morte qui memor sit tui.

Psalmus 7.

T^OMINE Deus meus in te U speravi : * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Nequando rapiat ut leo ani mam meam, * dum non est ^.redimat, neque qui salvum

. Domine Deus meus, si feci istud, * Si est iniquitas in ma nibus meis :

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus ani mam meam, et comprehen dat, e et conculcet in terra vi tam meam, * et gloriam meam in pulverem deducat

Exsurge Domine in ira tua • * et exaltare in finibus inimico rum meorum

m E eu,if irge D6mine °eus meus in præcepto quod man

[ dasti : * et synagoga populo rum circumdabit te.

Et propter hanc in altum re gradere : * Dominus judicat" populos.

Judica me Domine secundum justitiam meam, * et secundum innocentiam meam super me

Consumetur nequitia pecca torum, et diriges justum * scrutans corda et renes Deus

Justum adjutorium meum a Domino, * qui salvos facit re ctos corde.

Deus judex justus, fortis, et patiens : * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : * arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis * sagittas suas ardentibus effe cit.

Ecce parturiit injustitiam • * concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum : * et incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in ca put ejus : * et in verticem ipsius iniquitas ejus descen det.

Confitebor Domino secun dum justitiam ejus : * et psal lam nomini Domini altissimi.

Ana. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui sal vum faciat.

A porta inferi. Erue Domine animas eorum.

Pater noster. Et ne nos indu cas in tentationem. R?. Sed libera nos a malo.

T Sine benedictione, et sine titulo legantur omnes sequen tes Lectiones.



Lectio j. Job 7.

nARCE mihi Domine, nihil Y enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum ? Visitas eum di luculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam sa livam meam? Peccavi, quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis pecca tum meum, et quare non au fers iniquitatem meam? Ecce, nunc in pulvere dormiam : et si mane me quæsieris, non subsistam.

T Lectiones terminentur sine Tu autem.vel alia conclusione.

j. Credo quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum : et in carne mea videbo Deum * Salvatorem meum. J7. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. — Salvatorem meum.

Lectio ij. Job io.

TÆDET animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Di cam Deo : Noli me condem nare : indica mihi cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impio rum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt : aut sicut vi det homo, et tu videbis? Num quid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras ini quitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

I^.ij.Qui Lazarum resuscitasti amonumentofœtidum:*Tu eis Domine donarequiem,etlocum indulgentiæ, y. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. — Tu eis.

Lectio iij. Job io.

MANUS tuæ, Domine, fece runt me, et plasmave runt me totum in circuitu : et sic repente præcipitas me? Memento quæso quod sicut lutum feceris me, et in pulve rem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me,et sicut caseum me coagulasti ? Pelle et carni bus vestisti me : ossibus et ner vis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spi ritum meum.

iij. Domine, quando ve neris judicare terram, ubi me abscondam a vultu iræ tuæ : * Quia peccavi nimis in vita mea?)^. Commissa mea pave sco, et ante te erubesco : dum veneris judicare, noli me con demnare. — Quia.

IN II. NOCTURNO.
Psalmus 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi deerit : * in loco pa scuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis edu cavit me : * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas ju stitiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulavero in medio umbræ mortis, non ti mebo mala : * quoniam tu me cum es.

Virga tua, et baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : * et calix meus in ebrians quam præclarus est!

Et misericordia tua subse quetur me * omnibus diebus vitæ meæ :

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem die rum.

Ana. In loco pascuæ ibi me collocavit.

I Psalmus 24.

AD te Domine levavi ani mam meam : * Deus meus in te confido, non erubescam :

Neque irrideant me inimici mei : * etenim universi, qui sustinent te, non confunden tur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacue.

Vias tuas Domine demon-1 stra mihi : * et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me :* quiatu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, * et miseri cordiarum tuarum, quæ a sæ culo sunt.

Delicta juventutis meæ, * et ignorantias meas ne memi neris .

Secundum misericordiam tu am memento mei tu : * pro pter bonitatem tuam' Domi ne.

Dulcis et rectus Dominus • * i propter hoc legem dabit delin quentibus in via.

Diriget mansuetos in fudi cio : * docebit mites vias suas"

Universæ viæ Domini, mise' ncordia et veritas, * requiren tibus testamentum ejus et te stimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo • * multum est enim.

Quis est homo qui timet Do minum? * legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demora bitur : * et semen ejus heredi tabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: * et testamen tum ipsius ut manifestetur illis

i Oculi mei semper ad Domi- i dum : * quoniam ipse evellet | de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei : * quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei mul tiplicatæ sunt : * de necessita tibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, et laborem meum : * et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos quo niam multiplicati sunt, * et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me : * non erubescam quoniam speravi in te.

i Innocentes et recti adhæse runt mihi: * quia sustinui te.

Libera Deus Israel, * ex om nibus tribulationibus suis.

I Ana. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memi neris Domine.

Psalmus 26.

"pyOMiNus illuminatio mea, ^ et salus mea, * quem ti mebo ? M



Dominus protector vitæ meæ, * a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, * ut edant carnes meas :

Qui tribulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt et ce ciderunt.

Si consistant adversum me ca stra, * non timebit cor meum.

Si exsurgat adversum me prœlium, * in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :

Ut videam voluptatem Domi ni, * et visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in ta bernaculo suo : * in die malo rum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : * et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in ta bernaculo ejus hostiam vocife rationis : * cantabo, et psal mum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, X exqui sivit te facies mea : * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam a me:*ne declinesiniraa ser vo tuo.

Adjutor meus esto : * ne de relinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et ma ter mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi Domine in viatua:*et dirigemeinse mitam rectam propter inimi cos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Exspecta Dominum, viriliter age : * et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Ana. Credo videre bona Do mini in terra viventium.

f. In memoria æterna erunt justi. Ab auditione mala non timebunt.

Pater noster. Et ne nos in ducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

Lectio iv. Job 13.

RESPONDE mihi. Quantas habeo iniquitates et pec cata, scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me ini micum tuum ? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, et obser vasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum con siderasti : Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

Rz. i v. Heu mihi, Domine, quia peccavi nimis in vita mea. Quid faciam miser? ubi fu giam, nisi ad te Deus meus? Miserere mei, dum veneris *In novissimo die. f. Anima mea turbata est valde, sed tu Do mine succurre ei. — In novis simo die.

Lectio v. Job 14.

HOMO natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium ? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituisti termi I nos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.

v. Ne recorderis peccata mea, Domine : * Dum veneris judicare sæculum per ignem. f. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. — Dum veneris.

Lectio vj. Job 14.

Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi : operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

R?.vj. Domine secundum actum meum noli me judicare : nihil dignum in conspectu tuo egi : * Ideo deprecor majestatem tuam, ut tu Deus deleas iniquitatem meam. f. Amplius lava me, Domine, ab injustitia mea et a delicto meo munda me ': quia tibi soli peccavi. — Ideo deprecor majestatem tuam.

IN IN. NOCTURNO.

Psalmus 39,

EXSPECTANS exspectavi Dominum, et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : * et eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fæcis.

Et statuit super petram pedes meos : * et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt : * et sperabunt in Domino.

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : * et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua : * et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum : * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti : * aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum et pro peccato non postulasti : * tunc dixi : Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.



L^tiAvi justitiam tuam I in ecclesia magna* ecce.labia inea non prohibebo : Domine tu scisti.

justitiam tuam non abscondi in corde meo : * veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam * a concilio multo. ^

Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me:* misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : * comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei : * et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi Domine ut eruas me : * Domine, ad adjuvandum me respice.

Confundantur et revereantur simul, qui quærunt animam meam, * ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, et revereantur * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam, * qui dicunt mihi : Euge, euge.

Exsultent et lætentur super te omnes quærentes te : * et dicant semper : Magnificetur Dominus : qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper : * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, et protector meus tu es :*Deus meus ne tardaveris.

Ana. Complaceat tibi Domine ut eripias me : Domine, ad adjuvandum me respice.

Psalmus 40.

BEATUS qui intelligit super egenum, et pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, K et beatum faciat eum interra :* et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus : * universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Domine miserere mei : * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : * Quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras * et loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei : * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me : * Numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi : * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me : * et retribuam eis. f.

In hoc cognovi quoniam voluisti me : * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti : * et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Ben edictus Dominus Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum : * fiat, fiat.
Afia. Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Psalmus 41.

QUEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum : * ita desiderat anima mea ad te Deus.
Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum : * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?
Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?
Hæc recordatus sum, et effudi inmeanimam meam :*quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei .
In voce exsultationis, et confessionis : * sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea?* et quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus meimet Deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est : * propterea memor ero tui de terra Jordanis, etHermoniim a monte modico'.
Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua, et fluctus tui * super me transierunt.
In die mandavit Dominus misericordiam suam, * et nocte canticum ejus.
Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Susceptor meus es.
Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei :
Dum dicunt mihi per singulosdies :Ubi est Deus tuus?* quare tristis es anima mearet quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * salutare vultus mei, et Deus meus.
Ana. Sitivit anima mea ad Deum vivum : quando veniam et apparebo ante faciem Domini?
y. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.
Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

Lectio vij. Job. 17.

SPIRITUS meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, in femus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi : Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, et patientia mea? Tu es, Domine Deus meus.
I^.vij. Peccantem me quotidie, et non me pœnitentem, timor mortis conturbat me : * Quia m inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me. f- Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. — Quia.

Lectio viij. Job 19.

PUELLI meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum : et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius : reposita est hæc spes mea in sinu meo.
ty. viij. Memento mei Deus quia ventus est vita mea,* Nec aspiciet me visus hominis, y. Et non revertetur oculus meus, ut videat bona. Nec aspiciet.

Lectio ix. Job io.

QUARE de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum : antequam vadam et non revertar, ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine : terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.



ix. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda : * Quando cæli movendi sunt, et terra : Dum veneris judicare sæculum per ignem.
y. Dies illa dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna etamara valde.—Quando cæli. usque ad Dum veneris, exclusive.
y. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. — Dum veneris judicare sæculum per ignem.
y. Creator omnium rerum Deus, qui me de limo terræ formasti, et mirabiliter proprio sanguine redemisti, corpusque meum, licet modo putrescat, de sepulcro facies in die judicii resuscitari : exaudi, exaudi me, ut animam meam in sinu Abrahæ patriarchæ tui jubeas collocari. ^.Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda, Quando cæli movendi sunt et terra, Dum veneris judicare sæculum per ignem.

AD LAUDES.
Immediate inchoetur
Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate mea :*et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam f ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in pecca tis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta, et occulta sa pientiæ tuæ manifestasti mi hi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pecca tis meis : * et omnes iniquita tes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua:* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam saluta ns tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justi tiam tuam.

Domine, labia mea aperies:* et os meum annuntiabit lau dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi cium, dedissem utique : * ho locaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus : * cor contritum, et humiliatum Deus non despi cies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædi ficentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holo causta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Ana. Exsultabunt Domino ossa humiliata.

Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion : * et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam : * ad te omnis caro veniet.

Verba* iniquorum prævalue runt super nos : * et impieta tibiis nostris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegisti, et as sumpsisti : * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster, * spes omnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtu te tua, accinctus potentia : * qui conturbas profundum ma ris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et time bunt qui habitant terminos a signis tuis : * exitus matutini et vespere delectabis.

Visitasti terram, et inebriasti eam : * multiplicasti locuple tare eam.

Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illo rum : * quoniam ita est præ paratio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : * in stillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni beni gnitatis tuæ : * et campi tui replebuntur ubertate.



Pinguescent speciosa deser-I ti: * et exsultatione colles ac cingentur.

Induti sunt arietes ovium, 5 et valles abundabunt frumen t0 : * clamabunt, etenim hym num dicent.

Ana. Exaudi Domine oratio- nem meam : ad te omnis caro veniet.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vigilo.^

Sitivit in te anima mea, * quam multipliciter tibi caro mea

In terra deserta, et invia, et inaquosa : * sic in sancto ap parui tibi, * ut viderem virtu- tem tuam, et gloriam tuam.

Quoniam melior est miseri- cordia tua super vitas :* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nomine tuo leva- bo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine re plentur anima mea : * et la hiis exsultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stra- tum meum, V in matutinis me ditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tua- rura exsultabo, * adhæsit ani- ma mea post te : * me susce- pit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsie runt animam meam, ? introi- bunt in inferiora terræ : * tra- dentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, ? laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Requiem.

Psalmus-66.

misereitur nostri> et benedicat nobis : * illumi net vuhum suum miseredtur nostrL

Ut cognoscamus in terra viam tuam : * in omnibus gentibus salut£re tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi po pUij omnes

Læ^ntur'et exsultent gen tes : *> quoniam judicas popu los in æquit^te, * et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus . * confiteantur tibi po {[ omnes . * terra deditfru £tum suum>

Benedicat nos Deus, Deusno st * benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ

Ana.Me suscepit dextera tua, £)5mine

Canticum Ezechiæ Regis. Isaiæ 38.

reo dixi:In dimidio dierum IJ meorum * vadam ad por tas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum. * Dixi : Non videbo Dominum Deum in terra vi ventium.

Non aspiciam hominem ultra, * et habitatorem quie fis.

Generatio mea ablata est; et convoluta est a me, * quasi ta bernaculum pastorum : Præcisa est velut a texente, vita mea : ? dum adhuc ordi rer, succidit me : * de mane usque ad vesperam times me. Sperabam usque ad mane, quasi leo sic contrivit omnia ossa mea :

De mane usque ad vesperam finies me : * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba :

Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum :

Domine vim patior, ? responde pro me. * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, ? corripies me, et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima :

Tu autem eruisti animam meam ut non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, X neque mors laudabit te, * non exspectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie : * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Ana. A porta inferi erue Domine animas eorum.

Psalmus 148.

LAUDATE Dominum de cælis : * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna : * laudate eum omnes stellæ, et lumen.

Laudate eum cæli cælorum : * et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : * præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra,* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum :* quæ faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : * ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora:* serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi : * principes, et omnes judices terræ.

Juvenes, et virgines : senes cum junioribus laudent nomen Domini : * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, et terram : * et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus : * filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur Requiem.

Psalmus 149.

CANTATE Domino canticum novum : * laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion exsultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : *in tympano, et psalterio psallant ei :

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * et exaltabit mansuetos in salutem.



Exsultabuntsancti in gloria:* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum :* et gladii ancipites in manibus eorum :

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Requiem.

Psalmus 150.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano, et choro : * laudate eum in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus : ? laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet Dominum.

Ana. Omnis spiritus laudet Dominum.

Immediate sequitur Canticum Zacharias. Lucæ i.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suæ:

Et erexit cornu salutis nobis : * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus :

Salutem ex inimicis nostris,* et de manu omnium, qui oderunt nos :

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris :* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum,quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis :

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus :

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum :

Per viscera misericordiæ Dei nostri : * in quibus visitavit nos, oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam dona eis Domine : * et lux perpetua luceat eis.

Ana. Ego sum resurrectio et vita : qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet : et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in æternum.

Finita post Canticum Antiphona, dicatur secreto Pater noster., deinde legendo voce mediocri :

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam :

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis susti nebit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Do mino.

Quia apud Dominum miseri cordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam...

T. A porta inferi. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Orationes vero hoc ordine di cantur :

PRO PRÆSENTI
SIVE PRO UNO DEFUNCTO :

T Si Episcopus fuerit, aut Sacerdos,

Oratio prima.

DEUS, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum Pontificali (vel Sacerdotali) fe cisti dignitate vigere, præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio.

Oratio secunda.

DEUS, veniæ largitor et hu manæ salutis auctor, quæ sumus clementiam tuam : ut nostræ congregationis fratres, sorores, familiares et benefa- ctores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria sem per Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad per petuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Oratio tertia.

FIDELIUM Deus omnium con ditor et redemptor, anima bus famulorum famularumque tuarum remissionem cuncto rum tribue peccatorum : ut in diligentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationi bus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in uni tate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

T Si alius quicumque Vir fuerit,

Oratio prima.

INCLINA Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : ut animam fa muli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lu cis regione constituas, et San ctorum tuorum jubeas esse consortem.

Oratio secunda Deus, veniæ., tertia Fidelium., ut supra.

T Si vero Femina fuerit,

Oratio prima.

QUÆSUMUS Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ : et a contagiis mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem restitue.

Oratio secunda Deus, veniæ., tertia Fidelium., ut supra.

IN OMNI ANNIVERSARIO.

Oratio prima.

DEUS indulgentiarum Do mine, da animabus famu lorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depo sitionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beati tudinem et luminis claritatem.

Oratio secunda Deus, veniæ., tertia Fidelium.. ut supra.



f Si simul eveniant Obitus et Anniversarium, dimittatur Oratio Deus, veniæ., et prima dicatur pro præsenti Defun cto, secunda de Anniversario, tertia non mutetur,

IN OFFICIO ORDINARIO
PRO DEFUNCTIS FRATRIBUS, SORORIBUS, FAMILIARIBUS ET BENEFACTORIBUS

Oratio prima.

j-xEUS, veniæ largitor et hu D manæ salutis auctor, quæ simus clementiam tuam : ut nostræ congregationis fratres, sorores, familiares et benefa ctores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria sem per Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad per petuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

Oratio secunda.

DEUS, qui nos patrem et ma trem honorare præcepisti, miserere clementer animabus parentum nostrorum : eorum que peccata dimitte, nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

Oratio tertia.

FIDELIUM Deus omnium Conditor et redemptor, animabus famulorum famu larumque tuarum remissio nem cunctorum tribue pecca torum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis sup plicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus san cti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Finita ultima Oratione, non subdatur Dominus vobiscum., neque Benedicamus Domino., neque Fidelium., sed tan tum :

Requiescant in pace. Amen.

Postea dicatur Pater noster., nisi immediate dicendum fue rit Completorium diei.

T Quando Officium ordina rium pro Fratribus, Sororibus, Familiaribus et Benefactori bus agitur in conventu, No cturnis continuentur semper Laudes, cum vacaverit. Quod si non vacaverit, finito ulti mo 1^7. Libera me. cum Versi bus, dicatur Pater noster. Deinde dicat Sacerdos : Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

f. A porta inferi. Ez. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum. It. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio Fidelium Deus om nium., ut supra.

Requiescant in pace.

Rz. Amen. Deinde Pater no ster. secreto.

SEPTEM
PSALMI PŒNITENTIALES.

Ana. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine quo niam infirmus sum : * sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde : * sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, et eripe animam meam : * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui :*in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, la vabo per singulas noctes le ctum meum : * lacrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus : * inveteravi inter om nes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem ^quo niam exaudivit Dominus vo cem fletus mei.

Exaudivit Dominus depreca tionem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei : * convertantur et eru bescant valde velociter.

Psalmus 31.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates : * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputa vit Dominus peccatum, * nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveterave runt ossa mea, * dum clama rem tota die.

Quoniam die ac nocte grava ta est super me manus tua : * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum I me injustitiam meam Domi no : * et tu remisisti impieta tem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore oppor tuno.

Verumtamen in diluvio aqua rum multarum, * ad eum non I approximabunt.

Tu es refugium meum a tri bulatione, quæ circumdedit me : * exsultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, et in struam te in via hac, qua gra dieris : * firmabo super te ocu los meos.

Nolite fieri sicut equus et mu lus, * quibus non est intelle ctus.

In camo et freno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino I misericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, et ex sultate justi, * et gloriamini omnes recti corde.

Psalmus 37.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facieiræ tuæ :* non estpax ossibus meis a facie peccato rum meorum.

Quoniam iniquitates meæ su pergressæ sunt caput meum : * et sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, * a facie insi pientiæ meæ.

Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem : * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : * et non est sanitas in carne mea.



Afflictus sum, et humiliatus sum nimis : * rugiebam a ge mitu cordis mei.

Domine, ante te omne desi derium meum : * et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.

Amici mei, et proximi mei * adversum me appropinquave runt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt : * et vim fa ciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mi hi, locuti sunt vanitates : * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam surdus non audiebam : * et sicut mu tus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine spe ravi : * tu exaudies me Domi ne Deus meus.

Quia dixi : Nequando super gaudeant mihi inimici mei: * et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella pa ratus sum : * et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me : * et multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bo nis, detrahebant mihi : * quo niam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus : * ne discesseris a me.

Intende in adjutorium meum, * Domine Deus salutis meæ.

Psalmus 50.

MISERERE mei Deus, * se cundum magnam miseri cordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquita temea:*et apeccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * et in pecca tis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexi sti : * incerta et occulta sa pientiæ tuæ manifestasti mi hi.

Asperges me hyssopo, et mundabor : * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : * et exsultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a pecca tis meis : * et omnes iniquita tes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus :* et spiritum rectum in nova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam saluta ris tui : * et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : * et os meum annuntiabit lau dem tuam.

Quoniam si voluisses sacrifi cium, dedissem utique ^holo caustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus con tribulatus : * cor contritum et humiliatum Deus non despi cies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædi ficentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holo causta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Psalmus loi.

DOMINE exaudi orationem meam : * et clamor meus ad te veniat. J

Non avertas faciem tuam a me : * in quacumque die tri bulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, et aruit cor meum : * quia oblitus sum comedere panem meum. I

A voce gemitus mei * adhæ sit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei : * et qui lauda bant me adversum me jura bant.

Quia cinerem tamquam pa nem manducabam, *et potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ et indignationis tuæ: * quia elevans allisisti me.

I Dies mei sicut umbra decli naverunt : * et ego sicut fœ num arui.

Tu autem Domine in æter num permanes : * et memo riale tuum in generationem et generationem.

Tu exsurgens misereberis Sion : * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus :* et terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine, * et omnes re ges terræ gloriam tuam.

! Quia ædificavit Dominus Sion : * et videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humi lium : * et non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatio ne altera : * et populus, qui creabitur, laudabit Dominum :

Quia prospexit de excelso sancto suo: * Dominus de cælo in terram aspexit :

Ut audiret gemitus compedi torum : * ut solveret filios in teremptorum :

Ut annuntient in Sion nomen Domini : * et laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, * et reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ : * Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.



Ne revoces me in dimidio die rum meorum : * in generatio nem et generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fun dasti : * et opera manuum tua rum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem per manes : * et omnes sicut vesti mentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur : * tu au tem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Filii servorum tuorum habi tabunt : * et semen eorum in sæculum dirigetur.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exau di vocem meam :

Fiant aures tuæ intenden tes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine : * Domine quis susti nebit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus :* speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum miseri cordia : * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Psalmus 142.

DOMINE exaudi orationem meam : auribus percipe obsecrationem meam in veri tate tua : * exaudi me in tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo tuo : * quia non ju stificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sic ut mortuos sæculi : * et an xiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquo rum, meditatus sum in omni bus operibus tuis : * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velociter exaudi me Domi ne : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me : * et similis ero descen dentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane mi sericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi : * do ce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * pro pter nomen tuum Domine vi vificabis me in æquitate tua,

Educes de tribulatione ani mam meam : *etin misericor dia tua disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribu lant animam meam : * quo niam ego servus tuus sum.

Ana. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum : neque vindictam sumas de peccatis nostris.

T Feria quarta Cinerum et Feria quinta in Cena Domini, dicta post Psalmos Pœniten I tiales Ana Ne reminiscaris., I ut supra, subdatur a Choro : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.; quo finito, dicat Prior :

Et ne nos inducas in tentatio nem. Sed libera nos a malo.

T. Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te.

f. Mitte eis Domine auxi I lium de sancto, ty. Et de Sion tuere eos.

X. Esto eis Domine turris for titudinis. ty. A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam. ly. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Rz. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

EXAUDI Domine preces no stras, et confitentium tibi parce peccatis; ut quos con scientiæ reatus accusat indul gentia tuæ pietatis absolvat. Per Christum Dominum no strum. ty. Amen.

Finita prædicta Oratione, fa ciat Prior absolutionem hoc modo :

DOMINUS Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo suo potestatem dedit ligandi atque solvendi, ipse vos absol vat ab omni vinculo delicto rum; et quantum meæ fragili tati permittitur, sitis absoluti ante tribunal ejusdem Domini nostri Jesu Christi ab omnibus I peccatis et negligentiis vestris: habeatisque vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculo rum. Amen.

## ORATIONES PRO D. PAPA ET PRO BENEFACTORIBUS IN CAPITULO DICENDÆ.

I Si ili Capitulo culpæ fuerint audiendæ, dicantur Orationes pro Domino Papa et pro bene factoribus hoc modo :

Dicto a Prælato Benedicite et responso Dominus., si reci tanda fuerint beneficia, reci tentur. Deinde commendatis quos commendare habuerit vel voluerit, Prælatus surgens surgentibus et celeris omnibus,' dicat sine Oremus, sequentem Orationem, ad quam Fratres profunde inclinent :

RETRIBUERE dignare Domine omnibus nobis bona fa cientibus propter nomen san I ctum tuum vitam æternam. Amen.

Et dicatur ab utroque Choro alternatim Psalmus Ad te le vavi oculos meos.,ut pag.167*., I terminando eum per f f. Glo ria Patri, et Sicut erat.;deinde Psalmus De profundis clamavi ad te Domine., ut pag. 197* terminando eum per f. Re quiem æternam.

Postea ab omnibus dicatur :

I Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison, et secreto Pater noster. Quo finito dicat Hebdo madarius :

Et ne nos inducas in tenta tionem. Si/. Sed libera nos a malo.

Oremus pro Domino Papa. ty. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

> • Salvos fac servos tuos et ancillas tuas. 1^. Deus meus sperantes in te.



Requiescant in pace. Ki. Amen.

Dominus vobiscum. y.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulum tuum N. Papam no strum, et super cunctas con gregationes illi commissas spi ritum gratiæ salutaris : et ut in veritate tibi complaceant, per petuum eis rorem tuæ benedi ctionis infunde. Oratio.

PRETENDE Domine famulis et famulabus tuis dexteram cælestis auxilii : ut te toto corde perquirant, et quæ di gne postulant assequantur.

Oratio.

FIDELIUM Deus omnium conditor et redemptor, ani mabus famulorum famularum que tuarum remissionem cun ctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationi bus consequantur. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæ culorum. 1$. Amen.

Prædictæ tres Orationes di cantur sub uno Oremus, et ter minentur per unum Qui vivis.

T Vacante Sede Apostolica omittenda sunt quæ ad Sum mum Pontificem referuntur.

Terminatis Orationibus, Præ latus audiat culpas, quibus au ditis, surgentibus omnibus, dicat

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

T Si tamen quæ supra scripta sunt simul cum Pretiosa, pera genda fuerint, dicto Comme moratio Fratrum.... et Re quiescant in pace., responso queAmen., ut pag. 26., sub datur Benedicite., recitentur beneficia, fiant commendatio nes, et dicantur yy. cum Ora tionibus pro Domino Papa et benefactoribus, ut supra; dein de auditis culpis, dicatur Psal musLaudate Dominum omnes gentes.... V. Ostende nobis., Dominus vobiscum. Oremus. Actiones nostras, et )T. Adju torium nostrum., uti pag. 26. pariter notatum est.

## BENEDICTIO ANTE CONCIONEM.

T Quando in Capitulo dicen dum fuerit Pretiosa., si sermo fuerit faciendus, et extranei interesse debuerint, omnia fiant et terminentur ut pag. 25. et pag 26. notatum est, exce pto quod qui tenet Capitulum, dicto Requiescant in pace. et responso Amen., dicet Benedi cite., et responso Dominus., incipiet Psalmum Laudate Do minum omnes gentes.

T Si autem extranei non de buerint interesse, dicto Bene dicite. et propositis si qua vo luerit proponere, qui tenet Capitulum dicat : Surgat qui debet facere sermonem. Et ille surgens veniat ante eum, et flexis genibus et inclinato ca pite, petat benedictionem di cendo : Jube domne benedi cere., et detur ei Benedictio :

DOMINUS sit in corde tuo et in labiis tuis, ad pronun tiandum digne et fructuose verba sua sancta. In nomine Patris fa et Filii, et Spiritus sancti. R}. Amen.

Recepta Benedictione, vadat ad locum ubi facientes sermonem esse consueverunt. Finito sermone, qui tenet Capitulum, si velit aliqua subjungere, subjungat; et cum finem dicendi fecerit, incipiat Psalmum Laudate Dominum omnes gentes.

Post Psalmum dicatur f. Ostende nobis., Dominus vobiscum. Oremus. Actiones nostras. et f. Adjutorium nostrum. uti pag. 26. notatum est.

BENEDICTIO MENSÆ.

I. ANTE PRANDIUM

QUANDO NON JEJUNATUR.

Præmisso Benedicite., immediate dicatur :

y. Oculi omnium in te sperant Domine : et tu das escam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, et im- I ples omne animal benedictione. Gloria Patri... Sicut erat...

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison., Pater no-1 ster. secreto. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

Oremus. Oratio.

BENE ^ DIC Domine dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et dicto Jube domne benedicere., detur Benedictio -I Mensæ cælestis participes faciat nos Rex æternæ gloriæ Rz. Amen.

II. ANTE PRANDIUM

QUANDO JEJUNATUR.

Præmisso Benedicite., immediate dicatur :

f. Edent pauperes et saturabuntur : et laudabunt Dominum qui requirunt eum : vivent corda eorum in sæculum sæculi. Gloria Patri... Sicut erat...

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentationem, ty. Sed libera nos a malo.

Oremus. Oratio.

BENE ^ DIC Domine dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. R?. Amen.

Et dicto Jube domne benedicere., detur Benedictio : Mensæ cælestis participes faciat nos Rex æternæ gloriæ. Amen.

T Feria quinta in Cena Domini et Feria sexta in Parasceve non dicitur Gloria Patri.

NI. ANTE CENAM.

Præmisso Benedicite., immediate dicatur:

J. Edent pauperes et saturabuntur : et laudabunt Dominum qui requirunt eum : vivent corda eorum in sæculum sæculi. Gloria Patri... Sicut erat...

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentationem, ty. Sed libera nos a malo.

Oremus. Oratio.

BENE ^ DIC Domine dona tua, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Et dicto Jube domne benedicere., detur Benedictio : Ad cenam vitæ æternæ perducat nos Rex gloriæ. 3?. Amen.



GRATIARUM

ACTIO POST MENSAM.

I. POST PRANDIUM

QUANDO NON JEJUNATUR.

f. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua : et Sancti tui benedicant tibi. Gloria Patri... Sicut erat...

AGIMUS tibi gratias omnipotens Deus pro universis beneficiis tuis : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. fy Amen.

Psalmus 50. Miserere mei Deus., pag. 195*; et in fine dicatur Gloria Patri.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

Et ne nos inducas in tentationem. R?. Sed libera nos a malo.

f. Dispersit, dedit pauperibus. ty. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

f. Benedicam Dominum in omni tempore. ^7. Semper laus ejus in ore meo.

f. In Domino laudabitur ani-1 ma mea. R?. Audiant mansueti, et lætentur.

f. Magnificate Dominum mecum. R?. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.

f. Sit nomen Domini benedictum. R/. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Postea sine Dominus vobiscum. et sine Oremus, dicatur Oratio :

RETRIBUERE dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum vitam æternam. R7. Amen.

Benedicamus Domino.R. Deo gratias.

Si non sequitur aliqua Hoia, dicatur :

Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R7. Amen. Et subjungatur secreto Pater noster.

II. POST PRANDIUM

QUANDO JEJUNATUR.

y. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus: escam dedit timentibus se. Gloria Patri.... Sicut erat....

AGIMUS tibi gratias omnipotens Deus pro universis I beneficiis tuis: Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. R?. Amen.

Psalmus Miserere mei Deus., pag. 195*; et in fine dicatur Gloria Patri.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in I tentationem. R?. Sed libera nos a malo.

T. Dispersit, et reliqua omnia dicantur quæ post prandium quando non jejunatur dici consueverunt, uti supra notatum est.

T Feria tamen quinta in Cena Domini et Feria sexta in Parasceve non dicitur Gloria Patri. neque Fidelium animæ.

III. POST CENAM.

f. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus : escam dedit timentibus se. Gloria Patri... Sicut erat...

BENEDICTUS Deus in donis suis, et sanctus in omnibus I operibus suis : Qui vivit et regnat per omnia sæcula sæcu I lorum. R?. Amen.

Psalmus Miserere mei Deus., pag. 195* : et in fine dicatur Gloria Patri.

Kyrie eleison.Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentationem, ty. Sed libera nos a malo.

y. Dispersit, et reliqua omnia dicantur quæ post prandium dici consueverunt, utpag.201* notatum est.

T Quando sedentibus ad refectionem Fratribus auditum fuerit signum, quod fieri solet cum Frater penitus morti appropinquaverit, si fuerint in principio refectionis aut in medio, velociter exeant omnes, omisso Tu autem, et accurrant ad morientem dicentes : Credo in Deum, et prosequantur totum tam alte ut possit audiri, repetendo quousque ad infirmum pervenerint. Completis autem quæ de Commendatione animæ in transitu existentis, de Suffragiis egressa anima dicendis etc., pag. 240* et sequentibus notata sunt, ad refectionem redeant, ita tamen ut nola non pulsetur, nec Benedictio repetatur; sed Lector incipiat ubi dimiserat. Quod etiam fiat in Quadragesima.

T Si vero, audito signo prædicto, circa finem refectionis fuerint, innuente Priore dicatur Tu autem. Et dicto breviter Versu Confiteantur, vel Memoriam., subjungente Hebdomadario Agimus tibi gratias., vel Benedictus Deus in donis suis., absque Psalmo, exeant dicentes Credo in Deum., ut supra.

DE COLLATIONE.

Præmisso Benedicite., detur Benedictio : Largitor omnium bonorum bene ^ dicat potum servorum suorum. Amen.

Finita Collatione dicatur f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R?. Qui fecit cælum et terram.

ORATIO
PRO CAPITULO GENERALI
ET EUNTIBUS AD ILLUD.

Anno quo celebrandum fuerit Capitulum generale, Feria secunda post Octavam Paschæ et deinceps usque ad sextam Feriam ante Pentecosten inclusive, omni die, nisi sit festum Totum Duplex, finito Pater noster, quod dicitur post Nonam, vel post Officium Defunctorum, si fiat a Conventu immediate post Nonam, dicatur Psalmus Ad te levavi, ab utroque Choro alternatim, Cantore ex parte Hebdomadarii incipiente.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos, * qui habitas in cælis.

Ecce sicut oculi servorum, * in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ : * ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum,' donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri : * quia multum repleti sumus despectione :

Quia multum repleta est anima nostra:*opprobrium abundantibus, et despectio superbis.

Gloria Patri... Sicut erat...

Postea dicatur Aha. Veni sancte Spiritus : reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende : qui per diversitatem linguarum multarum gentes in unitate fidei congregasti.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

V Emitte Spiritum tuum, et creabuntur. Et renovabis faciem terræ.

f. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum, l^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

- P Y EUS.qui corda fidelium sanctiSpiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Oratio.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone : ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

T Fratres vero qui non sunt in Choro nihilominus dicere debent idem.

OFFICIUM FACIENDUM
IN ELECTIONIBUS.

I. IN ELECTIONE MAGISTRI
ORDINIS.

Completa Missa de Spiritu sancto in Conventu ubi celebratur electio, Electores inclusi, antequam procedant ad electionem, dicant flexis genibus sine cantu Hymnum Veni Creator Spiritus. Priore Provinciali, qui primum locum tenuerit, dicente unum Versum Hymni, et aliis omnibus alium.

Hymnus.

VENI Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia
Quæ tu creasti pectora.

QUI Paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons vivus, ignis, caritas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

ACCENDE lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

HOSTEM repellas longius,
Pacemque dones protinus :
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.

PER te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

SIT laus Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito :
Nobisque mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.
Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

Dicat Prior Provincialis prædictus :

Et ne nos inducas in tentationem R. Sed libera nos a malo.

V Emitte Spiritum tuum et creabuntur. 3?. Et renovabis faciem terræ.

Dominus vobiscum. R?. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

"pvEUS, qui corda fidelium JL/ sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde procedatur ad electionem, qua facta, convocato Capitulo, et recitato ibi processu coram Fratribus a prædicto Priore breviter et summatim, Cantor incipiat Te Deum laudamus., quod Fratres devote prosequentes vadant ad I Chorum, non servato processionis ordine. Duo vero Priores Provinciales, qui primum locum tenuerint, unus ad dexteram Magistri, si præsens fuerit, et alius ad sinistram, ducant ipsum ante gradum Altaris, ubi flexis genibus prostratus' maneat quousque infra scripta Oratio terminetur.

Finito Te Deum., immediate primus Prior de duobus prædictis dicat :

T. Salvum fac servum tuum.

Rz. Deus meus sperantem in te.

Dominus vobiscum, fy Et cum spiritu tuo.

Postea dicat sequentem Orationem eo modo quo dicuntur Orationes ad Horas :

Oremus. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut famulum tuum, quem ad regimen animarum nostrarum elegimus, dono tuæ gratiæ prosequaris; ut te largiente, cum ipsa nostra electione tibi placeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postmodum duo prædicti Priores erigant eum. et ducant I ad Chorum et collocent in sede sua.

Interim pulsato iterum Capitulo, postquam Magister fuerit in sede sua, conveniant Fratres ad Capitulum sine processionis ordine, Magistro ultimo eunte. Cumque in Capitulum venerint, Magister, sedens in sede ! sua, Fratrum orationibus se recommendet, et alia, si qua voluerit proponere, proponat.

Completo Capitulo, surgat Magister et dicat f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum et terram.

% Si vero Magister præsens non fuerit, nihilominus post electionem convocato Capitulo, et recitato processu, cantetur Te Deum., et eatur ad Chorum, et dicatur Versiculus Salvum fac. cum Oratione Concede., ut supra. Secundo i tamen non oportet Fratres ad Capitulum convenire.

## II. IN ELECTIONE PRIORIS PROVINCIALIS.

Completa Missa de Spiritu sancto in Conventu ubi celebratur electio, antequam pro[ cedatur ad electionem fiat invocatio Spiritus sancti, sicut supra de electione Magistri Ordinis dictum est. Completa vero electione, Fratribus convocatis ad Capitulum, recitatoque processu breviter ab eo cui competit, Cantor incipiat Psalmum Laudate Dominum omnes gentes, in ea voce qua •solet dici ad Pretiosa, et Conventus prosequatur Psalmum cum Gloria Patri., dextro Choro dicente primum Versum. Quo finito, sine Kyrie eleison.^ et sine Pater noster., Vicarius prioris Provincialis, si non est electus, alias Prior Conventualis qui primum locum tenet, dicat legendo :

f. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, fy A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut famulum tuum, quem ad regimen animarum nostrarum elegimus, dono tuæ gratiæ prosequaris; ut te largiente, cum ipsa nostra electione tibi placeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde dicat f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. K. Qui fecit cælum et terram.

Et sic discedant Fratres, nisi Prior vel Electus, si est præsens, voluerit eos retinere.

## III. IN ELECTIONE PRIORIS CONVENTUALIS.

Completa Missa de Spiritu sancto, antequam procedatur ad electionem, fiat invocatu) Spiritus sancti, sicut de electione Magistri Ordinis dictum est. Completa vero electione, Fratribus convocatis ad Capitulum, recitatoque processu breviter, dicatur legendo Psalmus Laudate Dominum omnes gentes, dextro Choro dicente primum Versum; deinde Gloria Patri.

Postea qui tenet Capitulum dicat f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.



# BENEDICTIONES FRATRUM ITINERANTIUM.

## I. BENEDICTIO FRATRUM EGREDIENTIUM.

Fratres itinerare volentes accipiant Benedictionem a Prælato, aut ab aliquo Sacerdote hoc modo. Prostratis Fratribus iter acturis in modum veniæ in Choro, vel ante aliquod Altare, vel ante Crucifixum in Capitulo, Sacerdos qui daturus est Benedictionem incipiat Psalmum Levavi oculos meos in montes., et qui astant eum prosequantur hoc modo, quod Sacerdos solus dicat unum Versum, et omnes astantes dicant alium.

Psalmus 120.

LEVAVI oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cælum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum : * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo : * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, et exitum tuum : * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri... Sicut erat...

Dicatur ab omnibus Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto Et subjungat Sacerdos prædictus:

Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone : ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates tuo semper protegantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sacerdos postmodum ipsos erectos aspergat aqua benedicta.

## II. BENEDICTIO FRATRUM ADVENIENTUM.

Fratres advenientes accipiant Benedictionem a Prælato aut ab aliquo Sacerdote hoc modo: Prostratis Fratribus advenientibus in modum veniæ in Choro, vel ante aliquod Altare, vel ante Crucifixum in Capitulo, Sacerdos qui daturus est Benedictionem incipiat Psalmum Ad te levavi. Pag- 202*; et qui astant eum prosequantur hoc modo, quod Sacerdos solus dicat unum Versum et omnes astantes alium.

Post Gloria Patri, et Sicut erat. dicatur ab omnibus • Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster secreto. Et subjungat Sacerdos prædictus :

Et ne nos inducas in tentationem. Rz. Sed libera nos a malo.

f. Salvos fac servos tuos Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum, fo cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

MISERERE, quæsumus Domine, famulis tuis : et quidquid eis in via subripuit visus vel auditus malæ rei aut otiosi sermonis, totum tua ineffabili clementia, et meritis beatissimæ Matris tuæ Mariæ et sancti Patris nostri Dominici, deleas et abstergas. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sacerdos postmodum ipsos erectos aspergat aqua benedicta.

## III. BENEDICTIO MAGISTRI ORDINIS, PRIORIS PROVINCIALIS ET PRIORIS CONVENTUALIS.

Si Magister Ordinis de novo post susceptum magisterium venit ad domum, vel etiam post longum tempus ex quo non fuit in domo, præscito adventu suo, cum appropinquat ad domum, convocandi sunt Fratres cum campana Capituli ad Ecclesiam, ubi collocantes se ordinate in Choro inferiori, reverenter eum recipiant. Magistro Ordinis et Fratribus cum eo advenientibus prostratis in Choro in modum veniæ, Sacerdos, qui major est inter Fratres domus, stans prope prostratos, incipiat Psalmum Ad te levavi., pag. 202* et Conventus eum prosequatur hoc modo quod Sacerdos solus dicat unum Versum et totus Conventus alium.

Post Gloria Patri, et Sicut erat. dicatur ab omnibus : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. secreto. Et subjungat Sacerdos prædictus :

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

fm Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

MISERERE, quæsumus Domine, famulis tuis : et quidquid eis in via subripuit visus vel auditus malæ rei, aut otiosi sermonis, totum tua ineffabili clementia, et meritis beatissimæ Matris tuæ Mariæ et sancti Patris nostri Dominici, deleas et abstergas. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. 1^7. Amen.

Sacerdos postmodum ipsos erectos aspergat aqua benedicta.

Quo peracto, et data pace Fratribus a Magistro, ipso præcedente Capitulum intrent Fratres, ad hoc iterum campana pulsata, ut tunc recommendet Fratrum orationibus recommendandos, et alia, si qua vult dicere Fratribus, proponat ibidem.

Quo facto, eat cum Fratribus sine processionis ordine ad cœmeterium Fratrum, et ibidem incipiat Psalmum De profundis. pag. 197* et ipse Versum unum dicat, et alii Fratres alium. Finito Psalmo per J. Requiem æternam, et dicto Pater noster, sine Kyrie., dicat :

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

T. A porta inferi. R. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum. R?- Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS veniæ largitor et humanæ salutis auctor, quæsumus clementiam tuam : ut nostræ congregationis fratres, sorores, familiares et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Requiescant^ pace.l^.Amen.

Postea ducatur Magister Ordinis ab eo qui præest in domo cum aliquibus aliis ad visitandum infirmos, si sint in domo. Deinde ducatur ad locum sibi paratum.

T Circa Benedictionem quoque Prioris Provincialis venientis observetur quod dictum est circa Benedictionem Magistri, dimissis illis quæ de ducendo ad locum proprium præparatum, vel de intrando Capitulum, vel de visitando cœmeterium vel infirmos dicta sunt; quæ nihilominus poterit facere, cum sibi videbitur faciendum.

T Idem etiam observetur circa Benedictionem Prioris Conventualis, cum primo venit ad domum, si de Conventu aiio sit assumptus.

QUANDO recessurus est Magister Ordinis non reversurus in brevi, si tali hora vult recedere, quod Fratres vocari possint commode, convocandi sunt cum campana Capituli ad Ecclesiam, ubi collocent se ordinate in Choro inferiori. Magistro Ordinis et Fratribus cum eo recessuris prostratis in Choro

in modum veniæ, Sacerdos, qui major est inter Fratres domus, stans prope prostratos, incipiat Psalmum Levavi oculos meos in montes., pag. 205* et Conventus eum prosequatur hoc modo quod Sacerdos solus dicat unum Versum et totus Conventus alium.

Post Gloria Patri, et Sicut erat. dicatur ab omnibus : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

Et subjungat Sacerdos prædictus :

Et ne nos inducas in tentationem. R?. Sed libera nos a malo.

T- Salvos fac servos tuos. R. Deus meus sperantes in te.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone : ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates tuo semper protegantur auxilio. Per Christum Dominum nostrum, ty. Amen.

Sacerdos postmodum ipsos erectos aspergat aqua benedicta.

Quo peracto, detur pax Fratribus a Magistro Ordinis, omissis aliis supradictis de intrando Capitulum, et de coemeterio et de infirmis visitandis, nisi de mandato suo aliud fiat.

T Circa Benedictionem quoque Prioris Provincialis recedentis observetur quod dictum est circa Benedictionem recedentis Magistri Ordinis.

## ORATIONES ITINERANTIUM.

### I. ITINERARIUM SEU ORATIONES IN IPSO ITINERIS INGRESSU DICENDÆ.

In viam pacis dirige nos Domine.

Canticum Benedictus Dominus Deus Israel., pag. 23.

Ana. In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus : et Angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute et gaudio revertamur ad propria.

Ana. Domine non secundum peccata nostra facias nobis : neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Ana. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

Ana. Adjuva nos Deus salutaris noster : et propter gloriam nominis tui Domine libera nos : et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ana. Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo benedicta.

Ana. Angeli, Archangeli, Throni, et Dominationes, Principatus, et Potestates, Virtutes cælorum, laudate Dominum de cælis, et orate pro nobis.

Ana. Magne Pater sancte Dominice, mortis hora nos te cum suscipe, et hic semper nos pie respice.

Ana. Christi pia gratia Sanatos sublimavit quos Patris



Dominici Ordo propagavit : in n0S eorum meritis petimus juvari, atque suis precibus Deo commendari.

Ana. Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra, omniumque salute.

Ana. Lux æterna luceat eis Domine, cum Sanctis tuis in æternum, quia pius es.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos.

f. Benedictus Dominus die quotidie. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

f. Vias tuas Domine demonstra nobis. Et semitas tuas edoce nos.

f. Utinam dirigantur viæ nostræ. Ad custodiendas justificationes tuas.

f. Erunt prava in directa. Et aspera in vias planas.

f. Converte nos Deus salutaris noster. Et averte iram tuam a nobis.

f. Post partum Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix intercede pro nobis.

f. Angelis suis Deus mandavit de te. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

f. Pie Pater Dominice, tuorum memor operum. Sta coram summo Judice pro tuo cœtu pauperum.

f. Exsultabunt Sancti in gloria.^. Lætabuntur in cubilibus suis.

f. Orate pro nobis omnes Sancti Dei. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

y. A porta inferi. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum, (vel Domine exaudi.)

Oremus.

DEUS, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce, pandisti : tribue nobis, quaesumus, iter prosperum, tempusque tranquillum: ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergimus, locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

DEUS, quiAbraham puerum tuum, de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti : quæsumus ut nos famulos tuos custodire digneris. Esto nobis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus : ut te duce, quo tendimus prospere perveniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

ADESTO Domine supplicationibus nostris : et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates, tuo semper protegantur auxilio.

DEUS, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da nobis salutem mentis et corporis; ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus

PROTEGE Domine famulos T tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis hostibus redde securos.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas; concede propitius : ut a quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri, patrocinio sublevemur.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut ad meliorem vitam Sanctorum Ordinis nostri exempla nos provocent, quatenus quorum memoriam agimus etiam actus imitemur.

TRIBUE, quæsumus Domine, omnes Sanctos tuos jugiter pro nobis orare; et eos clementer exaudire digneris.

ABSOLVE, quæsumus Domine, animas famulorum famularumque tuarum ab omni vinculo delictorum; ut in resurrectionis gloria inter Sanctos et Electos tuos resuscitati respirent. Per Dominum.

Procedamus in pace. In nomine Domini. Amen.

II. ORATIONES ITINERANTIUM QUOTIDIANÆ.

Fratres itinerantes consueverunt in via facere quotidie aliquam Orationem. Et possunt qui volunt hoc modo orare :

Incepta Aha In viam pacis., dicant Canticum Benedictus., pag. 23. cum Gloria Patri.

Aha. In viam pacis dirige nos Domine.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto. Et ne nos inducas in tentationem, fy Sed libera nos a malo.

X. Benedictus Dominus die quotidie. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

Dominus vobiscum, (vel Domine exaudi orationem meam.)

Oremus. Oratio.

ADESTO Domine supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone : ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietates tuo semper protegantur auxilio. Per Christum.

T Item solent orare in via pro benefactoribus suis, tam vivis quam mortuis, de quorum eleemosynis sustentantur, dicendo Psalmos Ad te levavi, et De profundis, cum f f et Orationibus quæ solent dici in Capitulo post recitationem beneficiorum, pag. 198*.

T Item pium est quod transeuntes per cœmeteria orent pro mortuis dicendo Psalmum De profundis, pag. 197* cum • X. Requiem æternam., Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. R?. Sed libera nos a malo.

f. A porta inferi, ty. Erue Domine animas eorum.

Dominus vobiscum, (vel Domine exaudi orationem meam..

Oremus. Oratio.

DEUS, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis omnibus, hic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lætentur. Per eumdem Christum.



«f Item intrantes ecclesiam quamcumque, flexis genibus debent orare secreto secundum quod Dominus cuilibet inspirabit, et varii affectus et necessitates requirunt.

Potest autem, præmisso Pater noster., Ave Maria, et Orate pro nobis omnes Sancti Dei. cum R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi., animo erecto ad Sanctum vel ad Sanctos qui in illa ecclesia venerationi habentur, sic dici:

Dominus vobiscum, (vel Domine exaudi orationem meam.)

Oremus. Oratio.

INFIRMITATEM nostram, quæsumus Domine, propitius respice, et mala omnia quæ juste meremur, beati N. . (vel beatorum N. et N.) et omnium Sanctorum tuorum intercessione averte. Per Christum.

T Item intrantes domum quamcumque possunt dicere juxta doctrinam Salvatoris : Pax huic domui. Et omnibus habitantibus in ea.

T Ad hæc possunt alias Orationes pro libito dicere in via constituti secundum devotionem a Deo sibi datam. (Ex Ordinario.)

ABSOLUTIONES.

I. FORMA COMMUNIUS OBSERVANDA IN CONFESSIONE SACRAMENTALI.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, (suspensionis) et interdicti, a quo possim te absolvere : ego absolvo te, et restituo te sanctis sacramentis Ecclesiæ, communioni et unitati fidelium. In nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

T Si Pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

MISEREATUR tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni opere bono, et perducat te ad vitam æternam. Amen.

DOMINUS noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, per suam piissimam misericordiam te absolvat : et auctoritate ipsius, qua fungor, ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis, ut sis absolutus hic, et ante tribunal ejusdem Domini nostri Jesu Christi, habeasque vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum. In nomine Patris et Filii, ^ et Spiritus sancti. Amen.

PASSIO Domini nostri Jesu Christi, et merita beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Dominici Patris nostri et omnium Sanctorum, et quidquid boni feceris et intendis facere, aut mala quæ sustines et sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, et præmium vitæ æternæ. In nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

II. FORMA BREVIOR OBSERVANDA IN RECONCILIATIONE, SEU IN CONFESSIONIBUS FREQUENTIORIBUS ET BREVIORIBUS.

Omitti poterit Misereatur., et satis erit dicere :

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, (suspensionis) et interdicti, a quo possim te absolvere : ego absolvo te. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

ITEM ego absolve te ab om nibus peccatis tuis. In no mine Patris et Filii, et Spi ritus sancti. Amen.

### III. FORMA BREVISSIMA OBSERVANDA URGENTE NECESSITATE IN MORTIS PERICULO.

EGO absolvo te ab omnibus censuris et peccatis. In nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

### IV. FORMA OBSERVANDA TEMPORE JUBILÆI AUT SIMILIUM GRATIARUM.

Si teneris aliquo vinculo vel aliquibus vinculis excom municationis (suspensionis) et interdicti, a quo vel a quibus ego possim te absolvere : au ctoritate mihi commissa et tibi concessa a Sanctissimo Domi-1 no nostro Papa (vela N.) ego absolvo te, et restituo te san ctis sacramentis Ecclesiæ, communioni et unitati fide lium. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

MSEREATUR tui omnipo tens Deus., etc.Dominus noster Jesus Christus., etc. ut pag. 2n*.

### NOTANDUM.

AT si de excommunicatione Confessarius sit certus, et facultatem super ea obtinue rit, post præmittenda, dicat sic : Absolvo te a vinculo ex communicationis, quam incur risti propter talem, vel talem causam., etc. Deinde a pecca tis absolvat, ut supra.

### V. ABSOLUTIO GENERALIS FRATRIBUS DANDA IN SOLEMNIBUS FESTIS ET CAPITULIS.

Dicto Confiteor... et tibi Pa ter., etc., et Misereatur vestri etc., dicat Prælatus :

Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis, sus pensionis, et interdicti, in quantum se extendunt gratiæ et privilegia Ordini nostro in dulta, mihi commissa, et vobis concessa, ego absolvo vos, et restituo vos sacrosanctis Sacra mentis Ecclesiæ, communioni et unitati fidelium. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

EADEM auctoritate ego di spenso vobiscum super ir regularitate, sive irregularita tibus, si quam, vel si quas con traxistis, et habilito vos exse cutioni Ordinum et officiorum vestrorum.

ITEM eadem auctoritate ab solvo vos ab omni transgres sione Regulæ, et Constitutio num, et admonitionum Majo rum vestrorum, et ab omni poenitentia oblita et neglecta, et maxime a pœna, quæ debe tur propter fractionem silentii inter duo Capitula (Si fuerit Magister Ordinis aut ejus Vi carius, Prior Provincialis aut ejus Vicarius, vel ab eis ha buerit specialem commissio nem, addat : et in mensa), et ab omnibus aliis, de quibus consuevit fieri absolutio in consimilibus Solemnitatibus, (vel Capitulis): ut sitis abso luti hic et ante tribunal Domi ni nostri Jesu Christi, habea tisque vitam æternam, et vi



vatis in sæcula sæculorum. Amen.

Postea pœnitentiam injungat ad libitum suum.

### VI. ABSOLUTIO GENERALIS SORORIBUS DANDA IN SOLEMNIBUS FESTIS ET CAPITULIS.

Dicto Confiteor Deo.... et tibi pater., etc., et Misereatur ve stri., etc., dicat Prælatus :

Si tenemini aliquo vinculo excommunicationis et in terdicti, in quantum se exten dunt gratiæ et privilegia Or dini nostro indulta, mihi com missa et vobis concessa, ego absolvo vos, et restituo vos sacrosanctis sacramentis Ec clesiæ, communioni et unitati fidelium. In nomine Patris,i^et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

ITEM eadem auctoritate ab solvo vos ab omni trans gressione Regulæ, et Consti tutionum, et admonitionum Majorum vestrorum, et ab omni pœnitentia oblita et ne glecta, et maxime a pœna, quæ debetur propter fractio nem silentii inter duo Capitu la (Si fuerit Magister Ordinis aut ejus Vicarius, Prior Pro vincialis aut ejus Vicarius, vel ab eis habuerit specialem com missionem, addat : et in men sa), et ab omnibus aliis, de quibus consuevit fieri absolu tio in consimilibus Solemnita tibus, (vel Capitulis, ^ ut sitis absolutæ hic, et ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, habeatisque vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculo rum. Amen.

Postea pœnitentiam injungat ad libitum suum.

### BENEDICTIO CUM INDULGENTIA PLENARIA TERTIARIO SÆCULARIBUS DANDA.

Ana. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine; inclina aurem tuam ad preces no stras : parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti Sanguine tuo pretioso : ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tenta tionem. 1$. Sed libera nos a malo.

f. Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te.

y. Mitte eis Domine auxilium de sancto. R. Et de Sion tuere eos.

f. Esto eis Domine turris fortitudinis. R. A facie ini mici.

f. Nihil proficiat inimicus in nobis. R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

f. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. 1$. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, cui proprium est mi sereri semper et parcere, suscipe deprecationem no stram : ut nos et omnes famu los tuos, quos delictorum ca tena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

EXAUDI, quæsumus Domi ne, supplicum preces, et confitentium tibi parce pecca tis : ut pariter nobis indulgen tiam tribuas benignus et pa cem.

INEFFABILEM nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende : ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis quas pro his meremur eripias.

DEUS, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dicto deinde Confiteor, etc. Sacerdos prosequitur : Misereatur vestri, etc., Indulgentiam, absolutionem, etc.

DOMINUS noster Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

PER sacratissimam Passionem et mortem Domini nostri Jesu Christi, precibus et meritis beatissimæ semper Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, beati Patris nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi commissa, penariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris •£«, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

T Si autem hæc Indulgentia uni tantum post sacramentalem Absolutionem elargienda fuerit (et potest dari a quolibet Confessario), reliquis omissis, dicat Sacerdos :

DOMINUS noster Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi, ille te absolvat ab omni vinculo delictorum ut habeas vitam æternam, et 'vivas in sæcula sæculorum Amen.

PER sacratissimam Passionem et mortem Domini nostri Jesu Christi, precibus et meritis beatissimæ semper Virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri et Pauli, beati Patris nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi commissa, penariam Indulgentiam omnium peccatorum tuórum tibi impertior. In nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

## BENEDICTIO D. PAPÆ NOMINE IMPERTIENDA.

Admoneatur populus de Indulgentia a Sede Apostolica concessa, de præceptis operibus pro ea lucrifacienda, de die quo visitanda est designata Ecclesia, de hora denique qua dabitur Pontificia Benedictio. De quibus quatenus opus sit, etiam schedis impressis, et consuetis locis palam affixis, certior fiat.

Postquam statutis die et hora populus ad Ecclesiam convenerit, lectis alta voce litteris Apostolicis quibus Indulgentia conceditur una cum potestate Benedictionem Apostolicam super populum effundendi, et in vulgarem sermonem conversis, pio brevique sermone ad suorum scelerum detestationem populus excitetur. Post quæ Sacerdos, nullis circumstantibus ministris, stola et superpelliceo indutus, ante altare genuflexio sequentibus verbis Dei opem imploret:

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum et terram.

JT. Salvum fac populum tuum Domine. 1<". Et benedic hereditati tuæ.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Deinde stans sequentem recitet Orationem :

Oremus.

OMNIPOTENS et misericors Deus, da nobis auxilium de sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque benedictionem præstolantis et gratiam, clementer exaudi : dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinæ benedictionis effunde, qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea ad cornu Epistolæ accedens, non trino, sed unico signo crucis astantes benedicat, proferens alta voce hæc verba :

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Amen.

Præcedens Benedictio Tertiariis S. P. N. Dominici, ex concessione Sanctissimi Domini nostri Leonis Papæ XIII. impertiri potest, sed nonnisi bis in anno, et sub conditione quod nunquam detur eadem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat.



## BENEDICTIO APOSTOLICA IN ARTICULO MORTIS

### A BENEDICTO XIV. PRÆSCRIPTA.

Sacerdos infirmi cubiculum ingressus dicat : Pax huic domui. R. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox infirmum, lectum ejus, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicens Anam. Asperges me Domine hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor.

Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat atque hortetur ut morbi incommoda ac dolores in ante actæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese para tum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens fore ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam. Postea dicat •

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum et terram.

Ana. Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (vel ancillæ tuæ) : neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster... Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo.

X. Salvum fac servum tuum (vel Salvam fac ancillam tuam). Deus meus sperantem in te.

X. Domine exaudi orati6nem meam. 1$. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. 1$. Et cum spiritu tuo.

| Oremus. Oratio.

CLEMENTISSIME Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem : secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N., quem (vel famulam tuam N., quam) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (vel eam) in salutari tuo, et per Unigeniti tui Passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem et veniam clementer indulge : ut ejus anima in hora exitus sui te judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tunc dicto ab uno ex astantibus Confiteor, etc., Sacerdos dicat Misereatur, etc., deinde :

DOMINUS noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti : et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam penariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris >f<, et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria, remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis et futuræ vitæ pœnas, paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater fa, et Filius, et Spiritus sanctus. Amen.

T Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur, dicendo : Dominus noster., ut supra.

T Et si mors proxime urgeat, dicat:

INDULGENTIAM penariam et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris fa, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

## BENEDICTIONES RERUM VARIÆ.

### BENEDICTIO ROSARIORUM.

Sacerdos stolam deferens dicat :

y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R?. Qui fecit cælum et terram.

f. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.



Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS et misericors Deus, qui propter eximiam caritatem tuam qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum de cælis in terram descendere, et de beatissimæ Virginis Mariæ Dominæ nostræ utero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque ac mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli : obsecramus immensam clementiam tuam ut hæc signa (vel hoc signum) Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata (vel dicatum) bene fa dicas et sancti Aces, eisque (vel eique ) tantam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicumque horum quodlibet (vel hoc) secum portaverit, atque in domo sua reverenter tenuerit, et in eis (vel eo) ad te, secundum ejusdem sanctæ Societatis instituta, divina contemplando mysteria, devote oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque consors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum et Indulgentiarum, quæ eidem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in hoc sæculo liberetur, et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus præsentari mereatur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat; in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, fe. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

### BENEDICTIO ROSARUM.

Sacerdos stolam deferens dicat :

y. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. f^z.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, creator et conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis, et largitor æternæ salutis, benedictione tuasanctabene^ dic has rosas, quas pro gratiis tibi exsolvendis cum devotione ac veneratione beatæ semperque Virginis Mariæ ejusque Rosarii hodie tibi præsentamus, et petimus benedici : et infunde eis per virtutem sanctæ Cru ^ cis benedictionem cælestem, qui eas ad odoris suavitatem et repellendas infirmitates humano usui tribuisti; talemque signaculo sanctæ Cru^< cis benedictionem accipiant, ut quibuscumque in infirmitatibus appositæ fuerint, seu qui eas in domibus suis portaverint, ab infirmitate sanentur; discedant diaboli, contremiscant et fugiant pavidi cum suis ministris de habitationibus illis, nec amplius tibi servientes inquietare præsumant. Per Christum Dominum nostrum. Ifc. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

### BENEDICTIO CANDELARUM SOCIETATIS SANCTISSIMI ROSARII.

Sacerdos stolam deferens di!eat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R". Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. R.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, effunde per intercessionem beatæ Virginis Mariæ matris tuæ, et per quindecim ejus Rosarii mysteria, bene- ^ dictionem tuam super hos cereos et candelas, et sanctifica eas lumine tuæ gratiæ; et concede propitius ut sicut hæc luminaria igne visibili accensa nocturnas depellunt tenebras; ita corda nostra, invisibili igne ac Spiritus ^sancti splendore illustrata, omnium vitiorum cæcitate careant : ut puro mentis oculo cernere semper possimus quæ tibi placita sunt, et nostræ saluti utilia : quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficientem pervenire mereamur. Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO VESTIMENTORUM FRATRUM ET SORORUM.

Sacerdos stolam deferens dicat :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini, fy Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. REtcum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es : obsecramus immensam largitatis tuæ abundantiam ut hoc genus vestimentorum, quod sancti Patres ad innocentiæ et humilitatis indicium ferre sanxerunt, ita bene Adicere digneris, ut qui hoc usus 'vel quæ hoc usa fuerit te induere mereatur Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO CINGULORUM S. THOMÆ AQUINATIS.

Sacerdos stolam deferens dicat :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. Rr.Etcum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

TVJMINE Jesu Christe, Fili -L/ Dei vivi, puritatis amator et custos, obsecramus immensam clementiam tuam : ut sicut ministerio angelorum sanctum Thomam Aquinatem cingulo castitatis cingere, et a labe corporis ac animæ præservare fecisti, ita ad honorem et gloriam ejus bene ^dicere et sancti ficare digneris Cingula ista f vel Cingulum istud ): ut quicumque ipsa (velipsum) circa renes reverenter portaverit ac tenuerit ab omni immunditia mentis et corporis purificetur, atque in exitu suo per manus sanctorum angelorum tibi digne præsentari mereatur : Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum.

Amen.

Aspergantur aqua benedicta.



BENEDICTIO AQUÆ CUM RELIQUIIS S. PETRI MARTYRIS.

Sacerdos stolam deferens dicat :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R:. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum.!^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius Avocationibus nostris, et elemento huic aquæ, quod beati Petri Martyris tui virtute consignamus, virtutem tuæ bene^ dictionis infunde : ut per interventum ejusdem Martyris tui, sit fidelibus tuis in remedium salutare, dæmones ab eis ejiciens, morbos ac infirmitates corporis et animæ repellens : et præsta, ut quicumque eam sumpserint, vel ea aspersi fuerint, ab omni adversitate animæ et corporis liberentur, et utriusque hominis recipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oremus. Oratio.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus : ut hos fideles tuos, ad reliquias beati Petri Martyris devote accedentes, et ejus suffragia postulantes, tua ineffabili virtute bene dicere digneris : ut per interventum ejusdem Martyris tui ab omni ægritudine mentis et corporis liberati, tuaque hic et ubique misericordia custoditi, et gratia salvati, post hujus quoque viæ ac vitæ cursum, ad æterna mereantur gaudia pervenire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

BENEDICTIO OLIVARUM IN FESTO S. PETRI MARTYRIS.

Sacerdos stolam deferens dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Rz. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum.R.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, bene dic olivas istas supplicationibus nostris : et infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Cru ^cis, et per intercessionem beati Petri Martyris, benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Cru^cis accipiant, ut in quibuscumque locis positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi, cum omnibus ministris suis, de locis vel habitationibus illis : non ibi noceant fulmina, et tempestates; non fructus terræ consumat, aut deperdat ulla intemperies elementi; nihilque inquietet aut molestet servientes tibi omnipotenti Deo : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO PALMARUM VEL ALIORUM RAMORUM IN EODEM FESTO.

Sacerdos stolam deferens dicat :

X. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, bene dic hos arborum ramos supplicationibus nostris : et infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Cru >f< cis, et per intercessionem beati Petri Martyris, benedictionem cælestem, qui triumphaturus de hoste generis humani, per manus puerorum palmas, et arborum ramos in honorem tuum adhiberi voluisti : talemque benedictionem signaculo sanctæ Cru>J< cis accipiant, ut in quibuscumque locis aliquid ex eis positum fuerit, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, ac fugiant pavidi cum omnibus ministris suis de locis, vel habitationibus illis : non ibi noceant fulmina, et tempestates; non fructus terræ consumat aut deperdat ulla intemperies elementi, nihilque inquietet aut molestet servientes tibi omnipotenti Deo : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ORATIONUM
S. VINCENTII FERRERIS

Sacerdos stolam deferens dicat :

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum.^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus bene ^ dicere, et sancti^ ficare tua pietate' digneris has Orationes scriptas in tui nominis honorem, beatæ Virginis Mariæ Genitricis tuæ, ac beati Vincentii Confessoris tui : ut qui eis usi fuerint, vel in se portaverint, meritis et precibus ejusdem beati Vincentii, salutem animæ et corporis a te recipere mereantur : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO AQUÆ
S. VINCENTII FERRERII
PRO INFIRMIS.

Sacerdos stolam deferens dicat :

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Rz. Qui fecit cælum et terram.

f. Sit nomen Domini benedictum. JRz. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

f. Domine exaudi orationem meam. JRz. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

MAJESTATEM tuam Domine supplices exoramus, ut qui in deserto eremi petram benedixisti, ut bis a virga Moysi percussa, aquæ ex ea largissime egrederentur, et geminam illam percussionem sacramentum Passionis et duo lig na Crucis significare voluisti, tua quoque benignitate et clementia, per ejusdem sanctæ Crucis mysterium, aquam



istam larga benedictione sancti^ fices, ut omnis infirmus, qui de ea biberit, vel ex ea aspersus fuerit, sentiat statim salutarem tuæ benedictionis effectum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BENEDICO hanc aquam in nomine Dei Pa^ tris omnipotentis, qui hoc ad usum humanum gratum creavit elementum, ut sit sordium lavacrum corporis et animæ, mira omnipotentia elevatum; potum sitientibus tribuat, refrigerium sit æstuantibus, via et semita navigantibus; et qui in aqua et per aquam in mundi universi submersione sacramentum novæ Legis præsignavit, cum octo animas salvavit in arca super eam ambulante, et apertis cataractis cæli pluere fecit eam quadraginta diebus, et quadraginta noctibus super terram, hanc aquam bene dicat et sancti^ ficet, ut ad sui sancti nominis et sancti Vincentii invocationem ægrotum sanet, consolidet infirmum, dejectum erigat, immundum purificet, ac petenti ab eo salutem potenter restituat. In nomine Pa^tris, et Fi ^ lii, et Spiritus sancti. Amen.

Tangens Sacerdos vas aquæ Reliquia vel Imagine sancti Vincentii dicat :

Oremus. Oratio.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris, et elemento huic aquæ meritis sancti Vincentii, cujus Reliquia (vel Imagine) tangitur, virtutem tuæ iteratæ bene di ctionis infunde, ut bibenti fiat potus ad salutem. In nomine Pa>J< tris, et Fi>J< lii, et Spiritus sancti. Amen.

Quatuor Cruces in hac Oratione præsignatæ fieri debent cum Reliquia vel Imagine.

Sacerdos dicat Anam :

Adsit nobis propitius in hujus vitæ vespere, ad Christum nos Vincentius tuto ferens itinere.

f- Ora pro nobis beate Vincenti. R?. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui gentium multitudinem, mira beati Vincentii Confessoris tui prædicatione, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti : præsta quæsimus, ut quem venturum Judicem nuntiavit in terris, præmiatorem habere mereamur in cælis Christum Dominum nostrum, ty. Amen.

BENEDICTIO OMNIS REI
DE QUA BENEDICTIONIS FORMA
PROPRIA NON HABETUR.

Sacerdos stolam deferens di

f. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram,

Dominus vobiscum.^. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

BENE^ DIC Domine creaturam istam N., ut sit remedium salutare generi humano : et præsta, per Avocationem tui sancti nominis, ut quicumque ea usi fuerint, corporis sanitatem et animæ tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum.^. Amen

Aspergatur aqua benedicta.

EXORCISMUS IN SATANAM
ET ANGELOS APOSTATICOS
SS. D. N. LEONIS PAPÆ XIII.
JUSSU EDITUS.

SS. Dominus Noster Leo Papa XIII. omnibus Sacerdotibus sæcularibus ab Ordinario loci et omnibus Sacerdotibus Ordinis Prædicatorum a Magistro ejusdem Ordinis legitime ad id auctoritatem habentibus, qui exorcismum infra scriptum semel in die recitaverint, pardalem tercentum dierum Indulgentiam singulis diebus lucrandam: iisdem vero per totum mensem id peragentibus, confessis, ac sacra Eucharistia refectis, penariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam semel in mense, die eorum arbitrio designanda, pariter lucrandam impertitus! est : quam etiam animabus Christifidelium in Purgatorio detentis applicari posse declaravit.

IN nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Ad S. Michaelem precatio.

PRINCEPS gloriosissime cælestis militiæ, sancte Michael Archangele, defende nos in prœlio adversus princi- I pes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus. Veni in auxilium hominum, quos Deus ad imaginem similitudinis suæ fecit, et a tyrannide diaboli emit pretio magno. Te custodem et patronum sancta veneratur Ecclesia; tibi tradidit Dominus animas redemptorum in superna felicitate locandas. Deprecare Deum pacis, ut conterat Satanam sub pedibus nostris, ne ultra valeat captivos tenere homines, et Ecclesiæ nocere. Offer nostras preces in conspectu Altissimi, ut cito anticipent nos misericordiæ Domini, et apprehendas draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, ac ligatum mittas in I abyssum, ut non seducat amplius gentes.

Exorcismus.

IN nomine Jesu Christi Dei et Domini nostri, intercedente Immaculata Virgine Dei Genitrice Maria, beato Michaele Archangelo, beatis Apostolis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, et sacra ministerii nostri auctoritate confisi, ad infestationes diabolicæ fraudis repellendas securi aggredimur.

Psalmus 67.

EXSURGAT Deus et dissipentur inimici ejus : et fugiant qui oderunt eum a facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant; * sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

f. Ecce Crucem Domini, fugite partes adversæ. R/. Vicit Leo de tribu Juda, radix David.

f. Fiat misericordia tua Domine super nos. ty. Quemadmodum speravimus in te.

EXORCIZAMUS te, omnis immunde spiritus, omnis satanica potestas, omnis incursio infernalis adversarii, omnis legio, omnis congregatio et secta diabolica, in nomine et



virtute Domini nostri Jesu ^ te per Deum vivum, per
Christi, eradicare et effugare a Deum verum, per Deum >J<
Dei Ecclesia, ab animabus ad sanctum, per Deum qui sic di
imaginem Dei conditis ac pre- lexit mundum, ut Filium suum
tioso divini Agni sanguine red- unigenitum daret, ut omnis
emptis Non ultra audeas, qui credit in eum non pereat,
serpens callidissime, decipere sed habeat vitam æternam :
humanum genus, Dei Eccle- cessa decipere humanas crea
siam persequi, ac Dei electos turas, eisque æternæ perditio
excutere et cribrare sicut triti- nis venenum propinare : de
cimi Imperat tibi Deus al- sine Ecclesiæ nocere, et ejus
tissimus cui in magna tua libertati laqueos injicere. Vade
superbia te similem haberi Satana, inventor et magister
adhuc præsumis; qui omnes omnis fallaciæ, hostis humanæ
homines vult salvos fieri, et ad salutis. Da locum Christo, in
agnitionem veritatis venire, quo nihil invenisti de operibus
Imperat tibi Deus Pater tuis; da locum Ecclesiæ uni,
imperat tibi Deus Filius >J<; ini- sanctæ, catholicæ et Aposto
perat tibi Deus Spiritus san- licæ, quam Christus ipse ac
tius*. Imperat tibi Christus, quis!vit sanguine suo. Humi
æternum Dei Verbum caro fa- hiare sub potenti manu Dei;
ctum •J*, qui pro salute gene- contremisce et effuge, invocato
ris nostri tua invidia perditi a nobis sancto et terribili 110
humiliavit semetipsum factus mine Jesu, quem inferi tre
obediens usque ad mortem, munt, cui Virtutes cælorum et
qui Ecclesiam suam ædificavit Potestates et Dominationes
supra firmam petram, et por- subjectæ sunt; quem Cherubim
tas inferi adversus eam nun- et Seraphim indefessis vocibus
quam esse prævalituras edixit, laudant, dicentes : Sanctus,
cum ea ipse permansurus om- Sanctus, Sanctus Dominus
nibus diebus usque ad consum- Deus Sabaoth,
illationem sæculi. Imperat tibi f. Domine, exaudi orationem
sacramentum Crucis om- meam. Et clamor meus ad
niumque christianæ fidei Mv- te veniat.

steriorum virtus •}<. Imperat Dominus vobiscum.R.Et cum
tibi excelsa Dei Genitrix Virgo spiritu tuo.
Maria, quæ superbissimum Oremus. Oratio,
caput tuum a primo instanti pvEUS cæli, Deus terræ, Deus
immaculatæ suæ Conceptionis YJ Angelorum,DeusArchan
in sua humilitate contrivit, gelorum, Deus Patriarcharum,
Imperat tibi fides sanctorum Deus Prophetarum, Deus Apo
Petri et Pauli, ceterorumque stolorum, Deus Martyrum,
Apostolorum Imperat tibi Deus Confessorum, Deus Vir
Martyrum sanguis, ac pia Sali- ginum, D eus > qui potestatem
oto ru ni et Sanctarum omnium habes donare vitam post mor
intercessio tem, requiem post laborem;

Ergo, draco maledicte et om- tjuia non est Deus præter te,
nis legio diabolica adjuramus | nec esse potest nisi tu creator

omnium visibilium et invisibilium, cujus regni non erit finis : humiliter majestati gloriæ tuæ supplicamus, ut ab omni infernalium spirituum potestate, laqueo, deceptione et nequitia nos potenter liberare, et incolumes custodire digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ab insidiis diaboli libera nos Domine.

Ut Ecclesiam tuam secura tibi facias libertate servire te rogamus, audi nos.

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris te rogamus, audi nos.

Aspergatur locus aqua benedicta.

EXORCISMUS
CONTRA TEMPESTATEM
FULGURUM ET GRANDINIS.

PER signum fa Crucis de inimicis nostris libera nos, >J<Deus noster. In nomine Patris, fa et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Dicatur Symbolum fidei, scilicet, Credo in Deum. etc., deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

f. Adjutorium nostrum, etc.
f. Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc. etc.

f. Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus. 1^. Et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus.
f. Exsurge Christe, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

y. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. ^?.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui fecisti cælum, et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt; quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti; et tuas sanctissimas manus, et brachia sacratissima in Cruce extendisti, quibus aerem sanctificasti : obsecramus immensam pietatis et bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, et post me, et supra me, a dextris, et a sinistris video aerem perturbare, dissolvere et annihilare digneris : ut alligata potestas dæmonum" impie desævientium deficiat et turbetur, ad laudem tui sanctissimi nominis, et potentissimæ majestatis tuæ. Qui vivis. etc.

Postea conversus ad nubes signet eas signo Crucis, dicens: Circumdet te nubes Deus Pater >f<, circumdet te Deus Filius circumdet te Deus Spiritus sanctus Destruat te Deus Pater destruat te Deus Filius destruat te Deus Spiritus sanctus Comprimat te Deus Pater fa comprimat te Deus Filius comprimat te Deus Spiritus sanctus •£<. Amen.

Obsecratio. Sanctus Matthæus, sanctus Marcus, sanctus Lucas, sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgarunt, ipsi suis meritis et precibus hanc tempestatem a termino isto, et ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant effugari et depelli.

Exorcismus. Et ego peccator, et Christi sacerdos, seu minister, licet indignus, auctoritate et virtute ejusdem Dei et Domini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus et confisus, vobis præcipio, immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute ejusdem Dei et Domini nostri Jesu fa Christi per sanctissimam ejus incarnationem, per nativitatem, per baptismum et jejunium ipsius, per ejus sacratissimam crucem >J< et passionem, per sanctam resurrectionem, per admirabilem ascensionem, perveniendum adventum ejus, et judicium, per merita intemeratæ semperque Virginis Mariæ, et sanctissimi N., per merita omnium Sanctorum, ut exeatis ab eis, et eas dispergitis in locis silvestribus et incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibuscumque rebus, humanis usibus deputatis. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes commovetis, de quo de nube lucida dictum est : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui Ipse vobis imperat,qui sua sacratissima cruce, et corporis sui sanctissimi in ea extensione aerem purgavit^. Ipse vobis imperat, qui per mortem suam, vos, principem vestrum, mortemque devicit et ligavit, atque æternæ gehennæ mancipavit igni bus^. Ipse vobis imperat, qui inferno spoliato surrexit a mortuis^. Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus virtute sua ascendit in cælum fa. Ipse vobis imperat, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem, fa Amen.

Et postea ostendat Crucem in aere, dicens : Ecce lignum sanctissimæ Crucis : fugite partes adversæ : vicit enim vos et mundum Dominus noster Jesus Christus Filius Dei, Imperator summus, Leo de tribu Juda, radix David.

Postea aqua benedicta in modum crucis fa aspergatur per quatuor latera.

Dicendæ sunt etiam Litaniæ, si nondum quievit tempestas.

Symbolum Quicumque vult., pag. 29. Anæ Salve Regina, et Sub tuum præsidium.

Cant. Benedicite, pag. iS. f. Gloria, in quolibet Versu dicti Cantici.

Deinde f. Benedicamus Patrem, et Filium, cum sancto Spiritu, ty. Laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

f. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

y. Exsurge Christe, adjuva nos. Et libera nos propter nomen tuum.

f. Domine exaudi orationem meam. ty. Et clamor meus ad te veniat.'

Dominus vobiscum. fyEt cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam

agnoscere : et in potentia majestatis adorare unitatem; quæsumus ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Oratio.

PROTEGE Domine famulos tuos subsidiis pacis : et beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis confidentes a cunctis hostibus et periculis redde securos.

Oratio.

A DOMO tua, quæsumus Domine, spiritales nequitiæ repellantur; et aerearum discedat malignitas tempestatum.

Oratio.

AD te, Domine, clamantes exaudi; et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus : ut qui juste pro peccatis nostris affligimur; misericordia tua præveniente,tuam clementiam sentiamus.

Oratio.

LARGIRI et conservare fructus terræ dignare, Domine Deus noster : ut temporalibus gaudeamus auxiliis, et spiritualibus proficiamus incrementis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Potest dici et Oratio illius Sancti, in cujus honorem constructa est ecclesia, et aliorum Sanctorum, in quorum adjutorio plusconfidimus, propter specialem devotionem nostram.

Possunt dici et aliæ etiam devotæ Orationes cum compunctione, et cordis contritione, implorando semper misericordiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum perseveraverit, poterunt supradicta pluries repeti.

PRÆPARATIO AD MISSAM.

Ana Ne reminiscaris.

Psalmi Quam dilecta, etc. pag. loo. Benedixisti, etc. pag. 101. Inclina, etc. ibidem. Credidi, propter quod. etc. pag. 130. De profundis, etc. pag. 135

Aria.Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. etc. Et ne nos.

y. Ego dixi, Domine miserere mei. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

y. Convertere Domine aliquantulum. Et deprecare super servos tuos.

y. Fiat misericordia tua Domine super nos. Quemadmodum speravimus in te.

y. Sacerdotes tui induantur justitiam. Et Sancti tui exsultent.

y. Ab occultis meis munda me Domine. R?. Et ab alienis parce servo tuo.

y. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

y. Dominus vobiscum. 1$. Et cum spiritu tuo.

Orationes.

AURES tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum; ut tuis mysteriis digne ministrare, teque æterna caritate diligere mereamur.

DEUS, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri; ut te perfecte Eligere, et digne laudare mereamur.

URE igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum Domine, ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

MENTES nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet : et in ducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

ADSIT nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, quæ et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

DEUS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

CONSCIENTIAS nostras,quæsumus Domine, visitando purifica : ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus paratam sibi in nobis inveniat mansionem : Qui tecum vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.



Oratio S. Thomæ de Aquino cum Indulgentia centum dierum a Leone PP. XIII. concessa.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi. Accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper et egenus ad Dominum cæli et terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare fœditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem : ut panem Angelorum, Regem regum, et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, dominici Corporis et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari : Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio B. Dominici Patris nostri.

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, facere propono et intendo quod facere jussisti in die Cenæ, et sancta mater Ecclesia unita facere intendit. Ne despexeris ergo me, sed propter infinitam misericordiam tuam dele iniquitates meas, et fac me tuum idoneum et fidelem ministrum, et suscipe hoc sacrificium de manibus meis indignis, ad laudem et gloriam totius Trinitatis et Ecclesiæ tuæ sanctæ, et ad

profectum mei et aliorum fide lium, tam vivorum quam de functorum, pro quibus intendo orare, vel qualitercumque sim obligatus generaliter et specia liter, in nomine sancto tuo. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam, cum Indulgentia centum dierum a Leone PP. XIII. concessa.

O MATER pietatis et miseri cordiæ, beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu : et precor pietatem tuam, ut sicut dulcis simo Filio tuo in cruce pen denti astitisti, ita et mihi mi sero peccatori et sacerdotibus omnibus, hic et in tota sancta Ecclesia ipsum hodie offeren tibus clementer assistere di gneris : ut tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem ho stiam in conspectu summæ et individuæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

Oratio ad Sanctum eo die cul turarum Indulgentia centum dierum a Leone PP. XIII. concessa.

O SANCTE N. ecce ego miser peccator, de tuis meritis confisus, offero nunc sacratis simum Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi pro tuo honore et gloria : precor te humiliter et devote ut pro me hodie inter cedere digneris, ut tantum sa crificium digne et acceptabili ter offerre valeam, ut eum te cum et cum omnibus electis ejus æternaliter laudare, et cum eo semper regnare va leam : Qui vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Forma intentionis ante Mis sam cum Indulgentia quin quaginta dierum a Gregorio PP. XIII. concessa.

EGO volo celebrare Missam et conficere Corpus et San guinem Domini nostri Jesu Christi juxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ : ad laudem omnipotentis Dei, totiusque curiæ triumphantis; ad utilita tem meam, totiusque curiæ militantis, et patientis, pro om nibus qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, et pro felici statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen.

GAUDIUM cum pace, emen dationem vitæ, spatium veræ pœnitentiæ, gratiam et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis ope ribus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Oratio ad S. Joseph, cum In dulgentia centum dierum a Pio PP. IX. concessa.

VIRGINUM Custos et Pater sancte Joseph, cujus fideli custodiæ ipsa innocentia Chri stus Jesus, et Virgo virginum Maria commissa fuit : te per hoc utrumque carissimum pi gnus Jesum et Mariam obsecro et obtestor ut me ab omni im munditia præservatum, mente incontaminata, puro corde et casto corpore Jesu et Mariæ semper facias castissime famu lari. Amen.

Antiphona, y. et Oratio ad eumdem cum Indulgentia centum dierum a Pio PP. IX. concessa.

Aha. O felicem virum beatum Joseph, cui datum est Deum,



quem multi reges voluerunt videre et non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre et audire; sed portare, nutrire, deosculari, vestire et custodire!

f. Ora pro nobis beate Jo seph. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

DEUS qui dedisti nobis re gale sacerdotium, præsta, quæsumus, ut sicut beatissi mus Joseph unigenitum Fi lium tuum, natum ex Maria Virgine, suis manibus reveren ter tractare meruit et portare : ita nos facias cum cordis mun ditia et operis innocentia tuis sanctis altaribus deservire, ut sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro sæculo præmium habere mereamur æternum. Per eumdem Chri stum Dominum nostrum. Amen.

ORATIONES

DICENDÆ CUM SACERDOS INDUITUR SACRIS VESTIBUS.

Sacerdos, cum lavat manus, dicat :

DA Domine virtutem mani bus meis ad abstergendam omnem maculam, ut sine pol lutione mentis et corporis va leam tibi servire. Amen.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat:

IMPONE Domine capiti meo galeam salutis ad expu gnandos omnes diabolicos in cursus. Amen.

Ad Albam, cum ea induitur :

DEALBA me Domine, et mun da cor meum, ut in san guine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis. Amen.

Ad Cingulum, dum se cingit :

PRÆCINGE me, Domine, cin gulo puritatis, et exstingue in lumbis meis humorem libi dinis; ut maneat in me virtus continentiæ, et castitatis. Amen.

Ad Manipulum,dum imponitur brachio sinistro :

MEREAR, Domine, portare manipulum fletus et do loris, ut cum exsultatione re cipiam mercedem laboris. Amen.

Ad Stolam, dum imponitur collo :

REDDE mihi, Domine, stolam immortalita tis, quam perdidi in prævari catione primi parentis : et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, me rear tamen gaudium sempiter num. Amen.

Ad Casulam, cum assumitur :

DOMINE, qui dixisti, Jugum meum suave est, et onus meum leve; fac ut istud por tare sic valeam, quod conse quar tuam gratiam. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Ana Trium Puerorum. Canticum Benedicite, etc. nag* 18.

Ps. 150. Laudate Dominum in sanctis ejus. pag\ 20.

Ana. Trium Puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

f. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. Et sancti tui benedicant tibi.

y. Exsultabunt sancti in gloria. R?. Lætabuntur in cubilibus suis.

y. Non nobis Domine, non nobis. Sed nomini tuo da gloriam.

X. Domine exaudi orationem meam. I^z. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.t^.Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui tribus Pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACTIONES nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammas exstinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

GRATIAS tibi ago Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui Domini nostri Jesu Christi : et precor ut hæc sancta communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concupiscentiæ ac libidinis exterminatio : caritatis et patientiæ, humilitatis et obedientiæ omniumque virtutum augmentatio, contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium, quam invisibilium, firma defensio : motuum meorum, tam carnalium, quam spiritalium,perfecta quietato: in te uno ac vero Deo firma adhæsio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo et Spiritu sancto Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Rhythmus sancti * Thomæ Aquinatis, cum Indulgentia centum dierum a Leone PP. XIII. concessa.

ADORO te devote latens Deitas,
Quæ sub his figuris vere latitas :
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit.



VISUS, gustus, tactus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto creditur:
Credo quidquid dixit Dei Filius :
Nil hoc Veritatis verbo verius.

IN cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul ethumanitas:
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto quod petivit latro pœnitens.

PLAGAS, sicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor :
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.

O MEMORIALE mortis Domini,
Panis vivus vitam præstans homini,
Præsta meæ menti de te vivere.
Et te illi semper dulce sapere.

PIE Pellicane, Jesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine,
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.

JESU, quem velatum nunc aspicio,
Oro fiat illud quod tam sitio :
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ. Amen.

Oratio ad Dei Filium.

ANIMA Christi sanctifica me :
Corpus Christi sacratissimum salva me :
Sanguis Christi pretiosissime inebria me :
Aqua lateris Christi purissima munda me :
Sudor vultus Christi virtuosissime sana me :
Passio Christi piissima conforta me.
O bone Jesu custodi me :
Intra vulnera tua absconde me:
Non permittas me separari a te:
Ab hoste maligno defende me:
In hora mortis meæ voca me:
Jube me venire ad te, et pone me juxta te :
Ut cum Angelis et Archangelis tuis laudem te
Per infinita sæcula sæculorum. Amen.

OBSECRO te mitissime et bone Jesu, ut hæc immortalis hostia pro me tibi gratias referat, me tibi reconciliet, me tibi restituat, mihi peccatori veniam tribuat, et ad vitam perducat æternam. Amen.

Oratio ad beatam Virginem Mariam.

O SERENISSIMA et inclyta Mater Domini nostri Jesu Christi Virgo Maria, Regina mundi, quæ eumdem Creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo utero fuisti digna portare, cujus idem sacratissimum Corpus et Sanguinem sumpsi : ad ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris, ut quidquid in hoc ineffabili Sacramento ignoranter, negligenter, irreverenter et accidentaliter omisi vel commisi, tuis precibus sanctissimis mihi indulgere dignetur : Qui vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio excerpta ex libro de Imitatione Christi.

ADJUVET nos gratia tua omnipotens Deus, ut qui offi cium sacerdotale suscepimus, digne et devote tibi cum omni puritate, et in conscientia bona famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vitæ conversari ut debemus : concede nobis tamen digne flere mala quæ gessimus, ut in spiritu humilitatis, ac bonæ voluntatis proposito, tibi fer ventes deservire valeamus.

Oratio ad Dominum nostrum Jesum Christum crucifixum, cum Indulgentia plenaria a Pio PP. IX. concessa illis qui peracta sacramentali confes sione, sacra Communione re fecti, corde saltem contrito et devoto ipsam ante quamlibet Domini nostri Jesu Christi cru cifixi imaginem recitaverint, et pro sanctæ matris Ecclesiæ necessitatibus oraverint.

EN ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus atque veram peccato rum meorum pœnitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere : dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipseconsidero ac mente contemplor, illud præ oculis habens quod jam in ore pone bat tuo David Propheta de te o bone Jesu : Foderunt manus meas et pedes meos : dinume raverunt omnia ossa mea.

LITANIÆ SS. NOMINIS JESU.

T^YRIE eleison.
iV. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Jesu audi nos.
Jesu exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis,
esu Fili Dei vivi, miserere nobis.
esu splendor Patris, miserere nobis.
esu candor lucis æternæ, mi serere nobis.
esu rex gloriæ, miserere no bis.
esu sol justitiæ,miserere nobis,
esu Fili Mariæ Virginis, mi serere nobis,
esu amabilis, miserere nobis,
esu admirabilis, miserere no bis.
esu Deus fortis, miserere no bis.
esu pater futuri sæculi, mise rere nobis,
esu magni consilii angele, miserere nobis,
esu potentissime, miserere nobis.
esu patientissime, miserere nobis.
esu obedientissime, miserere nobis.
esu mitis et humilis corde, miserere nobis,
esu amator castitatis, mise rere nobis,
esu amator noster, miserere nobis.
esu Deus pacis,miserere nobis.



Jesu auctor vitæ, miserere no bis.
Jesu exemplar virtutum, mise rere nobis.
Jesu zelator animarum, mise rere nobis.
Jesu Deus noster, miserere nobis.
Jesu refugium nostrum, mise rere nobis.
Jesu pater pauperum, miserere nobis.
Jesu thesaurus fidelium, mise rere nobis.
Jesu bone pastor, miserere nobis.
Jesu lux vera, miserere nobis.
Jesu sapientia æterna, mise rere nobis.
Jesu bonitas infinita, miserere nobis.
Jesu via et vita nostra, mise rere nobis.
Jesu gaudium Angelorum, mi serere nobis.
Jesu rex Patriarcharum, mise rere nobis.
Jesu magister Apostolorum, miserere nobis.
Jesu doctor Evangelistarum, miserere nobis.
Jesu fortitudo Martyrum, mi serere nobis.
Jesu lumen Confessorum, mi serere nobis.
Jesu puritas Virginum, mise rere nobis.
Jesu corona Sanctorum om nium, miserere nobis.
Propitius esto, parce nobis Jesu.
Propitius esto, exaudi nos Jesu.
Ab omni malo libera nos Jesu.
Ab omni peccato libera nos Jesu.
Ab ira tua libera nos Jesu.
Ab insidiis diaboli libera nos Jesu.
A spiritu fornicationis libera nos Jesu.
A morte perpetua libera nos Jesu.
A neglectu inspirationum tua rum libera nos Jesu.
Per mysterium sanctæ incar nationis tuæ libera nos Jesu.
Per nativitatem tuam libera nos Jesu.
Per infantiam tuam libera nos Jesu.
Per divinissimam vitam tuam libera nos Jesu.
Per labores tuos libera nos Jesu.
Per agoniam et passionem tuam libera nos Jesu.
Per crucem et derelictionem tuam libera nos Jesu.
Per languores tuos libera nos Jesu.
Per mortem et sepulturam tuam libera nos Jesu.
Per resurrectionem tuam libera nos Jesu.
Per ascensionem tuam libera nos Jesu.
Per gaudia tua libera nos Jesu.
Per gloriam tuam libera nos Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis Jesu.
Jesu audi nos.
Jesu exaudi nos.

Oremus. Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui dixisti, Petite et accipie tis, quærite et invenietis, pul sate et aperietur vobis : quæ sumus, da nobis petentibus divinissimi tui amoris affe ctum : ut te toto corde, ore et opere diligamus, et a tua nun quam laude cessemus.

Oratio.

SANCTI Nominis tui Domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum : quia nunquam tua gubernatione destituis quos in soliditate tuæ dilectionis instituis.

Oratio.

DEUS, qui gloriosissimum Nomen Jesu Christi Filii tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile, et malignis spiritibus tremendum atque terribile : concede propitius ut omnes qui hoc Nomen Jesu devote venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, et in futuro gaudium exsultationis, et interminabilis beatitudinis obtineant in cælis. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

## LITANIÆ SS. CORDIS JESU.

KYRIE eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Cor Jesu Filii Patris æterni, miserere nobis.
Cor Jesu in sinu Virginis Matris a Spiritu sancto formatum, miserere nobis.
Cor Jesu Verbo Dei substantialiter unitum, miserere nobis.
Cor Jesu majestatis infinitæ, miserere nobis.
Cor Jesu templum Dei sanctum, miserere nobis.
Cor Jesu tabernaculum Altissimi, miserere nobis.
Cor Jesu domus Dei et porta cæli, miserere nobis.
Cor Jesu fornax ardens caritatis, miserere nobis.
Cor Jesu justitiæ et amoris receptaculum, miserere nobis.
Cor Jesu bonitate et amore plenum, miserere nobis..
Cor Jesu virtutum omnium abyssus, miserere nobis.
Cor Jesu omni laude dignissimum, miserere nobis.
Cor Jesu rex et centrum omnium cordium, miserere nobis.
Cor Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ, miserere nobis.
Cor Jesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, miserere nobis.
Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere nobis.
Cor Jesu, de cujus plenitudine omnes nos accepimus, miserere nobis.
Cor Jesu desiderium collium æternorum, miserere nobis.
Cor Jesu patiens et multæ misericordiæ, miserere nobis.
Cor Jesu dives in omnes qui invocant te, miserere nobis.
Cor Jesu fons vitæ et sanctitatis, miserere nobis.
Cor Jesu propitiatio pro peccatis nostris, miserere nobis.
Cor Jesu saturatum opprobriis, miserere nobis.
Cor Jesu attritum propter scelera nostra, miserere nobis.
Cor Jesu usque ad mortem obe ^ diens factum, miserere nobis.
Cor Jesu lancea perforatum, miserere nobis.
Cor Jesu fons totius consolationis, miserere nobis.
Cor Jesu vita et resurrectio nostra, miserere nobis.
Cor Jesu pax et reconciliatio nostra, miserere nobis.
Cor Jesu victima peccatorum, miserere nobis.
Cor Jesu salus in te sperantium, miserere nobis.
Cor Jesu spes in te morientium, miserere nobis.
Cor Jesu deliciæ Sanctorum omnium, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis,

y. Jesu mitis et humilis corde. 1$. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui, et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit, iisque misericordiam tuam petentibus tu veniam concede placatus, in nomine ejusdem Filii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

T Litanias Sanctorum require pag. 156., Litanias autem beatæ Mariæ Virginis pag. 154

## SALUTATIO B. MARIÆ V.

MANE, MERIDIE ET VESPERE DICENDA JUXTA MOREM s. ROMANÆ ECCLESIÆ.

T Extra Tempus Paschale.

f. Angelus Domini nuntiavit Mariæ. I^.Et concepit de Spiritu sancto.

y. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus,et benedictusfructus ventris tui Jesus. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

y.Ecce ancilla Domini.I^z.Fiat mihi secundum verbum tuum.

y. Ave Maria... Sancta Maria ...

y. Et Verbum caro factum est. Et habitavit in nobis,

y. Ave Maria... Sancta Maria ...

y. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

GRATIAM tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde : ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

T Tempore Paschali,

y. Regina cæli lætare, allecia. Quia quem meruisti portare, alleluja.

J. Resurrexit sicut dixit, allecia. Ora pro nobis Deum, alleluia.

f. Gaude et lætare Virgo Maria, allecia. Quia surrexit Dominus vere, alietum.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui per Resurrectionem Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, mundum lætificare dignatus es : præsta, quæsumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

## PRO GRATIIS DEO REDDENDIS.

Hymnus Te Deum laudamus., pag. 16.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu. R?. Laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Oremus. Oratio.

DEUS, cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, tuæ piissimæ majestati pro collatis nobis donis gratias agimus, tuam semper Clementiam exorantes : ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum. I^z. Amen.

## ORATIONES FACIENDÆ IN VISITATIONE INFIRMORUM.

Cum Fratres aliquam personam infirmam decumbentem visitaverint, intrantes domum, vel cameram infirmi, dicant:

f. Pax huic domui. Et omnibus habitantibus in ea.

Et accedentes ad lectulum infirmi, eum dulciter salutent, ad patientiam hortantes, et aliqua verba sancta pro ipsius exhortatione et consolatione dicentes. Et quia infirmitas corporalis frequentius evenit propter infirmitatem spiritualem, hortentur eum, ut si cito velit sanari ab infirmitate, etiam si infirmitas non sit multum gravis, integram et veram confessionem faciat de omnibus peccatis suis. Tunc si orare super eum voluerint, alter ex Fratribus, qui major fuerit inter eos et Sacerdos, hac forma uti poterit, quam ipsi liceat ad libitum abbreviare.

T Si autem plures infirmi in eodem cubiculo seu loco fuerint, Sacerdos, quoties de eis mentio in sequentibus occurrerit, numero plurali utatur.

Carissime, si Dominus tibi præstare dignabitur sanitatem, nonne proponis de cetero pro viribus, et a peccatis cavere, et ejus mandata servare?

Quo promittente, dicat Sacerdos

T- Adjutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cælum et terram.

Dominus vobiscum. I^. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

INTROEAT, quæsumus, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna felicitas, divina prosperitas, serena lætitia, caritas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus dæmonum, adsint Angeli pacis : domumque hanc deserat et effugiat discordia. Magnifica Domine super nos nomen sanctum tuum, bene ^dic conversationi nostræ, sanctifica nostræ humilitatis ingressum : qui sanctus et pius es, et permanes cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus 6. Domine, ne in furore tuo., pag. 193*

Dominus vobiscum. ^?. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. fy. Gloria tibi Domine.



Dum Sacerdos dicit Sequentia sancti. etc., signum Crucis faciat super se in fronte, super os et super pectus, et similiter super infirmum, si vir fuerit : si vero femina fuerit, dum Sacerdos se signat, per semet ipsam in locis prædictis se signet. Hoc idem in sequentibus Evangeliis observetur. Cap. 8.

IN illo tempore : Cum introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, et dicens : Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus : Ego veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, ait : Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic Vade, et vadit : et alii Veni, et venit; et servo meo Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum : filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus, et stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni : Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Dominus vobiscum. I^. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

VIRTUTUM cælestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem et omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis : adesto propitius huic famulo tuo (vel famulæ tuæ), ut fugatis infirmitatibus, et viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Dominum. I^z. Amen.

Psalmus 19.

EXAUDIAT te Dominus in die tribulationis : * protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de sancto : * et de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui : * et holocaustum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum : * et omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo : * et in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas : * nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo : * in potentatibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis :* nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

Ipsi obligati sunt, et ceciderunt : * nos autem surreximus, et erecti sumus.

Domine salvum fac regem : * et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Ana. Media vita in morte sumus : quem quærimus adjutorem, nisi te Domine, qui pro peccatis nostris juste irasceris? * Sancte Deus, sancte fortis, sancte et misericors Salvator, amaræ morti ne tradas nos.

Ne projicias nos in tempore senectutis : cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos Domine. Sancte Deus...

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed li [ hera nos a malo.

f. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. I^z. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea.

f. Post partum Virgo inviolata permansisti. Dei Genitrix intercede pro nobis.

f. Angelis suis Deus mandavit de te. 1$. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

f. Ora pro nobis, beate Pater Dominice. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

f. Salvum fac servum tuum. (vel ancillam tuam.) Deus meus sperantem in te.

f. Mitte ei Domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eum. (vel eam.)

f. Nihil proficiat inimicus in eo. (vel ea.) Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

J. Esto ei Domine turris fortitudinis. 37. A facie inimici.

f. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.^. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui (vel famulæ tuæ) propitius respice, atque ad protegendum eum (vel eam) dexteram tuæ majestatis extende. I

CONCEDE hunc famulum tuum, (vel hanc famulam tuam,) quæsumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis salute gaudere : et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas : concede propitius ut a quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

CONCEDE, quæsumus omnipotens Deus : ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Dominici Confessoris tui Patris nostri patrocinio sublevemur.

DEUS, qui facturæ tuæ semper pio dominaris affectu: inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum tuum (vel famulam tuam) ex adversa valetudine corporis laborantem, placatus respice, et visita in salutari tuo, et cælestis gratiæ præsta ei medicinam. Per Dominum.

Amen.

Completa ultima Oratione, Sacerdos utramque manum ponat super caput infirmi, et dicat Orationem de beato Vincentio, qua utebatur sanctus Ludovicus Bertrandus.

SUPER ægros manus imponent, et bene habebunt. Jesus Mariæ Filius, mundi salus et Dominus, qui te traxit ad fidem catholicam, te in ea conservet, et beatum (vel beatam) faciat, et meritis beatæ Virginis Mariæ, et beati OD



minici Patris nostri, et beati Vincentii, et omnium Sanctorum, te ab hac infirmitate liberare dignetur.

Postea dicat :

Dominus vobiscum.^. Et cum spiritu tuo.

Initium sancti Evangelii secundum Joannem. 1$. Gloria tibi Domine. Cap. i.

IN principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum : et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sineum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus : qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Hic genuflectitur. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis : et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis,

ty. Deo gratias.

T Pro præcedenti Evangelio sequens dicere potest.

Dominus vobiscum.!^. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. 1$. Gloria tibi Domine. Cap. 16.

IN illo tempore : Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jesus, et exprobravit incredulitatem eorum, et duritiam cordis; quia iis qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis : Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur : In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis : serpentes tollent : et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit : super ægros manus imponent, et bene habebunt.

Deo gratias.

Postea subjungat :

DOMINUS Jesus Christus apud te sit, ut te defendat : intra te sit ut te conservet : ante te sit, ut te deducat : post te sit, ut te custodiat : super te sit, ut te bene * dicat : Qui cum Patre et Spiritu sancto in unitate perfecta vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum.

IAmen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris et Filii, et Spiritus sancti, descendat super te, et maneat semper.

Amen.

Deinde aspergat infirmum Aqua benedicta.

COMMENDATIO ANIMÆ IN TRANSITU EXSISTENTIS.

Cum infirmus morti penitus appropinquaverit, Sacerdos cum stola legat Litanias cum Versibus et Orationibus sequentibus :

KYRIE, eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, miserere ei.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere ei.
Spiritus sancte Deus, miserere ei.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere ei.
Sancta Maria, ora pro eo. (vel ea.)
Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli et Archangeli, orate.
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, orate.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marce, ora'
Sancte Luca, ora"
Omnes sancti Discipuli Domini, orate
Omnes sancti Innocentes, orate
Sancte Stephane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Cornili, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Dionysi cum Sociis tuis, ora.
Sancte Mauriti cum Sociis tuis, ora.
Sancte Januari cum Sociis tuis, ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate.
Sancti Cosma et Damiane, orate.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Joannes cum Sociis tuis, ora.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester, ora
Sancte Gregori, ora.
Sancte Pie, ora#
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Martine, ora!
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Antonine, ora.
Sancte Pater Dominice, ora.
Sancte Pater Dominice, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Hyacinthe, ora.
Sancte Raymunde, ora.
Sancte Ludovice, ora'
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernardi ora.



Sancte Franciae, ora.
Omnes sancti Confessores, orate.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Martha, ora.
Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Camarina, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Ursula cum Sodalibus tuis, ora.
Sancta Camarina, ora.
Sancta Rosa, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Camarina, ora.
Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate.
Omnes Sancti, orate.
Propitius esto, libera eum (vel eam) Domine.
A damnatione perpetua libera.
A subitanea et improvisa morte libera.
Ab imminentibus peccatorum suorum periculis libera.
Ab infestationibus dæmonum libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ libera.
Per Passionem et Crucem tuam libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam libera.
Per gratiam sancti Spiritus Paracliti libera.
In die judicii libera.
Peccatores, te rogamus audi nos.
Ut iracundiæ tuæ flagella ab eo (vel ea) amoveas, te rogamus audi nos.
Ut ejus spiritum a loco angustiæ liberes, te rogamus.
Ut eum (vel eam) in regione vivorum æternis gaudiis confoveri jubeas, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce ei Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, libera eum (vel eam) Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere ei Domine.

Communiter ab omnibus dicatur : Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison., postea Pater noster, secreto. Quo finito, dicat Sacerdos :

Et ne nos inducas in tentationem. 37. Sed libera nos a malo.

y. Salvum fac servum tuum. (vel ancillam tuam.) Deus meus sperantem in te.

y. Mitte ei Domine auxilium de sancto. I^z. Et de Sion tuere eum. (vel eam.)

y. Nihil proficiat inimicus in eo. (vel ea.) Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

f. Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici.

y.Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.^.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, conservator animarum, qui quos diligis corripis, et quos recipis pie ad emendationem coerces : te invocamus Domine, ut famulo tuo, qui (vel famulæ tuæ, quæ) in corpore patitur membrorum

debilitatem,gratiam tuam con ferre digneris; ut in hora exi tus sui de corpore, absque mortalis peccati macula, tibi datori proprio per manus san ctorum Angelorum tuorum ejus anima repræsentari me reatur. Per Christum Domi num nostrum. Amen.

Postmodum,si infirmus adhuc vixerit, dicat Sacerdos sequen tem Commendationem, quæ est secundum usum Romanæ Ecclesiæ; et si moriens femina fuerit, mutentur masculina verba in feminina, ubi de ea mentio occurrerit.

PROFICISCERE anima chri stiana de hoc mundo : In nomine Dei Patris omnipo tentis, qui te creavit. In no mine Jesu ^ Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est. In nomine Spiritus sancti, qui in te effusus est. In nomine Angelorum et Archangelorum. In nomine Thronorum et Do minationum. In nomine Prin cipatuum et Potestatum. In nomine Cherubim etSeraphim. In nomine Patriarcharum et Prophetarum. In nomine san ctorum Apostolorum et Evan gelistarum. In nomine sancto rum Martyrum et Confesso rum. In nomine sanctorum Monachorum et Eremitarum. In nomine sanctarum Virgi num et omnium Sanctorum et Sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus, et habitatio tua in sancta Sion. Per eum dem Christum Dominum no strum. R?. Amen.

Oremus. Oratio.

"pvEUS misericors, Deus cle mens, Deus, qui secun dum multitudinem miseratio num tuarum peccata pœniten tium deles, et præteritorum criminum culpas venia remis sionis evacuas : respice propi tius super hunc famulum tuum N. et remissionem omnium peccatorum suorum tota cor dis confessione poscentem, de precatus exaudi. Renova in eo, piissime Pater, quidquid terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est, et unitati corpo ris Ecclesiæ membrum redem ptionis annecte. Miserere Do mine gemituum, miserere la crimarum ejus : et non haben tem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacra mentum reconciliationis ad mitte. Per Christum Dominum nostrum, ty. Amen.

COMMENDO te omnipotenti Deo, carissime frater, et ei cujus es creatura committo : ut cum humanitatis debitum morte interveniente persolve ris, ad Auctorem tuum, qui te de limo terræ formaverat, re vertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore splen didus Angelorum cœtus oc currat, judex Apostolorum tibi senatus adveniat : candidato rum tibi Martyrum triumpha tor exercitus obviet, liliata ru tilantium te Confessorum tur ma circumdet : jubilantium te Virginum chorus excipiat : et beatæ quietis in sinu Patriar charum te complexus astrin gat : mitis atque festivus Chri sti Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi ju giter interesse decernat. Igno res omne quod horret in tene bris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Ce



dat tibi teterrimus Satanas cum satellitibus suis : in ad ventu tuo, te comitantibus An gelis, contremiscat, atque in æternæ noctis Chaos immane diffugiat. Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus : et fugiant qui oderunt eum a fa cie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant : sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant pecca tores a facie Dei: et justi epu lentur, et exsultent in conspe ctu Dei. Confundantur igitur, et erubescant omnes tartareæ legiones, et ministri Satanæ iter tuum impedire non au deant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori di gnatus est. Constituat te Chri stus Filius Dei vivi intra para disi sui semper amœna viren tia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absol vat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, et præs ens semper assistens, manife stissimam beatis oculis aspi cias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis divinæ dulce dine potiaris in sæcula sæcu lorum. Amen.

Oratio.

SuscIPE Domine servum tuum in locum sperandæ sibi sal vationis a misericordia tua. Amen.

Libera Domine animam servi tui ex omnibus periculis infer ni, et de laqueis pœnarum, et ex omnibus tribulationibus. fy. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Henoch et Eliam de communi morte mundi. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Noe de di luvio. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldæorum.
R?. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Job de pas sionibus suis.
Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Isaac de ho stia, et de manu patris sui Abrahæ.
Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Lot de So domis et de flamma ignis.
Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Ægy ptiorum. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum.
1^7. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti tres Pueros de camino ignis ardentis et de manu regis iniqui.
1^7. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti David de manu regis Saul et de manu Goliæ. Amen.

Libera Domine animam servi tui, sicut liberasti Petrum et Paulum de carceribus.
1^7. Amen.

Et sicut beatissimam Thecam, Virginem et Martyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam hujus servi tui, et tecum facias in bonis congaudere cælestibus.

1^7. Amen.

Oratio.

COMMENDAMUS tibi Domine animam famuli tui N. præcamurque te Domine Jesu Christe, Salvator mundi, ut propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero : quia non est alius Deus præter te, et non est secundum opera tua. Lætifica Domine animam ejus in conspectu tuo, et ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, et ebrietatum, quas suscitavit furor, sive fervor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum non negavit : sed credidit, et zelum Dei in se habuit, et Deum, qui fecit omnia, fideliter adoravit.

Oratio.

DELICTA juventutis, et ignorantias ejus, quæsumus, ne memineris Domine : sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine servum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cælestis meruit principatum. Veniant illi obviam sancti Angeli Dei, et perducant eum in civitatem cælestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claves regni cælestis traditæ sunt Adjuvet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus, cui revelata sunt secreta cælestia. Orent pro eo omnes sancti Apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi, atque solvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti, et electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt : ut vinculis carnis exutus, pervenire mereatur ad gloriam regni cælestis : præstante Domino nostro Jesu Christo : Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum.

Amen .(Ex Rituali Romano.)

I" Si anxiatur adhuc anima, dicantur hi Psalmi, videlicet : Psalmus 117. Confitemini Domino, pag. 24., et totus Psalmus 118. Beati immaculati, per Horas distributus, pag. 28. et seqq. sine Gloria Patri.

TSi autem, expletis his omnibus, nondum obierit, recedant, relinquentes ibi Crucem et Aquam benedictam. Et Prior de aliquibus Fratribus provideat, qui remaneant ibidem, et dicant Psalterium absque Gloria Patri.

## SUFFRAGIA EGRESSA ANIMA DICENDA.

Egressa anima, immediate terminent Fratres Psalmos, quos dicebant per f. Requiem æternam. Et fiat Commendatio a Sacerdote, cum stola, incipiente ty. Subvenite, et f. sequentem sine cantu, aliis Fratribus ipsum prosequentibus. Totum autem Commendationis Officium dicatur legendo distincte, quousque inchoandum fuerit a Cantore Libera me Domine.



^.Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini *Suscipientes animam ejus, Offerentes eam in conspectu Altissimi. f. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, et in sinum AbrahæAngeli deducant te. — Suscipientes. f. Requiem æternam dona ei Domine, et lux perpetua luceat ei. Offerentes.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, secreto.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

f. Requiem æternam dona ei Domine, ^z. Et lux perpetua luceat ei.

f. A porta inferi. Erue Domine animam ejus.

f. Requiescat in pace. 1$. Amen.

f. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum. f^.Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

TIBI, Domine, commendamus animam famuli tui, ut defunctus sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus. Oratio.

A MISERICORDIAM tuam Do iVl mine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, pietatis affectu pro aliis rogare cogimur, qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus ; tamen de tua confisi gratuita pietate et solita benignitate, clementiam tuam deposcimus ut animam servi tui ad te revertentem cum pietate suscipias ; adsit ei Angelus testamenti tui Michael; et per manus sanctorum Angelorum inter Sanctos et electos tuos in sinibus Abrahæ, Isaac et Jacob Patriarcharum tuorum eam collocare digneris : quatenus liberata de principibus tenebrarum et de locis pœnarum, nullis jam primævæ nativitatis, vel ignorantiæ aut propriæ iniquitatis, seu fragilitatis confundatur erroribus; sed potius agnoscatur a tuis, et sanctæ beatitudinis requie perfruatur : atque cum magni judicii dies advenerit, inter Sanctos et electos tuos resuscitatus, gloria manifestæ contemplationis tuæ perpetuo satietur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde incipiat Sacerdos Anam Suscipiat, et Psalmum 113. In exitu Israel de Ægypto, ut pag. 126., quem Psalmum ceteri prosequantur, terminando ipsum per J. Requiem æternam.

Ana. Suscipiat te Christus, qui vocavit te : et in sinum Abrahæ angeli deducant te.

Dicta post Psalmum Antiphona, dicat Sacerdos :

Oremus. Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es :

dum te jubente pulvis in pulverem revertitur, tu imaginem tuam cum Sanctis et electis tuis æternis sedibus præcipias sociari, eamque de Ægypti partibus ad te revertentem blande leniterque suscipias : et Angelos tuos sanctos ei obviam mittas, viamque illi justitiæ demonstrare, et portas gloriæ tuæ aperire digneris. Repelle, quæsumus Domine, ab ea omnes principes tenebrarum, et agnosce depositum quod tuum est : suscipe Domine creaturam tuam, non a diis alienis creatam, sed a te solo Deo vivo et vero, quia non est alius Deus præter te Domine, et non est secundum opera tua. Lætifica clementissime Deus animam servi tui, et clarifica eam in multitudine misericordiæ tuæ : ne memineris, quæsumus, iniquitatum ejus antiquarum et ebrietatum ejus, quas suscitavit furor mali desiderii : licet enim peccaverit, tamen te non negavit, sed signo fidei insignitus, te qui omnia et eum inter omnia fecisti, fideliter adoravit: Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde incipiat Sacerdos Anam Chorus angelorum, et Psalmum Dilexi. Et Conventus prosequatur ipsum et alios qui infra notati sunt. In fine omnium dicatur f. Requiem. Poterunt autem Fratres sedere dum dicunt hos Psalmos.

Ana. Chorus angelorum.

Psalmus ii4.Dilexi.,pag. 130; Psalmus 115.Credidi., ibidem; Psalmus 116. Laudate Dominum omnes gentes., pag. 131.; Psalmus 117. Confitemini., pag. 24.; Psalmus 118. Beati immaculati, per Horas distributus, usque ad Psalmum Ad Dominum cum tribularer.

Finitis Psalmis stent Fratres et subjungant Anam. Chorus angelorum eum suscipiat, et in sinu Abrahæ eum collocet: ut cum Lazaro quondam paupere æternam habeat requiem.

Oremus. Oratio.

DIRI vulneris novitate perculsi, et quodammodo cordibus sauciati, misericordiam tuam, mundi Redemptor, flebilibus vocibus imploramus ut Fratris nostri animam ad tuam clementiam, qui fons pietatis es, revertentem, blande leniterque suscipias; et quas illa ex carnali commoratione contraxit maculas, tu Deus solita benignitate clementer deleas, pie indulgeas, oblivioni in perpetuum tradas, atque hanc, laudem tibi cum ceteris reddituram, et ad corpus quandoque reversuram, Sanctorum tuorum cœtibus aggregari præcipias. Qui vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicatur Pater noster... Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

y. Non intres in judicium cum servo tuo Domine.E£.) Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

y. A porta inferi, ^z. Erue Domine animam ejus.

y. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.^z.Et cum spiritu tuo.



Oremus. Oratio.

PARTEM beatæ resurrectionis obtineat, vitamque æternam habere mereatur in cælis per te Jesu Christe Salvator mundi : Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. IAmen.

Oremus. Oratio.

DEUS, cui soli competit medicinam præstare post mortem, præsta, quæsumus, ut anima famuli tui terrenis exuta contagiis in tuæ redemptionis parte numeretur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus. Oratio.

FIDELIUM Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus -sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Tunc dicant Horas suas qui eas dicere habuerint. Quibus dictis, vel si eas dicere non habuerint, statim incipiatur Psalterium.

## DE DELATIONE CORPORIS FRATRIS DEFUNCTI VEL SORORIS DEFUNCTÆ AD ECCLESIAM.

Involuto Corpore et in feretro collocato, congregatis circa ipsum Fratribus, dimittatur psalmodia, finito tamen Psalmo incepto per y. Requiem æternam.

Tunc Sacerdos resumat Stolam, si eam deposuit, et aspergens Corpus Aqua benedicta et thurificans, legendo dicat : Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

SUSCIPE Domine animam servi tui, quam de ergastulo hujus sæculi vocare dignatus es, et libera eam de principibus tenebrarum et de locis pœnarum : ut absoluta omnium vinculo peccatorum, quietis æternæ beatitudine perfruatur, et inter Sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hac Oratione dicta, Cantor incipiat Libera me. cum cantu, et Conventus prosequatur cum Versibus et Resumptionibus a Cantore incipiendis. Et tunc campana pulsetur. Et sic deferatur Corpus in Ecclesiam tali ordine, ut Aqua benedicta præcedat, postea Thuriferarius, deinde Ceroferarii, postea Crux sequatur in medio; post Crucem incedant Fratres eo ordine quo stant in Choro, præcedentibus junioribus, post omnes Sacerdos cum Stola, ultimo Defunctus a quatuor Fratribus, quibus Cantor innuerit deferatur, quos et Conversi sequentes poterunt adjuvare.

Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda, * Quando cæli movendi sunt et terra : Dum veneris judicare sæculum per ignem. f. Dies illa dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna et amara valde. —

Quando cæli. usque ad Dum veneris, exclusive. J.Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventu ra ira.— Dum veneris judicare sæculum per ignem. jF. Crea tor omnium rerum Deus, qui me de limo terræ formasti, et mirabiliter proprio sanguine redemisti, corpusque meum, licet modo putrescat, de se pulcro facies in die judicii re suscitari : exaudi, exaudi me, ut animam meam in sinu Abrahæ Patriarchæ tui jubeas collocari, Libera me Do mine.

Venientes autem in Ecclesiam deponant Corpus in Choro, ita ut facies Defuncti Altare re spiciat. Deinde illi qui portant Aquam benedictam et Thuri bulum ordinent se ad pedes Defuncti, unus hinc et alius inde, versis ad se mutuo vulti bus. Ceroferarii vero ordinent se ad caput versis vultibus ad Altare. Frater vero qui Cru cem defert, collocet eam ad caput Defuncti, verso vultu Crucifixi ad caput Defuncti, et post Crucem stet Sacerdos.

Finito Libera me., dicat Sacerdos alta voce eo modo quo dicuntur Orationes ad Horas.

J. A porta inferi. Erue Domine animam ejus.

Dominus vobiscum. I^.Et cum spiritu tuo.

Oremus.

"T Si Frater Defunctus Epi scopus vel Sacerdos fuerit, di catur hæc Oratio :

DEUS, qui inter apostolicos Sacerdotes famulumtuuum Pontificali (vel Sacerdotali) fe cisti dignitate vigere; præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consor tio. Per Christum Dominum nostrum. I^z. Amen.

T Pro alio Fratre Defuncto.

Oratio.

INCLINA Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : ut animam fa muli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas; et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Do minum nostrum. Amen.

T Pro Sorore defuncta.

Oratio.

QUÆSUMUS Domine, pro tua pietate miserere ani mæ famulæ tuæ : et a conta giis mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem re stitue. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hac Oratione finita, ponan tur duo cerei accensi super candelabra circa Crucem hinc et inde; et Aqua benedicta et Thuribulum sicut commode poterunt collocentur ibidem.

T Porro, si Fratres refectio nem intermiserant, redeant ad illam, et fiat quod pag. 202*. notatum est. Provideat autem Prior ne Corpus solum rema neat; sed aliqui Fratres in Choro Psalterium legant.

T Quod si refectionem non intermiserant, finita Oratione prædicta Deus, qui inter apo stolicosSacerdotes., vel Inclina Domine., residentes in Choro incipiant Psalterium ubi in in firmitorio dimiserant.



Horas suas suis temporibus, psalterium intermittentes, di ligenter cantent; et expletis Horis, incipiant in Psalterio ubi dimiserant.

Si tali hora obierit ut pro eo Missa celebrari possit in Con ventu, eo die sepeliatur : sin autem, in crastinum reserve tur; vel eodem die sepeliatur post Vesperas, maxime in æstate. Si autem in hora ve spertina moriatur, in crasti num reservetur.

Cum vero in crastinum reser vatur, agantur in nocte circa eum Vigiliæ, hoc modo : Sa crista noctem dividat in duas Vigilias communiter, prout poterit. In prima Vigilia vigi let dexter Chorus, dicendo Psalterium; et circa finem pri mæ Vigiliæ, cum eis visum fuerit, dicant Matutinas suas legendo. Quibus dictis, cum prima Vigilia transacta fuerit, pulsentur Matutinæ; et aliis Fratribus in Chorum venienti bus, eant dormitum, qui vigi laverant. Qui vero illa hora surrexerint, Matutinarum Offi cium cantando expleant dili genter. Quo finito, et dicto Pretiosa., vigilent, sicut pri mi, dicendo Psalterium.

Nullus Fratrum mittatur ex tra, usquequo Defunctus sepe liatur, nisi magna necessitas immineat. Quamdiu etiam Corpus est in Choro, non se deant Fratres in cellis, vel in locutorio, sed stent circa Cor pus et dicant Psalterium. Qui Officiis deputati sunt, assistant Defuncto quantum poterunt.

Si competenter fieri potest, priusquam Frater sepeliatur, debet pro eo in Conventu cele brari Missa.Si non, quam citius commode poterit, celebretur solemniter pro eo.

Debent etiam pro ipso fieri Vigiliæ Mortuorum (totum Officium Defunctorum) ipsa die qua sepelitur, si pro eo fa ctæ non fuerint a Conventu, antequam sepeliatur. Quod si nec ipsa die possint, fiant quam citius temporis opportunitas occurrerit Prædictæ Vigiliæ sufficiant pro obligatione Heb domadæ, neque Fratres ad alias illa Hebdomada tenean tur.

Quæ superius scripta sunt, servanda sunt circa Fratrem a Conventu in quo moritur, sive in suo, sive in Conventu alieno moriatur. Si extra Conventum suum Frater obierit, audita morte ipsius, fiant nihilominus pro eo dictæ Vigiliæ in suo Conventu, et Missa similiter celebretur. Quæ etiam facien da sunt pro Magistro Ordinis per totum Ordinem, et pro Priore Provinciali in quolibet Conventu Provinciæ sibi com missæ, audita morte ipsorum. Missam pro Fratre defuncto, si commode potest, debet Præ latus major cantare, et totum Officium facere. Fratres hospi tes et infirmi, qui commode possunt, ad exitum morientis et ad sepulturam veniant, et stent in ordine suo.

T Officium vero sepulturæ fiat ut in Processionario notatum est.

# INDEX ALPHABETICUS

## RERUM QUÆ POST PROPRIUM SANCTORUM HABENTUR.

Pag
Absolutio Feria quarta Cinerum et Feria quinta in Cena Domini 198*
Absolutionis forma communius observanda in confes sione sacramentali .211*
Absolutionis sacramentalis forma brevior .211*
Absolutionis sacramentalis forma brevissima 212*
Absolutionis forma tempore jubilæi 212*
Absolutio generalis Fratribus danda .212*
Absolutio generalis Sororibus danda .213*
Benedictio Apostolica in articulo mortis. .215*
Benedictio Aquæ cum Reliquiis S. Petri Martyris. 219*
Benedictio Aquæ S. Vincentii pro infirmis 220*
Benedictio Candelarum SS Rosarii .217*
Benedictio Cingulorum S. Thomæ Aquinatis . .218*
Benedictio ante Concionem 199*
Benedictio Fratrum advenientium 206*
Benedictio Fratrum egredientium ..... 205*
Benedictio Magistri Ordinis, Prioris Provincialis et novi Prioris Conventualis 206*
Benedictio Mensæ 200*
Benedictio Olivarum in festo S. Petri Martyris 219*
Benedictio Orationum S. Vincentii Ferrerii . 220*
Benedictio Palmarum vel aliorum Ramorum in festo S. Petri Martyris 219*
Benedictio Domini Papæ nomine impertienda 214*
Benedictio omnis Rei, de qua benedictionis forma pro pria non habetur 221*
Benedictio Rosariorum 216*
Benedictio Rosarum 217*
Benedictio Tertianis sæcularibus danda extra confessio nem 213*
Benedictio uni Tertiario sæculari danda immediate post confessionem sacramentalem 214*
Benedictio Vestimentorum Fratrum et Sororum Ordinis Prædicatorum .218*
De Collatione .' 202*
Commendatio animæ in transitu exsistentis ! 240*
Commune unius Abbatis 85*
Commune Apostolorum extra Tempus Paschale 26*
Commune Apostolorum Tempore Paschali 113*
Commune unius Confessoris non Pontificis extra Tempus Paschale 81*
Commune unius Confessoris' Pontificis extra Tempus Paschale 67*
Commune unius Confessoris Tempore Paschali '122*
Pag.
Commune unius Doctoris 7q*
Commune unius Evangelistæ extra Tempus Paschale . 36*
Commune unius Evangelistæ Tempore Paschali ! 116*
Commune plurimorum Martyrum extra Tempus Pa schale
Commune plurimorum Martyrum Tempore Paschali ! 119*
Commune unius Martyris non Pontificis extra Tempus Paschale *
Commune unius Martyris Pontificis extra Tempus Pa schale
Commune unius Martyris Tempore Paschali . .116*
Commune unius sanctæ Martyris tantum extra Tempus Paschale
Commune unius sanctæ Martyris tantum Tempore Pa schali
Commune unius nec Virginis nec Martyris extra Tempus Paschale 104*
Commune unius nec Virginis nec Martyris Tempore Paschali 127*
Commune unius Virginis Martyris extra Tempus Pa schale 86*
Commune unius Virginis non Martyris extra Tempus Paschale 9g*
Commune unius Virginis Tempore Paschali . 125*
In Dedicatione Ecclesiæ u*
In Anniversario Dedicationis 12*
De Delatione corporis Fratris defuncti ad Ecclesiam 247*
Exorcismus Leonis Papæ xiij 222*
Exorcismus contra tempestatem 224*
In Festis B. Mariæ Virginis . i*
Pro Gratiis Deo reddendis 236*
Gratiarum actio post mensam 201*
Gratiarum actio post Missam . 229*
Itinerarium 208*
Litaniæ SS. Cordis Jesu . 234*
Litaniæ SS. Nominis Jesu 232*
Officium votivum Corporis Christi 144*
Officium Defunctorum . 174*
Officium votivum S. P. Dominici 133*
Officium votivum B. Mariæ V. in Sabbato .150*
Officium quotidianum B. Mariæ V 159*
Officium votivum S. Thomæ Aquinatis .... 139*
Officium votivum S. Vincentii Ferrerii .... 128*
Officium faciendum in electione Magistri Ordinis . 203*
Officium faciendum in electione Prioris Conventualis 205*
Officium faciendum in electione Prioris provincialis 204*
Oratio pro Capitulo generali et euntibus ad illud . 202*

Pl

Orationes itinerantium quotidianæ. .210*

Orationes pro Domino Papa et Benefactoribus in Capitulo ....... 198*

Orationes dicendæ dum sacerdos induitur sacris vestibus. 229*

Oratio de S. Vincentio Ferrerio super ægros . . . 238*

Orationes faciendæ in Visitatione infirmorum . . 236*

Præparatio ad Missam 226*

Psalmi Graduales 158*

Psalmi Pœnitentiales 193*

Salutatio B. Mariæ V. mane, meridie et vespere, extra Tempus Paschale 235*

Salutatio B. Mariæ V. mane, meridie et vespere, Tempore Paschali 235*

Suffragia, egressa anima, dicenda ..... 244*

LAUS DEO

| ERRATA | | CORRIGE |
|---|---|---|
| | IN PSALTERIO | |
| trepidaverunt | Pag. Q- coi. i. lin. 28. | trepidaverunt |
| singillatim | P ag. jz. coi. 2. lin. 16. | sigillatim |
| | IN I. PARTE | |
| sequiturut | P ag. ig6. coi. /. lin. ij. | sequitur ut |
| Ex Patri | P ag. 207. coi\ 2. lin. 7. | Ex Patre |
| Ex noc loco | P ag. 242. coi. i. lin. 28. | Ex hoc loco |
| propria | Pag. 2Qi. coi. i. lili. 8. | prima |
| | P ag. 2Qj. coi. i. lili. 3. et liti. 4.. | |
| et nisi in Officio Defunctorum. Prædicta verba sunt omittenda. | | |
| P6ntifem | Par. 861. coi. 2. lin. 21. | Pontifex |
| videdatur | P ag. 104.7. coi. i. liti. perluit. | videbatur |
| | IN II. PARTE | |
| firmat sunt | Peto. 170. coi. 2. lin. IO. | firmati sunt |
| Jesu Christi | Pag. 185. coi. i. lin. 34. | Jesu Christe |
| Misericos | Pag. 186. coi. i. lin. 28. | Misericors |
| DUPLEX | P ag. 476. coi. 2. liti. 23. | SIMPLEX |
| Virginis | Pag. 486. coi. 2. lili. 4. | Virgines |
| Maria | P ag. 603. coi. 2. liti. 31. | Mariam |

In nominibus Alexandria et Antiochia penultimam, in voce vero Eucharistia antepenultimam acue syllabam. In voce vero bravium penultimam acue syllabam, quandocumque soluta oratio fuerit; ubi vero rythmica, licentia poetica, pro conditione carminis, utere.

Alia, eaque fortasse graviora, Lector benevole, notabis errata, quæ non tibi soli in tuo Breviarii exemplo, quæsumus, corrigas, sed Fratribus editoribus indicare digneris.

## MUTANDA ET ADDENDA

Solemnitas sanctissimi Nominis Jesu Dominica prima post Octavam Epiphaniæ deinceps in toto Ordine celebrabitur Die vero decima quinta Januarii, de B. Francisco de Capilis Martyre O. P. fiet Officium cum Memoria S. Mauri Abbatis

Die undecima Februarii, amandata in diem vigesimam Desponsatione B. Mariæ Virginis, de Apparitione ejusdem agetur Officium, ut in priore parte Breviarii, pag. 1211, notatum est.

Die vigesima octava Novembris legendum erit Officium de B. Zedislava O. P. quod in priore parte Breviarii, pag 1210 positum est.

F%\ 233* • coi. 2. lili. 28. in Litaniis SS. Nominis Jesu, dicto Per Ascensionem tuam libera nos Jesu., addatur: Per sanctissimæ Eucharistiæ institutionem tuam libera nos Jesu.

P'a/?.f SS*. Post Litanias SS. Cordis Jesu, adde sis Litanias S. J o sepit.

### LITANIÆ S. JOSEPH SPONSI B. MARIÆ V.

KYRIE, eleison.
Christe, eleison.
Kyrie, eleison.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de cælis, Deus, miserere nobis.
Fili, Redemptor mundi, Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas, unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancte Joseph, ora.
Proles David inclyta, ora.
«d _ Patriarcharum, ora.
Dei Genitricis Sponse, ora.
Custos pudice Virginis, ora
Filii Dei nutrice, ora.
Christi defensor sedule, ora.
Almæ Familiæ præses, ora.
'oseph justissime, ora.
oseph castissime, ora.
oseph prudentissime, ora.
„ oseph fortissime, ora.
Joseph obedientissime, ora.
Joseph fidelissime, ora.
Speculum patientiæ, ora.
Amator paupertatis, ora.
Exemplar opificum, ora.
Domesticæ vitæ decus, ora.
Custos virginum, ora.
Familiarum columen, ora.
Solatium miserorum, ora.
Spes ægrotantium, ora.
Patrone morientium, ora.
Terror dæmonum. ora.



Protector sanctæ Ecclesiæ, ora pro nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
f. Constituit eum dominum domus suæ. ty. Et principem omnis possessionis suæ.

Oremus. Oratio.

DEUS, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es : præsta, quæsumus, ut quem protectorem veneramur in terris, intercessorem habere mereamur in cælis : Qui vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. fy Amen.

## DOMINICA PRIMA POST OCTAVAM EPIPHANIÆ.
## SS. NOMINIS JESU.
TOTUM DUPLEX.

Omnia ut in j. parte die xv. Januarii notatum erat, omissa tamen Memoria S. Mauri Abbatis.

## DIE XV. JANUARII.
## B. FRANCISCI DE CAP1LLAS MART. ORD. PRÆD.
TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beati Martyris tui Francisci fidem mirabili constantia roborasti : concede propitius Ecclesiæ tuæ ut ejus precibus adjuta, novos ubique fidei triumphos celebrare mereatur. Per.

In j. Vesperis et Laudibus Memoria S. Mauri Abbatis.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Mauri Abbatis commendet : ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per.

### IN I. NOCTURNO.

Lectiones Existimo, de Communi unius Martyris non Pontificis, pag. 49*.

### IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

FRANCISCUS, qui primus inter præcones apostolicos, fidem Christi in Sin£nsi Imperio sanguine suo erat obsignationis, in oppido Baquerin de Campos, Palentiæ dioecesis, piis nobilibusque parentibus natus est. A pueritia ad virtutem institutus, decimo septimo ætatis anno, perfectioris vitæ cupidus, Ordinem Prædicatorum ingressus, in cœnobio sancti Pauli Vallisoletano tyrocinii cursum et studia explevit. Vix diaconus, cum novisset sacros operarios desiderari in insulis Philippinis, eam missionem petiit et impetravit. Itaque Manilam contendit : inde sacerdotio auctus, missus est ad provinciam Cagaian,ubi per annos decem apostolicæ vitæ labores cum fidelissima legum sui Ordinis observantia conjunxit. Ac si martyrium præsentiret, corpus vario tormentorum genere, præter assiduum jejunium,afflictabat.Dies etiam noctesque versabatur in valetudinario, a fratribus Prædicatoribus erecto, ut ægrotos juvaret. Demum ardentissimi sui voti compos factus, ad Si n6nse Imperium perrexit, Ubique, in provincia Fokiensi,cum sociis nulli parcens labori, innumeras animas Deo lucrifecit.

Lectio v.

HÆC inter, pace turbata, Tartari, occupata per vim latissima etiam provincia Forensi, ab infidelibus Sensibus provocati, bellum atrox christianæ fidei indixerunt. Captus proinde Dei Servus, qui se pro animarum salute Deo victimam gestiens obtulerat, ad magistratum fuit deductus. Interrogatus primum de fide, mox de prætorio in prætorium pulsus, pluribus calumniis ac probris impetitus, Christum constanter confessus est. Inhumanum porro supplicium, quo pedum malleoli duplici asse constringuntur usque ad 6ssium disjunctionem, tam

forti animo hilarique vultu sustinuit, ut judex vehementer miraretur. Iterum vero inter rogatus, flagris dilaceratus est: postea fere exanimis tractus in carcerem, ubi præcipui sontes capitis damnati detinebantur, sui aspectu, non modo horum, sed ipsorum custodum pieta tem excitavit, qui Christiano cuidam permiserunt ut cibos eidem afferret, ne, prout ini quus judex decreverat, fame periret. Quam pietatem Vir Dei in eorum salutem ita con vertit, ut carcer ille templum Dei vivi evaderet.

Lectio v}.

FUSTIBUS denuo cæsus, post paucos dies, dum in carcere orans, Dolor6sa sacri Rosarii Mysteria recoleret, accitus fuit a militari præfecto, qui terri bili voce increpatum.duris con viciis veluti traditorum ducem et caput affecit statimque oc cidi jussit. Franciscus itaque, divini Agni mansuetudinem imitatus,seque totum Deo com mendans, gladio percussus, triumphans migravit in cæ lum, die decima quinta Janua rii, anno millesimo sexcentesi mo quadragesimo octavo. Sa crum ejus corpus, extra mœnia civitatis a barbaris projectum duos menses insepultum jacuit' donec a Christianis fere inte grum repertum, honorifice re positum fuit. At postea, novis obortis persecutionibus,Missio nariis Ordinis Prædicatorum vi ereptum ac loco plane occulto sepultum est. Caput tamen Martyris, a corpore sejunctum, prius Manilam, deinde ad cœ n6bium sancti Pauli Vallisole tanum fuit translatum, ubi re ligiose adhuc asservatur. Sta- ! tim ab ejus passione, martyrii j causa apud Sedem Apostoli cam introducta, sed ob varios rerum eventus suspensa, tan dem sub Pontificatu Pii Papæ Decimi feliciter fuit absoluta. Itaque die secunda Maii, anno millesimo nongentesimo nono, in Basilica Vaticana Protomar tyr Sinensis Beatorum fastis adscriptus est.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium Nisi granum frumenti.de Communi unius Martyris non Pontificis, pag. 5°*

Imprimi potest.

Fr. HYACINTHUS-M. CORMIER,
Magister Generalis Ord. Præd.

Typis Societatis S. Joannis Evangelistæ. — Romæ-Tornaci.

# SANCTORUM PATRONORUM
# REGNI POLONIÆ
# OFFICIA PROPRIA

AD USUM

## SACRI ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM

ROMÆ—TORNACI

Typis Societatis Sancti Joannis Evangelistæ

DESCIRE ET SOCII

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

1909

Hæc Officia, diversis temporibus approbata et concessa, ad usum Fratrum Prædicatorum Provinciæ Galitiæ, typis edi permittimus.

Romæ, die 25 Septem. 1909.

L.fS. FR. HYACINTHUS M[a] CORMIER o. p.

MAGISTER GENERALIS.

# INDEX FESTORUM

## SS. PATRONORUM REGNI POLONIÆ

(ADD. : DECRETA QUOAD RESPECTIVA OFFICIA ET RITUS FESTI)

1.) Die 2. Martii. S. Helenæ, Vid. Duplex. Pro universo Regno Polo niæ concessum ex S. Rit. Congr. indulto IO Dec. 1740, annuente Benedicto XIV.

2.) Die 4. Martii. S. Casimiri, Conf. Tot. Duplex I. das. Inter Patro nos principales Regni Pol. et M. D. Lithaniæ collocatus est indulto Papæ Leonis X.

3.) Die 23. Aprilis. S. Adalberti, Ep. et Mart. Tot. Duplex I. das. Patronus prino. Regni Poloniæ, ut patet ex dec. S. Rit. Congr. 15. Sepi. 1763.

4.) Die 4. Maii. S. Floriani, Mart. Tot. Duplex. (Orae. I. das.) Decre tum annumerans illum inter SS. Patronos regni Poloniæ non inveni; semper tamen qua talis colitur et recensetur in diversis editionibus Missalis et Breviarii.

5.) Dis 8. Maii. S. Stanislai Ep. et Mart. Tot. Duplex I. das. (Cracoviæ de præcepto). Patronus principalis Regni Poloniæ, cum omnibus prærogativis, quæ hujusmodi Patronis a S. Sede tribuuntur, orna tus, ut patet ex S. R. C. 13. Julii 1754.

6.) Dom. I. post Oct. Trin. (III. p. Pent.). B. Jacobi de Strepa, Ep. Gonf. Tot. Duplex. — (Leopoli Tot. Duplex I. das.). Cultum approbavit Pius Papa VI. die li. Sept. 1790.

7.) Domin. proxima post Oct. SS. Apost. Petri et Pauli. B. Joannis de Dulcia, Conf. Tot. Duplex I. das. Compatronus principalis Regni Poloniæ. S. R. C. 1749.

8.) Die 5. Julii. SS. Cyrilli et Methodii Conf. Tot. Duplex I. das. (Solum pro Conv. Cracoviensi S. R. C. 20. Aug. 1907).

9.) Die 4. Julii. Festum Divisionis SS. Apostolorum. Tot. Duplex. Quando hoc festum institutum fuit, desunt documenta. Constat tamen ex historia Regni Poloniæ, ante a. 1300. hunc diem fuisse SS. Apostolis jam consecratum.

10.) Die 18. Julii. B. Simonis de Lipnica, Conf. Duplex. S. Rit. Congr. 28. Aug. 1734.

11.) Domui, post n Julii. B. Cunegundis, Virg. Tot Duplex I. das. Compatr. principalis Regni Poloniæ. S. R. C. 3. Aug. 171o. — Offic. pro utroque Clero S. R. C. IO. Martii 1725.

12.) Domin. II- p. Oct. Assumpt. B. M. V. S. Joachim. Tot. Duplex I. das. Patronus principalis Regni Poloniæ institutus est a Bene dicto XIV. per Breve Apost. 29 Jan. 1751.

13.) Domni, proxima post Fest. S. Matta» Apost. et Evang. B. Ladislai de Gielniow, Conf. Tot. Duplex I. das. Patronus principalis — ex Decr. S. R. C. 14. Julii 1753. approbante Benedicto XIV.

14.) Die 28. Septembris. S. Venceslai, Mart. Tot. Duplex. (Cracoviæ solum, utpote Titularis Patronus Eccles. cata.).

15.) Domin. II. Octobris. B. Vincentii Kadlubek, Conf. Tot. Duplex. (Pro Dicec. Cracoviensi). Ex concessione S. R. C. 29. Jan. 1766.

16.) Domin. IV. Octobris. S. Joannis Gantfi, Gonf. Tot. Duplex I. das. Compatroni principalis Regni Poloniæ. S. R. C. 16. Febr. 1737] Missa propria approbata die 23. Dec. 1767.; Hymnos revisit et ab utroque Clero recitari posse indulsit S. R. C. die 21. Jan. 1769.

17.) Die 15. Octobris. S. Hedvigis, Vid. Tot. Duplex. Patrona minus principalis Regni Poloniæ.

18.) Die 25. Octobris. Festum Gratiarum Actionis. Tot. Duplex. Con cessum ab Urbano Vili. prout legitur in Lectionibus pro II. Noct.

19.) Domin. post XIII. Novemb. S. Stanislai Kostka, Conf. Tot. Duplex •I. das. Patronus principalis Regni Poloniæ declaratus a Clemente Decimo a. D. 1674.

f i

# OFFICIA PROPRIA

## SS. PATRONORUM REGNI POLONIÆ

AD USUM

## S. ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM

## PARS PRIMA

DIE II. MARTII.

In Festo

S. HELENÆ IMPERATE.

Viduæ.

DUPLEX.

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui locum, ubi Crux tua late bat, beatæ Helenæ revelasti, ut per eam Ecclesiam tuam hoc pretioso thesauro ditares : ejus nobis intercessione con cede ; ut vitalis ligni pretio æternæ vitæ præmia conse quamur. Qui vivis et regnas.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Lectio iv.

VENIT ergo Helena, cœpit revisere loca sancta, infu dit ei Spiritus ut lignum Crucis requireret, accessit ad Golgo tham, et ait :Ecce locus pugnæ, ubi est victoria? quæro vexil lum salutis, et non invenio. Ego, inquit, in regnis, et Crux Domini in pulvere? Ego in aulis, et in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, et latet palma vitæ æternæ. Quomodo me redemptam arbi tror, si redemptio ipsa non cer nitur? Video, quid egeris, dia bole, ut gladius, quo perem ptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderavit, nec latere aquam passus est. Tollatur igi tur ruina, ut vita appareat. Promatur gladius, quo veri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus, ut salus ful geat. Quid egisti, diabole, ut absconderes lignum, nisi ut iterum vincereris?

Lectio v.

VICIT te Maria, quæ genuit triumphatorem, quæ sine imminutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, et mortuus subjugaret. Vin ceris et hodie, ut mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta Dominum gestavit, ego Crucem ejus investigabo. Illa generatum docuit, ego resus citatum. Illa fecit ut Deus in ter homines videretur, ego ad remedium peccatorum divinum de ruinis elevabo vexillum. Aperit itaque humum, decutit pulverem : tria patibula confu sa reperit, quæ ruina contexe rat, inimicus absc6nderat. Sed non potuit obliterari Christi triumphus. Incerto hæret ut mulier : sed certam indaginem sanctus Spiritus inspirat.

Lectio vi.

QUÆSIVIT clavos, quibus crucifixus est Dominus, et invenit. De uno clavo frænos fieri præcepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit: visitata est Maria, ut Evam liberaret: visitata est Helena ut Imperatores redimerentur. Misit itaque filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, quas pretiosior ferro innexas Crucis redemptionis divinæ gemma connecteret, misit et frænum. Utroque usus est Constantinus, et fidem transmisit ad posteros reges. Principium itaque credentium Imperatorum sanctum est, quod super frænum: ex illo fides, ut persecutio .cessaret, devotio succederet. Sapiens Melena, quæ Crucem in eripite regum levavit et locavit, ut Crux Christi in regibus adoraretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cum defertur sacræ redemptioni. Bonus itaque clavus Romani Imperii, qui totum regit orbem, ac vestit principum frontem, ut sint prædicatores, qui persecutores esse consueverunt.

In iij. Nocturno Homilia in Evang. Simile est regnum cœlorum thesauro, de Com. nec Virg. nec Mart.

DIE XXIII. APRILIS.
In Festo
S. ADALBERTI
EPISC. ET MART. TOTUM DUPL.

IN UTRISQUE VESPERIS.

Hymnus.

O MARTYR invictissime,
Ex fortibus fortissime,
Quis glorioso cantico
Nomen tuum sat concinat?

AFFLATUS almo numine,
Oras adis Pannoniæ
Ibique regem dogmate,
Prolemque firmas chrismate.

URBES Poloniæ petis
Veræ salutis nuntius,
Pastor bonus Christi fidem
Verbo Dei doces pridem.

TANDEM Porussis finibus
Ponis triumpho terminum,
Gentes rebelles inferi
In te furorem suscitant.

STANT veritatis invidi,
Dum Sacra ad aram perficis,
Fodere corpus lancea
Manus feroces non pavent.

Hic semivivi corporis
In frusta membra dissecant,
Caput triumpho gloriæ
Cœlis in hasta sublevant.

O victor ergo nobilis!
Dum te colentes psallimus,
Tuus triumphalis dies
Imploret indulgentiam.

E Christianis partibus
Belli timores excute,
Pacem, precamur, impetra,
Donum tui sit Sanguinis.

QUÆSUMUS Auctor omnium etc.

PRÆSTA, beata Trinitas,
Divina dones Unitas,
Nobis Adaperti prece
Cœli mereri gloriam.
Amen.

Oratio.

TUAM nobis indulgentiam, quæsumus Domine, beatus Adapertus Episcopus et Martyr imploret, ut et delicta nobis clementer ignoscas, et beneficia desiderata concedas. Per Dominum.



AD MATUTINUM.

Hymnus.

RAMNIS canimus Martyrem
Apostolumque, Præsulem
Bohemiæ, Poloniæ,
Hungariæ, Porussiæ.

NATUS Comes hic nobilis
Morbo puer pressus gravi
Voto parentum fit Deo
Cœlo patens oblatio.

CRESCIT pius vir temperans,
Fit Spiritu plenus Dei,
Scriptura sacra discitur,
Prius domo non mittitur.

ADIT cathedram Pontifex
Sedens equo, fræno levi,
Sancto futuro Præsuli
Soli reclamant inferi.

DENOS alebat pauperes,
Humi cubabat languidus;
Mox excitat somnum lapis,
Nox dormientem non videt.

JUSTUS, pudicus, sobrius,
Formam ferens Antistitum,
Per signa, per miracula
Exempla tradit omnibus.

CHRISTUS videtur venditus,
Gregem dolet deperditum,
Præcepta contemni videt,
Gentis saluti providet.

HASTIS pio dum Præsuli
Necem parant increduli,
Confossus aris vincitur,
Dum vincit, interficitur.

AURI levi sat pondere
Corpus redemptum venditur;
Gnesnam suis reducitur,
Pastor salutis redditur.

QUÆSUMUS, Auctor omnium, etc.

JESU, Redemptor omnium,
Dimitte nostra crimina,
Da Martyris per præmia
Æterna nobis gaudia.
Amen.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

ADALBERTUS Episcopus Pragensis, in Bohemia nobilissimis parentibus, Slaunico Libicensi comite, ac Strzezyslava natus, Voytechus antea patrio sermone dictus fuit: ab Episcopo autemMagdeburgensi Adaperto, apud quem deinceps pie ac honestissime educatus est, alterum nomen accepit. Postquam Ditmaro in Episcopatu Pragensi successit, eum sanctissime in magna vitæ continentia, pietate, pauperumque cura, gessit. Propter contumacis tamen populi gravia peccata, deserere illum coactus, Sedem Apostolicam hac de re consulturus, in Italiam se contulit. Peregrinatione Jerosolymitana, quam instituerat, intermissa, Romæ Leoni abbati sancti Bonifacii commendatur. Ibi cum in religiosa vita quinquennium exegisset, a Pagensibus, pertæsis orbitatis, denuo revocatur. Principis ipsius, et Archiepiscopi Moguntini nuntiis precibusque exoratus Pontifex, redire Adapertum ad suos jubet.

Lectio iij.

RECIPIUNT læti reducem: non diu tamen illi obtemperant; sacras enim ædes invadunt, sontesque, qui ad illas confugerant, per vim ereptos interficiunt. Iterum illos deserit Adapertus; animoque ad convertendas gentes alias, et ad Martyrium destinato, ut benedictionem tamen Sedis Apostolicæ obtineat, Romam revertitur. Denuo Pagenses, et Moguntini, Adapertum repetunt.

Cumque jussu Pontificis iterum ad illos rediret, tres fratres suos ab eis cæsos esse cognoscit. Pragensem ergo viam præ clusam sibi, mentesque illarum a se alienatas esse videns, Deo gratiis actis, convertendi gen tes, quod Romanus Pontifex probaverat, institutum suum prosequitur. Hungariam cum Rege Gieza, ejusque filio san cto Stephano in fide Christi confirmat; Poloniam vicinam, cognatamque Bohemis suis gentem, salutaribus præceptis copiosius instruit. Post trien nium autem Radzino fratre in Archiepiscopatum Gnesnensem suffecto, ipse in Prussiam, ido lis adhuc et dæmonibus ser vientem, proficiscitur. Ibi dum religionem christianam disse minaret, apud Fischausum, si nus venetici oppidum, inter sa crificandum conf6ssus, et in partes dissectus est. Corpus ejus a Boleslao Chabro princi pe Poloniæ postea redemptum, et in Tremense monasterium prius, deinde Gnesnam Metr6 polim honorifice translatum est.

In Pretiosa Evang. Ego sum Pastor bonus, ut in Doni. j. post Oct. Paschæ.

AD LAUDES.

Hymnus.

O CHRISTE robur Martyrum,
Decus, corona, præmium,
Firmans Adapertus fidem
Pro teste fudit sanguinem.

PASTOR bonus Christi gregis
Deperditas quærens oves.
In innocenti sanguine
Pro victima vitam dedit.

Qui tot labores pertulit,
Ut ad salutis pascua
Oves reducat perditas
Fideque servet creditas.

NUNC efficacem gratiam,
Petat suis fidelibus,
Noscat gregem semper suum,
Quem protegat, pascat, regat.

PRÆSUL Bohemis, qui prius
Severus et mitis fuit,
Nunc mitius det omnibus
Cœleste desiderium.

VIGILIIS, jejuniis
Carnem subegit spiritu,
Discamus et nos sensuum
In spiritu custodiam.

A vanitate sæculi
Cor atque sensus liberet,
Quæramus, ut semper Deum
Jesumque, cordis gaudium.

QUÆSUMUS Auctor om nium, etc.

PRÆSTA, beata Trinitas, ut in Vesp.

DIE IV. MAII.
In Festo
S. FLORIANI.
MARTYRIS.
TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui nos beati Floria ni Martyris tui solemni tate lætificas; concede propi tius : ut cujus gloriosum trium phum veneramur in terris, so cietatis ejus lætitiam adipisci mereamur in cœlis. Per Domi num.

IN NOCTURNO.

Lectio ij.

FLORIANUS Martyr passus sub Diocletiano et Maxi tniano Imperatoribus, persecu tione decima, eaque ultima. Cum Theciæ audivisset, qua draginta milites, qui sub ejus signis aliquando stipendia me rebant, Laureacum Norici mar



tyrii causa ablegatos, ac ibi va riis tormentis consumptos esse, festine ad illud oppidum se con tulit, turpe putans veteranum in tam pulchra vict6ria a tyro nibus vinci. Comprehensus si stitur Aquilino præfecto. Qui cum in confessione Jesu Chri sti constanter perseveraret, præfecti jussu, fustibus semel atque iterum cæditur in scapu lis, deinde ferro acuto graviter verberatur. Ad extremum sa xo ad collum appenso, in flu vium Anasum dejici jubetur. * Gaudens ibat a conspectu judi cis Florianus. Ad pontem ubi venit, impetrat orationis tem pus ; in qua cum tota hora com moraretur, audacior quidam accurrit ac Martyrem in flu vium dejecit, in quem confe stim cecidit caligo et tenebræ. Sed ecce Dei servis serviunt omnia; deportat fluvius Sancti corpus, et ad saxum exponit. Mittitur a Deo inusitatæ ma gnitudinis aquila, quæ corpus Sancti ab omni protexit inju ria. Apparet demum in somnis piæ cuidam mulieri Valeriæ, ac, ut^corpus suum condat, ad monet. Romam postea trans fertur, ac cum Principibus Dia conis Stephano et Laurentio collocatur magno Urbis solatio ac præsidio. Nam ejusadventu omnis barbarorum furor, qui tunc Urbem, ac universam Ita liam vexabat, resedit, paxque, optata restituta est.

Lectio iij.

TANDEM anno Domini mil lesimo centesimo octuage simo tertio, Casimirus bello et pace clarus, Poloniæ Princeps, una cum Gedeone Episcopo Cracoviensi, ad Lucium Ter tium Summum Pontificem mit tunt, precantes, ut illis alicu jus e sanctis Martyribus ossa impertiatur, qui genti et urbi bus contra Prussos, Tartaros, aliasque barbaras gentes, pro muro et vallo esset. Mittuntur ergo per Ægidium Episcopum Mutinensem sacra ossa. Gens tota cum rege suo ad septem milliaria tanto h6spiti obviam effusa prodit. Deponitur hono rifice Martyr in templo a Ca simiro extructo, pars corporis in primarium templum defer tur, ac in marmoreo altari in cluditur. Et sicut Jerosolyma Stephano, Roma Laurentio, ita suo gaudet Polonia Flo riano.

In Pretiosa Evang. Ego sum vitis vera. de Com. Mart.

DIE VILI. MAII.
In Festo
S. STANISLAI.
EPISC. ET MART. P. R. P.
TOTUM DUPLEX.

Omnia ut xj. Maii, præter hic posita.

Hymnus.
Composit. a F. Vinc. de Kietze Oid. Præd.

Ad Vesperas dicatur totus, in Matutinis dividatur.

GAUDE, mater Polonia,
Prole fecunda nobili,
Summi Regis magnalia
Laude frequenta vigili.

Cujus benigna gratia
Stanislai Pontificis
Passionis insignia
Signis fulgent mirificis.

Hic certans pro justitia.
Regis non cedit furiæ :
Stat pro plebis injuria,
Christi miles in acie,

TYRANNI truculentiam
Qui dum constanter arguit.
Martyrii victoriam,
> Membratim cæsus meruit.

NOVUM pandit miraculum,
Splendor in Sancto cœlicus,
Redintegrat corpusculum
Sparsum cœlestis medicus.

AD LAUDES.

Hymnus.

SIC Stanislaus Pontifex
Transit ad cœli curiam,
Ut apud Deum opifex
Nobis imploret veniam.

POSCENTES ejus merita,
Salutis dona referunt :
Morte præventi subita
Ad vitæ portum redeunt.

Cujus ad tactum annuli,
Morbi fugantur turgidi :
Ad locum sancti tumuli
Multi curantur languidi.

SURDIS auditus redditur,
Claudis gressus officium :
Mutorum lingua solvitur :
Et fugatur dæmonium.

ERGO, felix Cracovia,
Sacro dotata corpore,
Deum, qui fecit omnia,
Benedic omni tempore.

SIT Trinitati gloria,
Laus, honor, jubilatio :
De Martyris victoria
Sit nobis exultatio. Amen.

Temp. Pasch. Quæsumus Auctor omnium, etc.

IN NOCTURNO.

Ex Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 5.

OMNIS Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis; qui condolere possit iis, qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate; et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret : sed qui locutus est ad eum : Filius meus es tu, ego hodie genui te.

In Pretiosa Evang. Ego sum Pastor bonus,ut in Dom. j. post Oct. Paschæ.

iMMAA^nrt odi v&^vtMstaji ^fe^rit^

/JrWW UiAf if^i^a^ato tl/H '; ..elTeZ*^
It ciatW; Osii OircAt^u^

^iMAAsClA+J
oLdt

kfy*TM ef+uUu p-Lo^J
j

y^jn^T^^ ^^ a-vtf e/? r^
U^cu^rogth^ r<L ^ Cn^ -vi*
£ -v^rlA^ a^
frutv Or-c^oPcU^

yJsxrixrc AAAAtjwo -^UJC

oCu) usrtyszt tru-o aX< /M/

o-O^CA^*-^» Is oJtr QJ/jlX^ch

cwv^t' yM/vujP""oJXsutxAicL.

ConWWAAAMJL f ^Opt^ J

C7+l T (/kyrbri*

+ U M^j^aou'^ CL SlA^frOI

CU^OIAZt^ etsi 'in/

SJ/Uuaswk

it a*, %tst tyrine ftiTr(oJt_ e^ovov^ j

/i^yivizt '(fi*? '

te

v^^uxi vuutJ^fa,Oresti ' y

Vy

A